# PRAEFATIO.

Guilelmus Henzen postquam magnam aetatis partem in describendis et recensendis inscriptionibus antiquis urbis Romae consumpsit, tandem aliquando absoluta hac opera saeculis profutura et editis Corporis inscriptionum Latinarum urbis Romae partibus duabus (a. 1876. 1882), ad aliam rem se convertit, et ipsam non exiguae, ut sperabat, utilitatis futuram: syllogen inscriptionum selectarum, quam ante multos annos I. C. Orellius duobus voluminibus ediderat et cui ipse Henzenus adulescens tertium volumen addiderat, a fundamentis constituit reficere. Videbat enim, neque ipsam syllogen Orellianam Henzenianam amplius sufficere, multis inscriptionibus plenius vel rectius lectis, multis etiam novis inscriptionibus repertis, neque iam suffecturam esse propter easdem causas syllogen eam quam anno 1873 Gustavus Wilmanns ediderat, similem eam Orellianae Henzenianae, sed aliquanto minoris moduli, quippe quae ab auctore adulescentibus potissimum destinata esset qui studiis antiquitatis operam dare inciperent. Et vivo quidem Wilmannsio, Henzenum puto ei auctorem fuisse futurum, ut ipse ex integro syllogen conderet quae locum illarum duarum impleret, neque Wilmannsium ei consilio defuturum; sed cum Wilmannsium, post duo itinera Africana, quae Corporis inscriptionum Latinarum causa susceperat, in ipso flore aetatis sors iniqua abripuisset, Henzenus hanc rem ad se spectare arbitratus est. Coepit igitur Henzenus, novae syllogae condendae causa, inscriptiones ex Corporis inscriptionum Latinarum voluminibus tam editis quam editioni paratis exscribere et in schedulas referre; sed antequam hunc excerpendi laborem absolveret et ad digerendas has schedas et adnotandas accederet, ipse quoque morte abreptus est d. 27 Jan. 1887. — Cum quaereretur qui opus ab Henzeno inchoatum perficeret, consensu amicorum cum quibus vivus Henzenus consilia communicare consueverat, eorumque, quibus moriens res suas reliquerat, ego hanc rem suscepi. Et usus quidem sum in ea re schedis Henzeni, sed ita ut augerem vel demerem quae mihi addenda demendave videbantur, adnotationem autem omnem de meo adiicerem, ordinem denique instituerem qui e re esse videbatur. Cum autem inscriptiones collectas non

minus duo volumina impleturas esse viderem, praeterea integrum volumen indicibus reservandum esset, horum trium voluminum primum iam nunc emittere placuit.

De consilio operis, quod secuturus erat Henzen, et quod ego secutus sum, nonnulla videntur monenda. Seligere volui, et in pauca volumina redactas proponere, ex ingenti inscriptionum Latinarum numero eas quae res scitu maxime dignas continerent, aliqua ratione habita etiam earum quae propter sermonem memorabiles essent, nulla earum, quae scripturae tantum genere excellerent; scripturae enim diversitates sine iustis imaginibus repraesentari nequeunt. Destinavi librum viris doctis qui res Romanas curant, paucos enim esse inter hos puto qui integra Corporis inscriptionum Latinarum volumina domi habeant; simul autem eis qui inscriptiones nondum attigerunt aditum ad haec studia faciliorem reddere volui, idque tribus rebus, ordine, quem ita institui, ut inscriptiones se invicem illustrarent; adnotatione, qua modo difficiliora vel obscura explicare studui, saepius legentes relegavi ad nota compendia historiae antiquitatumque Romanarum; denique scripturae genere. Typos enim eos adhibui quibus in veterum auctorum scriptis edendis iam dudum utimur, item cola eodem modo qui in illis obtinuit distinxi. Corporis inscriptionum editores, cum inscriptionum antiquarum, in his multarum fractarum, et ita fractarum, ut non raro dimidiatae litterae extent, exempla sibi tradita ad posteros propagare volunt, antiquae scripturae ductus quantum fieri potuit imitari debuerunt; mihi utilitati et commoditati lectorum servire licuit. — In indicibus conficiendis indices Corporis inscriptionum Latinarum pro norma erunt.

Longe alia autem mea fuit condicio quam eorum qui ante me similia opera condiderunt. Mihi via fuit expedita, illis lubrica et plena obstaculorum. Imprimis Orellio conflictandum erat cum variis difficultatibus. Ipse paucas inscriptiones viderat, neque tum assueverant viri docti, si paucos exceperis, inscriptionibus tractandis; sed res ei erat cum multis milibus inscriptionum relatis in corpora Gruteri, Gudii, Reinesii, Muratorii, aliorum ex fontibus turbidis vel ignotis, item cum inscriptionibus relatis in omnis generis Ephemeridas ab auctoribus de quorum fide vel peritia nullus erat testis; ita ut mirum sit, non saepius Orellium in iudicio de sinceritate inscriptionum lapsum esse. Aliquanto facilior res facta erat Henzeno; iam enim ipse coeperat in museis urbis Romae inscriptiones, iam Rossius coeperat in bibliothecis urbis Romae codices epigraphicos perlustrare; iam una cum ipso et Rossio Mommsenus se accingebat ad Corpus inscriptionum Latinarum condendum. Hodie, Corpore inscriptionum Latinarum paene ad finem perducto, supplementis etiam sine mora parat[is] iam eo perventum est, ut de inscriptionibus olim descriptis sed po[stea] deperditis vix umquam dubitari possit, a quo vel certe a cuius ge[neris] vel indolis auctore descriptae sint; earum autem quae extant apo[...]

habeamus a viris peritis confecta, vel etiam ectypa instar archetyporum. Cum totus igitur pendeat hic liber ex Corpore inscriptionum Latinarum, apparet quicquid in eo continetur, quodammodo deberi Academiae Regiae Borussicae, quae iam per multos annos inscriptionum antiquarum per totum orbem patrocinium sustinet, deberi Mommseno et sociis eius, quos sibi cooptavit in Corpore inscriptionum Latinarum perficiendo. A propriis Mommseni meritis enumerandis propter plures causas abstineo; sufficit gratias egisse et ipsi et reliquis Corporis inscriptionum Latinarum editoribus, amicis meis, qui cum omnes prompta voluntate me adiuverint, Christianus Huelsen Romae constitutus nonnullarum rerum quae longe ab Italia degentem fugere possint admonuit et monumenta nonnulla recens reperta mecum communicavit.

Scr. Berolini mense Sept. MDCCCLXXXXII.

**H. Dessau.**

# SVMMARIVM

## VOL. I.

---

Caput I.

pag.

Monumenta historica liberae rei publicae . . . . . . . . . . . . . . 1

Caput II.

Tituli imperatorum domusque imperatoriae . . . . . . . . . . . . . 22

Caput III.

Tituli regum et principum nationum exterarum . . . . . . . . . . . 188

Caput IIII.

Tituli virorum et mulierum ordinis senatorii . . . . . . . . . . . 194

Caput V.

Tituli virorum dignitatis equestris . . . . . . . . . . . . . . . . 293

Caput VI.

Tituli procuratorum et ministrorum domus Augustae condicionis libertinae et servilis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 325

Caput VII.

Tituli apparitorum et servorum publicorum . . . . . . . . . . . . . 372

Caput VIII.

Tituli nonnulli ius civitatis illustrantes . . . . . . . . . . . . 387

Caput IX.

Tituli militares . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 389

Caput X.

Tituli virorum nonnullorum in litteris clarorum . . . . . . . . . . 568

---

## Corrigendum.

P. 229 n. 1050 v. 5 *pro* III Scythicae *scr.* IIII Scythicae.

# CAPVT I.

# MONVMENTA HISTORICA LIBERAE REI PVBLICAE.

## Scipionum elogia.

**1** [*L. Corneli*]o Cn. f. Scipio

/ / / / / / / / / / / / / / / / / / / / / / /

/ / / / / / / / / / / / / /\\/ / / / / / / / / / /[1]

Cornelius Lucius Scipio Barbatus,
Gnaivod patre | prognatus, fortis vir sapiensque,
quoius forma virtutei parisuma | fuit;
consol, censor, aidilis quei fuit apud vos;
Taurasia Cisauna | Samnio cepit,
subigit omne Loucanam opsidesque abdoucit.

*Romae extra portam Capenam a sinistra viae Appiae (sed intra moenia urbis hodierna), quo loco monumentum Scipionum fuisse indicant Cic. Tusc. 1, 7, 13, Liv. 38, 56, Hieronymus chr. a. 1849 (cf. Mo. 1 p. 11), sarcophagus ex lapide Albano (peperino) rep. a. 1780 et in museum Vaticanum translatus (I 29. 30. VI 1284 5; Ritschl tab. XXXVII). Nomen defuncti (v. 1) scriptum est in sarcophagi operculo litteris rubro colore pictis, non incisis, carmen legitur in antica sarcophagi litteris incisis. Principium carminis periit nescio quo tempore excisum. Versus sunt Saturnii, in ipso lapide lineolis transversis discreti (nisi quod deest lineola post primum Saturnium); ad artis normam constituere eos conati sunt Ritschl Priscae Lat. mon. enarr. p. 32 et Buecheler ind. schol. Bonn. 1876 aest. p. 7. — L. Cornelius Cn. f. Scipio (Barbati nomen legitur tantum in hoc carmine et N. 3) consul fuit a. 456, censor videtur fuisse a. 464 (fast. Cap.). De rebus ab eo in consulatu gestis diversa ab hoc elogio narrat Livius 10, 12, 3. Taurasiae in Samnio mentio est ap. Liv. 40, 38, Cisauna ignota.* Samnio *videtur esse casus sextus. Omnem Loucanam, intellege terram (Woelfflin revue de philol. 1890 p. 122). — Carmen hoc cum multo minus vetustas declinationum formas habere videatur quam carmen incisum in sarcophago filii huius Barbati N. 3, litteris quoque incisum sit minus rudibus, Ritschelius mus. Rhen. 1854 p. 9 seq. = opusc. 4 p. 222 seq. inde collegit, hoc carmen non statim post mortem Barbati, sed post filii demum mortem compositum esse. (Utrumque carmen post Hannibalicum demum bellum factum et lapidi incisum esse coniecit Woelfflin l. c. p. 122). —* 1) *Erasi sunt versiculus primus et alterius duodecim fere litterae (in huius principio* ces. *litteras agnovit Huelsen ap. Woelfflin l. c.).*

**2** L. Cornelio L. f. Scipio | aidiles, cosol, cesor.

*Romae rep. una cum N. 1, nunc in museo Vaticano lapis litteris miniatis, non incisis (I 31. VI 1286; Ritschl tab. XXXVIII d).*

**3** Honc oino ploirume cosentiont[1] R[*omai*[2]]
duonoro optumo fuise viro[3],
Luciom Scipione. Filios[4] Barbati,
consol, censor, aidilis hic fuet a[*pud vos*].
Hec cepit Corsica Aleriaque urbe[5],
dedet Tempestatebus aide mereto[6] . . . . .

*Romae rep. eodem loco quo N. 2, sed multo ante (anno 1614), nunc in aedibus Barberinorum, tabula ex lapide Albano (I 32. VI 1287; Ritschl tab. XXXVIII). — Carmen ita scriptum est ut singuli versus Saturnii etiam in lapide singulos occupent versus. Numeros constituere conati sunt Ritschl mus. Rhen. 9 p. 6 seq. = opusc. 4 p. 213 seq., Buecheler ind. schol. Bonn. 1876 aest. p. 6, Woelfflin revue de phil. 1890 p. 115. — L. Cornelius L. Barbati f. Scipio consul a. 495 Corsicam cepit Aleriamque diruit, de Sardis Corsis Poenis triumphavit (Zonar. 8, 11; Flor. 1, 18, 16; fast. Capit. triumph., al., cf. Mo. C. I p. 18), censor fuit a. 496 (fast. Cap.). —* 1) *Similiter 'unum hunc plurimae consentiunt gentes populi primarium fuisse virum' habebat carmen incisum in sepulcro A. Atilii Calatini consulis a. 496. 500 (Cic. Cat. mai. 17, 61 cf. de fin. 2, 35, 116). —* 2) Romani *vel* Romane *suppleverunt Grotefendius et Mommsenus*, Romae *vel* Romai *Sirmondus et Ritschelius. —* 3) *Post* viro *supplevit* viroro *Ritschelius (praeeunte Grotefendio) metri causa, sed refragante lapide, qui spatium vacuum illo loco praebet; versum ita ut traditus est tuentur Buecheler et Woelfflin. —* 4) filiom *flagitat Woelfflin, iungens cum eis quae praecedunt —* 5) pugnandod *addidit Ritschl opusc. 4 p. 215,* clasid *Buecheler, qui versum etiam sine additamento defendi posse putat (ita etiam Woelfflin p. 115). —* 6) *Versum ita ut traditus est tuetur Woelfflin,* mereto lubenter *Grotefend,* meretod votam *Ritschl opusc. 4 p. 217. Aedem Tempestatium a Scipione votam memorat etiam Ovid. fast. 6, 193.*

---

**4** Quei apice insigne Dial[*is fl*]aminis gesistei, |
mors perfe[*cit*] tua ut essent omnia | brevia,
honos fama virtusque | gloria atque ingenium,
quibus sei | in longa licu[*i*]set tibe utier vita |,
facile facteis superases gloriam | maiorum.
quare lubens te in gremiu, | Scipio, recip[*i*]t
terra, Publi, | prognatum Publio, Corneli.

*Romae rep. una cum N. 1, tabulae quae olim effecerunt frontem sarcophagi, nunc in museo Vaticano (I 33. VI 1288; Ritschl tab. XXXIX f). — De carmine egit Buecheler ind. schol. Bonn. 1876 aest. p. 8. — P. Cornelius P. f. Scipio, flamen Dialis, iuvenis defunctus, alibi non memoratur (a nonnullis putatur esse filius Africani maioris memoratus a Cic. Cato mai. 11, 35, de off. 1, 33, 121, Brut. 19, 77, Vell. 1, 10).*

---

**5** L. Corneli. L. f. P. [*n.*] | Scipio, quaist., | tr. mil., annos | gnatus XXXIII | mortuos. Pater | regem Antioco | subegit.

*Romae rep. in sepulcro Scipionum, tabula ex sarcophago tophaceo (I 35*

*VI 1290; Ritschl tab. XLg). — Videtur esse L. Scipio quaestor a. 587 memoratus a Livio 45, 44.*

---

**6** I | II[2] Cn. Cornelius Cn. f. | III | III Scipio Hispanus[1]
pr., aid. cur., q., | tr. mil. II, Xvir sl. iudik.,
Xvir sacr. fac.

Virtutes generis mieis moribus accumul|avi,
progeniem[3] genui, facta patris petiei.
Maiorum optenui laudem, ut sibei me ess|e creatum
laetentur; stirpem nobilitavit hon|or.

*Romae, eodem loco quo N. 1 repertae tabulae tres ex lapide Albano (I 38. VI 1293; Ritschl tab. XLIII). —* 1) *Videtur esse Cn. Cornelius cognomento Hispanus, missus a. 605 ad arma a Carthaginiensibus accipienda (Appian. Lib. 80), in tribunatu scilicet alterutro aut in quaestura, praetor peregrinus a. 615 (Val. Max. 1, 3, 3, ubi appellatur* Hispalus). — 2) *Numeri sunt, quibus tabulae distinguebantur. —* 3) *In lapide post* progeniem *extat hasta, quam coniungens cum littera praecedente Mommsenus legit* progenie mi *(i. e.* progeniem mihi) genui, *prius vocabulum accipiens pro dactylo; contradicit Ritschl opusc. 4 p. 539.*

---

**7** L. Cornelius Cn. f. Cn. n. Scipio.
Magna sapientia | multasque virtutes
aetate quom parva | posidet hoc saxsum.
Quoiei vita defecit, non | honos, honore.[1]
Is hic situs, quei nunquam | victus est virtutei.
Annos gnatus XX is | l . . eis[2] mandatus:
ne quairatis honore | quei minus sit mandatus.

*Romae rep. in sepulcro Scipionum, tabula sarcophago apta (I 34. VI 1289; Ritschl tab. XLI). — Carmen tractavit Buecheler ind. lect. Bonn. 1876 aest. p. 9. — E. Q. Viscontius rettulit ad fratrem minorem Cn. Cornelii Scipionis Hispani N. 6; sed res plane incerta. —* 1) *Casus quartus; vita, non honesta indoles, defuit defuncto ad honorem capessendum; lusit poeta in ambigua significatione vocabuli honoris (Mo.). —* 2) l[oc]eis *supplevit Mo. (intellegens de sepulchro),* d[iv]eis *(nam primum elementum posse superesse ex* d *fracta) Buecheler.*

---

**8** . . [*Co*]rnelius L. f. L. n.
[*Sci*]pio Asiagenus
Comatus annoru.
gnatus XVI

*Romae rep. ibi ubi N. 1 seq. (I 36. VI 1291; Ritschl tab. XLh). — Scipio hic defunctus adulescens non fuit filius eius qui primus ex Asia cognominatus est (obstat enim praenomen avi), potest fuisse eius nepos.*

---

**9** . . . . . . . . . . . . . s
. . . . . . . . . . . . . . [*Sci*]pionem
. . . . . . . . . . . . . [*qu*]oad veixei.

*Romae rep. ibi ubi N. 1 seq., fragmentum sarcophagi (I 37. VI 1292; Ritschl tab. XLj). Cf. Buecheler ind. lect. Bonn 1876 aest. p. 9.*

---

**10** [*P*]aulla Cornelia Cn. f. Hispalli.

*Romae rep. ibi ubi N. 1 seq., sarcophagus (I 39. VI 1294; Ritschl tab. XXXVII c). — Videtur esse aetatis aliquanto recentioris quam qui praecedunt.*

---

**11** Hercolei | sacrom | M. Minuci. C. f. | dictator vov||it[1]. *(In latere)* L. I. XXVI[2].

*Prope Romam rep. ad viam Tiburtinam, basis ex lapide Albano (I 1503. VI 284; Ritschl suppl. I). Ad M. Minucium Q. Fabii dictatoris a. 536 magistrum equitum, deinde collegam rettulit Mommsenus.* — 1) *Litterae* it *porrectae in latus basis.* — 2) *His notis fortasse significatur locus arae adsignatus.*

---

**12** M. Claudius M. f. | consol | Hinnad cepit.

*Romae rep. in Esquilino ad S. Petri in vinculis, basis lapidis Albani (I 530. VI 1281 descripsit Fulvius Ursinus). — Sustinuit signum a M. Marcello ex Henna urbe a. 543 ablatum.*

---

**13** Martei | M. Claudius M. f. | consol dedit.

*Romae rep. ad portam Capenam (I 531. VI 474; Ritschl tab. L a).*

---

**14** [*L. Quinctius L. f. Le*]ucado[1] cepit, | [*eidem conso*]l dedit.

*Praeneste, frustulum lapidis Tiburtini (XIV 2935).* — 1) *Supplevit Stevenson;* Leucado *dictum pro* Leucade; *cepit Leucadem L. Quinctius Flamininus, T. Flaminini fratris legatus, a. 557 (Liv. 33, 17); idem consul fuit a. 562.*

---

**15** L. Aimilius L. f. inpeirator decreivit, | utei quei Hastensium servei | in turri Lascutana habitarent, | leiberei essent; agrum oppidumqu., | quod ea tempestate posedisent, | item possidere habereque | iousit, dum poplus senatusque | Romanus vellet. Act. in castreis | a. d. XII k. Febr.

*Tabula ahenea rep. in Hispania a Gadibus orientem versus prope vicum Alcalá de los Gazules, ubi videtur fuisse Lascuta memorata a Plinio 3, 1, 15, nunc Parisiis (II 5041). — L. Aemilius L. f. imperator Paullus est, qui altero consulatu (a. 586) Persen devicit; is praetor a. 563 Hispaniae ulteriori praefuit usque ad aestatem a. 565 (Liv. 35, 24, 6. 36, 2, 6. 37, 2, 11. c. 46, 7). Egit de hoc decreto Mo. Herm. 3, 265 seq., Staatsr. III p. XVII not.*

---

**16** M. Folvius M. f. | Ser. n. Nobilior | cos.[1] Ambracia | cepit.

*Romae rep. ibi fere ubi fuit aedes Herculis Musarum, basis lapidis Albani (VI 1307).* — 1) *Consul a. 565 Ambraciam cepit, triumphavit de Aetolis a. 567. — Titulus pertinuit ad unum ex signis a Fulvio Ambracia Romam translatis, et dedicatis in aede Herculis Musarum (Plin. h. n. 35, 36, 66; Cic. pro Arch. 11, 27; Eumenius pro rest. scholis 7).*

---

**17** M. Fulvius M. f. | Ser. n. cos. | Aetolia cepit.

*Tusculi, basis lapidis Albani (I 534. XIV 2601; Ritschl tab. XLVIII e. LXIX e). Stetit sub signo a Fulvio dedicato Tusculi, unde oriunda erat gens Fulvia. Ceterum basis videtur esse inscripta non Fulvii temporibus, sed multo postea.*

---

## Senatus consultum de Bacchanalibus.

**18** [*Q.*] Marcius L. f., S(p). Postumius L. f. cos. senatum consoluerunt n(onis) Octob. apud aedem | Duelonai. Sc(ribendo) arf(uerunt) M. Claudi(us) M. f., L. Valeri(us) P. f., Q. Minuci(us) C. f.

De Bacanalibus, quei foideratei | esent, ita exdeicendum censuere:

‘Neiquis eorum [*B*]acanal[1] habuise velet; sei ques | esent, quei sibei deicerent necesus ese Bacanal habere, eeis utei ad pr. urbanum | Romam venirent, deque eeis rebus, ubei eorum v[*e*]r[*b*]a[2] audita esent, utei senatus | noster decerneret, dum ne minus senatorbus C adesent [*quom e*]a res cosoleretur. | Bacas vir nequis adiese velet ceivis Romanus neve nominus Latini neve socium | quisquam, nisei pr. urbanum adiesent, isque [*d*]e senatuos sententiad, dum ne | minus senatoribus C adesent quom ea res cosoleretur, iousiset.[3] Ce[*n*]suere. |

Sacerdos nequis vir eset; magister neque vir neque mulier quisquam eset; | neve pecuniam quisquam eorum comoine[*m h*]abuise ve[*l*]et; neve magistratum, | neve pro magistratu[*d*],[4] neque virum [*neque mul*]ierem quiquam fecise velet; | neve post hac inter sed conioura[*se nev*]e comvovise neve conspondise | neve conpromesise velet, neve quisquam fidem inter sed dedise velet. | Sacra in [*o*]quoltod[5] ne quisquam fecise velet; neve in poplicod neve in | preivatod neve extrad urbem sacra quisquam fecise velet, nisei | pr. urbanum adieset, isque de senatuos sententiad, dum ne minus | senatoribus C adesent quom ea res cosoleretur, iousiset.[6] Censuere. |

Homines plous V oinvorsei virei atque mulieres sacra ne quisquam | fecise velet, neve inter ibei virei plous duobus, mulieribus[7] plous tribus | arfuise velent, nisei de pr. urbani senatuosque sententiad, utei suprad | scriptum est.’

Haice utei in coventionid exdeicatis ne minus trinum | noundinum, senatuosque sententiam utei scientes esetis, — eorum | sententia ita fuit: ‘sei ques esent, quei arvorsum ead fecisent, quam suprad | scriptum est, eeis rem caputalem faciendam censuere’ — atque utei | hoce in tabolam ahenam inceideretis, ita senatus aiquom censuit, | uteique eam figier ioubeatis, ubei facilumed gnoscier potisit; atque | utei ea Bacanalia, sei qua sunt, exstrad quam sei quid ibei sacri est, | ita utei suprad scriptum est, in diebus X, quibus vobeis tabelai datai | erunt, faciatis utei dismota sient. In agro Teurano.[8]

*Tabula ahenea rep. in vico Calabriae Tiriolo, nunc Vindobonae (Ritschl tab. XVIII; I 196 cf. X 104). — A. 568 de Bacchanalibus sacrisque nocturnis quaeri*

1) sacanal, 2) utra, 3) iousisent, 4) magistratuo, 5) aquoltod, 6) iousisent *aes.* — 7) *Scr.* mulieres. — 8) *Haec tria verba litteris maioribus adiecta.*

*et de ea re edicta per totam Italiam mitti a consulibus censuit senatus, teste Livio 39, 14 cf. Cic. de leg. 2, 15, 37. In hac tabula habemus tabellas (cf. v. 29) sive epistulam de ea re datas ad magistratus, ut videtur, vici alicuius agri Teurani (cf. v. 30), cum praemissa parte senatus consulti.*

## Senatus consultum de Tiburtibus.

**19** L. Cornelius Cn. f. pr. sen. cons. a. d. III nonas Maias sub aede Kastorus. | Scr. adf. A. Manlius A. f., Sex. Iulius . . ., L. Postumius S. f. | Quod Teiburtes v(erba) f(ecistis) quibusque de rebus vos purgavistis, ea senatus | animum advortit ita utei aequom fuit — nosque ea ita audiveramus | ut vos deixsistis vobeis nontiata esse —: ea nos animum nostrum | non indoucebamus ita facta esse, propterea quod scibamus, | ea vos merito nostro facere non potuisse, neque vos dignos esse | quei ea faceretis, neque id vobeis neque rei poplicae vostrae | oitile esse facere; et postquam vostra verba senatus audivit, | tanto magis animum nostrum indoucimus (ita utei ante | arbitrabamur), de eieis rebus af vobeis peccatum non esse. | Quonque de eieis rebus senatuei purgati estis, credimus, vosque | animum vostrum indoucere oportet, item vos populo | Romano purgatos fore.

*Tibure rep. tabula ahenea, nunc latet (I 107. XIV 3584). Videtur esse saeculi u. c. sexti exeuntis; L. Cornelius Cn. f. praetor fortasse is qui consul fuit a. 598 (cf. XIV l. c.). Hic quoque non habemus integrum senatusconsultum, sed principium cum responso dato Tiburtinis. Tiburtinos eo tempore Romanis suspectos fuisse et apud senatum legatione missa se purgavisse, alibi non traditur.*

## Tituli Mummiani.

**20** L. Mummi L. f. cos.
Duct. | auspicio imperioque | eius Achaia capt.,
Corinto | deleto Romam redieit | triumphans.
Ob hasce | res bene gestas quod | in bello voverat, |
hanc aedem et signu | Herculis Victoris |
imperator dedicat.

*Romae, tabula lapidis Tiburtini rep. in monte Caelio anno 1786, nunc in museo Vaticano (I 541. VI 331; Ritschl tab. LI). — L. Mummius cos. fuit a. 608, triumphavit a. 609. — Versus, quos Saturnios esse perspexit Marinius, ordinaverunt Ritschelius opusc. 4, 84 et paullo aliter Buecheler ind. schol. Bonn. 1876 aest. p. 5 n. 2. — Huius similes tabulas a triumphatoribus in aedibus sacris fixas memorant Atilius Fortunatianus (ap. Keil Gramm. Lat. 6 p. 293) et Liv. 40, 52. 41, 28. — De aede sive aedicula Herculis a Mummio dedicata cf. Jordan Herm. vol. 14 p. 572.*

**21** . . . cos. Achaea capta.

*In agro Curium Sabinorum (IX 4966 ad fidem unius auctoris saec. XVI).*

**21**[a] L. Mummius cos. | vico.
*Monteleone in Sabinis, ubi fuit Trebula Mutuesca, duae bases eisdem verbis inscriptae (I 543. IX 4882. Tomassetti Bull. com. 1890 p. 109).*

---

**21**[b] L. Mumius | cos. ded. N.[1]
*Nursiae (I 544. IX 4540, semel descripta).* — 1) *Nursinis.*

---

**21**[c] L. Mummius | cos. p. P.[1]
*Parmae (I 545. XI 1051; Ritschl tab. LIVd).* — 1) *populo Parmensi. Ceterum lapis undique circumsectus est et possunt complura periisse. Nec litterae sunt aetatis Mummii, sed imperatoriae; ita ut recte fortasse olim Borghesius titulo magis integro longe aliud significatum esse coniecerit.*

---

**21**[d] [*L. Mumm*]ius L. f. imp. | [*Cor*]intho capta | [*vico Ital*]icensi
*Italicae in Hispania rep. parva tabula marmorea (I 546. II 1119).*
*A L. Mummio post victoriam Achaicam oppida Italiae atque etiam provinciarum signis tabulisque exornata esse passim tradunt auctores (Strabo 8 p. 381; Cic. de off. 2, 22, 76; Frontinus strat. 4, 3, 15; auct. de vir. ill. 60, al. cf. Mo. 1 p. 150).*

---

**22** Ser. Folvius Q. f. Flaccus cos.[1] muru[2] locavit | de manubies[3].
*Tifatis supra Capuam (hodie S. Angelo in Formis) rep. a. 1888, lapis tofaceus muro insertus (Barnabei Notizie degli scavi 1888 p. 142).* — 1) *Consul fuit a. u. c. 619 (cf. de eo Mo. eph. ep. I p. 156 n. 11).* — 2) muru(m), *fortasse eum ipsum, in quo lapis extitit cum repertus est.* — 3) *Gentes aliquas devicerat in Illyria, ex quarum praeda hunc murum faciendum locavit (Liv. ep. 56; Appian. Illyr. 10). De manibiis cf. Mo. R. Forsch. 2 p. 443 not. 62.*

---

**23** Viam fecei ab Regio ad Capuam[1], et | in ea via ponteis omneis, miliarios | tabelariosque poseivei.

Hince sunt |

| | | |
|---|---|---|
| Nouceriam meilia | ↀI | |
| Capuam | | XXCIIII \| |
| Muranum | ↀXIIII | |
| Cosentiam | CXXIII \| | |
| Valentiam | CↀXXX![2] | |
| ad fretum ad \| statuam | CCXXXI![2] | |
| Regium | | CCXXXVII \| |
| suma af Capua Regium meilia | | CCCXXI![2] \|. |

Et eidem praetor in | Sicilia fugiteivos Italicorum | conquaeisivei, redideique | homines DCCCCXVII[3]. Eidemque | primus fecei, ut de agro poplico | aratoribus cederent paastores[4]. | Forum aedisque poplicas heic fecei.

*In vico Lucaniae Polla, ubi fuit Forum Popilii (I 551. X 6950; Ritschl tab. LIb). Tabulam positam esse a P. Popillio C. f. Laenate in consulatu a. 622 demonstrarunt Mommsenus Ritscheliusque (in huius opusc. 4 p. 115—130; cf. vol. I l. c.).* — 1) *De hac via cf. Mo. I p. 155.* — 2) *Error in milibus Cosentia Valentiam numerandis commissus itaque etiam ad sequentes numeros propagatus, rasura est cor-*

*rectus (Mo.). — 3) Iudice Mommseno gloriatur Popillius quod in servos fugitivos non animadverterit, sed restituerit eos dominis Italicis. — 4) Pertinent haec ad Ti. Gracchi legem agrariam, latam anno ante quam Popillius consul fuit.*

---

## Termini Gracchani.

**24** C. S[*e*]mpronius Ti. f. Grac., | Ap. Claudius C. f. Polc., | P. Licinius P. f. Cras. | IIIvir. a. i. a.[1]

*Columna rep. supra Capuam ad S. Angeli q. d. in Formis (I 552. X 3861; Ritschl tab., enarr. p. 49. 94). In vertice columnae legitur* k. XI. d. I, *i. e. kardo undecimus, decumanus primus. Similes columnas, sed minus plene lectas, habes I 553. 1504 = X 289. 3760. — Terminos hos positos esse post mortem Ti. Gracchi (a. 621 fin.), qui se ipsum et C. Gracchum fratrem et Ap. Claudium socerum triumviros agris dividendis creaverat, suffecto in eius locum P. Licinio Crasso, exposuit Mo. C. I p. 157. — 1) tres viri agris iudicandis adsignandis (vel: adtribuendis, cf. infra N. 48).*

---

**25** M. Folvius M. f. Flac., | C. Sempronius Ti. f. Grac., | C. Paperius C. f. Carbo | IIIvire a. i. a.

*Columnae duae parvae rep. in agro Hirpinorum inter Aeclanum et Compsam prope vicum Rocca San Felice (I 554. 555. IX 1024. 1025; Ritschl tab. LV c d). In verticibus harum columnarum (nec non columnae tertiae, cuius reliqua inscriptio periit, I 556. IX 1026) inscriptae sunt litterae singulares nondum recte lectae vel explicatae. Columnas positas esse aut a. 624, quo, mortuis P. Licinio Crasso et Ap. Claudio suffectos esse M. Fulvium Flaccum consulem a. 629 et C. Papirium Carbonem consulem a. 634 statuendum est, aut a. 625, quo triumviris illis iudicatio de agris adempta est (Appian b. c. 1, 19) desieruntque appellari ab agris iudicandis, exposuit Mo. C. I p. 157.*

---

**26** M. Terentius M. f. | Varro Lucullus | pro pr. terminos | restituendos | ex s. c. coeravit | qua P. Licinius | Ap. Claudius | C. Graccus IIIvir. | a. d. a. i.[1] statuerunt.

*Inter Pisaurum et Fanum rep. (I 583). — Titulum positum putat Borghenius opp. 7 p. 350. 351 a M. Terentio Varrone Lucullo inter praeturam (a. 678, cf. Ascon. p. 84 Or.) et consulatum (a. 681), scilicet cum propraetore Galliam Cisalpinam administraret, Mommsenus ab eodem anno 672 vel 673, cum Sullae partes secutus in illis regionibus exercitui praeesset. — 1) agris dandis adsignandis iudicandis.*

---

**27** M'. Aquillius M'. f. | cos. | CXXXI[1]. | [*Μάνι*]*ος* [*Ἀ*]*κύλλ*[*ι*]*ος Μανίου* | *ὕπατος Ῥωμαίων* | *ρλα'*[1].

*Lapis milliarius viae Epheso Pergamum ducentis, rep. non longe a Pergamo (III suppl. 7183). Similes lapides et in aliis viae Asiae prodierunt (III 479. 7177. 7184. 7205). — 1) Numerus millium passuum, quot hic lapis aberat ab Epheso capite provinciae Asiae. — M'. Aquillium cos. a. 625 Asiam Romanorum factam testamento Attali ordinavisse tradit Strabo 14 p. 646. Viarum quoque provinciae curam eum habuisse hi lapides docent.*

---

28 . . . . . . . . . Galbae
. . . [*Pa*]piri Carbonis
[*L. Calpu*]rni Bestiae

*Carthagine (Eph. ep. 7, 177). Tres viri hi sine dubio collegium aliquod effecerunt, fortasse agris dividendis; Bestia videtur fuisse is qui fuit tribunus plebis anno 633 (Cic. Brut. 34, 128), consul a. 643, Carbo aut is qui memoratur N. 25 aut Cn. Papirius consul a. 641, Galba C. Sulpicius damnatus una cum Bestia (Cic. Brut. 33, 127) anno 644 (cf. I. Schmidt et Mommsen, Eph. l. c.).*

---

29 [*C.*] Sergius M. f. | Vel. Mena;[1] | . . [*S*]ergius C. f. Vel.,[1] | quom Q. Caepione | proelio est occisus;[2] | C. Sergius . . .; | C. Sergius . . . . . . . . . . .

*Romae extra portam Ostiensem (I 582. VI 3632).* — 1) *Pater, libertini videlicet filius, cognomine utitur Graecanico, filius, utpote a patre avoque civibus oriundus, cognomine abstinet (Mo.).* — 2) *Intellegitur Q. Servilius Caepio, legatus P. Rutilii consulis a. 664, post eius caedem cum C. Mario exercitui praefectus et mox a Q. Pompaedio duce Marsorum insidiis circumventus (Liv. ep. 73; Appian. b. c. 1, 44; Eutrop. 5, 3).*

---

## Regum et populorum Asiae donaria.

30 [*Rex Metradates Pilopator et Pil*]adelpus[1], regus Metradati f.,
[*poplum Romanum amicitiai e*]t societatis ergo quae iam
[*inter ipsum et Romanos optin*]et; legati coiraverunt
[*Nemanes Nemanei f. et Ma*]hes Mahei f.
[*Βασιλεὺς Μιθραδάτης Φιλ*]*οπάτωρ καὶ Φιλάδελφος*[1]
[*βασιλέως Μιθραδάτ*]*ου τὸν δῆμον τὸν*
[*Ῥωμαίων φίλον καὶ*] *σύμμαχον αὐτοῦ*
[*γενόμενον εὐνοίας*] *ἕνεκεν τῆς εἰς αὐτόν·*
[*πρεσβευσάντων Ναιμ*]*άνους τοῦ Ναιμάνους,*
[*Μάου τοῦ Μάου*]

*Romae rep. sub Capitolio, ubi nunc dicitur 'piazza della Consolazione', lapis Tiburtinus (Gatti Bull. com. 1886 p. 403, 1888 p. 139; Huelsen Mitth. 1889 p. 252). A parte intuenti dextra supersunt litterae Graecae* ΟΔ . . . | ΦΙΛ . . . | ΡΩ . . ., *quae pertinuerunt ad titulum inalio lapide iuxta posito continuatum ὁ δῆμος ὁ Ταβηνῶν φίλος καὶ σύμμαχος Ῥωμαίων. Rursus in hoc lapide superest particula tertiae inscriptionis* popul . . . . . | popul . . . . . *quae videtur similis fuisse N. 33 (cf. Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. p. 696). Cf. de his inscriptionibus, positis a regibus populisque Asiae in Capitolio, sed fortasse non eodem tempore, Gatti et Huelsen l. c.* — 1) *Rex hic dictus Philopator et Philadelphus videtur idem esse cuius extat nummus argenteus (tetradrachma) cum inscriptione βασιλέως Μιθραδάτου φιλοπάτορος καὶ φιλαδέλφου (Th. Reinach rev. numism. 1887 p. 97 seq., 1888 p. 249 seq.). Sed quis fuerit et quando vixerit, incertum. Reinach (l. c.) habet eum pro Mithradate rege Ponti, patre magni Mithridatis Eupatoris, licet ille alibi appelletur non Philopator et Philadelphus, sed Euergetes, praeterea perhibeatur fuisse filius non Mithridatis,*

*sed Pharnacis (Iustin. 38, 6, 2). Contra Mommsenus (Zeitschr. f. Numism. 15, 1887 p. 214 seq.) et inscriptionem et nummum tribuit Mithridatis Eupatoris filio, cui regnum Paphlagoniae detulerit Sulla.*

---

**31** [*Lucei ab co*]muni restitutei in maiorum leibert[*atem* | *dant*] Roma(m) Iovei Capitolino et poplo Romano v[*irtutis*] | benivolentiae beneficique causa erga Lucios ab comu[*ni*]. | *Λυκίων τὸ κοινὸν κομισάμενον τὴν πάτριον δημο|κρατίαν τὴν Ῥώμην Διὶ Καπετωλίωι καὶ τῶι δήμω[ι] | Ῥωμαίων ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας καὶ εὐεργεσίας | τῆς εἰς τὸ κοινὸν τὸ Λυκίων.*

*Romae in Capitolio, saepius descripta saec. XVI, post periit (I 589. VI 372. Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. 986). — Positam inscriptionem putat Mommsen non post bellum Persei, quo tempore Lycii desierunt esse provincia Rhodiorum, sed temporibus Sullae, qui victo Mithridate Lycios ἐλευθέρους ἠφίει καὶ Ῥωμαίων ἀνέγραφε φίλους (Appian. Mithr. 61).*

---

**32** ..... [*poplum R*]omanum cognatum amicum sociu[*m*], | .........iaei beneficique erga Lucios in comu[*ne*].

*Romae rep. in Quirinali, non longe a 'piazza Barberini' (Gatti Bull. com. 1887 p. 251; Huelsen Mitth. 1889 p. 276).*

---

**33** Populus Laodicensis af Lyco | populum Romanum, quei sibei | salutei fuit, benefici ergo, quae sibei | benigne fecit |. *Ὁ δῆμος ὁ Λαοδικέων τῶν πρὸς | τῷ Λύκωι τὸν δῆμον τὸν | Ῥωμαίων γεγονότα ἑαυτῶι | σωτῆρα καὶ εὐεργέτην | ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας | τῆς εἰς ἑαυτόν.*

*Romae rep. in monte Quirinali, tabula lapidis Tiburtini, nunc in museo Vaticano (I 587. VI 374; Ritschl tab. LXXII b; Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. 987). — Et hanc positam putat Mo. post bellum Mithridaticum, quo Laodiceam ad Lycum fluvium obsidionem perpessam esse narrat Appianus Mithr. 20 cf. Strabo 12 p. 578.*

---

**34** Populus Ephesiu[*s populum Romanum*] | salutis ergo, quod o[*ptinuit maiorum*] | souom leibertatem i...... | Legatei : Heraclitus Hi.... [*f.*], | Hermocrates Dem[*etri f.*]

*Romae olim in aedibus Quirinalibus Barberinorum, nunc in Vaticano (I 588. VI 373; Ritschl tab. LXXII a). — Hanc olim stetisse iuxta N. 33 ex ipsarum tabularum similitudine colligitur. Mo. utramque stetisse putat in Capitolio antiquo montis Quirinalis. Populus Ephesius quamquam a. 666 ad Mithridatem defecerat, a. 668 ad Romanorum societatem redire maluit, decrevitque ἀναδεῖξαι τὸν πρὸς Μιθριδάτην πόλεμον ὑπέρ τε τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας καὶ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας (teste psephismate adhuc superstite, ap. Dittenberger syll. n. 253). — De maiorum suorum libertate, quam Ephesii se recuperavisse scribunt, cf. Mo. Staatsr. III p. 726.*

*His iungendus est titulus Graecus C. I. Gr. 5882 = Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. 988.*

---

**35** Q. Lutatius Q. f. Q. [*n.*] Catulus cos. substructionem et tabularium de s. s. faciundum coeravit [*ei*]demque pro[*bavit*].

*Romae in Capitolio 'ubi nunc salare maius' vel 'ubi sal reponitur', i. e. in ingenti antiquo aedificio quod extat in monte Capitolino inter arcem et Capitolium*

*proprie dictum (cf. Iordan top. I 2 p. 135 seq.): descripsit saec. XV Poggius et ante hunc Nicolaus Laurentii f. (Cola di Rienzi) primus auctor syllogae q. d. Signorilii; saec. XV exeunte frustra quaesivit Iucundus (I 592. VI 1314). — Pertinuit inscriptio ad ipsum sine dubio aedificium in quo lecta est (cf. Iordan ann. inst. arch. 1881 p. 67 seq.). Coniuncta autem videtur fuisse haec aedificatio Catuli cum restitutione magnae aedis Capitolinae, quam idem consul suscepit Sulla mortuo a. 676.*

---

**35**[a] [*Q. Lu*]tatius Q. f. Q. n. C[*atulus cos.* | *de s*]en. sent. faciundu[*m coeravit*] | eidemque prob[*avit*].

*Romae in eodem aedificio rep. a. 1845 (I 591. VI 1313; Ritschl tab. LXIX c; Iordan ann. inst. arch. 1881 p. 69).*

---

**36** P. Servilius C. [*f.*] | Isauricus | imperator cepi[*t*]

*Romae (I 1506 ad exemplum unicum factum ab ignoto auctore a. 1690). — P. Servilius C. f. M. n. Vatia consul a. 675, triumphavit a. 680 ex Cilicia, Isauricusque appellatus est.*

---

**37** C. Salluio C. f. Na'soni[1] leg. pro pr.[2] | Mysei Ab[*b*]aitae et Epict[*ete*]s[3], | quod eos bello Mitrhida[*ti*]s | conservavit, virtutis ergo. | *Γ*[*αΐ*]*ῳ Σαλλουίωι Γαΐου υἱῶι Νάσωνι* | *πρεσβευτῇ καὶ ἀντιστρατηγῶι Μυσοὶ* | *Ἀββαιεῖται καὶ Ἐπικτητεῖς, ὅτι αὐτοὺς* | *ἐν τῶι πολέμῳ τῶι Μιθριδάτους* | *διετήρησεν, ἀνδρῄας ἕνεκεν.*

*Ad lacum Nemorensem rep. inter rudera fani Aricini Dianae, columna marmorea (XIV 2218).* — 1) *Apex in* NA'SONI *ex vetustissimis qui innotuerunt.* — 2) *Homo praeterea ignotus, idem primus qui in inscriptionibus adhuc repertis dictus sit legatus pro praetore (proximus est Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus, tit. Cyrenens. ap. Dittenberger syll. 262); videtur in Asia vices egisse L. Luculli proconsulis, occupati expeditione Pontica anno 681 seq. (cf. Th. Reinach revue de phil. 1890 p. 148).* — 3) *Populi hi Mysiae memorantur a Strabone, alter etiam in nummis.*

---

## Lex Antonia de Termessensibus.

**38** I de Termesi. Pisid. mai.[1]

C. Antonius M. f., Cn. Corne[*lius* . . *f.*, *Q. Marcius* . . *f.*, *L. Hostilius* . . *f.*, *C. Popilius* . . *f.*, *M. Valerius* . . *f.*, *C. Antius* . . *f.*, *Q. Caecilius* . . *f.*, *L. V* . . . . . . . *f.*[2],] | C. Fundanius C. f. tr. pl. de s. s.[3] plebem [*ioure rogaverunt*] . . . . . . . . . . . . | preimus scivit. |

Quei Thermeses maiores Peisidae fuerunt, queique | eorum legibus Col. I Thermesium maior[*u*]m[4] Pisidarum | ante k. April., quae fuerunt L. Gellio Cn. Lentulo cos.[5], | Thermeses maiores Pisidae factei sunt, queique | ab ieis prognati sunt erunt, iei omnes | postereique eorum Thermeses maiores Peisidae[6] | leiberei amicei socieique populi Romani sunto, | eique legibus sueis ita utunto, itaque ieis | omnibus sueis legibus Thermensis maioribus | Pisideis utei liceto, quod advorsus hanc legem | non fiat. |

Quei agrei quae loco aedificia publica preivatave | Thermensium maiorum Pisidarum intra fineis | eorum sunt fueruntve L. Marcio Sex. Iulio cos.[7], | quaeque insulae eorum sunt fueruntve ieis | consolibus, quei supra scriptei sunt, quodque | earum rerum ieis consulibus iei habuerunt | possederunt us*ei fructeique*[8] sunt, quae de ieis rebus | locata non s*unt, utei antea habeant possideant; q*uaeque | de ieis rebu*s agreis loceis aedificieis locata su*nt, ac ne | locentur *sancitum est sanctione, q*uae facta | est *ex* l*ege rogata L. Gellio Cn. Lentulo cos.,* ea omnia | Ther*meses maiores Pisidae habean*t possideant, | ieisque *rebus loceis agreis aedificieis utantur fr*uantur | ita, utei ant*e Mitridatis bellum, quod p*reimum | fuit[9], habueru*nt possederunt usei fruct*eique sunt. |

Quae Thermensorum m*aioru*m Pisidarum publica | preivatave praeter loca[*ta*][10] agros aedificia sunt | fueruntve ante bellum Mitridatis, quod preimum | factum est, quodque earum rerum iei antea | habuerunt possederunt usei fructeive sunt, | quod eius ipsei sua voluntate ab se non abalienarunt, | ea omnia Termensium maiorum Pisidarum, utei sunt | fuerunt, ita sunto, itemque ieis ea omnia | habere possidere uutei frueique liceto. |

Col. II Quos Thermenses maiores Pisidae leiberos servosve || bello Mitridatis ameiserunt, magistratus pr*ove* | magistratu, quoia de ea re iuris dictio erit, qu*oque* | de ea re in ious aditum erit, ita de ea re ious | deicunto iudicia recuperationes danto, utei ie*i* eos recuperare possint. |

Nei quis magistratus prove magistratu legatus ne*ive* | quis alius meilites in oppidum Thermesum maiorum | Pisidarum agrumve Thermensium maiorum | Pisidarum hiemandi caussa introducito, neive | facito, quo quis eo meilites introducat quove ibei | meilites hiement, nisei senatus nominatim, utei Thermesum | maiorum Pisidarum in hibernacula meilites | deducantur, decreverit; neive quis magistratus | prove magistratu legatus neive quis alius facito | neive inperato, quo quid magis iei dent praebeant | ab ieisve auferatur, nisei quod e[*o*]s[11] ex lege Porcia | dare praebere oportet oportebit. |

Quae leges quodque ious quaeque consuetudo L. Marcio | Sex. Iulio cos. inter civeis Romanos et Termenses | maiores Pisidas fuit, eaedem leges eidemque ious | eademque consuetudo inter ceives Romanos et | Termenses maiores Pisidas esto; quodque quibusque | in rebus loceis agreis aedificieis oppideis iouris | Termensium maiorum Pisidarum ieis consulibus, | quei supra scriptei sunt, fuit, quod eius praeter | loca[*ta*][12] agros aedificia ipsei sua voluntate ab se non | abalienarunt, idem in eisdem rebus loceis agreis | aedificieis oppideis Termensium maiorum Pisidarum | ious esto; et quo minus ea, quae in hoc capite scripta | sunt, ita sint fiant, eius hac lege nihilum rogatur. |

Quam legem portorieis terrestribus maritumeisque | Termenses maiores Phisidae capiundeis intra suos | fineis deixserint, ea lex ieis portorieis

capiundeis | esto, dum nei quid portori ab ieis capiatur, quei publica | populi Romani vectigalia redempta habebunt. Quos | per eorum fineis publicani ex eo vectigali transportabunt | . . . . . . . . . . . *(continuabatur in tabula deperdita).*

*Tabula aenea Romae rep. saec. XVI, nunc Neapoli (I 204; Ritschl tab. XXXI). Superest ex lege lata a C. Antonio (qui consul fuit a. 691) tribuno plebis et collegis eius de libertate confirmanda civitati Pisidiae, cui nomen fuit Termessus maior, anno ut videtur 683, certe non multum post 682 (cf. not. 5).* — 1) *Notula hac significatur tabulam esse primam ex compluribus legis de Termessiis Pisidis maioribus.* — 2) *Nomina collegarum C. Antonii, scripta olim in aliis tabulis iuxta positis, quae perierunt (cf. Ritschl opusc. 4 p. 442), suppleta sunt ope lapidis quem infra dabimus in capite de operibus publicis.* — 3) *Sullam instituisse, ut tribuni plebis de senatus tantum sententia plebem rogarent, tradit Appianus (cf. Mo. Staatr. III p. 158).* — 4) maiorem *aes.* — 5) *A. 682.* — 6) Therm. mai. Peis. *vocabula abundant.* — 7) *A. 663.* — 8) *Quae inclinatis dedi, hodie in aere oblitterata sunt, sed servata per apographum factum saec. XVI.* — 9) *Coepit anno 666.* — 10) loca *aes. emendavit nuper Mommsen.* — 11) eds *aes.* — 12) loca *aes (cf. not. 10).*

---

**39** L. Cassius Longin. | procos. | Tempe munivit.

*In valle Tempe, ubi ascenditur in montem Ossam, vivae rupi incisum (III 588). Est legati Caesaris L. Cassii Longini, quem ante pugnam Pharsalicam Caesar in Thessaliam misit. Caes. b. c. 3, 34. 35. Dio 41, 1 (Mo.).*

---

**40** [*P.*] Serveilius P. [*f.*] | Isauricus procos.[1] | res[*tit*]uit.

*Londinii, advecta sine dubio ex Asia, semel descripta saec. XVII (I 622. III 462).* — 1) *Cos. a. 706, proconsul Asiae a. 708. Eiusdem proconsulis alios titulos tam Latinos quam Graecos Asianos habes III suppl. 7097. 7098 cum adn.*

---

**41** L. Plancus L. f. cos., | imp. iter., de manib.

*Romae rep. in foro sub Capitolio, aliquoties descripta saec. XVI (VI 1316). — L. Munatius Plancus, cos. a. 712, post triumphum de Raetis d. 29 Dec. 711, aedem Saturni fecit de manibiis, teste titulo sepulcri eius, quem infra dabimus. Nota hunc lapidem repertum esse non ita longe a ruderibus aedis Saturni restitutae a Planco.*

---

**42** Cn. Domitius M. f. Calvinus | pontifex, | cos. iter., imper., | de manibieis.

*Romae, basis rotunda. rep. in monte Palatino (VI 1301; Huebner ex. scr. ep. 48). — Calvinus fuit cos. a. u. c. 701, iterum a. 714, triumphavit ex Hispania a. 718 (fast. triumph. Cap. et Barb., Dio 48, 42). Extant nummi quos ipse cudi iussit in Hispania. (Eckhel 5, 203), in quibus et imperator dicitur et repraesentantur insignia pontificatus.*

---

## TITVLI CLARORVM VIRORVM POSITI A POSTERIS.

**43**

| | | |
|---|---|---|
| [*Q.*] Fabius Q. f. Maxsu- | L. Aem[*il*]ius L. f. Paullus[1] | P. Cornelius Paulli f. Scipio |
| aed. cur. [mus | co[*s. II*] cens. augur | Africanus cos. II cens. |
| | tr[*i*]umphavit ter | augur triumphavit II |

**43ᵃ** Q. Fabius Q. f. Maxsumus aed. cur. rest.

*In foro Romano rep. anno circiter 1546 (N. 43ᵃ duobus exemplis se invicem supplentibus) descr. Smetius (I 606. 607. VI 1303. 1304). Inscriptiones arcus Fabiani, facti a Q. Fabio Maximo Allobrogico consule a. 633 (teste Pseudo-Asconio p. 133 Or.), restituti a Q. Fabio Maximo aedile curule circa a. 698, ad quam restitutionem spectare Mommsenus vidit verba Ciceronis in Vat. 11, 28: 'nihil Maximus fecit alienum aut sua virtute aut illis clarissimis Paulis, Maximis, Africanis, quorum gloriam huius virtute renovatam non modo speramus verum etiam iam videmus'. — 1) Paullus (cf. supra N. 15 et infra N. 57), consul a. 572. 586, censor a. 590, imperator ter (unde male tres triumphi ei tribuuntur, pro duobus, ex Hispania et de rege Perse) pater fuit Q. Fabii Maximi Aemiliani consulis anni 609 et huius Maximi qui arcum restituit atavus, Africanus minor, consul a. 607 et 620, censor a. 612, fuit et ipse Paulli filius, Fabii Maximi Aemiliani frater, ideoque adnumerari potuit maioribus Fabiorum.*

---

**44** Ap. Claudius q. urb., cos cum P. Servilio Pr[*isco*]..

*Romae, loco accuratius non indicato, semel descripta saec. XV (VI 1279 cf. I p. 279). — Pertinet ad consulem a. u. c. 259.*

---

**45** [*P. Claudius Ap. f. P. n. Pulcher* | *colono*]s adscripsit Cales, cos.[1] cum | [*L. Porcio, IIIvi*]r coloniam deduxit Graviscam[2].

[*C. Claudius Ap. f. C. n. Pulcher*] | q., IIIvir a. a. a. f. f., aed. cur., iudex q. veneficis[3], pr. | repetundis, curator vis sternendis, cos.[4] cum M. Perperna.

*Romae, in lapide saeculis superioribus adhibito pro limine ecclesiae S. Martini in Montibus, ubi nuper particula denuo prodiit, inscriptiones duae iuxta positae (VI 1283; Bull. com. 1880 p. 318). — 1) Consul a. 570. — 2) Cf. Liv. 40, 29, cuius loci ope haec inscriptio ad C. Claudium referri potuit. — 3) De iudice quaestionis de sicariis et veneficis cf. Mo. Staatsr. II, 573. — 4) A. 662.*

---

**46** M. Valerius M. f. M'.[1] [*n.*] | Messalla, pontife[*x*], | tr. mil. II, q., pr. urb., co[*s.*], | Vvir a. d. a. i., interr[*ex*] | III, censor.

*Romae rep. pone basilicam Constantini, lapis aetate labente in mensulam conversus (VI 3826). — Pertinet ad M. Valerium Messallam consulem a. 693, quem ut pontificem memorat etiam Cicero de harusp. resp. 6, 12; quinquevir agris dandis adsignandis iudicandis videtur fuisse a. 695 lege Iulia (Cic. de prov. cons. 17, 41, ad Att. 2, 7, 4), interrex ter sine dubio interregnis tribus quae per illa tempora fuisse scimus a. 699. 701. 702, censor fuit a. 699/700 (cf. VI 1234). — 1) Prior tantum pars litterae extat, sed* M' *fuisse, non* M *certum est ex VI 1234. — In eodem lapide supersunt litterae* ...... M. n. | ... inus, *ex titulo ut videtur filii huius Messalae, M. Valerii Messallae Corvini consulis a. 723. Lapidem superesse ex monumentis Valeriorum in Velia (Dionys. 5, 48, Plut. Publ. 23, q. Rom. 79) coniecit Henzen.*

---

**47** C. Octavius C. f. C. n. C. pr[*on.*] | pater Augusti |, tr. mil. bis., q., aed. pl. cum | C. Toranio, | iúdex quaestionum, | pr. pro cos., imperátor appellátus | ex provincia Macedonia.

*Romae, tabula marm. incertum ubi reperta, saepius descripta saec. XVI, post periit (VI 1311 cf. I p. 278). A parte intuenti sinistra supererant litterae* ..... Caesar | ......... i | ....... ic. q. pr. | ....... cos. in Asiá, *fortasse ex titulo C. Iulii Caesaris patris dictatoris Caesaris. C. Octavius pater Augusti praetor fuit a. 693,*

*deinde sortitus est Macedoniam, ex qua rediens obiit (Suet. Aug. 4 al.). Titulos N. 47—49 ad sacrarium aliquod domus Augustae, in quo imagines stirpis imperatoriae coniunctarumque familiarum propositae fuerint, putat Mommsenus.*

---

**48** C. Iulius L. f. Caesar | Strabo, | aed. cur., q., tr. mil. bis, Xvir agr. dand. adtr. iud., pontif.

*Romae, saec. XV et XVI in pariete quodam iuxta forum Augusti saepius descripta (VI 1310). Cf. Mommsen C. I p. 278, IV. — De hoc viro, in litteris non minus quam in re publica claro, passim memorato a Cicerone, cf. praeter alios Teuffel Lit. §. 153, 3. Occisus est a. 667.*

---

**49** M. Livius M. f. C. n. Drusus pontifex, tr. mil., Xvir stlit. iudic.[1], tr. pl., Xvir a. d. a. lege sua et eodem anno Vvir a. d. a. lege Saufe[i]a, in magistratu occisus est.

*Romae, loco accuratius non definito (VI 1312 ad exemplum unicum factum saec. XVI, vv. non divisis). Cf. Mommsen C. I p. 279, VII. — Pertinet ad celebrem tribunum plebis a. 663, de cuius legibus cf. Liv. ep. 71, Appian. b. c. 1, 35, de vir. ill. c. 66. Saufeius videtur fuisse collega Livii in tribunatu. — 1) Quaestura et aedilitas, quibus functum esse Livium tradit auctor de viris ill. c. 66, absunt fortasse culpa descriptoris.*

---

## Elogia fori Augusti. Elogia Arretina.

*Augustum Romae in foro nominis sui dedicavisse statuas clarorum virorum, ducum potissimum et triumphatorum, additis gestis, tradunt auctores (cf. Mommsen I p. 281 seq.). Horum ipsorum elogiorum pauca tantum fragmenta ad nos pervenerunt, plurium servata sunt exempla quae lapidibus insculpta Arretii cives apud se collocare voluerunt. Ita enim explicandum esse, quod elogium C. Marii N. 59 paene totum repertum sit in lapide Arretii, pars autem eius in alio lapide Romae, olim vidit Morcellius. Nuper autem etiam Appii Claudii et Q. Fabii Maximi elogiorum, antea ex Arretinis tantum lapidibus notorum, frustula reperta sunt Romae in ipsis fori Augusti ruderibus (v. N. 54. 56). — Num in aliis quoque oppidis Italiae provinciarumque elogia fori Augusti repetita sint, adhuc non constat. Sane similis elogii fragmentum prodiit Carthagine (Eph. ep. 7, 178). Item similes sunt tituli Pompeiis reperti Aeneae et Romuli (infra N. 63. 64), quos et ipsos ex titulis urbanis fori Augusti expressos esse coniecit Mommsen.*

---

**50** M'. Valerius | Volusi f. | Maximus, | dictator[1], augur. Primus[2] quám | ullum magistrátum gereret, | dictator dictus est. Triumphavit | de Sabinís et Médullinis. Plebem | de Sacro monte déduxit, gratiam | cum patribus reconciliavit; fae|nore graví populum senátus, hoc | eius rei auctore, líberávit. Sellae | curulis locus ipsí posteríSque | ad Murciae spectandi caussa datus | est. Princeps in senatum semel | léctus est.

*Arretii rep. a. 1688 ibique extat (XI 1826). Illustravit Mommsen I p. 284 n. XXIII. — 1) A. 260 (cf. Liv. 2, 30, 4 seq. al.). — 2) Scr.* prius. — *Pendere a Valerio Antiate huius elogii auctorem probare studuit O. Hirschfeld Philol. 34 (1876) p. 85 seq.*

---

51 ...... [*cum Galli obs*]iderent Capitolium |, [*virgines Ve*]stales Caere deduxit |, [*ibi sacra at*]que ritús sollemnes ne | [*intermitte*]rentur curaí sibi habuit, | [*urbe recup*]erata sacra et virgines | [*Romam rev*]exit.

*Romae, fragmentum tabulae medio aevo in Pantheo resarciendo adhibitum, nunc in museo Vaticano (VI 1272). Mommsenus I p. 285 cum aliis rettulit ad L. Albinium, de quo Liv. 5, 40, 9 cf. 7, 20, 7.*

---

52 ............. | Veios post urbem | captam commigra|rí passus non est[1] |; Etruscís ad Sutrium | devictís, Aequís et | Volscís subactis, | tertium triumphavit[2]; quart.[3] sev[*ere in*] | Velitern[*os animad*|*vertit*] ......

*Romae, fragmentum tabulae incertum quo loco repertum, nunc Florentiae (VI 1308). Cf. Mo. vol. I p. 285 6. Pertinet ad M. Furium Camillum.* — 1) *A. 364.* — 2) *A. 365.* — 3) *Quartum, scil. tribunus militum, a. 368.*

---

53 ....... bello Samnitium | cum auspicii repe|tendi caussa Romam | redisset atque inte|rim Q. Fabius Amb[*ustus*] Maximus mag[*ister*] | equitum iniu[*ssu* | *eiu*]s proelio c[*on*|*flixisset*] .......

*Romae, parva tabula incertum quo loco rep., nunc Parmae (VI 1318). Cf. Mo. C. I p. 287. Pertinet ad L. Papirium Cursorem et ad rem narratam a Livio 8, 30.*

---

54 Appius Claudius | C. f. Caecus, | censor, cos. bis, dict., interrex III, pr. II, aed. cur. II, q., tr. mil. III. Com|plura oppida de Samnitibus cepit; | Sabínorum et Tuscórum exerci|tum fudit; pácem fierí cum [*P*]yrrho[1] rege prohibuit. In censura viam | Appiam stravit et[2] aquam in | urbem adduxit; aedem Bellonae | fecit.

*Integra prodiit saec. XVI Arretii in tabula marmorea, quae extat Florentiae (XI 1827); frustula nonnulla exempli Romani prodierunt in foro Augusto anno 1889 (Bull. comunal. 1889 p. 77), quae distinximus lineolis subiectis. Illustravit Mommsen I p. 287 n. XXVIII. — Appius Claudius Caecus censor fuit a. 442, consul a. 447. 458, praetor (iterum ut videtur) a. 459 (Liv. 10, 22).* — 1) tyrrho, 2) ei *lapis Arretinus.*

---

55 ......... navis c........... [*c*]epit. Prí[*mus* ...... *triumphum n*]aval[*em egit. H*]uic per[*miss*]um est u[*t ab e*]pulis do[*mum cum tibici*]ne e[*t f*]unali rediret.[1] [*S*]tatua q[*uoque*] ......... od ... rean .. vic ......

*Romae in foro Augusti fragmenta rep. a. 1890 (Bull. com. 1890 p. 257). — Pertinet titulus ad C. Duilium consulem a. 494, de quo cf. infra N. 65. — Eiusdem lapidis etiam alia fragmenta exigua prodierunt, in his unum cum litteris* rostr ..., *spectans fortasse ad mentionem columnae rostratae.* — 1) *Cf. auct. de vir. ill. 38; Florus 1, 18, 10; Cic. Cat. mai. 13, 44.*

---

56 [*Q. Fabius*] Q. f. Maximus | dictator bis, cos. [*qui*]nquien[*s*][1], cen|sor, interrex [*b*]is[1], aed. cur., | q. II, tr. mil. II, pontifex, augur. | Primo consulatu Ligures sube|git, ex iis triumphavit. Tertio et | quarto Hanni-

balem compluri|bus victorís ferocem subsequen|dó coercuit. Dictator magistro | equitum Minucio, quoius popu|lus imperium cum dictatoris | imperio aequaverat, et exercituí | profligáto subvénit et eo nómi|ne ab exercítú Minuciano pa|ter appellatus est. Consul quin|tum Tarentum cépit, triumpha|vit. Dux aetatis suae cautíssi|mus et re *(sic)* militaris peritissimus | habitus est. Princeps in senatum | duobus lustrís lectus est.[2]

*Integra (praeter v. 1) extabat saec. XIV. XV Arretii, quod exemplum hodie extat Florentiae (XI 1828); exempli collocati Romae in foro Augusti fragmentum prodiit loco antiquo anno 1889 (Bull. com. 1889 p. 74. 481, huius litteras distinxi lineis subductis). Illustravit Mo. I p. 288. — Q. Fabius Maximus Verrucosus consul fuit a. 521. 526. 539. 540. 545, dictator iterum a. 537, obiit a. 550.* — 1) V *et mox* II *exemplum Arretinum*, . . nquien . ., . . is *Romanum.* — 2) *A. 545. 550 (Liv. 27, 11, 12. 29, 37, 1).*

---

57 L. Aemilius | L. f. Paullus | cos. II, cens., interrex, pr., aed. | cur.[1], q., tr. mil. tertio, aug. Liguribus domitis priore | consulatu triumphavit. | Iterum cos. ut cum rege | [*Per*]se bellum gereret a p[*o*|*pulo*[2] *f*]actus est. Copias regis | [*decem dieb*]us quibus Mac[*e*|*doniam atti*]git delev[*it*, | *regem cum liberi*]s cep[*it*].

*Arretii (XI 1829). Illustravit Mommsen I p. 289.* — 1) *Cos. a. u. c. 572. 586, censor a. 590, praetor a. 565. aedilis curulis a. 562.* — 2) *Sic supplevit Mo., recte ut puto (cf. etiam Nissen Unters. p. 265);* ap|[sens] *Bormann.*

---

58 [*Ti.* S]empronius P. f. | Graccus | . . . .

*Arretii (XI 1830 cf. I p. 289). Pertinuit ad consulem a. 577. 591.*

---

59 C. Marius C. f. cos. VII, pr., tr. pl., q., augur[1], tr. mil.[2]. Extra sortem bellum cum Iugurtha[3] rege Numid.[4] cos. gessit. Eum cepit et triumphans in secundo consulatu ante currum suum duci iussit. Tertium consul[5] apsens[6] creatus est. IIII cos. Teutonorum exercitum | delevit. V cos. Cimbros fugavit[7], ex | ieis[8] et Teutonis iterum triumphavit. | Rem p.[9] turbatam seditionibus tr. pl. | et praetor., quei[10] armati Capitolium occupaverunt, VI cos. vindicavit. | Post LXX annum patria per arma | civilia expulsus armis restitutus | VII cos. factus est. De manubiis | Cimbris et Teuton. aedem Honori | et Virtuti victor fecit. Veste | triumphali calceis patriciis [*in senatum venit*] . . .

*Integra (praeter finem) descripta est Arretii saec. XIV (XI 1831); exempli urbani fragmentum saec. XV prodiit ut videtur ibi ubi fuit forum Augusti, nunc est Neapoli (VI 1315), particula exigua reperta est a. 1876 in villa Aldobrandinia (eph. ep. 4, 817) (exempli urbani litteras lineolis distinxi). Illustravit Mommsen I p. 291. — C. Marius consul fuit septies, a. 647. 650 - 654. 668, praetor a. 639 (Cic. de off. 3, 20, 79 al.), tribunus plebis a. 635 (Plut. Mar. 4), tribunus militum a populo (Sall. Iug. 63), augur (Cic. ad Brut. 1, 5, 3). De veste triumphali memorata in fine cf. Liv. ep. 67, Plut. Mar. 12.* — 1) aug., 2) tr. militum, 3) Iugurta, 4) Numidiae, 5) cos., 6) absens, 7) fudit, 8) iis, 9) pub., 10) qui *exemplum Arretinum.*

**60** L. Licinius L. f. | Lucullus | cos., pr., aed. cur., q., | tr. militum, aug. | Triumphavit de rege Ponti Mithridate | et de rege Armenia[*e*][1] Tigrane, magnis | utriusque regis copiis conpluribus pro|elis terra marique superatis. Conle|gam suum pulsum a rege Mithridat[*e*] |, cum se is Calchadona contulisset, opsidione liberavit.

*Arretii (XI 1832, cf. Mommsen I p. 292). L. Lucullus consul fuit a. 680, praetor a. 677, aedilis curulis a. 675, quaestor c. a. 666 (pro quaestore cum esset, Deli positus est ei titulus quem infra edemus); triumphavit a. 692 (cf. Drumann 4 p. 120 seq.).* — 1) Armeniae e *lapis.*

*Praeterea exigua frustula incertorum huius generis elogiorum edita sunt Bull. com. 1889 p. 73 seq., 1890 p. 256 seq.*

---

## Elogia alia priscorum virorum.

**61** Fert. Erresius[1], | rex Aequeicolus |. Is preimus | ius fetiale paravit; | inde p. R. | discipleinam excepit.

*Romae, in Palatino rep., columna parva lapidis Albani (I p. 564. VI 1302). Titulus aetatis imperatorum, sermo antiquitatis affectatae.* — 1) Fertor Resius *(sic hic quoque scribendum videtur Mommseno pro* Fert. Erresius), *ut iuris fetialis inventor memoratur in libro de viris ill. c. 5 et de praen. 1.*

---

**62** Lavinia Latini | filia.

**62[a]** Silvius Aeneas, | Aeneae et Lavi|niae filius.

*In vico Pratica, ubi fuit Lavinium (XIV 2067. 2068 cf. I p. 283) bases duae, inscriptae fortasse saec. p. Chr. altero.*

---

**63** Aénea[*s, Ven*]eris | et Anchisa[*e filius. Troia*]nos | qui capta Tr[*oia et incensa s*]uper | [*fue*]rant in It[*aliam adduxit*] | . . . . . um su . . . . . . . | . . . . . . . en . . . . . . . | . . . . . . . lbu . . . . . | [*oppidum Lavinium*] con[*didit* . . . | . . . *regnavit an*]nos trís; in | [*bel*]lo Lauren[*tin*]o non con[*pa*]ruit appel[*latus*]q. est Indigens | [*pa*]ter et in deo[*rum n*]umero relátus.

*Pompeiis in foro rep. (X 808 p. 1006, I p. 283).*

---

**64** Rómulus Mártis | [*f*]ilius. Urbem Rómam | [*condi*]dit et regnavit annós | duodequadragintá. Isque | primus dux duce hostium | Acrone rege Caeninensium | interfecto spolia opi[*ma*] | Iovi Feretrio consecra[*vit*, | receptusque in deoru[*m*] | numerum Quirinu[s] | appellatu[*s est*].

*Pompeiis in foro rep. (I p. 283. X 809).*

---

## Elogium Duilii.

**65** . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . [*Secest*]ano[*sque* . . . . . . . . . . . . . . . . . *op-*]
[*sidione*]d exemet lecione[*sque Cartaciniensis omnis*]

[*ma*]ximosque macistr[*a*]tos l[*uci palam post dies*]
[*n*]ovem castreis exfociont, Macel[*amque opidom vi*]
[*p*]ucnandod cepet. enque eodem mac[*istratud bene*]
[*r*]em navebos marid consol primos c[*eset copiasque*]
[*c*]lasesque navales primos ornavet pa[*ravetque*],
cumque eis navebos[1] claseis Poenicas omn[*is, item ma-*]
[*x*]umas copias Cartaciniensis praesente[*d Hanibaled*]
dictatored ol[*or*]om in altod marid pucn[*andod vicet*]
[*v*]ique nave[*is cepe*]t cum socieis septer[*esmom unam quin-*]
[*queresm*]osque triresmosque naveis X[*XX, merset XIII*].
[*auro*]m captom: numei ↀↀↀDCC
[*arcen*]tom captom praeda numei ↈ c. . . . . . . . . . .
[*omne*] captom aes ↈↈↈↈↈↈↈↈ . . . . . . . .
. . . . ↈↈↈↈↈↈↈↈↈↈↈↈↈ . . . . . . [*pri-*]
[*mos qu*]oque navaled praedad poplom [*donavet pri-*]
[*mosque*] Cartacini[*ens*]is [*ince*]nuos d[*uxit in*]
[*triumpod*] . . . . . . eis . . . . . . capt . . . . . .

*Romae in foro sub Capitolio, ubi Rostra fuerunt, rep. fragmentum marmoreum nunc adservatum in Capitolio in aedibus q. d. Conservatorum (I 195. VI 1300; Ritschl tab. XCV; Huebner ex. scr. ep. 91). — Spectat ad C. Duilium cos. a. 494 qui Carthaginienses ad Mylas devicit, sed confictum est et lapidi incisum aetate imperatoria, fortasse sub Claudio, cuius temporibus litterae apprime creduntur convenire (Ritschl opusc. 4 p. 204 seq. = Priscae Lat. mon. ep. enarr. p. 82). (Sinceritatem tituli, quem aetate Augusti expressum putat ex antiquiore, tuetur Woelfflin act. acad. Bavar. class. phil.-hist. 1890 p. 293 seq.). Memorat hanc inscriptionem de visu Quintilianus inst. 1, 7, 12, columnam rostratam Duilii memorant praeterea Plin. h. n. 34, 20 et alii. — Supplementa ordinavit Mommsen. De Segestanis obsidione liberatis et Macella expugnata cf. Polyb. 1, 24, 2 Zonar. 8, 11, de numero navium apud Mylas captarum Polyb. 1, 23, 7 Eutrop. 2, 20 Oros. 4, 7, 10. Vv. 15 seq. significatur ex praeda redacta esse aeris centena milia circiter tricies (certe plus semel vicies); morem antiquum affectans auctor inscriptionis notam ↈ toties repetivit quoties opus esset.* — 1) navebos *lapis sed correctum ex* navebus.

---

**66** P. Scipioni cos., | imp., ob restitu|tam Saguntum | ex s. c. bello Pu|nico secundo.

*Sagunti (II 3836; Huebner ex. scr. ep. 434). Scripta aetate imperatorum (saeculo secundo exeunte, ut olim, eodem incipiente, ut nuper iudicavit qui vidit Huebner). — De restitutione Sagunti cf. Liv. 24, 42, 10. 28, 39.*

---

**67** Corneli|us | Scipio | Cartha|gine | capta.

*Ad lacum Fucinum in oppido S. Benedicti, ubi fuit Marruvium Marsorum, rep. a. 1880 (IX 6348). — Haec ficta est non nostris temporibus, ut putabat Henzen (Bull. dell' Inst. 1882 p. 35), sed aetate imperatorum, scilicet apposita ad signum, quod fama sive vera sive falsa ferret ex praeda Carthaginiensi donatum a Scipione (Mo.). Sincerum titulum signi a Scipione donati vel potius restituti Thermitanis in Sicilia, Graece scriptum, edidit Kaibel Herm. vol. 18 p. 156.*

68 Cornelia Africani filia, | Gracchorum.[1] *(In parte superiore basis)* opus Tisicratis.[2]

*Romae basis rep. ibi ubi fuit porticus Octaviae, nunc in Capitolio (VI 10043).* — 1) *Titulus scriptus litteris non antiquioribus Augusto. Statuam Corneliae Gracchorum matris in porticu Octaviae vidit Plinius h. n. 34, 31. Matris vocabulum omissum esse plane mirum est.* — 2) *Hoc scriptum litteris deterioribus quae referunt saeculum tertium vel adeo quartum. (Similes titulos* opus Polycliti, opus Praxitelis, [*o*]pus Tim[*a*]rchi *Rossius Bull. mun. 1874 p. 174—181 adtribuit saeculo p. Chr. alteri vel tertio). Videtur, sublata statua Corneliae, basi impositum esse signum aliquod factum a Tisicrate prisco artefice.*

---

# EX FASTIS CAPITOLINIS.

## Tabulae triumphorum principium.

69 Romulus Martis f. rex ann. . . . .
de Caeninensibus k. Mar.
[*Romulus*] Martis f. rex II . . . .
[*de Antemnatibus*] . .
. . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . .
[*Ancus Marcius rex de*] . . . . .
[*Sab*]ineis et [*Veientibus*] . . . .
[*L.*] Tarquinius Dama[*rati f. ann.* . . .
Priscus rex de Latin[*eis*]
L. Tarquinius Damarati f. [*ann.* . .
Priscus rex II de Etrusce[*is*] . . .
L. Tarquinius Damarati f. ann. CLXVI
Priscus rex III de Sabineis idib. Sext.
Ser. Tullius rex de Etruscis VI k. Dec. a. CXXCII
Ser. Tullius rex II de Etrusc. VIII k. Iun. a. CXXCVI
Ser. Tullius rex III ann. CXXC . . .
de Etrusceis IIII non . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Romae rep. in foro variis temporibus (potissimum a. 1546 et rursus a. 1816) quam plurima fragmenta saxorum inscriptorum aetate, ut litterae indicant, circiter Augusti, pars habet nomina consulum dictatorum censorum liberae rei publicae, pars recensum triumphorum inde ab urbe condita: translati lapides (exceptis paucis fragmentis) in Capitolium, unde fasti Capitolini vocantur. Accuratius de loco ubi steterint egerunt Henzen C. I p. 421 et Huelsen Jahrb. des arch. Inst. 1889 p. 247 seq., de tempore quo scripti sint Henzen l. c., Mommsen Röm. Forschungen II*

*p. 58 seq., Huelsen Herm. vol. 24 p. 185 seq. (conferendus praeterea Huelsen in Corporis voluminis I editione altera). Hoc loco proponere placuit principium partis pertinentis ad triumphos: sunt frustula duo, alterum rep. a. 1872 (eph. ep. I p. 157; Jahrb. des arch. Inst. 1889 p. 248), alterum a. 1546 (C. I p. 453). — De triumphis Romuli cf. Solinus 1, 20 p. 9 Mo., de triumpho Anci Marcii de Veientibus Dionys. 3, 41, de bellis Tarquinii Prisci Dion. 3, 49–66; tres triumphos Servii Tullii memorat idem 4, 27.*

## CAPVT II.

# TITVLI IMPERATORVM DOMVSQVE IMPERATORIAE.

**70** [*C. Iul*]io Caesari im[*p*]., | dictat. iteru[*m*[1], | *pont*]ufici max[*umo*, | *aug*., *c*]os., patrono mu[*nicipi*], | d. c.[2]

*Boviani in Samnio (I 620. IX 2563; Ritschl tab. LXXXV c). — 1) Dictator iterum Caesar factus est autumno anni 706, dictaturam tertium iniit kal. Ian. a. 709 (cf. Mommsen C. I p. 451), unde aetas tituli definitur. — 2) Decurionum consulto.*

---

**71** C. Iulio Caesari | pont. max., | patri patriae.

*Brundisii: tradit unus auctor saec. XVI (IX 34). Videtur esse genuina, quamquam mirum est abesse imperatoris dictatorisque titulum; itemque offendit quod pater patriae dicitur Caesar, non parens patriae, ut N. 72 et in nummis ap. Eckhelium 6 p. 9.*

---

**72** Genio deivi Iuli | parentis patriae |, quem senatus | populusque | Romanus in | deorum numerum | rettulit.

*Aeserniae (IX 2628).*

---

**73** dívo Iúlio iussu | populi Romani | statutum est lege | Rufrena.[1]

*Romae in museo Vaticano, quo potest venisse ex municipio aliquo, parva basis marmorea (I 626. VI 872; Ritschl tab. LXXXIV d).*

**73**[a] deivo Iulio i[*ussu*] | p. R. [*st*]atut[*um est*] | lege [*Rufrena*].[1]

*In vico quodam Piceni (Campovalano) repperit et descr. Dressel (IX 5136). — 1) Lege Rufrena videtur cautum esse, ut divo Iulio statuae collocarentur per omnia Italiae municipia (Mo.). Qui legem tulit Rufrenus memoratur Cic. ad fam. 10, 21, 4.*

---

**74** divo Iulio | civit. | Zmyrnaeorum.

*Amalfiae vel Neapoli, origine sine dubio Smyrnaea (X 512).*

---

**74**[a] dívó Iúlió | Augustálés.

*Herculanei rep. (X 1411). Titulus positus post mortem Augusti; una stetit hic titulus (X 1412):* divó Augusto | Augustálés.

*Uxor Caesaris Calpurnia in carmine sepulcrali libertae (VI 14211) appellatur* magnifici coniunx Caesaris illa dei.

---

**75** C. Iulius Caesar pontif.

*Brixiae (V 4305, vidit Mommsen). Videtur esse Caesaris filii, posita a. 710 (post* pontif. *numquam fuit* max.).

**76** C. Iulio C. f. Caesari | imp., triumviro r. p. c.[1], | patrono | d. d.

*In oppido Samnii S. Agata de' Goti, ubi videtur fuisse Saticula (IX 2142).* — 1) *Triumvir rei publicae constituendae factus est Caesar lege Titia d. 27 Nov. 711 (fasti Colot.), C. Iulius Caesar vocari desiit appellarique coepit imp. Caesar a. 714 (Mo. Staatsr. II 744 not. 2).*

---

**77** imp. Caesar cos. desig. tert., | IIIvir r. p. c. iter.[1], | murum turresque fecit

*Tergeste (ex exemplo novicio facto a. 1470; lapidis antiqui duo fragmenta hoc saeculo prodierunt: V 525 p. 1022. Huebner ex. scr. ep. 175).* — 1) *Consul iterum Caesar fuit a. 721, tertio a. 725; IIIvir r. p. c. iterum vocari desiit a. 721 d. 31 Dec.; positus est igitur titulus a. 721, quo constat Caesarem moratum esse in Illyrico.*

---

**78** imp. Caesari d. f.[1] | imp. V, cos. VI[2], | IIIvir. r. p. c., | patrono.

*Lunae rep. (XI 1330, descripsit Bormann).* — 1) DF *lapis; intellege* divi filio. — 2) *Numeri perturbati; anno 726, quo consul sextum fuit Caesar, imperator fuit non quintum, sed septimum, nec iam dici volebat triumvir reipublicae constituendae.*

---

**79** imp. Caesari divi [*f*.] | imp. VI, cos. III[1], | [*pa*]trono, d. c[. *d*.][2]

*Prope Capuam, ad S. Angelum in Formis (X 3826).* — 1) *A. 723, post pugnam Actiacam, ex qua Caesar imperator sextum appellatus est (Oros. 6, 19, 4).* — 2) de conscriptorum decreto *cf. X 5854.*

---

**80** imp. Caesar[*i divi f*.] | cos. V[1], imp. VI, | Rufrani vicani q[*uorum*] | aedificia sunt.

*Prope Presenzano in Campania, ubi fuit vicus Rufrae (X 4830).* — 1) *A. 725. — Eodem loco extat titulus M. Agrippae plane similis (X 4831).*

---

**81** senatus populusque Romanus | imp. Caesari divi Iuli f. cos. quinct.[1], cos. design. sext., imp. sept., | re publica conservata.

*Romae rep. in foro saec. XVI medio, descripta a Smetio Ligorioque (VI 873).* — 1) *A. 725. — Hic est annus quo Caesar, post bellum Actiacum Romam reversus, tres egit triumphos, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum d. Aug. 13. 14. 15 cf. Mommsen mon. Ancyr. p. 10 (ed. 2). Titulum prostitisse in arcu triumphali Augusti sito iuxta aedem divi Iulii coniecit O. Richter Jahrb. des arch. Instituts 1889 p. 153 seq.*

---

**82** Primus Marc . . . .[1] | VIvir. Au[*g*.] | *(Victoria clipeum sustinens)* s. p. q. R. | Augusto dedit | clupeum virtutis | [c]le[*me*]nti[*ae ius*]t[*itiae* | *pietatis causa*][2].

*Rep. in Piceno prope oppidum Potentiam in alveo fluminis cognominis, ubi nunc extet ignoratur (IX 5811).* — 1) *Dedicantis vel dedicantium nomina.* — 2) *Sunt haec repetita ex inscriptione clipei, quem a. 727* s(enatus) p(opulus)q(ue) R(omanus) *Augusto posuit Romae in curia Iulia (Mon. Anc. VI 18 cf. Momms. comm. p. 152).*

---

**83** *(Victoria clipeum sustinens)* senatus populusq. | Romanus imp. Caesari divi f. Augusto | pontif. maxum. | imp. cos. trib. | potestat.

*Romae, in fronte arae marmoreae, in cuius reliquis lateribus cernuntur anaglypha spectantia potissimum ad Augustum gentemque Augusti (VI 876). Hic quoque significatur idem clupeus qui N. 82; sed dedicata est ara non ante annum*

*742, propter pontificatum maximum (spatia post* imp. *et* cos. *videntur fuisse destinata numeris).*

**84** SENATVS · POPVLVSQ*ue Romanus*
*imp. Caesari divi f. Augusto imp. sept.*
COS · SEPT · DESIGNAT · OCTAVOM · *Via Flamin* IA *et reliquei* S
CELEBERRIMEIS · ITALIAE · VIEIS · CONSILIO *et sumptib* VS *eius mu* NITEIS

*Arimini in arcu qui extat (XI 365; descripsit et supplevit Bormann). A. 727, cum Augustus viam Flaminiam ab urbe Ariminum munisset, reliquas vias triumphalibus viris sternendas distribuisset (Suet. Aug. 30; mon. Anc. 4, 19 cum comm. Mommseni p. 87).*

**85** imp. Caesari divi f. | Augusto cós. nonum | designato decimum[1], | imp. octavom.

*Nemausi (XII 3148 3149; Huebner ex scr. ep. 186).* — 1) *A. 729. — Notat Mommsenus hanc inscriptionem esse inter postremas earum, quae numerum iterationis litteris perscribant, cum paullo post substitutae sint notae.*

**86** imp. Caesar divi f. | Augustus cos. XI, trib. | potestate[1], dedit, | M. Appuleius Sex. f. leg.[2] | iussu eius fac. curavit.

*Tridenti (V 5027).* — 1) *Consul undecimum Augustus fuit a. 731, duodecimum a. 749; intra hos annos titulus positus est. Tribunicia potestas Augusti numerari coepit, ut plerique putant (Eckhel 8, 404), d. 26 vel 27 Iun., ut Hirschfeldius (Wiener Studien 1881 p. 97 seq.) d. 25 Iun. 731, ut Mommsenus (Staatsr. II³ 797 not. 3) ex quo die Augustus consulatu undecimo se abdicavit, id est ex kalendis Iuliis a. 731. Sed cum numerus tribuniciae potestatis interdum, quamvis raro, omittatur (supra N. 83), non certum est hunc titulum positum esse ipso anno 731/2.* — 2) *Consul a. 734.*

**87** imp. Caesari divi f. | Augusto | cos. XI[1] imp. VII . . .[2] | tribunic. potesta[*t*] . . . | P. Rubrius M. f. Mae. Barba[*rus*][3]

*Casini (X 5169).* — 1) *A. 731 seq.* — 2) *Potest fuisse* VIII *et* VIIII. — 3) *De hoc homine praefecto Aegypti a. 741 2 cf. III s. 6588.*

**88** [*P. Quinctilius S*]ex. f. Varus | [*pontifex?*], cos.[1], | [*ludos votivos pr*]o reditu | [*imp. Caesaris div*]i f. Augusti | [*Iovi optimo m*]aximo fecit | [*cum Ti. Claudio Ner*]one conlega | [*ex. s.*] c.

*Romae basis mutila rep. a. 1547 in campo Martio prope circum Agonalem (VI 386 ad exemplum Smetii aliorumque). Supplementa certa sunt, propter similem basem una repertam N. 95.* — 1) *A. 741. Hoc anno Augustus ex Hispania Galliaque Romam rediit, dedicataque est pro hoc reditu ara Pacis Augustae (mon. Anc. 2, 37). — In latere basis notae marmorariorum legebantur* L · DXXVIIII *et* L · CCXLIX.

**89** imp. Caesari divi f. | Augusto | pontif. maxim., cos. XI, | tribunic. potestat. XI[1], | magistri Augustal. prim.: | Philippus Augusti l., | M. Aebutius Secundus, M. Gallius Anchia[*l*]us, | P. Fidustius Antigonus.

*Nepet (Nepi) Etruriae rep. a. 1885 (XI 3200).* — 1) *A. 741/742.*

**90** imp. Caesar | divi f. | Augustus cos. XI, | tribun. potest. XII[1], | imp. XIII[2].

*Veronae (V 3325). — 1) A. 742/3. — 2) Erratum est in numero; ex N. 91 scimus Augustum etiam in tribunica potestate XIV dici voluisse imp. XII.*

---

**91** imp. Caesar divi f. | Augustus | pontifex maximus, | imp. XII, cos. XI, trib. pot. XIV[1], | Aegupto in potestátem | populi Románi redáctá | Sóli dónum dedit.

*Romae in basibus obeliscorum duorum qui hodie extant alter in platea dicta 'del popolo' (rep. in circo maximo), alter in 'piazza di Monte Citorio' (erutus a. 1748 e campo Martio, ubi fuerat pro gnomone) (VI 701. 702). Testis est de his obeliscis ab Augusto Romam advectis Plin. h. n. 36, 71. — 1) A. 744/5.*

---

**92** imp. Caes[ar] divi f. August. | pontif. maximus, cos. XI, | tribunicia potest. XIIII[1], | ex stipe, quam populus Romanus | k. Ianuariis apsenti ei contulit[2] | Iullo Antonio[3] Africano Fabio cos.[4], | Mercurio sacrum.

*Romae, ara rep. in ruderibus sacelli in monte Esquilino (Gatti Bull. com. 1888 p. 228). — 1) A. 744/745. — 2) Kalendis Ianuariis Augusto strenam in Capitolio etiam absenti contulisse populum, ex qua summa pretiosissima deorum simulacra vicatim illum dedicavisse, ait Suetonius Aug. c. 57. Kalendis Ianuariis a. 744 Augustus videtur degisse in Gallia (Dio 54, 36). — 3) Filius M. Antonii triumviri; de praenomine eius Iullo cf. Mommsen Herm. vol. 24, 155. — 4) A. 744. — Ad similes dedicationes pertinent tituli N. 93. 99, itemque mutilus VI 458 (a. 746).*

---

**93** imp. Caesar divi f. Augustus | pontifex maximus, | imp. XIII, cos. XI, trib. potest. XV[1], | ex stipe, quam populus Romanus | anno novo apsenti contulit[2] | Nerone Claudio Druso | T. Quinctio Crispino cos.[3], | Volcano.

*Romae basis rep. in foro, est Neapoli (VI 457). — 1) A. 745/6. — 2) Cf. N. 92 not. 2. — 3) A. 745. Kalendis Ianuariis huius anni Augustum Roma absentem fuisse aliunde non constat.*

---

**94** imp. Caesari Augusto divi f., pontifici maxumo, tribunic. potestate XV[1], imp. XIII, | M. Iulius regis Donni f. Cottius[2] praefectus ceivitatium quae subscriptae sunt: Segoviorum Segusinorum | Belacorum Caturigum Medullorum Tebaviorum Adanatium Savincatium Ecdiniorum Veaminiorum | Venisamorum Iemeriorum Vesubianiorum Quadiatium, et ceivitates quae sub eo praefecto fuerunt.

*Susae (Segusione) in arcu qui extat, litteris olim aere incrustatis (V 7231). — 1) A. 745/6. — 2) De hoc Cottio, a quo nomen traxerunt Alpes Cottiae, et patre eius Donno cf. Strabo 4 p. 204; Mo. V p. 808. — Cum hoc titulo conferendus est titulus Tropaei Alpium relatus a Plinio h. n. 3. 136 (cf. C. V 7817), positus Augusto trib. pot. XVII a senatu populoque Romano, in quo enumerantur gentes Alpinae ab Augusto devictae (in quibus redire sex ex quattuordecim civitatibus Cottio subditis observavit Mo.).*

---

**95** Ti. Claudius Ti. f. Nero | pontifex, cos. iterum[1], | imp. iterum[2], | ludos votivos pro reditu | imp. Caesaris divi f. Augusti | pontificis maximi | Iovi optimo maximo fecit[3] | ex s. c. | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![4]

*Romae basis marmorea rep. a. 1547 in campo Martio una cum N. 88 (VI 385 vidit Bormann eph. 4, 740). — 1) A. 747. — 2) De primis acclamationibus impera-*

*toriis Tiberii egit Mo. mon. Ancyr. p. 14 seq.* — 3) *De ludis a. 747 pro reditu Augusti editis cf. Dio 55, 8.* — 4) *Erasa sunt verba* cum Cn. Calpurnio Pisone conlega, *anno scilicet p. C. 20, cum Piso apud senatum accusatus mortem sibi conscivisset (cf. Tac. a. 3, 17). Huius fortasse Pisonis nomen erasum est etiam in actis fratrum Arvalium a. 14, VI 2023 a v. 21, cf. Civiltà cattolica 1888 vol. 10 p. 212 seq.* — *In latere basis relictus erat numerus saxo inscriptus antequam in basim verteretur* LCCXLVI.

---

**96** imp. Caesari Augusto divi f. | pontufici max., trib. potest. XIIX[1], | cos. XI, patri patriae[2], d. d.

*Urgavone (hodie Arjona) prov. Baeticae (II 2107).* — 1) *A. 748/9.* — 2) *Patris patriae appellationem admisit Augustus a senatu populoque Romano ita appellatus in tertio decimo consulatu, id est a. 752 (mon. Anc. 6, 24; Dio 55, 10), d. 5 Febr. (fast. Praen., cf. C. I. p. 386), attamen etiam antea saepe eum ita vocatum esse ait Dio (l. c.) et confirmant tituli.*

---

**97** imp. Caesar divi f. Aug. cos. XII[1], tr. pot. XVIII, pontifex maxi|mus, ex reditu Dianae fanum et Augusteum muro muniendum | curavit, [*C.*] Asini[*o*] Gallo procos.[2], curatore Sex. Lartidio | leg. | *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ θεοῦ υἱὸς Σεβαστὸς ὕπατος τὸ ιβ', δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ιη'* |, *ἐκ τῶν ἱερῶν τῆς θεοῦ προσόδων τὸν νεὼ καὶ τὸ Σεβαστῆον τιχισθῆναι προνοήθη,* | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![2] *ἐπιμελήᾳ Σέξτου Λαρτιδίου πρεσβευτοῦ.*

*Ephesi rep., nunc Berolini (alter lapis cum eadem inscriptione nunc est Londinii) (III suppl. 7118).* — 1) *A. 749.* — 2) *Erasum nomen C. Asinii Galli proconsulis (sed in parte Latina adhuc legitur); factum id anno p. Chr. 30, quo ille a senatu damnatus est (Dio 58, 3; Tac. a. 6, 23).*

---

**98**

Imp. Caesar divi Iuli f. Augustus
pontifex maximus cos. XII
tribunic. potestat. XIX[1] imp. XIIII
rivos aquarum omnium refecit

---

Imp. Caes. M. Aurellius Antoninus Pius felix Aug. Parth. max.
Brit. maximus[2] pontifex maximus
aquam Marciam variis kasibus impeditam, purgato fonte, excisis et perforatis montibus, restituta forma, adquisito etiam fonte novo Antoniniano,
in sacram urbem suam perducendam curavit

---

Imp. Titus Caesar divi f. Vespasianus Aug. pontif. max.
tribuniciae potestat. IX imp. XV cens. cos. VII desig. IIX[3] p. p.
rivom aquae Marciae vetustate dilapsum refecit
et aquam quae in úsú esse desierat reduxit

*Romae in arcu aquae Marciae, supra viam Tiburtinam, quo arcu postea usi sunt, cum moenia Aureliani fierent, ad faciendam portam urbis Tiburtinam, nunc S. Laurentii dictam (VI 1244/6).* — 1) *A. 749/50.* — 2) *A. 212 aut 213, cum Geta memoratus non sit, qui occidit a. 212, et desit agnomen Germanici, Caracallae tributum anno 213.* — 3) *A. 79.*

**99** Laribus publicis sacrum | imp. Caesar Augustus | pontifex maximus, | tribunic. potestat. XVIIII[1], | ex stipe, quam populus ei | contulit k. Ianuar. apsenti | C. Calvisio Sabino L. Passieno Rufo cos.[2]

*Romae basis rep. in foro sub monte Palatino, est Neapoli (VI 456). — 1) A. 750/1. — 2) A. 750. — Noli referre hanc basim ad aedem Larum in summa sacra via factum ab Augusto (Mo. mon. Ancyr. p. 82).*

---

**100** Pater patriae | Imp. Caesar divi f. | Augustus pontifex | maxumus, cos. XII, | cos. designatus XIII, | imp. XIIII, tribunic. | [*p*]otestat. XX[*I*][1]

*Rep. Aptae Iuliae prov. Narbonensis (hodie Apt), est Avignon, pertinet ad viam per Alpem Cottiam Arelate ducentem (XII 5497 descripsit Hirschfeld). Eadem inscriptione inscripti sunt aliarum quoque viarum provinciae Narbonensis lapides (XII 5480—5484. 5487—5489. 5500.) — 1) Numerus firmatur reliquis lapidibus supra citatis. — Titulus positus secundo semenstri a. 751, Augusto consule designato decimum tertium, id est in a. 752.* Pater patriae *postea adiectum, cum Augustus hanc appellationem reciperet a. 752 (cf. ad N. 96).*

---

**101** imp. Caesari | Aug. | parenti patriae.

*Prope Antiochiam Pisidiae (III suppl. 6805). Patriae parens cum dicitur Augustus, non pater, videtur titulus scriptus ante annum 752, quo patris patriae appellationem sollemnem recepit (cf. Mo. ad C. X 823).*

---

**102** imp. Caesar divi f. | Augustus cos. XIII, trib. | potest. XXI, pontif. max., | á Baete et Iano August. | ad Oceanum. | ⊥XIII

*Cordubae, columna quae olim stetit ad viam primarium provinciae Baeticae, a Baete Gades ducentem (II 4701). — 1) Titulus positus a. 752, ante d. 5 Febr., quo Augustus patris patriae appellationem admisit (cf. ad N. 96).*

---

**103** imp. Caesari | Augusto p. p. | Hispania ulterior | Baetica, quod | beneficio eius et | perpetua cura | provincia pacata | est. Auri p. C.

*Romae rep. in foro Augusti (Lanciani Bull. com. 1889 p. 52; Huelsen Mitth. 1889 p. 248). Sustinuit basis statuam Augusti auream pondo centum dedicatam a provincia Baetica non ante annum 752, quo pater patriae Augustus dici coeptus est, tunc nisi fallor, cum seiuncta a Lusitania et ablata legato Augusti tradita esset proconsuli, utpote pacata.*

---

**104** imp. Caes. divi f. Augustus pontifex maximus, cos. XIII, tribunicia potest. XXXII[1], imp. XXVI[2], pater patriae, murum dedit.

*Fani in arcu (Grut. 165, 2; vidit Bormann). — 1) A. 762/3 (p. C. 9/10). — 2) Erratum in numero, nam vicies semel tantum imperatorem se appellatum esse ipse Augustus testatur mon. Ancyr. 1, 22 cf. Mo. comm. p. 16. 17. — In eodem arcu postea insculptus est titulus Constantini infra edendus.*

---

**105** imp. Caesar | August., divi f., | pater patriae, | pontifex maximus, | trib. potestat. XXXVI[1], | obtinente T. Pompio | [*P*]roculo | pro leg. | X |.

*In Sardinia, prope Fordungianus, columna milliaria (Notizie 1885 p. 429). — 1) A. 766/7 (p. C. 13/14).*

---

**106**

[*C. C*]a[*e*]sari Aug. f. d. n.
[*p*]ontif. cos. design.
[*pr*]incipi iuentut.

imp. Cae[*s*]ari divi f.
Aug. pont. maxim. cos. XII
trib. potestat. XX.[1] imp. XIIII

L. Caesari Aug. f.
divi nep.

P. Sergius P. f. Rufus
T. Braetius T. f. Rufus mag. iter.

[*p*]agi St[*ell*]atini [*a*]edem[5] et signa de sua pecunia faciunda curarunt.

*In agro Viterbiensi in Etruria meridionali, semel descripta saec. XVIII (XI 3040). — 1) A. p. C. 750/1. C. Caesar, natus a. 734, adoptatus ab Augusto a. 737, inde ab a. 749 erat consul designatus princepsque iuventutis, frater eius Lucius natus a. 737 eosdem honores accepit anno demum 752.*

---

**107**

*5.*
imp. Caesari
divi f. Augusto
pontific. maximo
patri patriae, aug., XVvir s. f., VIIvir. epulon.[1]
cos. XIII, imp. XVII, tribunic. potest. XXX[2]

*6.*
Livia[*e*]
Drusi f.
uxori Caesaris Aug.

*4.*
Ti. Caesari
Augusti f.
divi nepot., pont.[3]
cos. [*i*]ter.[4], imp. ter, augurique[5]
tribuniciae pot. VIII[*I*][4]

*7.*
[*C.*] Caesari
Augusti f.
divi nepot.
pontific., cos.
imperatori[6]

*3.*
Germanico
Iulio [*T*]i. f.
Augusti nepot.
divi pron. Caesari[8]

*8.*
[*L.*] Caesari
Augusti f.
divi nepot.
auguri, cos. design.[7]
principi iuventutis

*2.*
D[*ruso Iulio Ti.*] f.
Augusti nepoti
divi pron. Caesari
pontifici[9]

*9.*
Druso Iulio
Germanici f.
Aug. pronepot.[10]
Germanico[11]

*1.*
Neroni Iulio
Germanici [*f.*]
Aug. pronepot.[10]
Caesari

*10.*
Ti. Claudio
Drusi Germanici f.
Neroni Germanico[12]

*Servavit codex monasterii Einsidlensis saeculi noni vel decimi*), descriptas,*

---

*) *De hoc codice et de sylloge inscriptionum, cuius plenissimum servavit*

*ut ait, in porta Papia', sive potius in porta aliqua, vel arcu, Papia(e), id est Paviae sive Ticini (sequuntur inscriptiones complures sine dubio Ticinenses), servavit autem confusas, tres inscriptiones exhibens pro decem, sic: (1—4)* Neroni Iulio d. f. Germanico Ti. Caesari Germanici Augusti nepoti Iulio II f. Augusti f. *cet., (5. 6)* imp. Caesari Liviai diui f. Augusto Drusi f. pontific. maximo uxori Caesaris Aug. *cet., (7—10)* Caesari. i. Caesari Druso Iulio Ti. Claudio *cet. Decem titulos esse, non tres perspexit Mommsen, ordinavitque Berichte der sächs. Gesellsch. d. Wiss. 1850 p. 315 seq. (V 6416; VI p. XV). Habemus his decem titulis, quos suppositos fuisse totidem statuis putandum est, honoratam totam domum Augusti, scilicet ipsum (n. 5), uxorem (n. 6), filios tam defunctos C. et L. Caesares (n. 7. 8) quam nuper adoptatum Tiberium (n. 4) cum huius filiis (n. 3. 2) nepotibusque (n. 1. 9); accessit Claudius (n. 10) qui postea imperavit, Germanici frater, alibi quoque domui Augusti adnumerari solitus; desiderantur Iulia et Agrippa Postumus eo tempore quo monumentum positum est (cf. not. 2) abdicati et extorres.* — 1) *De sacerdotiis Augusti cf. mon. Anc. Graec. 4, 5 cum comm. Mommseni p. 52; in titulis ipsi positis raro memorantur (praeter pontificatum) cf. Mo. Staatsr. II² p. 756.* — 2) *Iul. 760/1 (p. Chr. 7/8).* — 3) *Pontifex fuit Tiberius iam ante primum consulatum, id est ante a. 741 (cf. infra N. 146).* — 4) cos. ter. *et mox* tribuniciae pot. VIII *traditur. Ti. Nero privignus Augusti, adoptatus a vitrico d. 26 Iun. 757 (fast. Amit., cf. C. I p. 395) indeque dictus Ti. Caesar, simul collega factus est Augusto in tribunicia potestate (Vell. 2, 103), quam iam antea habuerat per quinquennium. Anno igitur 760/1 fuit tribunicia potestate non VIII, sed VIIII, consul autem fuerat non ter, sed iterum (a. 741. 747).* — 5) *Valde offendit copula adiecta vocabulo auguris, possisque cogitare in lapide fuisse* auguri qu[indecimviro s. f.]. — 6) *C. Caesar, natus a. 734, adoptatus ab Augusto a. 737, defunctus d. 21 Febr. 757 (p. C. 4; cf. infra N. 140 v. 25), i. e. tribus vel quattuor annis ante hoc monumentum dedicatum, consul fuerat a. 754, imperator appellatus erat a. 756 Artagiris captis (Dio 55, 10, cf. infra N. 140 v. 10). Principis iuventutis apellationem, tributam ei a. 748 vel 749, videntur deposuisse cum consul factus est, utpote equestrem (Mo.).* — 7) *L. Caesar, natus a. 737 et mox adoptatus ab Augusto obiit d. 20 Aug. 755, consul designatus.* — 8) *Germanicus, Drusi Germanici filius, natus a. u. c. 739, adoptatus a Tiberio iussu Augusti anno p. C. 4 itaque factus Augusti nepos, tum cum titulus positus est honores non gesserat praeter quaesturam (Dio 55, 31), ideo fortasse non commemoratam quod dignitate inferior erat. Nota Iulium nomen, in domo Augusti plerumque omissum, hic usurpari non in filiis, sed in nepotibus pronepotibusque eius (cf. Mo. Staatsr. II² p. 742 not. 2).* — 9) *Drusus Ti. f., natus a. 739 vel paullo postea (cf. Mo. Herm. 17 p. 634), tum cum titulus positus est honores nondum gesserat, quaestor factus anno p. C. 11 (Dio 56, 25).* — 10) *Nero Germanici filius, cum togam virilem sumpserit anno p. C. 20 (XIV 244), natus esse videtur circa a. 5, frater eius Drusus, qui togam virilem sumpsit a. 23, paucis mensibus ante hos titulos positos. Mirum autem est in his pronepotum Augusti titulis omissam esse mentionem avi Tiberii, cum abavus divus Iulius ideo sine dubio non memoretur quod adnepotis vocabulum tunc nondum in usu erat.* — 11) *Mirum hunc Drusum, cuius habes infra titulos N. 185 seq., hic pro Caesare dici Germanicum (cf. Mo. Staatsr. II² p. 746 not. 4).* — 12) *Claudius, natus a. 744 (ante Chr. 10), auguratus sacerdotium ab Augusto (Suet. Cl. 4) post hunc titulum positum accepisse putandus est.*

---

*exemplum (nam exemplum minus plenum innotuit saeculo XV Poggio Florentino et per hunc aliis viris doctis) egerunt Mommsen Berichte d. sächs. Gesellsch. d. Wiss. 1850 p. 287 seq.; Henzen C. VI, 1 p. IX; de Rossi inscr. chr. urbis Romae II 1 p. 9 seq.*

## Feriale Cumanum.

**108**

19. Aug. [*XIIII k. Sept. Eo die Caesar pri*]mum consulatum in[*iit.*[1] *Supplicatio*] . . .
5. Sept. [*III non. Sept.*[2] *Eo die exer*]citus Lepidi tradidit se Caesari. Suppli[*c*]a[*tio*]
23. Sept. [*VIIII k. Octobr.*[3] *N*]atalis Caesaris. Immolatio Caesari hostia[4], supp[*l*]icatio[5]
7. Oct. Nonis Octobr.[6] Drusi Caesaris natalis. Supplicatio Vestae.
18. Oct. XV k. Novembr.[7] Eo die Caesar togam virilem sumpsit.[8] Supplicatio Spei et Iuve[*ntuti.*]
16. Nov. XVI k. Decembr.[9] Natalis Ti. Caesaris.[10] Supplicatio Vestae.
15. Dec. XVIII k. Ianuar. Eo die a[*r*]a Fortunae reducis dedicatast[11], quae Caesarem A[*ugustum ex transmari*]-nis provinciis red[*uxit*]. Supplicatio Fortunae reduci.
7. Ian. VII idus Ianuar. E[*o die Caesar*] primum fasces sumpsit.[12] Supp[*l*]icatio[13] Iovi sempi[*terno*]
15. Ian. [*XV*]III k. Febr.[14] Eó di[*e Caesar Augustu*]s appellatus est. Supplicatio Augusto.
30. Ian. [*III k. Febr. Eo die ara Pacis Aug. dedicata*] est.[15] Supplicatio imperio Caesaris Augusti[16] cust[*odis*] [*civium Romanorum orbisque terrar*]um.[17]
6. Mart. [*prid. non. Mart. Eo die Caesar pontifex ma*]ximus creatus est.[18] Supplicat[*i*]o[19] Vestae, dis publ. p. p. R. Q.[20]
14. Apr. [*XVIII kal. Mai. Eo die Caesar primum vicit.*[21] *Suppli*]catio Victoriae Augustae.
15. Apr. [*XVII kal. Mai. Eo die Caesar primum imperator*[21] *app*]ellátus est. Supplicátio Félicitati imperi.
12. Mai. [*IIII id. Mai. Eo die aedes Martis dedicatast.*[22] *Supplica*]tio Mólibus Martis[23].
24. Mai. [*VIIII k. Iun. Germanici Caesaris natalis.*[24] *Supp*]licatio Vestae.
12. Iul. [*IIII id. Iul. Natalis divi Iuli.*[25] *Supplicatio Iov*]i, Marti ultori, Veneri [*genetrici*].
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . [*Suppli*]catio Iovi . . . .

***Cumis rep. variis temporibus tria fragmenta, nunc in museo Neapolitano (I p. 310, plenius X 8375). Cf. Mo. Hermae vol. 17, 634 seq. Continet tabula feriale templi alicuius Augusto dedicati; incisa est vivo Augusto, sed non ante annum p. C. 4 quo Ti. Caesar et Drusus Caesar his nominibus appellari coepti sunt.*** — 1) ***A. 711. Eodem die postea Augustus excessit (cf. Tac. a. 1, 9 al.).*** — 2) ***Diem supplevit Mo. (Herm. p. 633) ex fastis Amiterninis (IX 4192, ubi ad hunc diem adscriptum legitur*** **fer(iae) et supplicationes aput omnia pulvinaria, quod eo die Caes(ar) divi f. vicit in Siclia.** — 3) ***Natalis Augusti notus ex multis scriptorum lapidumque testimoniis.*** —

4) *Hoc solo die immolatum esse hostia, cum reliquis diebus supplicaretur tantum (scilicet ture et vino)*, *notat Mo. l. c.* — 5) suppicatio *lapis.* — 6) *Natalis Drusi Caesaris Ti. f. ex hoc solo monumento notus. Annus fuit unus ex annis 739—742.* — 7) Novimbr. *lapis.* — 8) *A. 706 vel 707, cf. Mo. I p. 404.* — 9) Dicimbr. *lapis.* — 10) *A. 712, cf. Mo. C. I p. 407.* — 11) *A. 735. De honoribus habitis Augusto ex Syria tum redeunti cf. Mo. mon. Ancyr. comm. p. 46.* — 12) *A. 711; die 2. Ian. senatus Octaviano imperium propraetore decreverat (Drumann 1, 291; Mo. I p. 383).* — 13) suppicatio *lapis.* — 14) *Augustus appellatus est Caesar a. 727; de die cf. Mo. C. I p. 384, mon. Ancyr. comm. p. 149.* — 15) *De ara Pacis Augustae constituta in honorem Augusti ex Hispania Galliaque redeuntis d. 4. Iul. 741, dedicata d. 30. Ian. 745, cf. Mommsen mon. Ancyr. comm. p. 49.* — 16) *Mirum neque aliunde notum Imperium Augusti pro numine esse cultum.* — 17) *Ita supplevit Mo. Cum hic versus plus solito distet ab eo qui praecedit, de Petra hic scriptum fuisse putavit* [semestre secund]um. — 18) *A. 742.* — 19) supplicato *lapis.* — 20) *dis publ(icis) p(enatibus) p(opuli) R(omani) Q(uiritium).* — 21) *A. 711 prope Mutinam (supplevit Mo.).* — 22) *Supplevit Mo. (cf. C. I p. 393).* — 23) *Moles Martis memorat etiam Gellius 13, 23.* — 24) *cf. Henzen act. Arv. p. 52.* — 25) *Cf. C. I p. 396.*

---

**109** P. Veidius P. f. Pollio[1] | Caesareum imp. Caesari Augusto | et coloniae Beneventanae.

*Beneventi (IX 1556).* — 1) *Notus eques Romanus amicus Augusti, defunctus a. 739 (Dio 54, 23).*

---

**110** Romae et Augusto Caesari[1] divi f. patri patriae.[2]

*Polae in epistylio templi (V 18).* — 1) *Augustus Caesar pro solito Caesare Augusto ponitur maxime ubi numen magis intellegitur quam princeps, in templis potissimum eo vivo positis (Mo. ad X 6305; cf. X 823).* — 2) *A. 752/767.*

---

**111** Deanae Ephesiae et imp. Caesari Aug. et Ti. Caesari Aug. f. et civitati Ephe[*siae C.*] Sextilius P. f. Vot. Pollio cum Ofillia | A. f. Bassa uxore sua et C. Ofillio Proculo f. suo cetereisque leibereis sueis pontem de sua pecunia faciundum curavit. | *Ἀρτέμιδι Ἐφεσίαι καὶ αὐτοκράτορι Καίσαρι Σεβαστῶι καὶ Τιβερίωι Καίσαρι Σεβ. υἱῶι καὶ τῶι δήμωι τῶι Ἐφεσίωι Γάιος | Σεξτίλιος Ποπλίου υἱὸς Οὐοτουρία Πολλίων σὺν Ὀφελλίαι Αὔλου θυγατρὶ Βάσσηι τῆι ἑαυτοῦ γυναικὶ καὶ Γαίωι | Ὀφελλίωι Πρόκλωι τῶι ἑαυτοῦ υἱῶι καὶ τοῖς λοιποῖς τέκνοις τὴν γεφύραν ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκεν.*

*Ephesi (III suppl. 7117).*

---

**112** T. Statilio Taur[*o*] | L. Cassio Longino | cos.[1] X k. Octobr. | numini Augusti votum | susceptum á plebe Narbo|nensium inperpetuom: |

Quod bonum faustum felixque sit imp(eratori) Caesari | divi f. Augusto p(atri) p(atriae) pontifici maximo trib(unicia) potest(ate) | XXXIIII, coniugi liberís gentique eius, senatuí | populoque Romano et colonís incolisque | c(oloniae) I(uliae) P(aternae) N(arbonis) M(artii), qui sé numini eius inperpetuum | colendo obligáverunt! Pléps Narbonen|sium áram Narbone in foro posuit, ad | quam quot annís VIIII k. Octobr.[2], qua die | eum saeculi

felícitas orbi terrarum | réctorem édidit, tres equites Romaní | á plebe[3] et tres líbertini hostias singu|las inmolent et colónís et incolís ad | supplicandum númini eius thús et vínum | dé suo eá die praestent; et VIII k(alendas) Octob.[4] | thus vínum colonís et incolís item prae|stent; k(alendis) quoque Ianuar(iis) thus et vínum | colonís et incolís praestent; VII quoq(ue) | idus Ianuar(ias), quá die primum imperium | orbis terrarum auspicátus est[5], thure | víno supplicent et hostias singul(as) in|molent et colonís incolísque thus ví|num eá die praestent; | et pridie k. Iunias, quod ea die T. Statílio | Tauro M'. Aemilio Lepido cos.[6] iúdicia | plebis decurionibus coniúnxit[7], hostias | singul(as) inmolent et thus et vínum ad | supplicandum númini eius colonís et | incolis praestent. | Exque iís tribus equitibus Roman[*is tribusve*] | libertinis únu[s] ........

*In latere:* [*Plep*]s Narbonesis a[*ram*] | numinis Augusti de[*di*]cavit ! ! ! ! ! ! ! | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![8] | ! ! ! ! legibus iís q(uae) i(nfra) s(criptae) s(unt)[9].

Numen Caesaris Aug(usti) p(atris) p(atriae)! quando tibi | hodie hanc aram dabo dedicabo|que, hís legibus hísque regioni|bus dabo dedicaboque, quas híc | hodie palam díxero, utí infimum | solum huíusque arae titulorum|que est: sí quis tergere órnare | reficere volet, quod beneficií | causa fíat, íus fasque estó; síve | quis hostia sacrum faxit, qui[10] | magmentum nec protollat, id|circo tamen probe factum esto; si | quis huic arae donum dare au|gereque volet, liceto, eademq(ue) | lex eí dono esto, quae arae est; | ceterae leges huic arae titulísq(ue) | eaedem sunto, quae sunt arae | Dianae in Aventíno. Hísce legi|bus hísque regionibus, sícuti | díxí, hanc tibi aram pro imp. | Caesare Aug(usto) p(atre) p(atriae) pontifice maxi|mo tribunicia potestate XXXV[11], coníuge líberís genteque eius, | senatu populoque R(omano), colonís | incolísque col(oniae) Iul(iae) Patern(ae) Narb(onis) Mart(ii), qui se numini eíus in per|petuum colendo obligaverunt, | doque dedicoque, uti sies volens | propitium.

*Narbone, ara rep. a. 1566 (XII 4333; Huebner ex. scr. ep. 1099). Titulum incisum esse non aetate, quam prae se fert, sed temporibus Antoninorum iudicant periti. Ara dedicata est numini Augusti a plebe Narbonensi, propterea puto quod Augustus decurionibus plebem reconciliaverat (cf. not. 7).* — 1) *Consules fuerunt a. 11 p. C., Taurus per integrum annum, Longinus ex kalendis Iuliis.* — 2) *Natalis Augusti.* — 3) *Intelleguntur equites Romani Narbone consistentes non decuriones et propterea plebi adnumerati.* — 4) *Natalis Augusti biduo celebrabàtur, cf. Henzen act. Arv. p. 51.* — 5) *Cf. ad N. 108 not. 12.* — 6) *Consules ordinarii a. 11.* — 7) *Significatur nisi fallor, Augusti opera animos plebis decurionibus reconciliatos esse. Videtur colonia Narbonensis per aliquod tempus discors fuisse, cum plebs isdem porticibus nec tamen isdem animis ac iudiciis (cf. Horat. ep. 1, 1, 71) uteretur ac decuriones, et ea res Augusti aliquo decreto composita esse. Maluerunt autem, re iam composita, de iudiciorum diversitate quam aperte de discordia animisque infensis loqui. Alii acceperunt de iudicandi munere ab Augusto etiam plebeis tributo. (Mommsenus iudiciorum vocabulum ita accipit, ut accipiendum est in inscriptione infra N. 254).* — 8) *Duo versus erasi sunt (paucas litteras legit Hirsch-*

*feld XII p. 845), nescimus quam ob causam.* — 9) *Leges hae paene eisdem verbis redeunt in aliis dedicationum titulis (inprimis Salonitano III 1933), quos infra dabimus inter titulos sacros.* — 10) quod *titulus Salonitanus modo laudatus.* — 11) *A. 12/13.*

---

**113** imp. Ca[*e*]sar divi f. Augustus pontifex maxim. cos. XIII imp. XX tribunic. potest. XXXVII[1] p. p., | Ti. Caesar divi Augusti f. divi Iuli n. August. pontif. maxim. cos. IIII imp. VIII trib. potest. XXII[1] dedere.

*Prope Ariminum in ponte fluminis dicti Marecchia, titulus scriptus et a dextra et a sinistra transeuntis: descripsit Bormann et in altero exemplo quae evanuerunt ex altero supplevit (XI 367).* — 1) *Notat Bormannus esse nomina Augusti, quae habuit, quo tempore mortuus est (nisi quod pro* imp. XX *expectaveris* XXI *cf. Mommsen mon. Ancyr. comm. p. 17), Tiberii a. p. C. 21, ut hoc anno appareat confectum esse pontem, incohatum ab Augusto.*

---

**114** divus Augustus, | Ti. Caesar divi | Augusti f. divi n. | Augustus | aquas in coloniam | perduxerunt.

*Brixiae (V 4307).*

---

**115** divo Caesari divi Iulii f. Augusto, | Ti. Caesari divi Augusti f. Augusto | sacrum

*Romae in ima parte obelisci a C. Caesare Caligula in circo Vaticano statuti (cf. Plin. h. n. 16, 201. 36, 74), a Sixto V papa in plateam S. Petri translati (VI 882). Obeliscum sacratum esse a Caligula duobus principibus qui ante eum regnaverunt ex hac inscriptione apparet. Medio aevo credebatur cineres Caesaris dictatoris sustinere.*

---

**116** Genio Augusti | et Ti. Caesaris, | Iunoni Liviae, | Mystes l.

*In via Flaminia loco dicto Borghetto (XI 3076, servavit Iucundus).*

---

**117** ex domo | Caesarum et | Liviae | libertorum et servorum.

*Romae rep. ad viam Appiam, nuper Vindobonam translata (VI 21415; Bormann arch. ep. Mitth. 13, 1890, p. 105). Pertinuit ad sepulcrum familiae Caesaris Augusti et Liviae. Caesares intelleguntur cum Augusto aut Gaius Luciusque filii aut Tiberius cum Germanico et Druso (cf. Bormann l. c.).*

---

**118** Liviae Caesaris | Augusti[1] | publice[2].

*Tibure (XIV 3575, descripserunt Metellus aliique).* — 1) *nempe uxori.* — 2) *pecunia publica statutum a Tiburtinis.*

---

**119** Liviae Augusti, | deae[1], | municipium

*Haluntii in ora Siciliae (X 7464, bis descripta saeculis superioribus).* — 1) *More Graeco Livia viva dicitur dea.*

---

**120** Iunoni Liviae Augusti sacrum, | L. Passieno Rufo[1] imperatore | Africam obtinente[2], | Cn. Cornelius Cn. f. Cor. Rufus | et Maria C. f. Galla Cn.[3] | conservati | vota l. m. solvont

*In provincia Africa loco dicto El-Lehs (Eph. ep. 5, 640).* — 1) *Consul fuit a. 750, proconsul Africae a. 756 (p. C. 3); imperatorem appellatum eum esse ex Africa testis est etiam nummus editus a Muellero (cf. Mo. mon. Ancyr. comm. p. 18 not. 2).* — 2) *Formula insolita ideo adhibita est, quod Passienus imperator appel-*

*latus neque proconsul Africae recte dici potuit et multo minus imperator Africae (Mo.). — 3) Intellege: Gnaei uxor.*

---

**121** Cereri[1] Iuliae Augustae | divi Augusti, matri | Ti. Caesaris Augusti, | Lutatia C. f. sacerdos Augustae | ⟨imp. perpet.⟩[2], uxor | M. Livi M. | f. Qui. Optati, flaminis G[*a*]ul. | Iuliae Augusti ⟨imp. perpet.⟩[2], cum V | liberis[3] s. p. consacravit.

*Gauli (Gozzo) rep., nunc Maltae (X 7501). — 1) Ceres dicitur Livia, more Graeco. —* 2) imp. perpet. *vocabula postmodum in locum aliorum vocabulorum erasorum intrusa; videtur* perpet. *vocabulum coniungendum esse non cum* imp. *sed cum* sacerdos *et* flaminis. — 3) *cum quinque liberis, aut: cum v[iro et] liberis.*

---

**122** Augustae Iulia[*e*] | Drusi f. | divi Augusti | d. d.

*Neapoli in museo, Pompeiis ut videtur rep. (X 799). — Similes sunt VI 882 a. IX 4514. X 459.*

---

**123** divae Augustae | L. Mammius Maximus p. s.[1]

*Herculanei rep. (X 1413; Huebner ex. scr. ep. 146). — Titulus positus est sub Claudio (cf. N. 150), sub quo Liviae caelestis religio decreta est (Suet. Claud. 11. Dio 60, 5). — 1) p(ecunia) s(ua).*

---

**124** M. Livius [*Drus*]us Claudia[*nus*][1]

*In vico S. Benedetto, ubi fuit Marruvium Marsorum: semel descripta saec. XVIII (IX 3660). — 1) Traditur* i . . us Claudia . . . *Intellegitur pater Liviae.*

---

**125** Alfidia M. f. mater Augustae[1]

*Ibidem ubi N. 124, integram descripsit solus Accursius saec. XVI (IX 3661). — 1) Mater Liviae; cf. titulus Samius Bull. de l'école française d'Athènes vol. 1 (1871) p. 231: ὁ δῆμος Ἀλφιδίαν τὴν μητέρα θεᾶς Ἰουλίας Σεβαστ[ῆ]ς μεγίστων ἀγαθῶν αἰτίαν γεγοννίαν τῷ κόσμῳ, item titulus Tuccitanus II 1667.*

---

**125**[a] Ti. Claudius Nero[1] pater | Ti. Caesaris Aug.

*Ibidem ubi N. 124, servavit solus Accursius (IX 3662). — 1) Prior maritus Liviae.*

---

**126** ex domo Scriboniae Caesar(is) libertorum libertar(um), et qui in hoc monument. contulerunt.

*Romae (Grut. 954, 2, semel descripta saec. XV).*

---

**127** Iuliae Caesaris f.[1] | Ἰουλίᾳ Καίσαρος θυγατρί.

*Eresi in Lesbo (III suppl. 7156). — 1) Nata est Iulia a. 715 (Dio 48, 34), titulus positus ante a. 727, quo pater Augustus dictus est.*

---

**128**

M. Ag|*rippa*
aed.| *cur.*
imp. Cae|*sar*
*II*| Ivir r. | *p. c.*
|ci salu|

*Romae rep. in monte Quirinali (Bull. com. 1890 p. 73; v. 1 lapis admittit etiam* M. Ac . . . .*). — Apparet M. Agrippam aedilem curulem a. 721 nominari una cum*

*imperatore Caesare triumviro reipublicae constituendo. De aedilitate Agrippae, quam suscepit iam consularis, cf. Dio 49, 43; Plin. h. n. 36, 104. 121; Frontinus de aq. 9.*

---

**129** M. Agrippa L. f. cos. tertium fecit.[1] | Imp. Caes. L. Septimius Severus Pius Pertinax Aug. Arabicus Adiabenicus Parthicus maximus pontif. max. trib. potest. X[2] imp. XI cos. III p. p. procos. et | imp. Caes. M. Aurelius Antoninus Pius Felix Aug. trib. potestat. V cos. procos. Pantheum vetustate corruptum cum omni cultu restituerunt

*Romae in Panthei epistylio (VI 896).* — 1) *Consul tertium Agrippa fuit a. 727, Pantheum fecit a. 729 (Dio 53, 27 cf. Plin 34, 13. 36, 38; Becker topogr. p. 634 seq.).* — 2) *A. p. Chr. 202.*

---

**130** M. Agrippa L. f. cos. III, | trib. pot. III.[1]

*Emeritae (Merida) rep. in ruinis theatri (II 474 ter descripta hoc saeculo).* — 1) *A. 738/9.* — Trib. potestate VI *videtur dici Agrippa in inscriptione fracta XIV 2230. — Imperator videtur Agrippa dici in frustulis inscriptionum IX 262. 2200, dicitur C. I. Gr. 1878. Fuit etiam quindecimvir sacris faciundis (cf. ad IX 262).*

---

**131** C. Caesari Augusti f. | pontifici, cos. | designato, | principi iuventutis

**132** L. Caesari Augusti f. | auguri, cos. | designato, | principi iuventutis

*Romae, bases duae aequales rep. a. 1551 in foro Boario, descripserunt Smetius aliique (VI 897. 898). — Bases cum simul positae esse videantur, positae sint necesse est a. 752 vel 753, cum illo L. Caesar consul designatus sit (cf. Mo. mon. Ancyr. p. 53), kalendis Ianuariis a. 754 C. Caesar fasces sumpserit itaque desierit esse consul designatus.*

---

**133** C. Caesar | August. f. | cos.[1] | vias omnes | Arimini stern| . . . . .

*Arimini (XI 366).* — 1) *A. 754.*

---

**134** C. Caesari Augusti f. | po[*n*]t., cos., principi | iuentutis.

*In vico Spoltore, ubi videtur fuisse Angulus oppidum Vestinorum (IX 3343).*

---

**135** L. Caesar[*i*] Augusti f., | annos nato XI[1], | A. Octavius [*A.*] f. Ligus, | M. Genicilius M. f. Sabin. | IIvir(i).

*Ad lacum Sabatinum, ibi ubi fuit Forum Clodium, semel tantum descripta saec. XVII (XI 3304).* — 1) *L. Caesar natus a. 737, undecimum annum explevit a. 748, quo anno hic titulus positus est vel a. 749 ante natalem eius duodecimum. Cf. infra N. 142.*

---

**136** [*L. Caesari Aug. f.* | *p*]rinc[*ipi*] iuventutis, a[*ug.*], | quem cos. populus creavit | ann. nat. XIIII, | [*se*]natus et populus Romanus[1].

*Romae (VI 900 bis ut videtur descripta saec. XVI).* — 1) *Pertinere ad L. Caesarem probavit Mommsen l. c. adducto titulo Nicomediensi III 323, contra Borghesium opp. 3, 154, qui tribuit Neroni postmodum imperatori.*

---

**137** Templum hoc sacratum her[*oibus*[1], *qui*] | quod ger[*unt*]
Augustí nomen felix [*illis*] | remaneat,
stirpis suae laetetur u[*t regno*] parens.
Nam quom te, Caesar, tem[*pus*] | exposcet deum
caeloque repetes sed[*em, qua*] | mundum reges,
sint hei tua queí sorte te[*rrae*] | huic imperent
regantque nos felícibu[*s*] | voteis sueis. |

L. Aurelius L. f. Pal. Rufu[*s*] primopilaris I.... | XVI militans st........| imp. Caesaris .......... | .......

*Acerris in Campania rep., nunc Neapoli: recognovit Mommsen (X 3757) paucis litteris adsumptis ex apographis priorum, reliqua supplevit sicut supra adiutus a Buechelero (aliter nonnulla suppleverant viri docti Herm. vol. 1 p. 154).* — 1) *Supplementum nec hoc loco certum, nec magis v. 3.* — '*Videtur agi de aedicula Laribus (= ἥρωσι) Augustis ita dedicata, ut sub eorum imaginibus C. et L. Caesares colerentur*' *(Mommsen l. c.).*

---

**138** ossa | [*L.*[1]] Caesaris Augusti f. | principis iuventutis

*Romae (VI 884 ad exemplum unicum saec. XIV vel XV, servatum in sylloge q. d. Signoriliana).* — 1) C. *traditur; sed C. Caesar consul et imperator appellari debuit in titulo sepulcrali, cum principis iuventutis appellatio conveniat fratri eius Lucio (Mo.).*

*Extat etiam pars elogii sepulcralis quod videtur fuisse L. Caesaris (VI 895 cf. Mo. mon. Ancyr. comm. p. 54).*

---

## Cenotaphia, quae dicuntur, Pisana.

### I.

**139** [*a.*] d. XIII k. Octobr(es) Písís in foro in Augusteo scrib(endo) adfuer[*e*] | Q. Petillius Q. f., P. Rasinius L. f. Bassus, M. Puppius M. [*f.*], | Q. Sertorius Q. f. Píca, Cn. Octavius Cn. f. Rufus, A. Albiu[*s*] | A. f. Gutta. |

Quod C. Canius C. f. Saturninus IIvir v(erba) f(ecit) de augendís honoribus | L. Caesaris, Augusti Caesaris patris patriae pontificis maximí | tribuniciae potestatis XXV[1] fíli, auguris, consulis designati, princip[*is*] | iuventutis, patroni coloniae nostrae, q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt): |

Cum senatus populi Romani inter ceteros plurimos ac maxsimos | honores L. Caesaris *(sic)*, Augustí Caesaris patris patriae pontificis maximi tribu|niciae potestatis XXV filio, auguri, consuli designato, per | consé(n)sum omnium ordinum studio .......... *(nonnulla interciderunt)* ... tetur, data cura C. Canio Saturnino IIvir(o) et decem prímís elig[*endi*] | aspiciendique, uter eorum locus magis idoneus videatur, emendi[*que*] | publica pecúniá a privátís eius locí qu[*em*] magis probaverint; utique | apud eam aram quodannís a. d. X[*III k. Sept.*[2] *p*]ublice Mánibus eius per

magis|tratús eosve, qui ibi iuri dicendo pr[*ae*]runt, togís pullís amictos, | quibus eorum ius fasque erit eo die [*eiu*]s vestis habendae, inferiae mittantur, bósque et ovis átrí infulís caerulís infulati diís Manibus eiu[*s*] | mactentur eaeque hostiae eo loco adoleantur superque eas | singulae urnae lactis mellis olei fundantur, ac tum demum facta[*m*] | c[*eteris p*]otestatem[3], sí quí prívatim velint Manibus eius inferias mitter[*e* | *nive quis*] amplius uno cereo unave face coronave mittat, dum ii quí im[*molaver*]int cincti Cabino[4] ritu struem lignorum succendant adque | [*peri*]nde habeant; | [*utique*] locus ante eam aram, quo ea strues congerantur conponantur, pate[*at* | *q*]uoque versus pedes XL stipitibusque robustís saepiatur lignorumque | acervos eius rei gratia quodannis ibi constituatur cippoque grandi | secundum aram defixso hoc decretum cum superioribus decretis ad ei[*us*] | honores pertinentibus incidatur insculpaturve; nam quod ad cetera | solemnia, quae eodem illo die vitari caverive placuissent placerent|que, id sequendum quod de iís senatus p(opuli) R(omani) censuisset; utique prím[*o*] | quoque tempore legati ex nostro ordine imp. Caesare(m) Augustum | patrem patriae pontificem maximum tribuniciae potestatis XXV | adeant petantque ab eo, uti colonís Iuliensibus coloniae Opsequenti | [*Iu*]liae Pisanae ex hoc decreto ea om[*n*]ia facere exsequique permittat.

*Pisis, tabulae marmoreae fragmenta duo rep. a. 1603/4: recognovit Bormann (XI 1420). Decretum decurionum coloniae Pisanae de honoribus habendis L. Caesari mortuo.* — 1) *Iul. 755/6 a. u. c. (2/3 p. C.).* — 2) *D. XIII k. Sept. (20 Aug.) L. Caesarem decessisse colligitur ex fastis Antiatibus (I p. 328 = X 6638 p. 664), ubi ad hunc diem adscriptum legitur* infer. L. Caesaris, *collato Suet. Aug. 65; non recte in fastis Gabinis (I p. 473 XII = XIV 2801) est* decessit XIIII k. Oct.; *cf. Mo. II p. 400.* — 3) *Expectaveris* fieri potestatem. — 4) *Scr.* Gabino.

**140** II.

[. . . . *Pisis in foro in Augusteo* (?), *scrib*(*endo*) *ad*]fu[*e*]r(e) Q. Sertorius Q. f. Atilius Tacitus, P. Rasinius L. f. Bassus, L. Lappius | [*L. f. G*]allus, Q. Sertorius Q. f. Alpius Pica, C. Vettius L. f. Virgula, M. Herius | M. [*f. P*]riscus, A. Albius A. f. Gutta, Ti. Petronius Ti. f. Pollio, L. Fabius L. f. Bassus, | Sex. [*A*]ponius Sex. f. Creticus, C. Canius C. [*f.*] Saturninus, L. Otacilius Q. f. Panthera.

Quod [*v*(*erba*) *f*(*acta*)] sunt, cum in colonia nostra propter contentiones candidato|ru[*m m*]agistratuus non essent et ea acta essent quae infra scripta sunt: |

Cum a(nte) [*d*(*iem*) *II*]II nonas Apriles allatus esset nuntius C. Caesarem, Augusti patris patri|ae [*po*]ntif(icis) maxsumi custodis imperi Romani totiusque orbis terrarum prae|si[*dis f*]ilium, divi nepotem, post consulatum, quem ultra finis extremas popu|li [*Ro*]mani bellum gerens feliciter peregerat, bene gesta re publica, devicteis aut | in [*fid*]em receptís bellicosissimis ac maxsimis gentibus, ipsum volneribus pro re | pu[*bli*]ca exceptis

ex eo casu crudelibus fatís ereptum populo Romano, iam designa|tu[*m i*]ustissumum ac simillumum parentis sui virtutibus principem coloniaeque | no[*st*]rae unicum praesidium, eaque res nondum quieto lúctú, quem ex deces|su [*L. C*]aesaris fratris eius, consulis designati, auguris, patroni nostri, princ[*i*]|pis [*iu*]ventutis colonia universa susceperat, renovasset multiplicassetque | ma[*er*]orem omnium singulorum universorumque, ob eas res universi decu|rio[*ne*]s colonique, quando eo cású in colonia neque IIvir(i) neque praefecti | er[*ant*] neque quisquam iure dicundo praerat, inter sese consenserunt, pro | ma[*g*]nitudine tantae ac tam inprovisae calamitatis oportere ex ea die, | qu[*a ei*]us deces(s)us nuntiatus esset usqu[*e*] ad eam diem, qua ossa relata atque | co[*nd*]ita iustaque eius Mánibus perfecta essent[1], cunctos veste mutata, templis|qu[*e d*]eorum immortalium balneísque publicís et tabernís omnibus clausís, | co[*nv*]ictibus sese apstinere, matronas quae in coloniá nostra sunt, sublugere | di[*em*]que eum, quo die C. Caesar obit, qui dies est a. d. VIIII k. Martias, pro Alliensi | lu[*gub*]rem memoriae prodi, notarique in praesentia omnium iussú ac | vo[*lun*]tate caverique, ne quod sacrificium publicum neve quae suppli|ca[*tio*]nes níve sponsalia níve convivia publica postea in eum diem | eo[*ve d*]ie, qui dies erit a. d. VIIII k. Mart., fiant concipiantur indican|tu[*rve*], níve qui ludi scaenici circiensesve eo die fiant spectenturve; | ut[*ique*] eo die quodannis publice Mánibus eius per magistrátus eosve, | qu[*i Pi*]sís iure dicundo praerunt, eodem loco eodemque modo, quo | L. C[*aes*]ari parentari institutum est, parentetur; | utique [*arc*]us celeberrimo coloniae nostrae loco constituatur orna|tu[*s sp*]oleis devictarum aut in fidem receptarum ab eo gentium, super | eu[*m st*]atua pedestris ipsius triumphali ornatu circaque eam duae | eq[*uest*]res inauratae Gai et Luci Caesarum statuae ponantur; utique [*cu*]m primum per legem coloniae duoviros creare et habere po|tu[*eri*]mus, ií duo viri, qui primi creati erunt, hoc quod decurionibus | et [*uni*]versís colonis placuit, ad decuriones referant, eorum pu|bl[*ica*] auctoritate adhibita legitume id caveatur auctoribusque | iis [*in t*]abulas publicas referatur; interea T. Statulenus Iuncus | fla[*me*]n Augustalis, pontif(ex) minor publicorum p(opuli) R(omani) sacrorum rogare|tu[*r, uti*] cum legatís excusata praesenti coloniae necessitate hoc | of[*ficiu*]m publicum et voluntatem universorum libello reddito | im[*p. Ca*]esari Augusto patri patriae pontif(ici) maxsimo tribuniciae | po[*test.*] XXVI[2] indicet; idqu[*e T. St*]atulenus Iuncus princeps coloniae nostrae, flamen August., | po[*ntif.*] minor publicorum p. R. sacrorum, libello, ita uti supra scriptum | es[*t, imp*]eratori Caesari Augusto pontif(ici) maximo tribun(icia) potest(ate) XXVI pat[*ri*] | pat[*riae*] reddito, fecerit,

placere conscriptis quae a. d. IIII nonas Apriles, | qu[*ae Sex.*] Aelio Cato C. Sentio Saturnino co(n)s(ulibus)[3] fuerunt, facta acta con|st[*ituta*] sunt per consensum omnium ordinum, ea omnia ita fieri agi ha|be[*ri opse*]rvarique

ab L. Titio A. f. et T. Allio T. f. Rufo IIviris et ab eis quicum|qu[*e* *post*]ea in colonia nostra IIvir(i) praefecti sive qui ali magistratús | er[*unt*], omnia in perpetuom ita fieri agi haberi opservarique, utíq(ue) L. Titius A. [*f. T. A*]llius T. f. Rufus IIvirí ea omnia, quae supra scripta sunt, ex decreto | nos[*tro*] coram proquaestoribus primo quoque tempore per scríbam pu bl[*i*]c[*um i*]n tabulas publicas referenda curent.

Censuere.

*Pisis, tabula marmorea rep. a. 1606: recognovit Bormann (XI 1421). Decretum decurionum coloniae Pisanae, quo confirmantur quae d. 2 Apr. a. p. C. 4, cum magistratus in colonia non essent nec iustum decretum fieri posset, egerant de honoribus C. Caesari mortuo habendis.* — 1) *Cf. quae leguntur in fastis municipalibus Cuprae Maritimae inventis (IX 5290)* [C. Caesar] Aug. f. dec[essit in Lycia, annum agens XX]II. Romae iustit[ium indictum est], donec ossa eius in [ma]esol[aeum inferrentur]. — 2) *A. 756/7 (p. C. 3/4).* — 3) *Priore semenstri anni p. C. 4.*

---

**141** Pup. Agrippae M. f.

*Uliae (hodie Montemayor) prov. Baeticae: descr. Huebner (II 1528). Tituli N. 141. 142 positi sunt Agrippae Postumo nondum ab Augusto adoptato, i. e. ante annum 757 (*Pupus Agrippa *dicitur etiam in titulo posito a servo suo a. 747, X 924).*

---

**142** M. Agrippae M. f. | Augusti nepoti, | annos nato VII[1], | A. Octavius A. f. Ligus, | M. Genicilius M. f. Sabin. IIvir(i)

*Traditur cum N. 135 (XI 3305).* — 1) *Agrippa Postumus natus 742 septimum annum explevit a. 749.*

---

**143** Agrippa Iulius | Augusti f. divi n. | Caesar[1]

*Volceiis (Buccino) in Lucania (X 405 semel descripta ab ignoto auctore saec. XVI, sed accurate).* — 1) *Idem qui praecedit, adoptatus ab Augusto (a. p. C. 4), nondum relegatus (a. 7, cf. Dio 55, 32, Suet. Aug. 65, Tac. ann. 1, 5).* — *Num Agrippa Caesar memoretur Henzen 5378, incertum, cf. VI 8820.*

---

**144** Ti. Claudio Ti. [*f.*] | Neroni, | patrono, colon[*i*].

*Carthagine nova (eph. 3, 33).* — *Hispaniam adiit Tiberius adulescens (Suet. Tib. 9), unde explicatur titulorum ei in Hispania illis temporibus positorum frequentia (praeter hanc et N. 146 etiam II 1113. 1529, fortasse etiam 476).*

---

**145** [*Ti. Claudio Ti.*] f. Ti. n. Neroni
[*pontific*]i
. . . . . . . . . . ti optimi
. . . . [*pri*]ncipis
. . . . . . . . . . . mani.[1]

*Centumcellis (Civitavecchia) (XI 3517).* — 1) [*Consilia adiuvan*]ti [*optimi maximique pri*]ncipis, [*custodi imperi Ro*]mani, *vel simile quid in lapide fuisse coniecit Mommsen.*

---

**146** [*Ti. C*]laudio | [*Ti. f.*] Neroni | [*p*]ontif., pr.,[1] | . . . manus

*Tarracone rep. a. 1869 (Eph. ep. 2, 325).* — 1) *Praetor fuit Tiberius a. 738 (Dio 54, 19).*

---

**147** Ti. Claudius Ti. f. Nero pont., cos. II, [*imp. I*]I[1], trib. potest.[2] V,[3] | Nero Claudius Ti. f. Drusus Germa[*nicus*] augur, c[*os.*], imp. . . . | murum portas turris d. [*s. p.*] f. c.

*Saepini complura extabant exempla, unum extat paene integrum (IX 2443). Titulus positus jussu Tiberii non ante annum 752 (cf. infra), nomine suo et fratris defuncti a. 745.* — 1) *Cf. supra N. 95.* — 2) *Tribuniciam potestatem accepit Tiberius primum a. 748 in quinquennium.* — 3) *Saxum hiat, sed deest nihil, nam trib. potestas sexta coepit cum Tiberius adoptatus ab Augusto desiit vocari Claudius Nero (a. 757).*

---

**148**

*Nero Clau* | dius Ti. f.
*Drusus*
*Germ* | anicus
*privign* | us. Augusti
s.

*Romae rep. in campo Martio, ubi nunc dicitur 'piazza di Pietra' (Eph. ep. 4, 775 cf. Lanciani Bull. comun 1878 p. 15 tab. II. III).* — *Graecos titulos Neronis Drusi habes C. J. Att. 3, 443. Rh. Mus. 1890 p. 613.*

---

**149** Antonia Claudi Neronis [*Drusi Germanici*[1], | *fratris Ti.*] C[*a*]esaris [*Aug.*]

*Rep. ibi ubi N. 124, semel descripta saec. superiore (IX 3663).* — 1) *Intellegitur omnino Antonia uxor Drusi, Augusta dicta demum a Caligula nepote; quamquam offendit Neronis nomen gentilicio postpositum (Mo.).*

---

**150** Antoniae Augustae, matri Ti. Claudi | Caesaris Augusti Germanici pontif. max., | L. Mammius Maximus p. s.

*Herculanei, nunc Neapoli, in basi statuae (X 1417; Huebner ex. scr. ep. 148).*

---

**151** imp.[1] Caes. Augus|ti f. Augustus tri. | pot. XVI[2]. — | Asprenas[3] cos., pr. | cos., VIIvir epul[*o*]|num, viam ex cast. | hibernis Tacapes | muniendam curavit. — | Leg. III Aug. | — CI . . .

*In Africa inter Tacapen (hodie Gabes) et Capsam, lapis miliarius (VIII 10023; similis lapis sed mutilus VIII 10018).* — 1) *Praenomen imperatoris a Tiberio recusatum nihilominus tribuitur ei in compluribus titulis provincialibus, praesertim initio imperii (cf. Mo. Staatsr. II[3] 769 not. 2), etiam inter annos 26 et 28 in titulo Dalmatico arch. ep. Mitth. 8 p. 110.* — 2) *Tribunicia potestate XVI Tiberius fuit ex extremo mense Iunio vel ex kalendis Iuliis (cf. ad N. 107 not. 4) anni 14 usque ad eundem diem anni 15. Hic titulus positus est post mortem divi Augusti (19 Aug. 14) et Augusti cognomen ab ipso Tiberio receptum, sed ante nuntium de consecratione Augusti, quae facta est d. 17. Sept. a. 14 (cf. fasti Amiternini; fast. Antiates), ab Asprenate acceptum.* — 3) *L. Nonius Asprenas consul suffectus fuit a. p. Chr. 6, proconsul Africae a. 14 (Tac. a. 1, 53).*

**152** imp.[1] Caesar divi Aug. | f. Aug. cos. II, | trib. potest. XVI, | imp. VII[2], pont. max. — | M. II.[3]

*Olim in oppido Santa Cara in Hispania, miliarius viae ex Hispania in Aquitaniam ducentis (II 4905 servarunt schedae Farnesiae Muratorii). — Titulus positus a 15, ante extremum mensem Iunium (propter trib. pot. XVI), sed post d. 10 Mart., quo Tiberius pontifex maximus creatus est (infra N. 154; fasti Praenestini, C. I p. 314).* — 1) Tib. *correxit Huebner; sed cf. N. 151.* — 2) *Imperator septimum Tiberius appellatus esse videtur vivo etiamtum Augusto, imperator octavum non ante annum p. Chr. 20 (testibus nummis quibusdam cusis Lugduni; in titulo tamen X 7226 a. p. Chr. 18/9 est* imp. VIII; *cf. Mommsen mon. Anc. p. 17); in hoc numero, reperiri solito inde ab a. 21 (cf. supra N. 113), permansit.* — 3) *milia passuum duo.*

---

**153** Q. Coelius L. f. pr., | aed. pl. Cer., | pro pr. ex s. c., q., | ex voto suscepto | pro incolumitate | Ti. Caesaris divi Aug. f. | Augusti | pontific. maxim., | Concordiae d. d. | [*A*]uri p. XXV[1].

*Romae rep. in foro in eruderanda aede Concordiae (VI 91). Titulus positus ut videtur anno p. C. 16, cum ob detecta nefaria consilia Scribonii Libonis (fast. Amit. [C. IX 4192] 13. Sept.) dona Iovi Marti Concordiae senatus censuisset (Tac. a. 2, 32).* — 1) *Auri pondo XXV.*

---

**154** Ti. Caesare tert. Germanico Caesare iter. cos.[1], | Cn. Acceio Cn. f. Arn(iensi) Rufo Lutatio, T. Petillio P. f. Qui(rina) IIvir(is), | decreta: |

Aediculam et statuás hás, hostiam dedicationi. Victimae natali Aug. VIII k. Octobr. duae, quae p(er)p(etuo) | inmolari adsueta[*e*] sunt ad aram, quae numini Augusto dedic(ata) est, VIIII et VIII k. Octobr.[2] | inmolentur; item natali Ti. Caesaris perpetue acturi decuriones | et populus cenarent, — quam inpensam Q. Cascell[*i*]o Labeone | in perpetuo pollicenti, ut gratiae agerentur munificentiae eius — eoque | natali ut quotannis vitulus inmolaretur. |

Et ut natalibus Augusti et Ti. Caesarum, prius quam ad vescendum | decuriones irent, thure et vino genii eorum ad epulandum ara | numinis Augusti invitarentur. |

Ara(m) numini Augusto pecunia nostra faciendam curavimus; ludos | ex idibus Augustis diebus sex p(ecunia) n(ostra) faciendos curavimus. | Natali Augustae mulsum et crustlum mulieribus vicanis ad | Bonam deam pecunia nostra dedimus. |

Item dedicatione statuarum Caesarum et Augustae mulsum et crustla | pecunia nostra decurionib. et populo dedimus, perpetuoque eius die | dedicationis daturo[*s*] nos testati sumus, quem diem quo frequentior quod-annis sit, servabimus VI idus Martias, qua die | Ti. Caesar pontif. maximus felicissime est creatus.

*Prope Bracciano, ubi fuit Forum Clodii Etruriae, rep., nunc Florentiae (XI 3303).* — 1) *A. 18.* — 2) *Cf. supra N. 112 not. 4.*

---

**155** Ti. Caesari divi Aug. f. | divi Iuli nepoti | Augusto imp.[1], pont. | maxumo, tribun. | potest. XXVI[2], cos. IIII.

*Anticariae (Antequera) prov. Baeticae: descr. Huebner (II 2037). — 1) Imperatoris titulus reliquis praepositus, omisso numero salutationum, reperitur saepius in Tiberii titulis provincialibus. — 2) A. 24/25.*

---

**156** Ti. Caesari divi | Augusti f. divi | Iuli n. Augusto | pontif. maximo, cos. IIII, | imp. VIII, trib. potestat. XXXII[1], | Augustales; | res publica | restituit. *In fronte ingentis basis, in cuius quattuor lateribus sculptae sunt imagines quattuordecim Asiae civitatum, nominibus subscriptis* . . *henia Sa[*rde*]s[2] *ulloron — [*Magnes*]ia — Philadelphia — Tmolus — Cyme — Temnos[3] — Cibyra — Myrina — Ephesos — Apollonidea — Hyrca[*nia*][3] — Mostene[3] — [*Aec*]ae — [*Hiero*]aesarea.

*Puteolis rep. a. 1693, nunc in museo Neapolitano (X 1624). Civitates illae Asiae terrae motu eversae (pleraeque a. p. C. 17, cf. Tac. a. 2, 47, Cibyra anno 23, cf. Tac. a. 4, 13, Ephesus ut videtur anno 29, recensitae omnes a Nicephoro Callisto 1, 17), cum opem ferente Tiberio restitutae essent (cf. Tac. l. c.; Vell. 2, 126; Dio 57, 17, al.), imperatori colossum dedicaverunt adiectis imaginibus ipsarum (Phlegon de mirab. 42), ad quod monumentum, dedicatum Romae ad Veneris, apparet hoc Puteolanum fuisse imitando expressum, pecunia collegii Augustalium quod fuit Puteolis. Cf. Jahn, Berichte der sächs. Gesellsch. der Wiss. 1851 p. 119 seq. — Fragmenta titulorum Tiberii ob eam causam in ipsis illis urbibus dedicatorum vide C. III s. 7096, clausulam decreti civitatium illarum ob eam rem facti C. I. Gr. 3450 = Lebas-Waddington n. 620. — 1) Consul quartum tribunicia potestate tricesimum alterum fuit Tiberius Jul./Dec. 30 p. C. (kalendis Ianuariis a. 31 consul quintum dici coepit). Hoc ipso ut videtur tempore aut paullo antea colossus ille Romae dedicatus est. — 2)* Sardes *vocabulum in lapide fuisse apparet; quod praecedit vocabulum, incertum est, item id quod sequitur. — 3) Vocabula, nunc evanida, in lapide lecta sunt aut integra aut paene integra ab iis qui primi descripserunt.*

---

**157**

| | |
|---|---|
| Salúti perpetuae Augustae | Genio múnicipi anno post |
| libertatique publicae | Interamnam conditam |
| populi Romani | DCCIIII ad Cn. Domitium |
| | Ahenobarbum ! ! ! ! ! ! |
| | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![1] cos. |

Providentiae Ti. Caesaris Augusti náti ad áeternitatem
Románi nominis, sublato hoste perniciosissimo p. R.[2],
Faustus Titius Liberalis VIvir Aug. iter.
p. s. f. c.[3]

*Interamnae in Umbria (Terni), descr. Henzen et Bormann (XI 4170). — 1) Cn. Domitius Ahenobarbus consul fuit cum M. Furio Camillo Scriboniano a. 32; huius nomen erasum est, postquam bellum civile movit in Dalmatia et hostis declaratus est a. 42 (Dio 60, 15 Suet. Claud. 13). — 2) Intellegitur Seianus, qui occisus est a. 31. — 3) Pecunia sua faciundum curavit.*

---

**158** [*Num*]ini[1] ac Providentiae | [*Ti. Ca*]esar. Aug. et senatus, | [*in mem.*][2] eius die qui fuit XV k. Novembr.[3], | [*P.*][4] Viriasius Naso[5], pro cos. tertio[6], sua pecunia | consecravit.

*Gortynae in Creta: descr. Halbherr (eph. ep. 7 p. 424, 3). — 1) Supplevit Mo. — 2) Tale quid periisse coniecit Hirschfeld, probabiliter; lapis tamen integer esse hac parte traditur. — 3) Hunc esse diem quo Seianus periit a. 31 (Tac. ann. 6, 25) monuit Hirschfeld. — 4) Deesse aliquid non traditur. — 5) Idem homo memoratur C. VI, 1267. — 6) Narrat Dio 58, 23 sub a. 33, tantum numerum senatorum periisse, ut ex proconsulibus, qui ex praetura provincias sortiebantur, nonnulli per tres, ex proconsulibus consularibus nonnulli per sex annos provincias obtinuerint; illorum unus hic est.*

---

**159** Ti. Caesari divi Augusti f. | Augusto | pontif. maximo, cos. V, | trib. potest. XXXIIII[1], | principi optumo ac | iustissimo, conservatori | patriae, pro salute et | incolumitate eius | A. Fabius Fortunatus viator [*cos.*] | et pr[*aet.*], | Augustalis prim[*us*], | voto suscepto p.

*In oppido Rignano ad viam Flaminiam, agri Capenatis (XI 3872 semel iterumve descripta saec. XV). — 1) A. 32/33.*

---

**160** Ti. Caesari divi | Augusti f. divi Iuli | nepoti Aug. pontifici | maximo, cos. V, | imp. VIII, tr. pot. XXXVIII[1], | auguri, XV vir. sacr. faciend., VII vir. epulon.[2], | L. Scribonius L. f. Vot. Celer | aedil. ex d. d. | pro ludis.

*Antii rep., nunc in museo Veronensi (VI 903). — 1) A. 36/37. — 2) Raro (ut etiam II 2062. X 8088) memorantur quattuor sacerdotia amplissima in titulis Tiberii cf. Mo. Staatsr. II p. 736.*

---

**161** Herculi invicto | Ti. Iulius Augusti f. divi nep. Caesar Aug. | imp., pontifex maxumus, ded. | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !

*Tucci in prov. Baetica, descr. Huebner (II 1660). — Et Julii nomen Tiberio inditum mirum est — reperitur id praeterea tantum in lege de imperio Vespasiani (infra N. 244) et in titulo Graeco Ephesi rep. (Wood discoveries at Ephesus, inscr. from the Augusteum n. 11) — et consecrationis in Augusto mentio omissa, nam post consecrationem Augusti titulum positum esse demonstrat pontificatus maximus. Mihi videtur titulus posse pertinere ad donum datum Herculi a Tiberio adulescente in Hispania morante (cf. ad N. 144), restitutus post longam annorum seriem, fortasse iussu Neronis, cuius nomen vide ne erasum sit in fine.*

---

**162** Romae et imp.[1] Ti. Caesari | Augusto sacrum | *(reliqua legi non potuerunt).*

*In provincia Africa loco dicto Mograwa (VIII 685). — 1) Nota iuncta praenomina Tiberii et imperatoris, id quod factum esse videtur etiam VIII 10492; cf. supra ad N. 152 not. 1.*

---

**163** aquam Augus[*tam*] | in honorem [*Ti. Cae*]saris Augusti n[*epo*]-tumq. eius Pelt[*uin*(*um*)] | adduxer(unt) pr(o) ae[*tern.*][1] Caesarum | Salvieni Paul[*us et*] | Florus | aed. q[*q.*]

*Aquilae rep., sed prodiit lapis puto ex ruderibus oppidi Vestinorum Peltuini (IX 4209). — Titulus positus post mortem Drusi, cum hic non memoretur; nepotes sunt aut Nero et Drusus Germanici filii, aut horum frater Gaius cum Tiberio Drusi f. — 1) Supplevit Mo. De formula voti quae fuit pro aeternitate Augusti cf. Henzen act. Arv. p. 111.*

---

**164** ossa | Ti. Caesaris divi Aug. f. | Augusti | pontificis maximi, | trib. pot. XXXIIX, imp. VIII, cos. V.

*Romae, lapis medio aevo in opere adhibitus prope ecclesiam duodecim Apostolorum, ablatus sine dubio ex mausolaeo Augusti, dudum latet vel periit (VI 887 ad exemplum potissimum Iucundi).*

---

**165** Agrippinae | M. Agrippae f., | Drusi Caesar. matri | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! | ! ! ! ! ![1] | d. d.

*Laude Pompeia, hodie Lodi (V 6359; Huebner ex. scr. ep. n. 166). — Vipsania Agrippina, M. Agrippae filia, nupsit primum Ti. Neroni, ex quo mater extitit Drusi Caesaris (Suet. Tib. 7), deinde C. Asinio Gallo, Asinii Pollionis filio, consuli a. 746 (Tac. ann. 1, 12). (Frustulum alterius inscriptionis huius Agrippinae vide IX 2201. Ad libertum eius pertinet VI 9901 a).* — 1) *Erasum nomen Asinii Galli reperitur etiam in titulis Ephesinis supra N. 97.*

---

**166** Druso Iulio Ti. f. | Augusti nepoti | Caesari.

*Veronae, originis incertae (V 2151 = VI 908).*

---

**167** [*Dr*]uso Caesar[*i*], | Ti. Aug. f., deivi | Aug. nepoti, | deivi Iuli | pronepoti, cos.[1]

*Sagunti (II 3829).* — 1) *A. 15.*

---

**168** pleps urbana quinque et | triginta tribuum | Druso Caesari Ti. Aug. f., | divi Augusti n., | divi Iulii pronepoti, | pontifici, auguri, sodal. Augustal.[1], | cos. iterum, tribunic. potest. iter.[2], | aere conlato.

*Romae rep. ad Tiberim sub Aventino (VI 910).* — 1) *Cf. Tac. ann. 1, 54.* — 2) *Consul iterum fuit Drusus a. 21, tribuniciam potestatem accepit a. 22 (Tac. a. 3, 56); titulus positus igitur a. 23 paullo ante mortem Drusi, aut (quod praetulerim, cum titulus Germanici (infra N. 176) gemellus sine dubio sit postumus) mortuo eo. Senatusconsulti facti post mortem Drusi a. 23 particulas habemus in fragmentis tabulae aeneae VI 912.*

---

**169** [*D*]ruso Caesari | [*Ti.*] Augusti f., divi Augusti | nepoti, divi Iulii pronep., | [*a*]uguri, pontif., quaestori, | [*f*]lamini Augustali[1], cos. II, | [*t*]ribunicia potestate II, | [*ci*]vitates IIII vallis | Poeninae[2].

*S. Maurice in valle Poenina (XII 147). Hic quoque titulus videtur positus post mortem.* — 1) *Nota Drusum dici flaminem Augustalem pro sodali Augustali. Quindecimvir sacris faciundis fortasse dictus est Drusus V 4951 (modo constet de supplemento).* — 2) *De quattuor civitatibus vallis Poeninae (fuerunt autem Nantuates, Varagri, Seduni, Uberi) cf. Mo. C. XII p. 20.*

---

**170** [*Liviae Drusi Caesaris, matri T*]i. et Ge[*rmanici Ca*]esarum[1] h . . .[2]

*Prope Brixiam, fragmenta duo, coniunxit Labus, supplevit Mommsen (V 4311). De Livia, Neronis Drusi et Antoniae filia, C. Caesaris primum, deinde Drusi Caesaris uxore, interfecta a. 31, cf. potissimum Tac. a. 4, 3. 4, 40. 6, 2 (memoratur in titulis servorum VI 4349, Bull. com. 1890 p. 10, fortasse etiam VI 8711).* — 1) *Gemelli nati Druso Caesari e Livia a. 19 (sed de anno dubitat O. Hirschfeld Herm. 25, 1890 p. 366 seq.) cf. Tac. ann. 2, 84; C. I. Gr. 2630; nummi cum inscriptione Τιβ. Γερ. Καίσαρες (ann. inst. 1851 p. 232).* — 2) h *littera fracta est, sed certa.*

---

**171** Ti. Caesari | Drusi f., | Ti. August[*i n.*], | divi Augusti pron[*ep.*][1], | P. Varius P. f. Aem. | Ligus[2] filius.

*Albae Pompeiae, descr. solus Vernazza (V 7598). — 1) Varius Ligus commemoratur a Tacito ann. 4, 42. 6, 30.*

---

**172** Ti. Caesar | Drusi Caesaris f. | hic situs est[1].

*Romae cippus quadratus rep. ad viam Flaminiam prope mausolaeum Augusti, nunc in museo Vaticano (VI 892). — 1) Occisus a Caligula a. 37, qui paulo ante eum adoptaverat (Suet. Cal. 14) (eam adoptionem pro nulla habitam esse, ut monuit Hirschfeld Herm. 25 p. 366 not. 4, ex hoc titulo apparet).*

---

**173** [*Germ*]anico Caesari | [*T*]i. f. Augusti n. | auguri, q.[1]

*Nomenti rep. a. 1833, periit vel latet (XIV 3942). Ex litteris quibusdam a latere relictis apparet fuisse in eodem lapide titulos Augusti, Tiberii, Drusi. — 1) Quaestor fuit Germanicus anno p. C. 7 (Dio 55, 31).*

---

**174** Germanico | Caesari Ti. f. Aug. n. | q., auguri, cos. design.[1] | d. d.

*Apameae in Bithynia (III 334 ad exemplum Pocockii). — 1) Consul primum fuit a. 12 p. Chr.*

---

**175**

Germanico Caesari Ti. [*Aug. f.*]
L. Valerius . . . . .
L. Tonneius Le . . .
A. Mevius . . u .
magistri Larum Aug[*ust.*]
anno V Ti. Cae[*saris*][1].

*Prope Massiliam rep. (XII 406; Huebner ex. scr. ep. 188). — 1) A. 18/19. Ceterum propter hunc inusitatum anni significandi modum Mo. Staatsr. II[3] 802 not. 2 suspicatur titulum ex Orientis aliqua urbe Latina, fortasse ex Beryto, in Galliam adlatum esse.*

---

**176** pleps urbana quinque et | triginta tribuum | Germanico Caesari | Ti. Augusti f. | divi Augusti n. | auguri, flamini Augustali, | cos. iterum, imp. iterum, | aere conlato.

*Romae rep. una cum N. 168 (VI 909) posita sine dubio eodem tempore quo haec, id est post mortem Germanici.*

---

**177** Germanico Caesari Ti. f. divi Augusti n. | divi Iuli pronepoti auguri, flam. Augustal., cos. II, imp. II[1] | L. Mammius Maximus p. s.

*Herculanei rep. (X 1415). Titulus positus Claudio imperante, cf. N. 150.*

---

**178** Germanico Caesari Ti. Aug. f. divi Aug. n. divi Iuli pron. pontif.[1], flamini Augustali, augur., cos. II, imp. II.

*Salerni vel Neapoli (X 513, bis descripta). — 1) Pontifex dicitur Germanicus etiam V 4308, male sine dubio, ut apparet potissimum ex N. 176. — Elogii sepulcralis Germanici, eruti ex mausolaei Augusti ruderibus, pars videtur esse servata C. VI 894 cf. Mo. mon. Ancyr. comm. p. 54 not.; senatusconsulti facti in honorem Germanici post mortem eius (cf. Tac. a. 2, 83) habemus particulas in fragmentis tabulae aeneae VI 911 cf. p. 841.*

---

**179** Agrippinae | Germanici | Caesaris.

*Veleiae rep. (XI 1167). — Agrippinae vivae positus est etiam titulus IX 2635, mortuae (praeter sepulcralem N. 180) II 3379.*

---

**180** ossa | Agrippinae M. Agrippae [*f.*], divi Aug. neptis, uxoris | Germanici Caesaris, | matris C. Caesaris Aug. | Germanici principis.

*Romae, urna magna marmorea, qua medio aevo mensurae loco utebantur, ablata dicebatur de sepulcro Augustorum: extat in Capitolio (VI 886). — Titulus positus a. 37, postquam filius Agrippinae Caligula imperium adeptus cineres eius ex Pandateria insula Romam in mausolaeum Augusti detulit (Suet. Cal. 15).*

---

**181** C. Caesar | Germanici Caesaris f. | hic crematus est

**181**[a] Ti. Caesar | Germanici Caesaris f. | hic crematus est

**181**[b] . . [*Caes*]ar | [*Ge*]rmanici Caesaris f. | hic crematus est

*Romae cippi quadrati rep. ad viam Flaminiam prope mausolaeum Augusti, nunc in museo Vaticano (VI 889. 888. 890). Tituli sepulcrales trium parvulorum filiorum Germanici, de quibus Suet. Cal. 7.*

---

**182** Neroni Caesari | Germanici Caesaris f., | Ti. Caesaris Augusti n., | divi Augusti pron. | flámini Augustáli, | sodáli Augustáli, | sodáli Titio, frátri Arváli, | fétiáli[1], quaestori, ex s. c.

*Romae rep. prope amphitheatrum Flavium (VI 913). — Titulus positus inter annum 27, quo quaestura videtur functus esse Nero (cf. Tac. a. 3, 29), et annum 29, quo iam Neroni exitium apud senatum struebatur (Tac. ann. 5, 3). — 1) Pontificatum decretum esse Neroni a. 20 narrat Tacitus a. 3, 29, errore ut videtur.*

---

**183** ossa | Neronis Caesaris | Germanici Caesaris f., | divi Aug. pron., flamin. | Augustalis, quaestoris.

*Romae, urna magna marmorea, descripta in Capitolio saec. XIV—XVI (ablata, ut dicebatur, de sepulcro Augusti), postea periit (VI 887). — Neronis Caesaris in insula Pontia fame necati cineres a Caligula fratre in urnam conditos et Romam advectos mausolaeoque inlatos esse narrat Suet. Cal. 15. — Avi Tiberii nomen sine dubio ideo omissum est quod ille Neronem necaverat (Mo.).*

---

**184** Iunia Silani [*f.*[1], *spon*]sa Neronis Caes[*aris*][2] | . . .

*Romae (VI 914 ad exemplum Cyriaci; supplevit Henzen). —* 1) silanie *Cyr. —* 2) *De Iunia, Q. Caecilii Metelli Cretici Silani (cf. Borghesi opp. 5 p. 212) filia, Neronis Caesaris Germanici filii sponsa, cf. Tac. ann. 2, 43. Destinata erat Neroni iam ante annum 16 p. Chr., quo pater eius e Syria a Tiberio revocatus est propter ipsam eius cum Germanico adfinitatem (Tac. l. c.), defuncta esse videtur ante annum 20, quo Iulia Drusi Caesaris filia Neroni nupsit (Tac. ann. 3, 29).*

---

**185** Druso Caesari | Germanici Caesaris | filio, | Ti. Augusti nepoti, | divi Augusti pronepoti, | pontifici[1] | d. d.

*Troade rep., postea in Anglia (III 380). —* 1) *Augurem fuisse Drusum indicat Suet. Cal. 12, errans puto.*

---

**186** Druso Caesa[*ri, Germa*]nici Caesaris [*f., Ti. Caes.*] | Aug. n., divi Aug[*usti pron.*], | praefect. urbi[1], s[*odali* | *Au*]gustali . . . . .

*Burdigalae, descripta a. 1594 quo reperta est et aliquoties saec. XVII (Iullian inscr. de Bordeaux p. 91). — 1) A. 25 (Tac. ann. 4, 36).*

---

**187** Dis manibus | Drusi Caesaris Germ[*anici f.*][1].

*Rep. in valle gentis Alpinae Camunnorum supra Bergomum, est Bergomi in museo (V 4953). — Drusus Caesar necatus est in Palatio a. 33 (Tac. a. 6, 23), reliquiaeque eius ita dispersae, 'ut vix quandoque colligi possent' (Suet. Tib. 54). Inde potest factum esse, iudice Mommseno, ut qui vellent et ubi vellent honoris causa ei cenotaphia facerent. — Aut ad alterum eiusdem Drusi, aut ad gemellum Neronis fratris cenotaphium pertinet fragmentum lapidis quod nuper prodiit Bergomi:* [*dis*] manibus | . . . [*Caesari*]s Germanic[*i f.*] | . . . d. *(Pais n. 720).*

---

**188** Livilla[1] . . . . . .[2] | Germanici C[*aesaris f.*] | hic sita e[*st*]

*Romae cippus quadratus rep. una cum N. 172. 181 nunc in museo Vaticano (VI 891).* 1) *Natu minima filiarum Germanici, etiam Iuliae nomine tamquam proprio usa (Tac. a. 2, 54 cet.; nummi ap. Eckhel 6, 219. 233; VI 5998. 4352. 10563), occisa sub Claudio (Seneca apoc. 10, Suet. Cl. 29, Dio 60, 8. 27).* — 2) *Nomen mariti M. Vinicii (Tac. a. 6, 15) supplet Mo.*

---

**189** C. Caesari | Germanici f., | Ti. Aug. n., | [*d*]ivi Augusti pronepoti | Germanico | [*p*]ontifici[1], q.[2]

*Viennae Allobrogum (XII 1849). Plane similis est titulus item Viennensis XII 1848. — 1) Cf. Suet. Cal. 12; Dio 58, 8. — 2) Quaestor creatus est Caligula a. 33 (Dio 58, 23).*

---

**190** C. Ummidio Durmio Quadrato[1] | leg(ato) C. Caesaris Germanici imp(eratoris) | pro praet(ore) | .

Iusiurandum Aritiensium.[2] |

Ex mei animi sententia, ut ego iis inimicus | ero, quos C. Caesari Germanico inimicos esse | cognovero, et si quis periculum ei salutiq(ue) eius | in[*f*]ert in[*f*]er[*e*]tque[3], armis bello internicivo[4] | terra mariq(ue) persequi non desinam, quoad | poenas ei persolverit, neq(ue) me [*neque*][5] liberos meos | eius salute cariores habebo, eosq(ue), qui in | eum hostili animo fuerint, mihi hostes esse | ducam; si s[*cie*]ns fa[*ll*]o fefellerove, tum me | liberosq(ue) meos Iuppiter optimus maximus ac | divus Augustus ceteri(que) omnes di immortales | expertem patria incolumitate fortunisque | omnibus faxint.

[*A. d.*] V idus Mai[*as*] in | Aritiense oppido veteri Cn. Acerronio | Proculo C. Petronio Pontio Nigrino cos.[6], | mag(istris) | Vegeto Tallici . . . . . ibio . . . . . arioni.

*Tabella ahenea reperta a. 1659 in Lusitania ad Tagum inter rudera oppidi raro memorati Aritii, hodie deperdita, bis tantum descripta (II 172). — 1) Huius legati titulum dabimus infra inter senatorios. — 2) Idem iusiurandum Gaio praestitum est per totum orbem ad nuntium acceptum de imperio eius; superest similis*

*tabella cum iureiurando Assiorum in Asia, scripta Graece (Mommsen eph. V p. 155).* — 3) inheerii inperitque *exemplum melius (emendavit Mo.).* — 4) *sic exemplum melius.* — 5) *alterum* neque *om.* — 6) *A. 37 d. 11. Mai., id est LII diebus post mortem Tiberii.*

---

**191** Matronis sacrum, | pro salute C. Caesaris | Augusti Germanici, | Narcissus C. Caesaris[1].

*Pallantiae ad lacum Verbanum (lago Maggiore), lapis ornatus anaglyphis pertinentibus ad sacrificia (V 6641; de anaglyphis cf. Ihm ann. Rhenan. 83, 1887 p. 49).* — 1) *Narcissus potest esse is qui manumissus Claudio fuit ab epistulis.*

---

**192** M. Aquilá Iuliánó | P. Nónio Asprénáte cos.[1] | VII k. Iúniás, | pró salúte et páce et | victóriá et genió | Cáesaris Au[*gusti*] | . . . . . . . .

*Romae (VI 811).* — 1) *Consules sunt ordinarii anni 38.*

---

**193** C. Caesar Germa|nicus, Germanici | Caesaris f., Ti. Aug. n., | divi Aug. pron., divi | Iuli abn., Aug., pat. patr.[1], | cos. II[2], imp., trib. pote|state II[3], pontif. max., | a Baete et Iano Augusto | ad Oceanum | . . . . . . .

*Cordubae, lapis miliarius viae primariae provinciae Baeticae (II 4716).* — 1) pat. patr. *postmodo additum esse testatur Huebner. Testibus nummis patris patriae cognomen, primo quidem dilatum (Dio 59, 12), tamen ante finitum imperii annum primum recepit Caligula (Eckhel 6, 223).* — 2) *A. 39.* — 3) *Imperator a senatu appellatus est C. Caesar a. 37 d. 18 Mart. (act. Arv. a. 38), ut tribunicia potestate iterum fuerit a d. 18 Mart. 38 usque ad 17 Mart. 39.*

---

**194** Iuliae Drusill[*ae*] | Germanici Caes[*aris f.*] | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![1] | d. [*d*].

*In vico aliquo agri Mediolanensis (V 5722).* — 1) *Erasa sunt verba* C. Caesaris Aug. | Germanici sorori.

---

**195** Iuliae Drusillae, | German. Caesar. f., [*T*]i[*b*]erius parenti, num[*inis*] | honore delat[*o, posuit*][1]

*Avennione (Avignon) (XII 1026 cf. Hirschfeld Wiener Studien 1881 p. 266 seq.)*. — 1) *Supplevit Hirschfeld, coniciens titulum positum esse divae Drusillae a Tiberio Claudio Nerone qui postea imperavit, quamquam, ut ipse monuit, fratris filia ab homine sanae mentis vix dici potuit parens.*

---

**196** [*di*]vae Drusillae | sacrum | [*C. R*]ubellius C. f. Blandus[1] | [*q.*] divi Aug., tr. pl., pr., cos., [*pr*]ocos., pontif.

*Tibure, nunc Romae (XIV 3576).* — 1) *C. Rubellius Blandus progener Tiberii, cf. Tac. ann. 6, 27.*

---

**197** pro salute | Caesarum et p. R. | Minervae et divae | Drusillae sacrum | in perpetuum | C. Agileius Primus | IIIIIvir Aug., c. c. R., d. s. p. d.[1]

*Avarici Biturigum (Bourges) (Huebner ex. scr. ep. n. 193).* — 1) *Curator civium Romanorum de sua pecunia dedit.*

**198** [*Ti. C*]laudio | [*Dru*]si German. f. | Neroni Germanico | auguri[1], sodali Aug.[2], | sodali Titio, cos.[3]

*Polae (V 24). — 1) Cf. Suet. Cl. 4. — 2) Cf. Tac. ann. 1, 54. — 3) Consul suffectus fuit ex kalendis Iuliis a. 37, cum Caligula.*

---

**199** Medullinae Camilli f.[1], | Ti. Claudii Neronis | Germanici sponsae[1], | Acratus l. paedagogus.

*Prope Velitras rep. dicebatur (X 6561, Fea et Marini descripserunt). — 1) f. om. Marini. — De Medullina cf. Suet. Claud. 26.*

---

**200** Ti. Claudius | Drusi f. Caesar | Aug. Germanic. | pontif. max., trib. | pot., cos. desig. II[1], | imp. II, refecit.

*Prope Nemausum ad vicum Manduel rep., columna miliaria viae Arelate Nemausum ducentis (XII 5602; aliae columnae viarum provinciae Narbonensis eodem modo inscriptae v. XII p. 906). — 1) A. 41.*

---

**201** Ti. Claudio | Drusi f. Caesa|ri Aug. Germ. | pont. maxim., | trib. pot. II, cos. II[1], imp. III, patri | patriae, | d. d.

*Sestini in Umbria (Bull. dell' Inst. 1856 p. 140). — 1) A. 42.*

---

**202** Pietati Augustae ex s. c., quod factum est D. Haterio Agrippa C. Sulpicio Galba cos.[1], Ti. Claudius Caesar Aug. Germanicus pontif. max. trib. pot. III[2], cos. III, imp. III, p. p., dedicavit.

*Romae 'in Capitolio', semel descripta ante saeculum IX, quod exemplum servaverunt codex Einsidlensis saec. IX et ex simili codice Poggius (VI 562 cf. p. XII). — 1) A. p. C. 22. — 2) 25 Ian. 43/44. — Ara Pietatis Augustae decreta a senatu anno 22 pro salute, ut videtur, Iuliae Augustae tunc aegrotantis (Tac. ann. 3, 64), dedicata demum a Claudio (cf. Eckhel d. n. 6, 150; Mo. Sitzungsber. d. Sächs. Ges. d. W. 1850 p. 301).*

---

**203** [*Ti. C*]laudio Drusi f. Caesari Augu[*sto* | *G*]ermanico pontif. maximo, tribu[*nic.*] | potest. III[1], cos. III, imp. V, patri patri[*ae*, | *socii*[2]] publici XX libertatis et XXV venal[*ium*].

*Romae (VI 915 semel descripta saec XVI). — 1) 25 Ian. 43/44. — 2) Sic necessario supplendum; lapis positus a conductoribus vectigalium duorum, vicesimae libertatis sive manumissionum (cf. Marquardt Staatsr. II² p. 281) et quintae et vicesimae venalium mancipiorum (ib. p. 278).*

---

**204** Ti. Claudio Drusi f. | Caesari Aug. Germanico | pontif. max., trib. potest. | IIII[1], cos. III designato IIII[2], | imp., publice d. d.

*Veronae (V 3326). A dextra et a sinistra supersunt particulae aliorum titulorum, aut uxoris filiique aut maiorum Claudii. — 1) 25 Ian. 44/45. — 2) Cos. tertium fuit a. 43, quartum a. 47, designatus, ut ex hoc titulo intellegitur, ante 25 Ian. 45 (cf. Mo. Staatsr. I 567).*

---

**205** Ti. Claudius Drusi f. Caesar Augustus Germanicus | pontifex maxim., trib. potest. V[1], imp. XI, p. p., cos. desig. IIII, | arcús ductús aquae Virginis disturbatos per C. Caesarem | a fundamentis novos fecit ac restituit.

*Romae in ductu aquae Virginis, duobus exemplis (VI 1252). — 1) 25 Ian. 45/46.*

---

## Edictum Claudii de civitate Anaunorum, a. 46.

**206** M. Iunio Silano, Q. Sulpicio Camerino cos. | ídibus Martis[1], Baís in praetorio, edictum | Ti. Claudi Caesaris Augusti Germanici propositum fuit id | quod infra scriptum est. |

Ti. Claudius Caesar Augustus Germanicus pont. | maxim., trib. potest. VI, imp. XI, p. p., cos. designatus IIII, dícit: |

Cum ex veteribus controversís pe[*nd*]entibus[2] aliquamdiú etiam | temporibus Ti. Caesaris patrui mei, ad quas ordinandas | Pínarium Apollinarem míserat[3], — quae tantum modo | inter Comenses essent (quantum memoria refero) et | Bergaleos[4], — isque primum apsentia pertinaci patruí meí[5], | deinde etiam Gaí principatu, quod ab eo non exigebatur | referre, non stulte quidem, neglexserit; et posteac | detulerit Camurius Statutus ad me, agros plerosque | et saltus meí iúris esse: in rem praesentem mísi | Plantam Iulium amícum et comitem meum, quí | cum, adhibitís procúratoribus meís qu[*i*]que[6] in alia | regione quique in vícinia erant, summa cura inqui|sierit et cognoverit, cetera quidem, ut mihi demons|trata commentario facto ab ipso sunt, statuat pronun|tietque ipsi permitto. |

Quod ad condicionem Anaunorum et Tulliassium et Sinduno|rum[7] pertinet, quorum partem delator adtributam Triden|tinis, partem ne adtributam quidem arguisse dícitur, | tametsi animadverto non nimium firmam id genus homi|num habere civitatis Romanae oríginem: tamen, cum longa | usurpatione in possessionem eius fuisse dicatur et ita permix|tum cum Tridentínis, ut díduci ab ís sine gravi splendi[*di*][8] municipí | iniuriá non possit, patior eos in eo iure, in quó esse se exístima|verunt, permanere beneficio meo, eo quidem libentius, quod | pler[*i*]que[9] ex eo genere hominum etiam mílitare ín praetorio | meó dicuntur, quídam vero ordines quoque duxisse, | nonnullí [*a*]llecti[10] in decurias Romae res iudicare. |

Quod benificium ís ita tribuo, ut quaecunque tanquam | cíves Romani gesserunt egéruntque, aut inter se aut cum | Tridentínis alísve, rat[*a*] esse iubea[*m*][11], nominaque ea, | quae habuerunt antea tanquam cives Romani, ita habere ís permittam.

*Tabula aenea rep. ad vicum Cles vallis Anaunorum (val di Non) prope Tridentum, nunc Tridenti (V 5050). Illustravit Mo. Herm. 4 p. 103 seq.* — 1) *15 Mart. 46.* — 2) petentibus *aes.* — 3) *Structura turbata; debuit esse* cum Ti. Caesar ad veteres controv. ordinandas Pinarium Apollinarem miserit. — 4) *Incolae sine dubio vallis hodie Bergell dictae, supra Chiavennam.* — 5) *Insectatur Tiberium inde ab a. 26 urbe carentem.* — 6) quisque *aes.* — 7) *Ex his populis soli Anauni praeterea noti.* — 8) splendî, 9) plerisqne, 10) collecti, 11) ratam esse iubeat *aes.*

---

**207** Ti. Claudius Drusi f. Caesar | Aug. Germanicus pontif. max., trib. potest. VI, cos. design. IIII[1], imp. XII[2], p. p., | fossis ductis a Tiberi operis portú[s] | caussá[3] emissisque in mare urbem | inundationis periculo liberavit

*In Portu Romano (hodie Porto) ad Ostia Tiberis (XIV 85). — 1) Titulus scriptus a. 46 post d. 25 Ian. — 2) Pleraque monumenta Claudium etiam a. 47 produnt imperatorem XI. — 3) De portu facto a Claudio prope ostia Tiberis cf. C. XIV p. 5. 6.*

---

**208** Ti. Claudius Drusi f. | Caesar Aug. Germa|nicus pontifex maxu|mus, tribunicia potesta|te VI, cos. IV[1], imp. XI, p. p., | censor[2], viam Claudiam | Augustam, quam Drusus | pater Alpibus bello pate|factis[3] derex[*e*]rat[4], munit ab | Altino[5] usque ad flumen | Danuvium, m. p. CCC⊥[6].

*Prope Feltriam (Feltre) rep.: vidit Mommsen (V 8002). Similis lapis, sed in fine minus integer, rep. est prope Bozen (V 8003). — 1) A. 47 (ante Ian. 25, propter tribuniciam potestatem sextam). In lapide Bozensi est* cos. desig. IIII, *abestque* censor, *ut sit anni 46. — 2) Censuram gessit Claudius a. 47, lustrum condidit a. 48 (Tac. a. 11, 13. 25), appellatur tamen etiam postea censor in titulis, more solito (Mo. Staatsr. II 338 not. 5). De die, quo coeperit censura eius, vide N. 209 not. 2. — 3) Significatur victoria de Raetis, anno ante Chr. 15. — 4)* derexserat *lapis Bozensis. — 5) Pro* ab Altino *in lapide Bozensi est* a flumine Pado. *— 6) De hac via millium passuum 350 tacent auctores, ita ut trames eius incertus sit; Mo. putat perrexisse eam a Feltria per Val Sugano ad Athesis Isacique confluentes indeque per vallem Athesis superiorem ad lacum Brigantinum et caput Danuvii.*

---

**209** Ti. Claudius | Drusi f. Caesar | Aug. Germanicus | pontif. max., tr. pot. | VII[1], cos. IIII, imp. XI, p. p., | censor designat.[2], | viam Claudiam novam | a Forulis ad conflu|entis Aternum *(sic)* et | Tirinum per passuum | $\overline{\text{XXXXVII}}$CLXXXXII | sternendam curavit.

*Prope vicum agri Sabini Civitatomassa, ubi fuerunt Foruli, rep. (IX 5959). — 1) 25 Ian. 47/48. — 2) Apparet, d. 25 Ian. 47 Claudium nondum fuisse censorem. In titulo tamen, qui praecedit, notabili dissensu etiam ante illum diem Claudius (censor sine dubio designatus) appellatur censor. De censore designato cf. Mo. Staatsr. I p. 560 not. 1.*

---

**210** pro salute | Ti. Claudi Caesaris Aug. Germanici pont. max., trib. pot. VII[1], cos. IIII, imp. XV, p. p., censoris ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![2] liberorumque ! ! ! ! ![2] ex voto suscepto C. Iulius Sex. f. Cor. Postumus[3], praef. Aegypti[4] | Ti. Claudi Caesaris Aug. Germanici, ex auri p. XVI.

*Romae (VI 918). — 1) 25 Ian. 47/48. — 2) Apparet erasa esse vocabula* et Valeriae Messalinae Aug. *et postea* eorum. *Nomen Messalinae publicis privatisque monumentis deletum esse iussu senatus, tradit Tacitus ann. 11, 38. — 3) Postumus praefectus Aegypti memoratur etiam C. I. Gr. 4957 v. 27. — 4) In lapide est* AEGⱵPTI *littera nova Claudiana, quam Claudius una cum duabus aliis anno 47 alphabeto addidit (Tac. a. 11, 14. Suet. Cl. 41; cf. Buecheler de Ti. Claudio Caesare grammatico p. 5 seq.). Hanc litteram* Ⱶ, *quae mediis inter* I *et* V *vocibus inserviret, ex antiquis memorat solus Velius Longus p. 75 ed. Keil. (cf. Buecheler l. c. p. 18); in inscriptionibus non reperitur adhibita nisi loco Graecae* Y.

---

**211** [*Ti. Claudius Caes. Aug.,* | *L. Vitellius P. f.* | *ex*] s. c. | [*ce*]nsores[1] | [*l*]oca a pilis et colum[*nis*]. | quae a privatis[2] | possidebantur, causa | cognita ex forma in | publicum restituerunt.

*Romae rep. a. 1718 prope Tiberim (VI 919 aliquoties descripta saeculo XVIII).* — 1) *Supplementum indicavit Borghesius opp. 4 p. 76. L. Vitellius, pater A. Vitellii qui imperavit, Claudii collega fuit in censura (Tac. a. 12, 4, hist. 3, 66 Suet. Vit. 2).* — 2) *Nota digamma inversum, in litteraturam Romanam a. 47 a Claudio (cf. supra N. 210 not. 4) inductum, ut loco esset* V *consonantis. Cf. Quintil. 1, 7, 26; Priscian. 1, 20 p, 15 ed. Hertz; Gellius 14, 5, 2; ex recentioribus Buecheler de Ti. Claudio Caesare grammatico p. 3 seq.*

---

## Senatus consultum Claudianum (oratio Claudii) de iure honorum Gallis dando, a. 48.

Col. I **212** . . . | mae rerum no[*strarum*] sit u . . . . . . . . . . |

Equidem prímam omnium illam cogitationem hominum quam | maxime primam occursuram mihi provideo, deprecor, ne | quasi novam istam rem introduci exhorrescatis, sed illa | potius cogitetis, quam multa in hác civitate novata sint, et | quidem statim ob origine urbis nostrae in quod formas | statúsque rés p(ublica) nostra díducta sit. |

Quondam réges hanc tenuére urbem, nec tamen domesticis succes|soribus eam tradere contigit. Supervenere alieni et quidam exter|ni, ut Numa Romulo successerit ex Sabinís veniéns, vícinus qui|dem, sed tunc externus; ut Ancó Márcio Príscus Tarquinius. [*Is*] | propter temeratum sanguinem, quod patre Demaratho C[*o*]|rinthio natus erat et Tarquiniensi mátre generosá sed inopi, | ut quae tali marito necesse habuerit succumbere, cum domi re|pelleretur á gerendís honoribus, postquam Romam migravit, | regnum adeptus est. Huic quoque et filio nepotive eius (nam et | hoc inter auctores discrepat) insertus Servius Tullius, si nostros | sequimur, captiva natus Ocresiá, si Tuscos, Caeli quondam Vi|vennae sodalis fidelissimus omnisque eius cásús comes, post|quam variá fortuna exáctus cum omnibus reliquís Caeliáni | exercitús Etrúriá excessit, montem Caelium occupavit et a duce suo | Caelio ita appellita[*vit*][1], mutatóque nomine (nam Tusce Mastarna | eí nomen erat) ita appellatus est, ut dixi, et regnum summá cum rei | p(ublicae) útilitate optinuit. Deinde postquam Tarquini Superbí móres in|vísi cívitati nostrae esse coeperunt, qua ipsius qua filiorum ei[*us*], | nempe pertaesum est mentés régni et ad consules, annuós magis|trátús, administratio rei p(ublicae) tránslata est. |

Quid nunc commemorem dictaturae hóc ipso consulári impe|rium valentius repertum apud maiores nostros, quo in a[*s*]|perioribus bellis aut in civili motú difficiliore uterentur? | aut in auxilium plebis creatós tribunos plébei? quid á consu|libus ad decemviros translátum imperium, solutoque postea | decemvirali régno ad consules rúsus reditum? quid in[*pl*]u|rís distributum consulare imperium tribunosque mil[*itu*]m | consulari imperio appellatós, qui séni et saepe octoni crearen|tur? quid communi-

cátos postrémo cum plebe honóres, non imperi | solum sed sacerdotiorum quoque? Iam si nárrem bella, á quibus | coeperint maiores nostri, et quo processerimus, vereor né nimió | insolentior esse videar et quaesisse iactatiónem glóriae pro|lati imperi ultrá óceanum. Sed illoc potius revertar. Civitat[*em*] | . . . *(nonnulla interciderunt)*

. . . [*po*]test. Sane | novo m[*ore*] et dívus Aug[*ustus av*]onc[*ulus m*]eus[3] Col. II et patruus Ti. | Caesar omnem flórem ubique coloniárum ac municipiorum, bo|nórum scilicet virorum et locupletium, in hác cúria esse voluit. | Quid ergo? non Italicus senator provinciali potior est? Iam | vobís, cum hanc partem censurae meae adprobáre coepero, quid | de eá ré sentiam, rebus ostendam. Sed ne provinciales quidem, | si modo ornare curiam poterint, reiciendos puto. |

Ornátissima ecce colonia valentissimaque Viennensium, quam | longo iam tempore senatores huic curiae confert! Ex qua colo|nia inter paucos equestris órdinis órnamentum L. Vestínum fa|miliarissime díligo et hodieque in rebus meis detineo, cuius libe|ri fruantur quaesó primo sacerdotiorum gradú, post modo cum | annís promoturi dignitatis suae incrementa; ut dírum nomen la|tronis taceam, et odi illud palaestricum pródigium, quod ante in do|mum consulatum intulit, quam colonia sua solidum cívitatis Roma|nae benificium cónsecuta est. Idem dé frátre eius possum dícere, | miserabili quidem indignissimoque hóc cású, ut vobis utilis | senator esse non possit. | —

Tempus est iam, Ti. Caesar Germanice, detegere té patribus conscriptis, quo tendat oratio tua; iam enim ad extremos fines Galliae Nar|bonensis venistí.[4] | —

Tot ecce insignes iuvenes, quot intueor, non magis sunt paenitendi | senatores, quam paenitet Persicum[5], nobilissimum virum, ami|cum meum, inter imagines maiorum suorum Allobrogici no|men legere. Quod si haec ita esse consentitis, quid ultrá desidera|tis, quam ut vobís digito demonstrem, solum ipsum ultra fines | provinciae Narbonensis iam vobis senatores mittere, quando | ex Luguduno habere nos nostri ordinis viros non paenitet. | Timide quidem, p(atres) c(onscripti), egressus adsuetos familiaresque vobis pro|vinciarum terminos sum, sed destricte iam Comatae Galliae | causa agenda est, in qua si quis hoc intuetur, quod bello per de|cem annos exercuerunt dívom Iulium, idem opponat centum | annorum immóbilem fidem obsequiumque multís trepidis re|bus nostris plus quam expertum. Illi patri meo Druso Germaniam | subigenti tutam quiete sua secúramque á tergo pácem praes|titerunt, et quidem cum [*a*][6] census novo tum opere et inadsue|to Gallis ad bellum advocatus esset[7]; quod opus quam ar|duum sit nobis, nunc cum maxime, quamvis nihil ultra, quam | ut publice notae sint facultates nostrae, exquiratur, nimis | magno experimento cognoscimus.

*Tabula magna aenea, a. 1528 Lugduni reperta, est ibi in museo (Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 78 cum tab., recognovit Hirschfeld). Scripta est duabus paginis, periit pars superior (utriusque paginae pars prior). — De re cf. Tacitus ann. 11, 23—25, qui c. 24 Claudio orationem similem, sed de suo tribuit.* — 1) appellitatus *aes.* — 2) *Significat Valerium Asiaticum, senatorem Viennensem, paullo ante accusatum et mori iussum (Tac. ann. 11, 1—3)* — 3) *Hunc locum primus recte legit et supplevit O. Hirschfeld Wiener Studien 1881 p. 268.* — 4) *Haec verba a plerisque habita sunt oratoris se ipsum interpellantis, Mommseno (eph. ep. VII p. 394) creduntur senatorum esse acclamantium et simul oratorem prolixum irridentium.* — 5) *Paullus Fabius Persicus cos. a. 34, de quo cf. Henzen act. Arv. p. 186.* — 6) ad *aes.* — 7) *A. 742, cf. Liv. epit. 138. 139.*

---

**213** Ti. Claudius | Drusi f. Caisar | Aug. Germanicus | pont. max., trib. pot. | VIIII[1], imp. XVI, cos. IIII, | censor, p. p., | auctis populi Romani | finibus pomerium | ampliaↄit[2] terminaↄitq. *(In vertice)* Pomerium. *(In latere)* VIII[3].

*Romae, cippus rep. loco antiquo prope montem Testaceum (Notizie 1885 p. 475 cf. Huelsen Herm. 22 p. 621). Similes cippi, ab hoc non diversi praeterquam numero in latere inciso, praeterea prodierunt adhuc tres (VI 1231).* — 1) *25 Ian. 49/50.* — 2) *Cf. infra N. 244.* — 3) *De horum cipporum numeris post Iordani coniecturas parum solidas dixit Huelsen Herm. l. c. — Similes lapides positos a Vespasiano et Tito habes infra N. 248.*

---

## Edictum Claudii de cursu publico, a. 49.

**214** T[*i.*] Claudius Caesar Aug. | G[*erm*]anicus pontif. max., | trib. potest. VIIII[1], imp. XVI, p. p., dicit.

Cu[*m*] et colonias et municipia non solum | Ita[*lia*]e, verum etiam provinciarum, item | civita[*ti*]um[2] cuiusque provinciae lebare oneribu[s] veh[*iculor*]um praebendorum[3] saepe tem[*ptaviss*]em | [*e*]t c[*um sati*]s multa remedia invenisse m[*ihi viderer, p*]otu[*it ta*]men nequitiae hominum [*non satis per ea occurri*] *(reliqua legi non potuerunt).*

*Tegeae in Arcadia (III S. 7251).* — 1) *25. Ian. 49/50.* — 2) *Scr.* civitates. — 3) *De vehiculatione vel cursu publico cf. Hirschfeld Verwaltungsgesch. I p. 98 seq.*

---

**215** [*T*]i. Claudius Drus[*i f.*] Cae|sar Au[*g. G*]erm[*an*]i|cus pontif. maxim[*u*]s, | tr. po[*t.*] X, imp. XIIX, p. p., cos. desi[*g.*] V[1], [*p*]er M. Ar[*ru*]ntium | Aqu[*il*]am procur. su[*um*][2] | vias refecit. | *Τι[βέ]ρι[ος] Κλαύδιος* | *Δρούσ[ου] υἱὸς Καῖσαρ* | *Σεβαστὸς Γερμανι|κὸς ἀρχιερεὺ[ς μ]έ|γιστος, δημα[ρ]χι|κῆς ἐξουσίας [τ]ὸ | ι, αὐτοκράτω[ρ τὸ ιή], | πατὴρ πατρί-δ[ο]ς . . .*

*Attaleae (Adalia) in Pamphylia (III S. 6737 ad exemplum Wilsoni).* — 1) *A. 50.* — 2) *Notat Mommsenus ex hac inscriptione colligi Pamphyliam a. 50 paruisse non legato Lyciae, quod Dio 60, 17 tradits, ed proprio procuratori.*

---

**216** Ti. Clau[*dio Drusi f. Cai*]sari | Augu[*sto Germani*]co | pontific[*i maximo, trib. potes*]tat. XI[1], | cos. V, im[*p. XX* . . .[2] *patri pa*]triai, senatus po[*pulusque*] Ro[*manus, q*]uod reges | Brit[*anniai*] XI [*devictos*[3] *sine*] | ulla iactur[*a in deditionem acceperit*] | gentesque b[*arbaras trans Oceanum*] | primus in dici[*onem populi Romani redegerit*].

*Romae rep. in campo Martio (ibi ubi hodie est 'piazza di Sciarra'), pars anno 1641 quae extat (imago est ex. scr. ep. n. 86), particulae nonnullae anno 1562 quae perierunt (VI 920 cf. eph. ep. I p. 120). Videtur collocata fuisse in arcu Claudii supra viam Flaminiam, quem stantem vidit adhuc Poggius saec. XV; ex eodem arcu supersunt tituli N. 222 et tabulae complures cum opere anaglypho (mon. dell' Instit. arch. X tab. XXI cf. Philippi ann. dell' Inst. 1873 p. 43 seq.). Cf. etiam Lanciani Bull. com. 1878 p. 15 seq.* — 1) *A. 51/52.* — 2) *Numerus salutationis imperatoriae incertus; alibi reperitur coniunctum cum Claudii tribunicia potestate undecima* imp. XXII *(III 476. III S. 7206), item* imp. XXIIII *(III 1977).* — 3) *Supplevit Mommsen, cogitans de Carataco eiusque fratribus in deditionem acceptis a. 50 (Tac. ann. 12, 33).*

---

**217** divo Aug. Caesari, Ti. Au[*g. divi Aug. f.*]
imp., Ti. Claudio Drusi f. [*Caesari Aug. Ger*]-
manico pont. max. [*tr. pot. XI*]
p. p., vind. lib., devi[*ctori regum XI*[1]]
Britanniae, ar[*cum posuerunt*]
c. R. qui Cyzici [*consistunt*]
et Cyziceni
curatore . . . . . . . . . . .

*Cyzici rep. (III S. 7061). Suppleverunt Perrot et Mommsen.* — 1) *Numerus inlatus ex N. 216.*

---

**218** Ti. Claudius Drusi f. Caisar Augustus Germanicus pontif. maxim., | tribunicia potestate XII[1], cos. V, imperator XXVII[2], pater patriae, | aquas Claudiam[3] ex fontibus, qui vocabantur Caeruleus et Curtius a milliario XXXXV, | item Anienem novam[3] a milliario LXII sua impensa in urbem perducendas curavit.

Imp. Caesar Vespasianus August. pontif. max., trib. pot. II, imp. VI, cos. III desig. IIII[4], p. p., | aquas Curtiam et Caeruleam perductas a divo Claudio et postea intermissas dilapsasque | per annos novem sua impensa urbi restituit.

Imp. T. Caesar divi f. Vespasianus Augustus pontifex maximus, tribunic. | potestate X[5], imperator XVII, pater patriae, censor, cos. VIII | aquas Curtiam et Caeruleam perductas a divo Claudio et postea | a divo Vespasiano patre suo urbi restitutas, cum a capite aquarum a solo vetustate dilapsae essent, nova forma reducendas sua impensa curavit.

*Romae in arcu duplici aquae Claudiae supra bivium viarum Praenestinae et Labicanae, quo arcu postea, cum moenia Aureliani fierent, usi sunt ad faciendam portam urbis Praenestinam, nunc 'Porta Maggiore' (VI 1256–58).* — 1) *Ian. 52/53.* — 2) *Supremus numerus salutationum imperatoriarum Claudii, quem numerum*

*praeter Constantium Constantini filium nemo aequavit.* — 3) *De aquis Claudia et Aniene nova cf. Frontinus de aquis c. 13 seq.; ex recentioribus Iordan top. I 1 p. 473.* — 4) *Ita dictus Vespasianus priore semestri a. 71 (cf. N. 245 not. 1).* — 5) *Kal. Iul. a. 80/81.*

---

**219** I. o. m. et | divo Claudio Caesar[*i*] | Aug. German. trib. pot. XIIII[1] | P. Anteius P. Antei Syri l. | Herma IIIIIIvir et Aug.[2] | porticum v. s. l. m. Loc. accep. d. d.

*Salonis (III 1947; Huebner ex. scr. ep. 182).* — 1) *Raro honores divis imperatoribus attribuuntur; sed cf. titulos divi Vespasiani (infra N. 256) et divi Traiani (N. 304). Fortasse porticus vota erat Iovi et imperatori etiamtum vivo, titulus autem non mutatus est, nisi quod praenomini Claudii substitutum est vocabulum divi.* — 2) et Aug. *litteras postea additas videri observavit Hula arch. ep. Mitth. 13 (1890) p. 44.*

---

**220** pro | [*sa*]lute Ti. [*Claud*]i Caesaris | [*Aug. Germ*]anici et Iuliae | [*Agrippinae Aug. et T*]i. Claudi Brittanici | [*Caesaris et Neronis*] Claudi Caesaris[1] | . . . . . . . . us imp. Dia. lumen perp.[2]

*In Nemore Dianae prope Ariciam rep. (Eph. ep. 7, 1242).* — 1) *Scriptus titulus paullo post adoptionem Neronis (a. 50), propterea quod Britannicus etiamtum habet locum priorem.* — 2) *Imperio Dianae lumen perpetuum, proposuit Barnabeius Notizie 1888 p. 194.*

---

**221** Ti. Claudio [*Caesari*] Britta[*nico* | *Ti.*] Clau[*di Caes. Aug. f.*]

*Romae sed origine Veiens vel Caeretanum fragmentum (XI 3602; Huebner ex. scr. ep. n. 104).*

---

**222** *2.*
Antoniai
Augustai
Drusi,
sacerdoti diⅎi
Augusti[2],
matri Ti. Claudi
Caisaris Aug. p. p.

*3.*
Iuliai Aug.
Agrippinai
Germanici
Caisaris f.,
Ti. Claudi Caisar.
Augusti
patris patriai

*4.*
Neron[*i*]
Claudio Aug. f. Caisa[*ri*]
Druso Germanic[*o*]
pontif., auguri, XVⅎir. s. [*f.*]
VIIⅎir. epulon.[3]
cos. [*des.*]
principi iuⅎentuti[*s*][4]

*1.*
[*G*]ermanico
Caisari
[*T*]i. Augusti f.
[*d*]iⅎi Augusti n.
[*d*]iⅎi Iulii pron.
[*a*]uguri, flam. Aug.
cos. II imp. II[1]

*5.*
. . . . . . . . . . .
. . . . . . . . .[5]
[*O*]ctaⅎiai
[*Ti.*] Claudii
Caisaris
Augusti p. p.
filiai

*Romae rep. a. 1562 ibi ubi N. 216 (VI 921, pars 2—4. extat in museo Capitolino, ubi descripsit Henzen, omnia acurate descripsit Nic. Florentius), stetit sine dubio in eodem arcu Claudii, in quo N. 216, extructo a. 51 vel 52 ineunte. Pertinent tituli ad Claudii imperatoris fratrem (1), matrem (2), uxorem (3), filium adoptivum (4), filiam (5); perierunt sine dubio (inter 4 et 5) tituli nonnulli aliorum propinquorum Claudii, certe Drusi Neronis, patris eius, et Britannici filii (nisi*

*hic servatus est VI 922).* — 1) *Cf. supra N. 176 seq.* — 2) *Sacerdos divi Augusti Antonia dicta est a Caligula; cf. Dio 59, 3; nummi ap. Eckhel 6, 179.* — 3) *In omnia collegia sacerdotalia cooptatum esse Neronem supra numerum ex s. c. testes sunt nummi ap. Eckhel 6, 261. Factum id esse a. 51 (id est eodem anno quo princeps iuventutis appellatus et consul designatus est, cf. infra) docet tabula sodalium Augustalium (VI 1984), ubi legitur sub hoc anno:* [*a*]dlectus ad numerum ex s. c. [*Nero Claudius*] Caesar Aug. [*f.*] Germanicus, *instituta huius adlectionis causa decuria vicesima septima. In titulo recensentur collegia tantum quattuor maiora.* — 4) *Princeps iuventutis appellatus, simul consul designatus in vicesimum aetatis annum Nero est a. 51, teste Tacito ann. 12, 41.* — 5) *Versus duos, praeter extremas litteras (v. 1 fin. ....c, v. 2 ....* u*), periisse notat Florentius; sed vix potest quicquam periisse praeter Octaviae nomen gentilicium, quod fuit Claudia; cf. titulum Samium (editum a Guérinio description de Patmos et de Samos p. 215): ὁ δῆμος Κλαυδίαν Ὀκταουίαν τὴν γυναῖκα τοῦ Σεβαστοῦ Νέρωνος Κλαυδίου Δρούσου Καίσαρος Γερμανικοῦ αὐτοκράτορος; cf. etiam VI 9015.*

---

**223** Iúliae Augustaé | Germánici Caisaris [*f.*] | Agrippínai, | Ti. C[*laudi C*]aisa[*ris Augusti*] | . . . .

*Caere rep. (XI 3600; Huebner ex. scr. ep. 102).*

---

**224** Ti. Claudio, | Ti. Claudi Caesaris | Augusti Germanici | p. p. f.[1], Neroni[2] | Caesari | d. d.

*Neapoli in museo, Pompeiis ut videtur rep. (X 932).* — *Titulus positus puto Neroni non multum post adoptionem (V kal. Mart. a. 50 cf. N. 229 v. 58), nondum consuli designato et sacerdoti collegiorum omnium (cf. N. 222 not. 3). In hoc solo titulo Neroni datur Tiberii praenomen, cum in reliquis omnibus Nero praenominis locum occupet; ceterum etiam Dio (apud Zon. 11, 10) filium Agrippinae Τιβέριον Κλαύδιον Νέρωνα Δροῦσον Γερμανικὸν Καίσαρα a Claudio appellatum esse scribit.*

---

**225** Nero Claudius divi Claudi f., | Germanici Caesaris n.[1], divi | Aug. abn.[2], Ti. Caesaris pron.[3], | tr. pot.[4], imp., cos. | . . . .

*Prope Cordubam rep., lapis miliarius eiusdem viae cuius N. 102. 193 (II 4719).* — 1) *Germanici nepos fuit Nero per matrem Agrippinam.* — 2) *Augusti abnepos Nero fuit duplici ratione, et per aviam Agrippinam maiorem, quippe quae nata esset ex Iulia Augusti filia, et per avum Germanicum, quippe qui per adoptionem factus esset nepos Augusti.* — 3) *Mirum proavum collocatum esse post abavum. Videtur Tiberii mentio primum omissa, tum adiecta a quadratario loco non suo, eo scilicet loco quo scribi debebant Caesaris et Augusti vocabula. Proavus Neronis fuit Tiberius, utpote pater adoptivus Germanici.* — 4) *Nero cum imperator factus sit d. 13 Oct. 54, tribuniciam potestatem alteram oportet inchoaverit d. 13 Oct. 55.* — 5) *Primum consulatum Nero iniit a. 55. Nisi igitur* des. *deest post* cos., *titulus positus est inter kal. Ian. et 13 Oct. a. 55.* — *Patris patriae nomen Nero primum deprecatus est (Suet. Ner. 8), unde etiam in nummis comparet una cum altera demum tribunicia potestate (Eckhel 6, 263).*

---

**226** Q. Volusio Saturn., | P. Cornelio Scip. cos.[1], | Augustales | qui ! ! ! ! ! ![2] Claudio | Caesari August. et | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![2] Augustae |, I. o. m. et Genio coloniae | ludos fecer. XIII XII k. Mart., | C. Tantilius C. C. l. Hyla, | Cn. Pollius Cn. l. Victor, | C. Iulius C. l. Glaphyr., | curatoribus[3] | . . . . . . . . . . .

*Neapoli, descripta saec. XV et saepius saec. XVI (X 1574).* — 1) *A. 56.* — 2) *De his rasuris pars certe auctorum diserte monuit; apparet erasa esse vocabula* Neroni *et postea* Agrippinae. — 3) *Deesse aliquid in fine apparet, non traditur.*

---

**227** Neroni Claudio | divi Claudi f., | Germanici Caesar[*is n.*], | Ti. Caesaris Aug. [*p*]ro[*n*]., | divi Aug. a[*bn.*], | Caes. [*Aug. Germanico*], | pont. max., | trib. pot. III[1], | imp. III, cos. II, | cos. desig. II[*I*][2]. | CCXXII.

*In Hispania non longe a Gadibus rep., lapis eiusdem viae, cuius supra N. 225 (II 4734 semel descriptus saec. superiore).* — 1) *13 Oct. 56/57; titulus positus a. 57, propter consulatum alterum.* — 2) *Consul iterum Nero fuit a. 57, tertium a. 58 Ceterum numeri huius tituli firmantur lapide Olisiponensi II 183.*

---

**228** Nero Claudius | divi Claudi f., | Germarmanici (*sic*) Cae[*s.*] | n., Ti. Caesaris Aug. pro|nep., divi Aug. abnepos, | Caesar Aug. | Germanicus pontif. | max., tr. pot. IIII[1], imp. IIII[2], cos. | III, p. p., restituit.

*In provincia Narbonensi in vico Camp-Dumy, pertinuit ad viam Foro Iuli Aquas Sextias ducentem (XII 5471 descripsit Hirschfeld; eiusdem viae alii lapides cum eadem inscriptione XII 5459. 5469. 5473—5475).* — 1) *13 Oct. 57/58; titulus positus est post kal. Ian. 58, propter consulatum tertium.* — 2) *In eadem tribunicia potestate quarta Neronem appellatum esse etiam imperatorem quintum constaret, si constaret accurate descriptos esse numeros lapidis Bithyni III 346; contra si fides est exemplis lapidum Lusitaniae II 4652. 4683, Nero etiam in tribunicia potestate quinta per aliquod tempus remansit imperator quartum; hoc constat, post paucos menses tribuniciae potestatis quintae eum fuisse imperatorem sextum (infra N. 229 v. 41). (Manifesto corruptum est exemplum lapidis Lusitani II 4657, ubi cum tribunicia potestate quinta coniungitur* imp. III*).*

---

## Ex actis fratrum Arvalium a. 58. 59.

**229** Isdem cos.[1] III idus Octobr.[2] L. Salvius Otho Titianus[3] mag. collegi fratrum Arvalium nomine | immolavit in Capitolio ob imperium Neronis Claudi Caesaris Aug. Germanici Iovi b(ovem) | marem, Iunoni vaccam, Minervae vacc(am), Felicitati publicae vacc(am), Genio ipsius taurum, | divo Aug(usto) b(ovem) marem, divae Aug(ustae) vaccam, divo Claudio b(ovem) marem. In collegio adfuerunt: | L. Salvius Otho Titianus mag., C. Piso, C. Vipstanus Apronianus, M. Valerius Messalla Corvinus, | A. Vitellius[4], Sulpicius Camerinus, P. Memmius Regulus, T. Sextius Africanus. |

Isdem cos. VIII idus Nov.[5] L. Salvius Otho Titianus mag. collegi fratrum Arvalium nomine | immolavit in Capitolio ob natalem Agrippinae, Aug(usti) matris, Iovi b(ovem) marem, Iunoni vac(cam), | Minervae vaccam, Saluti publicae vaccam, Concordiae ipsius[6] vaccam. In collegio adfuer(unt): | L. Salvius Otho Titianus mag., C. Vipstanus Apronianus cos. design., L. Piso L. f., P. Memmius Regul[*us*]. |

Isdem cos. pr. non Dec.[7] L. Salvius Otho Titianus mag. collegi fratrum Arvalium nomine | immolavit in Capitolio ob tribunic(iam) potestatem

Neronis Claudi Caesaris Aug. Germanici | Iovi b(ovem) marem. Iunoni vaccam, Minervae vaccam. In collegio adfuerunt: L. Salvius Otho Titianus | magister, M. Aponius Saturninus, Sulpicius Camerinus, C. Vipstanus Apronianus cos. design., | M. Valerius Messalla Corvinus, P. Memmius Regulus |.

Isdem cos. III idus Dec. L. Salvius Otho Titianus mag. collegi fratrum Arvalium nomine immol(avit) | in sacram viam *(sic)* ante domum Domitianam memoriae Cn. Domiti[8] b(ovem) marem. In collegio adfuer(unt): | L. Salvius Otho Titianus mag., M. Valerius Messalla Corvinus, C. Vipstanus Apronian(us) cos. | design., T. Sextius Africanus, Sulpicius Camerinus, P. Memmius Regulus, M. Aponius Satur|ninus, C. Piso.

Isdem cos. XVIII k. Ian.[9] L. Salvius Otho Titianus mag. collegi fratr. Arval. nomine immolavit in | Capitolio ob natalem Neronis Claudi Caesaris Aug. Germ(anici) Iovi b(ovem) marem, Iunoni vaccam, | Minervae vaccam, Saluti publicae vaccam et Concordiae honoris Agrippinae Aug(ustae)[10] vacc(am), | Genio ipsius taurum. In collegio adfuerunt: L. Salvius Otho Titianus mag., C. Vipstanus | Apronianus cos. design., M. Valerius Messalla Corvinus, C. Piso, Sulpicius Camerinus, | M. Aponius Saturninus, T. Sextius Africanus, P. Memmius Regulus. |

C. Vípstano Aproniano | C. Fonteió Capitone cos.[11] | III non. Ianuar.[12] | L. Píso L. f. magister conlegii frátrum Arvalium nomine vota nuncupavit pro salúte | Neronis Claudi díví Claudi fili, Germanicí Caesaris n., Ti. Caesaris Aug. pron., | díví Aug. abnepotis, Caesaris Aug. Germanicí pontificis maximí, trib. pot. V[13], | imp. VI, cos. III design. IIII[14] et Octaviae coniugis eius, victimís immolatis in Capitolio | quae superioris anní magister voverat, persolvit et in proximum annum | nuncupavit[15], praeeunte C. Vìpstano Aproniano cos. in eadem verba quae infra | scripta sunt:[16] Iovi mares II, Iunoní vaccas II, Minervae vaccas II, Salutí public. vacc(as) [*II*], in templo novo divo Aug. boves mares II, dívae Aug. vaccas II, dívo Claudio boves m(ares) | II. In conlégió adfúerunt: | T. Sextius A'fricanus, M. Aponius Saturnínus, P. Memmius Regulus, C. Piso, Sulpicius | Camerínus, L. Salvius Otho Titianus. |

Isdem cos. pr. ídus Ianuar. | in Pantheo[17], astantibus L. Calpurnio L. f. Pisone mag., | C. Vipstano Aproniano cos., L. Salvio Othone Titiano, M. Aponio Saturn(ino), | M. Valerio Messalla Corvinó, Sulpicio Camerino, T. Sextio Africano fratribus | Arvalibus, sacrificium deae Díae indixit[18] L. Calpurnius L. f. Piso magister, praeeunte | L. Salvio Othone Titianó in VI k. Iun(ias) domi, et in IIII k. Iun. in luco et domí, | et in III k. Iun. domí. | In conlegio adfuerunt isdem qui supra scripti sunt. |

Isdem cos. V k. Mart. | L. Piso L. f. magiter *(sic)* conlegii fratrum Arvalium nomine inmolavit in Capitolio ob adoptionem Neronis Claudi Caesaris Aug. Germanici[19] Iovi bovem marem, Iunoni vacc(am), | Minervae vaccam, Saluti publicae vaccam. | In conlegio adfuerunt: P. Memmius

Regulus, T. Sextius Africanus, | M. Valerius Messalla Córvinus, Sulpicius Camerinus, L. Salvius Otho Titianus, M. Aponius Saturnius *(sic)*. |

Isdem cos. IIII non. Mart. | L. Calpurnius L. f. Pisó mag. conlegii fratrum Arvalium nomine immolavit in Capitolio | ob comitia consularia Neronis Claudi Caesaris Aug. Germanicí[20] Iovi bovem mar(em) |, Iunoní vaccam, Minervae vaccam, Genio ipsíus taurum |. In conlegio adfuerunt: M. Valerius Messalla Corvínus, L. Salvius | Otho Titianus, C. Vipstanus Apronianus cos., T. Sextius Africanus, P. Memmius | Regulus, C. Piso, M. Aponius Saturninus.

Isdem cos. III nonas Mart(ias) | L. Calpurnius L. f. Piso magister collegii fratrum Arvalium nomine immolavit |

**230** [*in Capitolio ob po*]ntificatum Neronis Claudí Caesaris Aug. Germanicí[21] Iovi | [*bovem marem, Iu*]noní vaccam, Minervae vaccam, Genio ipsíus taurum. | [*In*] collegio adfuerunt T. Sextius Africanus, Sulpicius Camer(inus), | [*P. Memmius Re*]gulus, L. Salvius Otho Titianus, M. Valerius Messalla Corvínus, M. | [*Aponius Sa*]turnínus. |

[*Isdem*] cos. V k. April. in Capitolió adfuerunt C. Vipstanus Apronianus cos., | [*L. Piso L. f., P.*] Memmius Regulus, Sulpicius Camerinus, T. Sextius Africanus cos. design., | [*M. Valerius*] Messalla Corvinus, M. Aponius Saturninus, L. Salvius Otho Titianus, C. Piso. | [*Non est*(?) *i*]mmolatum.[22]

[*Is*]dem cos. nonís Aprílib. | [*L. Calpurnius L. f.*] Píso magister collegií fratrum Arvalium nomine immolavit | [*in Capitolio ex*] s. c. ob supplicationes indictas[23] pro salute Neronis Claudí Caesar. | [*Aug. German.*] Iovi bovem marem, Iunoni vaccam, Minervae vaccam, Salutí | [*publicae vaccam*], Providentiae vaccam, Genio ipsius taurum, dívó Aug. bovem marem. | [*In co*]llegio adfuerunt C. Vípstanius *(sic)* Aproniauns cos., P. Memmiu *(sic)* | [*Regulus, L. Sa*]lvius Otho Titianus, Sulpicius Camerinus.

[*Isdem*] cos. IIII k. Iunias | [*L. Piso L. f. magister c*]ollegí fratrum Arvalium nomine ad aram immolavit Deae | [*Diae porcas piacula*]res II, deinde vaccam. Inde in aedem in foco sacrificio facto | [*immolavit Deae Dia*]e agnam opimam[24], quo perfecto sacrificio é carceribus | [*riciniatus coronat*]us signum quadrigis et desultoribus mísit.[25] | [*In collegi*]o adfuerunt C. Vípstanus Apronianus cos., L. Salvius | [*Otho Titianus, P. Mem*]mius Regulus, Sulpicius Camerinus. |

[*Isdem*] cos. VIIII k. Iulias | [*L. Calpurnius L. f. Piso magis*]ter collegií frátrum Arvalium nómine immolavit | [*in Capitolio pro salute et*] | reditu[26] Neronis Claudí Caesaris August. Germanicii*(sic)* Iovi | [*bovem marem, Iunoni vac*]cam, Minervae vaccam, Salutí publicae vaccam, Félicitat(i) | [*vaccam, . . . . . . . . v*]accam, item in templo novó dívo Aug. bovem marem, dívа[*e* | *Aug. vacc*]am, [*divo Claudio bo*]vem marem, item in foro Aug. Marti

Ultori taurum, Genio | [*ipsius ta*]urum. | In collegio adfuerunt M. Valerius Messalla Corvinus, P. Memmius Regulus, | [*Sulpici*]us Camerinus, L. Salvius Otho Titianus. |

[*T. Sex*]tio Africano M. Ostorio Scapulá cos. | III idus Septembr. | [*L. Piso L. f. ma*]gister collegií fratrum Arvalium nomine immolavit in Capitolio pro | [*salute* (?) *et r*]editu[26] Neronis Claudi Caesaris Aug. Germanici Iovi bovem marem, Iunoni | [*vaccam*], Minervae vaccam, item in foro Augusto Genio ipsíius taurum, Saluti vaccam, | [*ante dom*]um Domi[*t*]ianam dis Penatibus vaccam. | In collegio adfuerunt P. Memmius Regulus, L. Salvius Otho Titianus, | [*C. Vipstanus*] Ap[*ro*]nianus, M. Aponius Saturninus, T. Sextius Africanus.

*Romae extra portam Portuensem in vinea Ceccarelli, ubi fuit lucus fratrum Arvalium, tabulae marmoreae duae, altera (N. 229) rep. a. 1866, altera (N. 230), quae varie fracta est, partim a. 1570, partim fossionibus institutis a. 1868 seq. (VI 2041. 2042 = Henzen act. Arv. p. LXIX seq.; non totas tabulas exscripsi).* — 1) *Significantur A. Paconius Sabinus A. Petronius Lurco consules suffecti a. 58.* — 2) *Dies imperii Neronis cf. Tac. ann. 12, 69.* — 3) *Frater hic Othonis qui postea imperavit.* — 4) *Is qui imperavit a. 69.* — 5) *Dies natalis Agrippinae notus etiam ex fastis Antiatibus (I p. 329 = X 6638), ubi adscriptum est* Agripp. Iul. nat. — 6) *Concordiae immolatum a fratribus Arvalibus non invenimus nisi natalibus Agrippinae et Neronis.* — 7) *Hoc die a. 54 videntur fuisse comitia quibus Neroni tribunicia potestas delata est; cf. similem locum actorum anni 69 (infra n. 241 v. 60). De comitiis tribuniciae potestatis cf. Mommsen Staatsr. II 839.* — 8) *Est Cn. Domitius Ahenobarbus pater Neronis (cf. Tac. ann. 13, 10). Dies III idus Dec. fuit natalis eius, ut constat ex actis a. 57.* — 9) *Dies natalis Neronis, notus etiam ex Suet. Ner. 6.* — 10) *Cf. supra not. 6; ceterum mire dictum* Concordia honoris Agrippinae. — 11) *Consules ordinarii anni p. C. 59.* — 12) *Dies III non. Ian. (3 Ian.) sollemnis fuit votis pro salute principis nuncupandis, simul vota anno priore nuncupata persolvebantur. Haec aliquanto plenius quam hic enarrantur in actis anni 87.* — 13) *Nero cum imperator factus sit d. 13 Oct. 54, die 3 Ian. 59 recte dicitur tribunicia potestate quintum. Hoc mirum in actis anni sequentis Neronem dici constanter non* trib. pot. VI. *sed* trib. pot. VII. *Coniecit Mommsen Staatsr. II p. 774 not. 3 circa hoc tempus mutatam esse numerandi tribunicias potestates rationem et inductam eam quae inde a Nerva obtinuit, scilicet ut d. 10 Dec. cuiusque anni novus adderetur numerus.* — 14) *Consulatum quartum iniit Nero a. 60, designatus ut ex hoc actorum loco colligitur iam initio anni praecedentis.* — 15) *Verba* persolvit et in pr. a. nuncupavit *remanserunt ex relatione de his votis paullo aliter facta.* — 16) *Ipsum carmen votorum praetermissum est.* — 17) *De Pantheo cf. supra N. 129.* — 18) *Sacrificium annuum deae Diae, celebrari solitum mense Maio, indicebatur mense Ianuario.* — 19) *Adoptatus est Nero a Claudio a. 50 (Tac. ann. 12, 25).* — 20) *Videtur hoc sacrificium institutum esse ob comitia quibus a. 51 Nero, vixdum accepta toga virili, consul creatus est in annum 55 (Tac. ann. 12, 41).* — 21) *Inter pontifices, ut in reliqua collegia sacerdotalia, Nero adlectus est eodem a. 51 (cf. supra N. 222 not. 3), altero die postquam consul designatus est, ut ex hoc actorum loco apparet.* — 22) *Supplementum ab Henzen propositum non certum; id certum est spectare locum ad caedem Agrippinae, quae facta hoc anno 59, teste Tacito ann. 14, 4. 12, circa tempus Quinquatruum (19 Mart. seq.), a. d. V kalendas Apriles (28 Mart.) Romam sine dubio nuntiata fuit. Probabile est convenisse tunc Arvales et grates egisse diis*

*ob periculum a principe superatum, causam tamen silentio praetermissam esse ob pudorem putat Henzen (act. Arv. p. 78).* — 23) *Hae supplicationes decretae ob eandem causam, cf. Tac. ann. 12, 12.* — 24) *Sacrificium annuum deae Diae, accuratius enarratum in actis posterioris aetatis, accuratissime in actis anni 218 (cf. infra inter inscriptiones sacras).* — 25) *Ludi coniuncti cum sacrificio deae Diae.* — 26) *Spectant haec ad reditum Neronis ex Campania post caedem Agrippinae cf. Tac. ann. 14, 13. Quod bis immolaverunt Arvales pro reditu Neronis, d. 24 Iun. et d. 11 Sept., alterum sacrificium fortasse fuit pro reditu faciendo, alterum pro facto (Henzen l. c.). Et scribit Tacitus l. c., cunctatum esse Neronem antequam urbem ingrederetur.*

---

**231** [*Nero Claudius*][1] | divi Claudi f., | Germ. Caesaris n., | Ti. Caesaris Aug. | pron., divi Aug. abn., | Caesar Aug. Germ. | pontif. max., trib. pot. | VIII[2], imp. VIII[3], cos. IIII, | p. p., | tabernas et praetoria | per vias militares | fieri iussit per | Ti. [*I*]ulium [*I*]ustum proc. | provinciae Thrac.[4]

*In vico quodam Bulgariae (III 6123 semel descripta).* — 1) *Deest Neronis nomen, fortasse consulto deletum.* — 2) *13 Oct. 61/62 (d. 10 Dec. 60/61? cf. N. 223 not. 13).* — 3) *In eadem tribunicia potestate octava Nero etiam nonum imperator appellatus est, teste titulo Hispano II 4888, in quo numero permansit usque ad tribuniciam potestatem undecimam (N. 232).* — 4) *Provincia Thracia tunc a procuratoribus recta, cf. Tac. hist. 1, 11.*

---

**232** Nero Claudius | Caesar Aug. Germanicus | imp., pont. max., trib. pot. XI[1], | cos. IIII, imp. VIIII, pat. p., | Cn. Domitio Corbulone | leg. Aug. pro. pr.[2], | T. Aurelio Fulvo leg. Aug.[3], | leg. III Gal.[4]

*In Armenia rep. loco dicto Kassérik ubi videtur fuisse castellum Ziata memeratum ab Ammiano Marc. 19, 6, 1 (III S. 6741) (una rep. est plane similis inscriptio III 6742, ibi prope fragmentum tertiae III 6743).* — 1) *13 Oct. 64/65 (10 Dec. 63/64?).* — 2) *A. 63 Corbulo, antea legatus Syriae, tunc legatus ut videtur Galatiae et Cappadociae sed aucta potestate (Tac. ann. 15, 25), Armeniam a Caesennio Paeto derelictam rursus occupaverat (c. 26 seq.).* — 3) *Aurelius Fulvus, avus Antonini Pii (vit. Pii 1), legatus legionis tertiae Gallicae, anno 63 a Corbulone e Syria in Armeniam accitae (Tac. ann. 15, 26), fuit etiam a. 69 (Tac. hist. 1, 79).* — 4) *Videtur intellegendum, casu sexto: legione tertia Gallica (Mo.); quamquam potest cogitari etiam de casu primo, item de casu secundo (ut pendeat vocabulum a nomine legati).*

---

**233** imp.[1] Neroni Claudio divi Claudi f., Germ. | Caesaris n., Ti. Caesaris Aug. pron., divi Aug. abn., | Caesari Aug. Germ., p. m., tr. pot. XIII[2], imp. XI[3], cos. IIII, | L. Titinius L. f. Gal. Glaucus Lucretianus flam. Romae et Aug., IIvir | IIII, p. c.[4], sevir eq. R., curio, praef. fabr. cos.[5] tr. mil. leg. XXII Primig., praef. pro legato | insular. Baliarum[6], tr. mil. l[*e*]g.[7] VI Victricis, ex vótó suscepto pro salute imp. | Neronis, quod Baliaribus voverat anno A. Licinio Nerva cos.[8], IIviris L. Saufe[*i*]o[9] | Vegeto et Q. Aburio Nepote, ub[*i*][10] velle[*t*] poneret, voto compos posit Iovi Iuno[*ni*] | Minervae Felicitati Romae divo Augusto.

divae Poppaeae Augustae[11] | imp. Neronis Caesaris August. | L. Titinius L. f. Gal. Glaucus Lucretianus | *(sequuntur eadem quae supra).*

*In agro Lunensi rep., nunc Romae, tabula marmorea in qua duo tituli gemelli iuxta positi (XI 1331).* — 1) *Imperatoris vocabulum etiam a Nerone interdum loco praenominis, sed una cum proprio usurpatum, cf. Mommsen Staatsr. II p. 746 not. 1.* — 2) *13 Oct. 66/67 (10 Dec. 65/66?). Cf. supra N. 229 not. 13.* — 3) *In titulo Casinate X 5171, coniungente cum tribunicia potestate decima tertia imperatoriam salutationem octavam alter uter numerus non recte descriptus sit necesse est. Postea, in tribunicia potestate decima quarta, Nero ad salutationem imperatoriam duodecimam, vel etiam ultra, pervenit (X 8014).* — 4) *Duovir quartum, patronus coloniae, scilicet Lunensis.* — 5) *Praefectus fabrum consularis.* — 6) *De his insularum praefectis cf. Mommsen ad C. X 6785.* — 7) LLG *lapis.* — 8) *Significatur annus p. Chr. 65; collega Licinii Nervae, M. Vestinus Atticus, ideo, ut videtur, non memoratur, quod in ipso consulatu iussu imperatoris occisus est cf. Tac. ann. 15, 68. 69, Sueton. Ner. 35 (Bormann).* — 9) SAVFETO, 10) VBE *lapis.* — 11) *De Poppaea post mortem a. 65 inter deos relata cf. Tac. ann. 16, 21. 22.* — *Viva memoratur Poppaea Augusta in actis Arvalium a. 65 et in titulis servorum vel libertorum VI 8946 X 1906. 6787. Henzen 5408. 5410; item in inscriptione quae sequitur.*

---

**234** iudicis Augusti p. p. et Poppaeae Aug. feliciter!

*Pompeiis, in fronte tabernae cuiusdam pictum (Notizie 1879 p. 22). Iudicia imperatoris, quibus Pompeiani acclamaverunt hic et in aliis similibus inscriptionibus parietariis, quomodo accipienda sint et ad quid pertinuerint, exposuit Henzenum et Mommsenum secutus Zangemeister ad C. IV 1074.*

---

**235** Marti Camulo[1] | sacrum pro | salute [*Neronis*][2] | Claudi Caesaris | Aug. Germanici imp. | cives Remi qui | templum constitu|erunt. *In fronte arae, inter duas laurus; in eiusdem latere postico intra coronam quernam:* o. c. s.[3]

*Rindern prope Cliviam, deinde Cliviae (Brambach 164 descripsit).* — 1) *Camulus vel Mars Camulus raro memoratus, ut in lapide et ipso posito a cive Remo VI 46.* — 2) *Male manus novicia pro Neronis nomine eraso Tiberii vocabulum in lapide reposuit.* — 3) *Ob cives servatos. Laurus et corona civica ex senatus consulto facto a. 727 (cf. Mommsen mon. Anc.² p. 149) ornamentum proprium fuerunt aedium Augusti, obque eam rem saepius repraesentantur in nummis Augusti (cf. Mo. l. c. p. 149—152), interdum etiam in aris Augusto dedicatis (cf. ib. p. 225). Hoc revocatum esse sub Nerone haec ara ostendit. Nummi quoque Neronis coronam quernam saepe exhibent (Eckhel 6, 262), sed sine inscriptione ob cives servatos.*

---

**236** Neroni Caesari Aug. | et sancto Silvan[*o*] | aediculam cum imagin. | Faustus Caesaris | d. s. p. [*f.*]

*Prope Romam rep. (VI 927).* — *Imperatorem Silvano praepositum esse non mirum est in ara dedicata a servo illius.*

**237** Sergio | Sulpicio | Galbae | imp. Caesar.

*Salonis (Spalati) rep. a. 1874 (Eph. ep. 2, 522). In altera parte lapidis superest ex alio titulo:* . . . us. — *Ipse imperator appellari voluit* Ser. Galba imp. Caesar Augustus *ut ostendunt diplomata ab eo data veteranis legionis primae Adiutricis (cf. infra inter titulos militares).* — *Omisi fragmentum male descriptum tituli Galbae dedicati in urbe Clunia (II 2779) in qua primum imperator consalutatus est (Plut. Galb. 6. cf. Suet. Galb. 9).*

**238** imaginum domus | Aug. cultorib., signum | Libertatis restitutae | Ser. Galbae imperatoris Aug.[1], | curatores anni secundi: | C. Turranius Polybius, | L. Calpurnius Zena, | C. Murdius Lalus, | C. Turranius Florus, | C. Murdius Demosthenes, | s. p. d. d. *(in latere sinistro)* dedic. idib. Octobr. | C. Bellico Natale | P. Cornelio Scipione Asiatico cos.[2]

*Romae (VI 471 descripsit Smetius).* — 1) Libertas restituta *legitur etiam in nummis Galbae (Eckhel 6 p. 295). Augusti dicitur libertas, ut etiam alia numina dicuntur Augusti.* — 2) *15 Oct. 68.*

---

**239** horriorum *(sic)* | [*S*]er. Galbae imp. Augusti, | C. Bellico Natale | P. Cornelio Scipione Asiatico cos.

*Romae, in basi columnae incertae quo loco repertae, nunc in museo Capitolino (VI 8680).*

---

**240** [*d*]is mánibus | [*L.*] Calpurni [*P*]isonis | Frúgi Liciniani[1], | [*XV*]vir. s. f.[2], | et Vé[*r*]aniae, | Q. Vérani cos., aug., f., | Geminae[3] | Pisónis Frugi.

*Romae rep. ad viam Salariam (Bull. dell' Inst. 1885 p. 10). Est titulus sepulcralis Pisonis Liciniani, adoptati a Galba d. 10 Ian. 69 et paucos post dies caesi, uxorisque eius.* — 1) *Adoptionis illius funestae nullam rationem habuisse eos qui titulum posuerunt, non est mirum. (In actis Arvalium mentionem putant extare* [*Ser. Sulpici Gal*]bae C[*aesaris*], *VI 2051 v. 27 cf. Henzen act. Arv. p. XCI).* — 2) *Magistratus nullos gesserat Piso, natus annos unum et triginta et diu exul (Tac. hist. 1, 48).* — 3) *Veraniam uxorem Pisonis memorant Plutarchus Galb. 28, Tac. h. 1, 47, Plin. ep. 2, 20, 2. Pater eius Q. Veranius consul fuit a. 49, decessit in legatione Britanniae a. 61. — Una prodierunt tituli M. Licinii Crassi Frugi cos. a. 27, patris Pisonis, et Pompei Magni fratris eius, denique aliorum eiusdem familiae hominum, quos infra dabimus inter titulos virorum ordinis senatorii.*

---

## Ex actis fratrum Arvalium a. 69.

**241** — — — — | imp(eratore) M. Othone Caesare Aug(usto), L. Salvio Othone Titiano II co(n)s(ulibus)[1] | III k(alendas) Febr(uarias), mag(istro) imp(eratore) M. Othone Caesare Aug(usto)[2], promag(istro) | L. Salvio Othone Titiano[3], colleg(i) fratrum Arval(ium) nomine im|molavit[4] in [*Cap*]itolio ob vota nuncupata pro salute imp(eratoris) M. | Othonis Caesari[*s A*]ugusti in annum proximum in III non(as) Ianuar(ias)[5] | Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vacc(am), Saluti p(ublicae) p(opuli) R(omani) vacc(am), divo | Aug(usto) b(ovem) m(arem), divae Aug(ustae) vacc(am), divo Claudio b(ovem) m(arem). In colleg(io) adfuerunt | L. Salvius Otho Titianus, L. Maecius Postumus, P. Valerius M[*a*]rinus, M. Raecius Taurus ! ! ! ! ! ! ! ![6].

Isdem co(n)s(ulibus) IIII k(alendas) Ma[*rt*(*ias*)] | in aede divi Iuli, astantibus fratrib(us) Arval(ibus) cooptat(us) est in locum S[*er. Sul*]|pici Galbae[7] L. Tampius Flavianus, mag(isterio) imp(eratoris) M. Othonis Caesaris [*Augusti II, pro*]|mag(istro) L. Salvio Othone Titiano. In collegio adfuer(unt) Otho Titianus, P. V[*aleri*]|us Marinus, L. ! ! ! ! ! ! ! ![6].

Isdem co(n)sulibus pr(idie) k(alendas) Mart(ias) mag(isterio) | imp(eratoris) M. Othonis Caesaris Aug(usti) II, promag(istro) L. Salvio Othone Titiano, colleg(i) fratr(um) | Arval(ium) nomine immolavit[4] in Capitolio ob comit(ia) trib(uniciae) pot(estatis)[8] imp(eratoris) Iovi b(ovem) m(arem), | Iunoni vacc(am), Minervae vacc(am), Saluti vacc(am), Victoriae vacc(am), Genio p(opuli) R(omani) taur(um), | Gen(io) ips(ius) taur(um). In colleg(io) adf(uerunt) Otho Titianus, Maecius Postumus, Valer(ius) Marin(us), ! ! ! ! ! ![6].

L. Verginio Rufo II, L. Pompeio Vopisco cos.[9] k(alendis) Mart(iis), mag(isterio) | imp(eratoris) M. Otho[*n*]is Caesaris Aug. II, promag(istro) L. Salvio Othone Titiano, colleg(i) frat(rum) | Arval(ium) nomine immol(avit)[4] in Capitolio ob laurum positam[10] Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vacc(am), | Minervae vacc(am), Salut[*i*] vacc(am), Victoriae vacc(am), Marti taur(um), Gen(io) ips(ius) taur(um). In coll(egio) adf(uerunt) | Otho Titianus, L. V[*itelliu*]s[6], L. Maecius Postumus, P. Valerius Marinus. |

Isdem co(n)sulibus III non(as) Mart(ias) mag(isterio) imp. M. Otho[*n*]is Caesaris Aug. II, | promag(istro) Othone Titiano, coll(egi) fratr(um) Ar[*va*]l(ium) [*n*]om[*i*]ne immolavit[4] in | Capitolio ob comitia sacerdotior(um)[11] imp(eratoris) O[*t*]honis Aug(usti) Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vacc(am), | Minervae vacc(am), Gen(io) ips(ius) taur(um). In collegio adf(uerunt) Otho Titianus, P. Valer(ius) Mari(nus). |

Isdem co(n)s(ulibus) VII idus Mart(ias) mag(isterio) M. Othonis Caesaris Aug(usti), promag(istro) | Othone T[*i*]tiano, colleg(i) fratr(um) Arval(ium) nomine immolavit[4] in Capitolio ob | comitia pontif(icatus) max(imi)[12] Othonis Aug(usti) Iovi b(ovem) m(arem), Iun(oni) vacc(am), Minerv(ae) vacc(am), deae | Diae vacc(am), Gen(io) ips(ius) taur(um). I[*n*] coll(egio) adf(uerunt) Otho Titianus, Otho Aug(ustus), P. Valerius Marin(us) |, L. Maecius Postumus, ! ! ! ! ! ![6].

Isdem co(n)sulibus pr(idie) idus Mart(ias) vota numcupata pro s[*al*]ute et reditu [*Vitelli*] Germanici imp(eratoris)[13], praeeunte L. Maecio | Postumo[14], mag(isterio) [*Vitelli*] Germanici imp(eratoris)[15], promag(istro) Maecio Postumo, coll(egi) fra(trum) | Arval(ium) nomine: Iov(i) b(ovem) m(arem), Iun(oni) vacc(am), Min(ervae) vacc(am), divo Aug(usto) [*b*(*ovem*) *m*(*arem*)], | divae Aug(ustae) vacc(am), divo Claudio b(ovem) m(arem). In colleg(io) adf(uerunt) L. Maecius Postumus. |

T. Flavio [*Sab*]ino Cn. Aruleno Caelio Sabino co(n)s(ulibus)[9] pr(idie) k(alendas) Maias ob comitia | trib(uniciae) pot(estatis) [*Vitelli*] Germanici imp(eratoris)[8], promag(istro) Maecio Postumo, coll(egi) fratr(um) Arval(ium) | nomine immol(avit)[4] in Capitol(io) Iov(i) b(ovem) m(arem), Iun(oni) vacc(am), Min(ervae) vacc(am), Saluti vacc(am), Gen(io) | ipsius taur(um). In coll(egio) adf(uerunt) Maecius Postumus.

Isdem co(n)s(ulibus) k(alendis) Mai(s) | ob diem imperi [*Vitelli*] German(ici) imp(eratoris), quod XIII k(alendas) Mai(as) statut(um) est[16], magi-

sterio[17] Vitelli[18] Germ(anici) | imp(eratoris), promag(istro) L. Maecio Postumo, coll(egi) frat(rum) Arval(ium) nomine immol(avit)[4] in Capitolio | Iovi b(ovem) m(arem), Iun(oni) vacc(am), Min(ervae) vacc(am), Iovi vict(ori) b(ovem) m(arem), Saluti vacc(am), Felicitat(i) vacc(am), Gen(io) p(opuli) R(omani) taurum, in | foro Aug(usti) Marti ultori taur(um), Gen(io) ips(ius) taurum. In coll(egio) adf(uerunt) L. Maecius Postumus.

*Romae rep. extra portam Portuensem in vinea Ceccarelli, ubi fuit lucus fratrum Arvalium, fragmentum tabulae (VI 2051 = Henzen act. Arv. p. XCII; non totam exscripsi).* — 1) *Occisis Galba et Vinio consulibus die Ian. 15 a. 69, Otho et frater Titianus in locum eorum successerunt (Tac. hist. 1, 77). Titianus iam fuerat consul ordinarius a. 52.* — 2) *Cum in hunc annum magister fratrum Arvalium factus esset Galba, in locum eius successit Otho, ut in huius postea Vitellius. Otho iam antea videtur magistri munere functus esse, unde infra plerumque (v. 59. 64. 68) ad magisterii eius mentionem additur numerus* II. — 3) *Frater Othonis, collega eius in consulatu.* — 4) *Immolavit promagister, cuius nomen supplendum ex superioribus, ut passim.* — 5) *Nota pro salute Othonis d. 30 Ian. vota nuncupata esse non in eundem diem anni proximi sed in diem 3 Ian., propterea quod hic dies sollemnis erat votis pro salute principis nuncupandis. Votorum horum commendandorum causa, ut legitur in actis a. 81 in enarratione votorum nuncupatorum pro salute Domitiani post mortem Titi (VI 2060 v. 59), etiam immolabatur.* — 6) *Nomen erasum est L. Vitellii, fratris A. Vitellii imperatoris, ut apparet potissimum ex vestigiis relictis v. 67.* — 7) *Notandum imperatorem occisum nominari, sed tamquam privatum.* — 8) *De comitiis tribuniciae potestatis imperatoris cf. supra N. 229 v. 21 et p. 61 not. 7.* — 9) *Cf. Tac. hist. 1, 77.* — 10) *Laurus posita in Capitolio propter victoriam de Sarmatis, de qua Tac. h. 1, 79.* — 11) 12) *De comitiis sacerdotiorum imperatoris, item de comitiis pontificatus maximi cf. Mo. Staatsr. II p. 1044. 1053.* — 13) *Pridie idus Martias, quo die Othonem ab urbe profectum esse narrat Tac. h. 1, 90, pro huius sine dubio salute et reditu vota nuncupata sunt ab Arvalibus; sed devicto Othone, cum nondum acta huius diei perscripta essent, pro Othonis nomine, Vitellii positum; id ipsum postea erasum. De nomine Germanici Vitellio indito cf. Tac. h. 1, 62. 2, 64.* — 14) *Hic substitutus esse videtur in locum Othonis Titiani promagistri, fratrem in bellum comitati (Tac. hist. 2, 33) (cf. Henzen act. Arv. p. V not. 1).* — 15) *Hic quoque positum Vitellii nomen loco Othonis.* — 16) *Hoc die senatus Vitellium imperatorem videtur agnovisse (Tac. h. 2, 55, cf. Henzen act. Arv. p. 64; Mo. Staatsr. II p. 813 not. 2).* — 17) *Cf. not. 2.* — 18) *Nomen abrasum, sed partes litterarum superiores servatae.*

---

**242** A. Vitellius L. f. | imperator, | cos. perp.[1]

*Romae, aliquoties descripta saec. XVI (VI 929).* — 1) cos. p. p. *unum ex apographis. Cf. Suet. c. 11: Vitellius comitia in decem annos ordinavit seque perpetuum consulem.*

---

**243** [*a*] Turre XLIIII

[*im*]p. A. Vitellius c[*os. perp.*][1]

*In Sardinia, prope vicum Torralba, lapis miliarius viae quae Turri Calarim ducebat (X 8016 descr. Lamarmora).* — 1) *Suppletum ex N. 242 (male edidit ipse Lamarmora* imp. A. Vitellius Caes.*).*

---

## Fragmentum legis quae dicitur de imperio Vespasiani.

**244** foedusve cum quibus volet facere liceat, ita uti licuit divo Aug., | Ti. Iulió Caesari Aug., Tiberioque Claudio Caesari Aug. Germanico. |

Utique ei senatum habere, relationem facere, remittere, senatus | consulta per relationem discessiónemque facere liceat, | ita uti licuit divo Aug., Ti. Iulio Caesari Aug., Ti. Claudio Caesari | Augusto Germanicó. |

Utique, cum ex voluntate auctoritateve iussu mandatuve eius | praesenteve eo senatus habebitur, omnium rerum ius perinde | habeatur servetur, ac si e lege senatus edictus esset habereturque. |

Utique quos magistratum potestatem imperium curationemve | cuius rei petentes senátui populoque Romano commendaverit, | quibusque suffragationem suam dederit promiserit, eorum | comitís quibusque extra ordinem ratio habeatur. |

Utique ei fines pomerií proferre promovere, cum ex republica | censebit esse, liceat, ita uti licuit, Ti. Claudio Caesari Aug. | Germanico.[1] |

Utique quaecunque ex usu reipublicae maiestate divinarum | hum[*an*]arum[2] publicarum privatarumque rerum esse[3] | censebit, ei agere facere ius potestasque sit, ita uti divo Aug., | Tiberióque Iulió Caesari Aug., Tiberioque Claudio Caesari | Aug. Germanicó fuit. |

Utique quibus legibus plebeive scitis scriptum fuit, ne divus Aug. | Tiberiusve Iulius Caesar Aug., Tiberiusque Claudius Caesar Aug. | Germanicus tenerentur, iis légibus plebisque scitis imp. Caesar | Vespasianus solútus sit, quaeque ex quaque lege rogatione | divum Aug., Tiberiumve Iulium Caesarem Aug., Tiberiumve | Claudium Caesarem Aug. Germanicum facere oportuit, | ea omnia imp. Caesari Vespasiano Aug. facere liceat. |

Utique quae ante hanc legem rogatam acta gesta | decreta imperata ab imperatore Caesare Vespasianó Aug., | iussú mandatúve eius a quoque sunt, ea perinde iusta rataq(ue) | sint ac si populi plebisve iussú acta essent. |

### Sanctió. |

Si quis huiusce legis ergo adversus leges rogationes plebisve scita | senatusve consulta fécit fecerit, sive, quod eum ex lege rogatione | plebisve scito s(enatus)ve c(onsulto) facere oportebit, non fecerit huius legis | ergó, id ei ne fraudi esto, neve quit ob eam rem populo dare debeto, | neve cui de ea re actio neve iudicatio esto, neve quis de ea re apud | [s]e agi sinito.

*Romae, tabula magna aenea, a Nicolao Laurentii f. (Cola di Rienzi) in ecclesia Lateranensi collocata, hodie in museo Capitolino adservata (VI 930). Postremam esse e pluribus quae perierunt apparet. — Utrum ex lege (cf. v. 31. 35) haec supersint an ex senatus consulto, quaesivit Mo. Staatsr. II p. 841.* — 1) *Cf. supra N. 215 et infra N. 248.* — 2) humarum. 3) esse e *tabula*.

**245** imp. Caesari | Vespasiano Aug. | pont. max., tr. pot. III[1], | imp. IIX[2], p. p., cos. III des. IIII[3], | s. c.[4], | quod vias urbis | neglegentia | superior. tempor. | corruptas in|pensa sua restituit.

*Romae (VI 931, saepius descripta saec. XV et XVI).* — 1) *Tribuniciam potestatem computavit Vespasianus a kalendis Iuliis a. 69 (Tac. hist. 2, 79. Suet. Vesp. 6; Borghesi opp. 6 p. 6 seq.), ut trib. pot. III fuerit secundo anni 71 et priore anni 72 semestri.* — 2) Imp. V *appellatus est Vespasianus iam ante finem anni 70 (teste nummo aureo ap. Eckhel 6, 323, Cohen² Vesp. 209),* imp. VI *ante d. 5 Apr. 71 (III p. 850; Eph. ep. 2 p. 457).* — 3) *Consul tertium Vespasianus fuit a. 71, quartum a. 72; positus igitur titulus secundo semestri a. 71.* — 4) *Senatus consulto.*

---

**246**

| | | |
|---|---|---|
| T. Caesari | imp. Caesari | Caesari Aug. f. |
| Vespasiano imp. III[1] | Vespasiano Aug. | Domitiano[3] |
| pontif., tr. pot. II, cos. II | pontif. max., tr. pot. IIII[2] | cos. destinato II[2] |
| | imp. VIIII, p. p., cos. IIII | principi iuventutis |

C. Papirius Aequos, 7[4] leg. III Aug., testamento poni iussit
ex auri p. X.

*Romae olim, nunc pars extat Vicetiae (VI 932).* — 1) *Nota imperatoris vocabulum cum numero imperatoriae acclamationis nomini Titi Caesaris adiunctum, de qua re cf. Pick Zeitschrift f. Num. 13 1885 p. 233. 235 not. 2.* — 2) *Trib. pot. IIII Vespasianus fuit k. Iul. 72/73, Domitianus consul II processit kal. Ian. a. 73; positus igitur titulus secundo semestri anni 72.* — 3) *Domitiani nomen erasum esse, ita tamen ut legi et cognosci possit, notavit qui hanc partem lapidis vidit, accuratissimus Accursius.* — 4) *Centurio.*

---

**247** imp. Caesari | Vespasiano | Aug. pont. max., | trib. pot.[1], imp. X, cos. IIII[2], p. p., cens. | designato[3], | [s]enatus populusq. Caeres.

*Caere (XI 3605).* — 1) *Tribuniciae potestatis numerus omissus est, ut saepe in nummis.* — 2) *Consul quartum Vespasianus fuit a. 72, quintum a. 74.* — 3) *Lustrum conditum esse a Vespasiano quintum T. Caesare tertium consulibus, i. e. anno 74, narrat Censorinus de die nat. c. 18. Videntur igitur censuram suscepisse a. 73, et quidem ante kal. Iulias, cum iam in tribunicia potestate quarta Vespasianum (VI 1238), in tribunicia potestate altera Titum (infra N. 260) reperiamus appellatos censores. Hic titulus videtur esse positus initio anni 73. Censor designatus appellatur Vespasianus etiam in inscriptione, eodem fere tempore posita, Olisipponensi II 185 cf. Eph. ep. 4 p. 9 (= II S. 5217).*

---

**248** [*imp. Caesar Vespasianus Aug. pont. m*]ax., trib. pot. VI[1], im[*p. XIII*][2], p. p., censor, cos. VI desig. V[*II*[3], *et*] | T. Caesar Aug. f. | Vespasianus imp. VI[4], | pont., trib. pot. IV, censor, | cos. IV design. V, auctis p. R. | finibus pomerium | ampliaverunt terminaveruntq. *(In latere litteris magnis)* XLVII *(in altero latere)* p. CCCXX . . . VII.

*Romae cippus rep. prope portam S. Pauli (VI 1232 cf. Huelsen Herm. 22 p. 624 not.). Cippus ab hoc non diversus, praeterquam numeris laterum, et quod minus integer fuit, olim prodiit prope portam Pincianam descriptus saec. XVI (Huelsen l. c. p. 622). Similes cippos Claudii habes supra N. 213.* — 1) *Kal. Iul. 74/75; sed consulatus numerus ostendit, titulum esse positum a. 75.* — 2) *Numerus incertus;*

*nummi (Eckhel 6, 362) titulique (potissimum N. 246. 254) demonstrant Vespasianum Tito plerumque sex imperatoriis acclamationibus fuisse superiorem, ut hic fuerit* imp. XII; *sed aliunde constat Vespasianum* imp. XIII *fuisse dictum iam d. 21 Mai. anni praecedentis (III p. 852 cf. X 8023,4).* — 3) *Consul sextum Vespasianus fuit a. 75, septimum a. 76.* — 4) *Numerus firmatur apographo exempli Pinciani.*

---

**249** imp. Caesar | Vespasianus Aug. | pontif. max., tribunic. | potest. VI, imp. XIIII, p. p., | cos. VI[1] desig. VII, censor, | locum viniae publicae | occupatum a privatis | per collegium pontificum | restituit.

*Romae antea ad muros urbis inter portas Appiam et Ostiensem, nunc in museo Capitolino (VI 933 cf. Lanciani Bull. com. 1882 p. 155).* — 1) *A. 75 (ante kal. Iul., propter trib. pot. VI).*

---

**250** imp. Caesar Vespasianus Aug. pontif. max., | trib. pot. VII, imp. XVII, p. p., cos. VII[1] design. VIII, | templum Matris deum terrae motu conlapsum restituit.

*Herculanei rep., nunc Neapoli (X 1406).* — 1) *A. 76 (ante kal. Iul., propter trib. pot. VII).*

---

**251** imp. Caesar | Vespasianus | Aug. cos. VIII[1] | fines agrorum | dicatorum | Dianae Tifat. a | Cornelio Sulla[2] | ex forma divi | Aug. restituit.

*Capuae (X 3828).* — 1) *A. 77 (vel 78).* — 2) *Cf. Velleius 2, 25.*

---

**252** [*imp. Caesari*] | Vespasiano Augusto | pontifici maxim., | tribunic. potestat. . . .[1], | imp. XVII, p. p., | cos. VIII desig. VIIII[1], censori, | conservatori caerimoniarum | publicarum et | restitutori aedium sacrarum, | sodales Titi.

*Romae (VI 934 ad exempla Poggii, Accursii, Smetii, aliorum).* — 1) *Titulus positus post d. k. Ian. 77 quo consul octavum factus Vespasianus, ante d. k. Ian. 79 quo factus est consul nonum; numerus tribuniciae potestatis, qui periit, fuit aut* VIII *aut* VIIII *aut* X, *imperatoriae acclamationis vix fuit, ut traditur,* XVII, *cum constet Vespasianum iam d. 2 Dec. 76 fuisse* imp. XVIII *(C. III p. 853).*

---

**253** imp. Caesar Vespasia|nus Aug. ponti[*f*.] max., trib. pot. | VIIII[1], imp. XIIX, p. p., cos. IIX design. VIIII; | imp. T. Caesar Aug. f.[2] cos. VI desig. V[*II*]; | Domitianus Caesar Aug. f. | cos. V desig. VI, vias | a novo munierunt | per L. Antonium Nasonem | proc. eorum[3].

*Prope Prusam Bithyniae (Brussa) (III S. 6993).* — 1) *Kal. Iul. 77/78.* — 2) *Nota hic datum Tito nondum Augusto imperatoris praenomen; qua de re dixerunt Mommsen Wiener Numism. Zeitschr. 3, 1871 p. 458 seqq., Pick Berliner Numism. Zeitschr. 13, 227 seq. Reperitur etiam dictus* T. imp. Caes. Aug. f., *ut in titulo praetorii Carnuntini (arch. ep. Mitth. 5 p. 216) et in nummis quibusdam (Pick Zeitschr. f. Num. 13 p. 229. 230). Cf. etiam infra N. 259.* — 3) *Procurator Bithyniae notus etiam ex nummis (Eckhel 2, 404).*

---

**254** imp. Caes. Vesp. Aug. pont. | max., trib. pot. X, imp. XX, p. p., cos. IX[1]; | imp. T. Vesp. Caes. Aug. f. pont., trib. | pot. VIII, imp. XIIII, cos. VI[*I*]; | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![2]; | C. Cal-

petano Rantio Quirinali | Val. Festo leg. Aug. pr. pr.[3]; | D. Cornelio Maeciano leg. Aug.[4]; | L. Arruntio Maximo proc. Aug.[5]; | leg. VII Gem. fel.[6]; | civitates X | Aquiflavienses Aobrigens. | Bibali Coelerni Equaesi | Interamici Limici Aebisoc.[7] | Quarquerni Tamagani.

*In Gallaecia loco dicto Chaves (regni Portugallici) (II 2477 cf. suppl. p. 902 ad exemplum potissimum Gasparis Castri sumptum anno 1548).* — 1) *A. 79.* — 2) *Erasum nomen Domitiani.* — 3) *Huius legati propraetore provinciae Hispaniae titulum dabimus infra inter senatorios.* — 4) *Legato Augusti sine dubio legionis eius quae mox nominatur septimae Geminae felicis.* — 5) *Procuratore Augusti, scilicet Asturiae et Gallaeciae.* — 6) *Videtur casus sextus (cf. supra Nr. 232 not. 4).* — 7) *Cum reliqua nomina civitatum harum Gallaecarum ordine litterarum disposita sint, Figueiredo doctus Portugallus coniecit, in lapide fuisse* ΝEBISOC *vel* ƝEBISOC; *et memorari fluvium Nebim apud geographos; cf. Huebner l. c. p. 902.*

---

**255** divo Vespasiano Augusto s. p. q. R.
impp. Caess. Severus et Antoninus pii felic. Augg.[1] restituer.

*Romae in epistylio aedis ordinis Corinthii sitae in foro sub Capitolio, cuius hodie supersunt tres tantum columnae cum litteris* . . . estituer.; *integram inscriptionem vidit auctor syllogae Einsidlensis (VI 938).* — *Templum divi Vespasiani memoratur a chronographo q. d. a. 354 et in Curioso urbis. Cf. Iordan top. I 2 p. 192 seq. 411.* — 1) *Nota Severum, qui alias dicitur Pius Pertinax, una cum filio dici Pium Felicem.*

---

**256** divo Caesari | Aug. Vespasia|no, censori, | municipium M[*u*]|niguense d. d., | L. Aelius Fronto | dedicavit.

*In Baetica loco dicto Mulva, ubi fuit municipium Muniguense, rep., nunc Hispali: descr. Huebner (II 1049).*

---

**257** Fláviae Domitillae[1] | [*imp.*] Vespásián[*i C*]aesar[*is*] Aug. | . . . . . . . . .

*Herculanei rep., est Neapoli (X 1419).* — *Titulus positus ante consecrationem Domitillae, quae evenit fortasse demum sub Tito (Eckhel 6, 345. 346.).*

---

**258** T. Caesari Au[*g. f.*] | Vespasiano im[*p.*], | trib. potest., co[*s.*][1], censori desig.[2], | collegioru[*m*] | omnium sacerd[*oti*][3].

*Romae in foro rep. a. 1879 (Eph. epigr. 4, 799).* — 1) *Titus tribuniciam potestatem accepit biennio post patrem, i. e. kalendis Iuliis a. 71, consul primum fuit a. 70, iterum a. 72; titulus igitur positus est secundo semestri a. 71.* — 2) *Cf. N. 247 not. 3.* — 3) *De Caesaribus in collegia sacerdotum maiora omnia ex s. c. supra numerum adlectis cf. Mommsen Staatsrecht II p. 1050. Adlectionem T. Caesaris inter Augustales testantur acta eorum (VI 1984).*

---

**259** [*Caesari*] T. imp. | [*V*]espasiano, Aug. | [*V*]espasiani f., conser|[*va*]tori Pacis Aug.

*Valentiae (II 3732 vidit Huebner; supplevit Mommsen act. acad. Berol. 1860 p. 430).*

---

**260** imp. T. Caes. | Aug. f. | Vespasian. | pont., tribu[*n.*] pot. II[1], | imperat. IIII, | cos. II design. III[2], | censori, d. d.

*Sestini in Umbria (Bull. dell' inst. 1856 p. 141).* — 1) *Kal. Iul. 72 3.* — 2) *Consul tertium fuit a. 74.*

**261** T. Caesari Aug. f. | Vespasiano pontif., | imp. XII, trib. pote. VII[1], | cos. VI[2], | provincia Lusitania, | C. Arruntio Catellio | Celere[3] leg. Aug. pro pr., | L. Iunio Latrone | Conimbricese flamine | provinciae Lusitaniae, | ex auri p. V.

*Merida (Augustae Emeritae) prov. Lusitaniae (II S. 5264).* — 1) *Kal. Iul. 77/78.* — 2) *Consul sextum fuit a. 77, septimum a. 79.* — 3) *L. Pompeius Vopiscus C. Arruntius Catellius Celer notus etiam ex actis fratrum Arvalium.*

---

**262** imp. Titus | Caesar | Vespasianus Aug. | pontifex | maximus, tribunic. | potestate VIIII, | imp. XIIII, p. p., cos. VII[1] | designatus VIII, | censor fecit.

*Prope Romam rep. ad viam Aureliam lapide circiter decimo tertio (VI 942 = XI 3734).* — 1) *A. 79.*

---

**263** [*i*]mp. [*T.*] C[*ae*]sa[*r*] divi Ves|pasiani f. Aug. pont. max., | trib. potest. X[1], imp. XV, cos. | VI[*II*][2], censor, p. p., [*et*] Caes. [*divi f. Domitianus*] | cos. VII[2], [*p*]rinc. iuventutis, | [*per*] | A. Caesennium Gal[*l*]um | leg. pro pr.[3] vias provinci|aru[*m*] G[*ala*]tiae Cappad[o]|ciae Ponti Pisidiae Pa|phlogoniae Lycaoniae | Armeniae minoris | straverunt. | LXXI.

*Inter Ancyram et Dorylaeum, columna miliaria (III 318 descr. Hamilton).* — 1) *Kal. Iul. 80/81.* — 2) *A. 80 Titus fuit consul octavum, Domitianus septimum.* — 3) *Idem legatus est infra N. 268.*

---

**264** senatus populusq. Romanus imp. Tito Caesari divi Vespasiani f. Vespasian[*o*] Augusto pontif. max., trib. pot. X[1], imp. XVII, [*c*]os. VIII[2], p. p.[3], principi suo, quod praeceptis patr[*is*][4] consiliisq. et auspiciis gentem Iudaeorum domuit et urbem Hierusolymam, omnibus ante se ducibus regibus gentibus aut frustra petitam aut omnino intem[*p*]tatam, delevit.

*Romae in arcu in circo maximo, semel descripta ante saec. IX, quod exemplum servavit codex Einsidlensis saec. IX et ex simili codice Poggius (VI 944).* — 1) *K. Iul. 80/81.* — 2) *Consul VIII fuerat a. 80.* — 3) *Nota abesse censoris vocabulum.* — 4) patriae *traditur.*

---

**265** senatus | populusque Romanus | divo Tito divi Vespasiani f. | Vespasiano Augusto.

*Romae in arcu, qui extat in summa sacra via, ornato anaglyphis spectantibus ad pompam triumphi Iudaici (VI 945).*

---

**266** Iulia[*e*] | August[*ae*] | divi Tit[*i f.*], | Trumplin[*i*] et Benacens[*es*].[1]

*Prope Brixiam rep. (V 4313).* — 1) *De his populis attributis rei publicae Brixianorum, cf. Mo. C. V p. 507. 515.*

---

**267** Domitiano cos. I[*I*][1], | sacerdoti | [*c*]onlegiorum omniu[*m*][2], | [*p*]rincipi iuventuti[*s*].

*Curibus Sabinis ut videtur rep.: servavit Marinius (IX 4955).* — 1) *Potest fuisse etiam* III *vel* IIII. *Positus est titulus post kal. Ian. 73, quo die Domitianus processit consul iterum.* — 2) *Cf. N. 258 not. 3.*

---

**268** imp. Caesar divi Vespasiani | [*f. Domitianus*][1] Aug. po[*n*]t. max., | trib. potest., cos. VIII[2] desig. VIIII, p. p., per | A. Caesennium Gallum leg. | pr. pr. vias provinciarum | Galatiae Cappadociae | Ponti Pisidiae Paphlagoniae | Lycaoniae Armeniae minoris | stravit. | VIII | η'.

*Ancyrae (III 312 cf. p. 975 descr. Perrot).* — 1) *Deesse aliquid non traditur, sed apparet erasum esse nomen Domitiani.* — 2) *A. 82 (ante diem 14 Sept., quo coepit tribunicia potestas altera).*

---

**269** imperator Caesar | divi Vespasiani f. | Domitianus Aug. | Germanicus[1], pontifex | maxsumus, tribuniciae | potestatis VIIII[2], imp. XXI[3] | cos. XV[4], censor | perpetuus[5], p. p., ab arcu, | unde incipit Baetica, | viam Aug.[6] [*restituit*] | . . . .

*Cordubae, columna miliaria viae primariae provinciae Baeticae (II 4721).* — 1) *Germanici nomen inditum est Domitiano, testibus nummis, anno 83 vel 84 (Eckhel 6, 396 seq.).* — 2) *14 Sept. a. 89/13 Sept. a. 90.* — 3) *Nummi et diplomata data veteranis haec fere docent de acclamationibus imperatoriis Domitiani (cf. Chambalu de magistratibus Flaviorum, Bonn 1881 p. 25). Imperator iterum Domitianus appellatus erat iam ante finem anni 81, si in hac re fides est nummo subaerato ap. Cohen[1] Dom. 257 (cf. Cohen ed. 2 I p. 520 not. 1), certe ante d. 19. Aug. 82 (IX 5420), imperator tertium appellatus est inter 20 Sept. 82 et 9. Iun. 83 (Eph. ep. 4 p. 498; 5 p. 613); d. 3 Sept. 84 iam fuit* imp. VII *(Eph. ep. 5 p. 93 cf. etiam X 7227),* imp. VIIII *d. 5 Sept. 85 (C. III p. 855),* imp. XI *ante finem a. 85 (nummi ap. Eckhel 6, 381, Cohen[2] Dom. 189. 190) et adhuc d. 17 Febr. 86 (C. III p. 855),* imp. XII *d. 13 Mai. 86 (C. III p. 857),* imp. XIII *eodem anno ante d. 14 Sept. (nummus ap. Eckhel 6, 181, Cohen[2] Dom. 207),* imp. XIIII *ante finem eiusdem anni 86 (Eckhel 6,382; Cohen[2] 208.211) et adhuc a. 88 (X 7883),* imp. XV *ante 14 Sept. 88 (Cohen[2] 242),* imp. XIX *d. 14 Sept. 89 (Cohen[2] 250/4),* imp. XXI *eodem anno exeunte (Cohen[2] 255 seq.) et adhuc d. 27 Oct. 90 (Eph. ep. 5 p. 654) atque adeo d. 14 Iun. 92 (C. III p. 858),* imp. XXII *d. 13 Iul. 93 (C. III p. 859); hunc numerum non excessit.* — 4) *Domitianum consulatus decem et septem cepisse, ex his septem medios continuavisse narrat Suetonius Dom. 13; scilicet processit consul VIII a. 82, IX a. 83, X a. 84, XI a. 85, XII a. 86, XIII a. 87, XIIII a. 88, cos. XV a. 90 (quo anno hic titulus positus est), cos. XVI a. 92, cos. XVII a. 95.* — 5) *Censoria potestas videtur Domitiano decreta esse a. 84 exeunte una cum consulatu in decem annos (Dio 67, 4 cf. Mo. Staatsr. II 1043 not. 3); diplomata data veteranis ostendunt d. 3 Sept. 84 Domitianum abstinuisse adhuc a censoris appellatione (eph. ep. 5 p. 93), d. 5 Sept. 85 appellari voluisse censoria potestate (C. III p. 855), d. 17 Febr. 86 censorem perpetuum (C. III p. 856); idque retinuit. Nummi docent coepisse censoris perpetui appellationem exeunte a. 85 (post 14 Sept.) (Eckhel 6, 381).* — 6) *Augusta dicta via, facta ab Augusto (supra N. 102).*

---

**270** ex comitatu | imp. Domitiani Aug. | Germanici, | ab aquis | Statiellis.

*Aquis Statiellis (Acqui) rep. parva lamina aerea, est Taurinis (V 7506).*

---

**271** Domitiae Cn. f. | Domitiani Caesaris | d. d.

*Herculanei in theatro rep. (X 1422).*

---

**272** in honorem memoriae domus Domitiae Augustae, Cn. Domiti Corbulonis | fil(iae)[1], Domitii Polycarpus et Europe, loc(o) dat(o) decreto

ordinis decur(ionum)[2], aedem | fecerunt et exornaverunt statuis et reliquis rebus pecunia sua, eiusdem|que tutelam in perpetuum reipublicae dederunt sub inscriptione infra scripta: |

Imp. Caes(are) T. Aelio Hadriano Antonino Aug. Pio III M. Aelio Aurelio Caes(are) cos., VIIII k. Maias[3], Gabi(i)s in municipio in curia Aelia Augusta, scribendo atfuit universus ordo | decurionum. Referentibus L. Vipstano L. f. Cl. Publicola Messalla, L. Setrio L. f. Pal. Prisco IIIIvir(is) q(uin)q(uennalibus):

Cn. Domitium Polycarpum nomine suo et Domitiae Europes coniugis suae | offerre ordini decurionum et sevirum Augustalium HS X m(ilia) n(ummum), — qu[*i*] iampridem extruxisset templum in honorem ac memoriam Domitiae Corbulonis fil(iae) et hoc pietatis suae adfectu | exornet, et meliorem faciat ordinem n(ostrum), singulis etiam universisque prodesse festinet, at quos ex reditu eius pecuniae fructum semper desideret pervenire, — confugiendo at | aeternam rem publ(icam) n(ostram) petendo, ut secundum exemplum codicillorum C(laudii) Vitalis[4] stipulatione interposita desiderio suo talis condicio decerneretur, ut ex reditu eius pecuniae | III Idus Febrar(ias), natale Domitiae, praesentibus decurionib(us) et sevir(is) discumbentibus in publico aequis portionibus fieret divisio; item hoc amplius in tutela et ornationibus | templi V m(ilia) n(ummum) sub eadem condicione inferret[5],

q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) it(a) c(ensuerunt) |:

placere universis secundum relationem s(upra) s(criptam) pecuniam accipi praestarique in per[*pe*]tuum, ut celebraretur natalis dies ac memoria Domitiae Corbulonis fil(iae), et ex reditu HS X m(ilium) n(ummum) | divisionibus factis discumberetur in publ(ico), et si ullo tempore intermissum esset quominus praestaretur it quot ordo decrevisset, aut si ordo rescidisset decretum | suum mutassetve condicionem, tum omnis summa, quae in hanc rem accepta esset, eadem condicione municipibus Tusculanis confestim renumeraretur. |

Hoc decretum post tres relationes placuit in tabula aerea scribi et proponi in publico, unde de plano recte legi possit.

*Gabiis rep., nunc Parisiis (XIV 2795).* — 1) *Cf. Dio 66, 3; Suet. Dom. 1.* — 2) *Decuriones municipii Gabini, ubi lapis repertus est.* — 3) *23 Apr. 140.* — 4) *Claudius Vitalis similem donationem Gabinis fecisse putandus est.* — 5) *Scr.* inferre.

---

**273** M. Cocceius [*M. f. . . . . Nerva cos.*], | augur, sodal[*is August. . . . . quaest.*] urb., VI vir turma[*e eq. R., . . . . salius*] | Palat., triumphalib[*us*[1] *ornamentis*] | honoratus[2] patron[*us*] . . . . . . | vetustate conla[*ps*] . . . . . .

*In oppido Umbriae Sassoferrato (Doni 4, 32 qui habuit a Perotto domino lapidis). Supplevit Borghesi ann. inst. 1846 p. 310 = opp. 5 p. 29.* — 1) trium-

phalis *traditur.* — 2) *Accepit Nerva ornamenta triumphalia a. 65, cum praetor esset designatus (Tac. ann. 15, 72).*

---

**274** Libertati ab imp. Nerva Ca[*es*]ar[*e*][1] Aug., anno ab urbe condita DCCCXXXXIIX XIIII [*k.*] Oc[*t.*][2], restitu[*tae*] s. p. q. R.

*Romae in Capitolio (VI 472, semel descripta ante saec. IX, quod exemplum tradunt vetus codex Einsidlensis et ex simili codice Poggius).* — 1) Calari, 2) XIIII Oci *traditur. Annus 848 aerae Capitolinae respondet anno p. Chr. 96; XIIII kal. Oct. (18 Sept.) dies est, quo occiso Domitiano Nerva imperator factus est (Suet. Dom. 17). Libertatem tunc redditam esse ait etiam Plinius ep. 9, 13, 4 (similiter Tac. Agr. 3); et extant nummi Nervae inscripti* Libertas publica *(Cohen² 2 p. 10).*

---

**275** imp. Caesari Nervae Aug. | p. p., cos. II[1], civitas Citiensium.

*Citii (hodie Larnaca) in Cypro: descripsit saeculo superiore Dom. Sestini (III 216).* — 1) *Consul primum Nerva fuerat a. 71, consul iterum a. 90; hic titulus positus a. 96, cum kal. Ian. 97 tertium consul dici coeptus sit.*

---

**276** imp. Nervae Caesari Aug. | pontifici maximo, tr. | [*p*]otest., p. p., cos. III | [*desi*]g. IIII[1], Pudens Aug. lib. | [*p*]rocurator | [*de su*]o posuit.

*Prope Hispalim in fodinis aerariis antiquis, hodie de Rio tinto vocatis, rep. lamina ahenea, nunc Matriti (II 956).* — 1) *A. 97. Tribuniciae potestatis numerus potest omissus esse, ut omittitur etiam in titulo IX 5969.*

---

**277** imp. Nerva | Caesar | Augustus | Germanicus[1] | pontifex | maximus, | tribunicia | potestate II, | cos. III | designatus IIII, | pater patriae, | faciundum curavit.

*Romae (VI 952).* — 1) *Germanicus dictus est Nerva cum Traiano mense Octobri vel Novembr. a. 97 (cf. Eckhel 6, 406).*

---

**278** [*i*]mp. Nervae | Caesari Aug. | pontif. max., | trib. pot. III, | cos. III[1].

*Salonis (Spalati) rep. a. 1874 (III S. 8703).* — 1) *A. 97. Quod Nerva, imperator factus mense Sept. a. 96, ante kalendas Ianuarias anni 98 dici potuit tribunicia potestate tertium, argumento est iam sub Nerva coeptum esse, ut tribunicia potestas renovaretur d. 10 Dec. Nec tamen ubique haec ratio usurpata est: extant enim nummi inscripti* imp. Nerva Caes. Aug. p. m. tr. p. II cos. IIII p. p. *(Eckhel 6, 409), cusi (ut quartus consulatus ostendit) anno 98. Cf. Mommsen Staatsr. II³ 799 not. 3.*

---

**279** [*imp. Nervae* | *Caes*]ari A[*ug.* | *Ger*]m. pont. max., | [*trib. p*]ot. II, imp. iter., | [*cos.*] IIII[1]. p. p.. | [*d.*] d.

*Brixiae (V 4314 vidit Mommsen).* — 1) *A. 98 (vel si suppleris* [cos. des.] IIII, *a. 97).*

---

**280** imp. Caesar | Nerva Aug. Germ. | pontif. max., trib. | potest. III, cos. IIII[1], p. p., | viam a Tripontio ad | Forum Appi ex glarea | silice sternendam | sua pecunia incohavit; | imp. Caes. | Nerva divi Nerv[*ae f.*] |

Trai[*a*]nus Aug. | Germ. p[*ont. m*]ax., | trib. potest., cos. III[2], p. [*p.*], | consummavit.

*Prope Forum Appii, lapis miliarius viae Appiae (X 6824, recognovit Mommsen). — 1) Consul quartum Nerva fuit a. 98. — 2) Consul tertium fuit Traianus a. 100, quartum a. 101, ut illo anno titulus positus sit.*

---

**281** Sergiae | Laenatis f. | Plautillae, | matri | imp. Nervae | Caesaris Aug.

*Romae in aedibus privatis (Smetius ms. Neap. p. 174 aliique; Grut. 246, 2 ubi male, auctore Ligorio, reperta dicitur Antii).*

---

**282** Providentiae | imp. Caesaris Nervae | Traiani Augusti | Germanici | ex s. c.

*Tarracinae, ara ornata anaglyphis quae videntur spectare ad institutionem rei alimentariae (X 6310).*

---

**283** Pietati | imp. Caesaris divi Nervae fil. | Nervae Traiani Aug. Germ., p. m., | tr. p. III[1], cos. II[2], p. p., | ex. s. c.

*Romae (VI 563, semel descripta saec. XV). — 1) 10 Dec. 98/99. — 2) Consul iterum fuit a. 98.*

---

**284** imp. Caesare | divi Nervae f. | Nerva Traiano | Aug. Germ., | pont. max., trib. | pot. IV, cos. III[1], | p. p., | L. Munatio Gallo | leg. Aug. pro pr.[2] | XIX.

*In Numidia inter Lambaesim et Thamugadem, miliarius nescio cuius viae (VIII 10210). Eadem inscriptio, excepto numero milium, est VIII 10186. — 1) Tribunicia potestate quartum Traianus fuit 10 Dec. 99/100, consul tertium factus est kalendis Ianuariis a. 100. — 2) Idem legatus memoratur VIII 2555. 10667. Eph. ep. 7, 359.*

---

**285** X. | Imp. Caesar divi | Nervae f. Nerva | Traianus Augustus Germanicus, pontifex | maximus, tribunicia | potestate VI[1], imp. II, | cos. III, pater patriae, | incohatam a divo Nerva | patre suo peragendam | curavit.

*Prope Neapolim, columna miliaria viae Puteolis Neapolim ducentis (X 6928 ad apographa facta saec. XV; idem titulus, excepto numero milium, legitur X 6926. 6927). — 1) 10 Dec. 101/102.*

---

**286** imp. Caesari | divi Nervae f. | Nervae Traiano | Aug. Germanico | Dacico[1], pontifici | maximo, tribunic. | pot. VII, imp. IIII, cos. V[2], p. p., | tribus XXXV, | quod liberalitate | optimi principis | commoda earum etiam | locorum adiectione[3] | ampliata sint.

*Romae rep. ad circum maximum, nunc in museo Capitolino (VI 955). — 1) Dacici cognomen Traiano inditum esse anno 102 exeunte docent nummi (Eckhel 6, 415 cf. Mo. Herm. 3 p. 127. 131, Staatsr. II[3] p. 806 not. 4). — 2) Consul quintum processit Traianus kal. Ian. 103, quo anno hic titulus positus est (ante 10 Dec., quo coepit tribunicia potestas octava). — 3) Loca intelleguntur in circo, nimirum plebi urbanae tribuum triginta quinque a Traiano attributa.*

---

**287** imp. Caesari divi Nervae f. Nervae | Traiano Aug. Germ. Dacico pontif. max., | trib. potes. VIII[1], imp. V[2], cos. V, p. p.

**287**[a] municipia | provinciae | Lusitaniae stipe | conlata quae opus | pontis perfecerunt: | Igaeditani | Lancienses Oppidani | Talori | Interannienses | Colarni | Lancienses Transcudani | Aravi | Meidubrigenses | Arabrigenses | Banienses | Paesures.

*In Hispania, in arcu triumphali qui extat medio in ponte fluminis Tagi, prope oppidum quod ab hoc ponte nomen traxit Alcantara (in fronte arcus extat adhuc N. 287, in parietibus olim legebatur saepius repetita N. 287a) (II 759. 760).* 1) *Dec. 103/104.* — 2) *Videtur numerus errore positus pro* IV; *certe ex diplomate quodam militari, quod referemus infra, apparet Traianum etiam d. 13 Mai. 105 dici voluisse imp. IV.*

---

**287**[b] imp. Nervae Traiano Caesari Augusto Germanico Dacico sacrum.

Templum in rupe Tagi superis et Caesare plenum,
Ars ubi materia vincitur ipsa sua,
Quis quali dederit voto, fortasse requiret
Cura viatorum, quos nova fama iuvat:
Ingentem vasta pontem qui mole peregit,
Sacra litaturo fecit honore[1] Lacer.

Pontem perpetui mansurum in saecula mundi
Fecit divina nobilis arte Lacer.
Qui pontem fecit Lacer, et nova templa dicavit
(Scilicet et superis munera sola litant[1]),
Idem Romuleis templum cum Caesare divis
Constituit; felix utraque causa sacri.

C. Iulius Lacer [*p.*] s. f. et dedicavit, amico Curio Lacone Igaeditano.

*In aedicula sita iuxta eum pontem, in quo est arcus cum titulo qui praecedit (II 761 ad exemplum quod ab Hispano aliquo accepit Accursius a. 1527). Duobus gemellis epigrammatis sacellum dedicatum est Traiano et divis imperatoribus (Mo.).* — 1) *Haec perplexe dicta explicare temptavit Huebner C. II l. c.*

---

**288**

| | | |
|---|---|---|
| | imp. Caes. Nervae | |
| Plotinae | Traiano Aug. Ger. | Mar[*c*]ia |
| August. | Dacico pont. max., tr. | nae[2] Aug. |
| | pot. IX[1], cos. V, d. d. | |

*Lunae olim (XI 1333, bis descripta saeculis superioribus).* — 1) *10 Dec. 104/5.* — 2) martianae *vel* matriane *traditur.*

---

**289** imp. Caesari | divi Nervae f. | Nervae Traiano | Aug. Germ. Daci|co pontifici max., | tribunic. potest. | XII[1], imp. VI[2], cos. V, p. p., | devictis Dacis[2] | Foroclaud. publ.

*Aime-en-Tarantaise, ubi fuit Forum Claudii Ceutronum Axima (XII 105).* — 1) *Dec. 107/8.* — 2) *Bellum Dacicum alterum ad finem perductum esse videtur paullo ante quam haec inscriptio incisa est, a. 107 (cf. Mommsen ad III 550).* — 2) *Imperator sextum reperitur Traianus appellatus iam in titulis anni 107 (VIII 9767. IX 36).*

**290** [*imp.*] Caesa[*r* | *divi*] Nervae f. N[*erva* | *T*]raianus A[*ug.*] | Germ. Dacic., | [*po*]nt. max., tr. pot. XIII[1], | imp. VI, cos. V, p. p., | aquam Traianam[2] | pecunia sua | in urbem perduxit | emptis locis | per latitud. p. XXX.

*In agro Romano non longe a Veiis rep. (VI 1260. XI 3793).* — 1) *Dec. 108/109.* — 2) *Aqua Traiana memoratur in nummo Traiani quintum consulis (a. 103—111) (Eckhel 6, 425). Cf. praeterea Iordan Top. I 1 p. 473.*

**291** V. | Imp. Caesar | divi Nervae f. | Nerva Traianus | Aug. Germ. Dacic., | pont. max., tr. pot. | XIII[1], imp. VI, cos. V, | p. p., | viam a Benevento | Brundisium pecun. | sua fecit.

*Beneventi, columna miliaria (IX 6003).* — 1) *10 Dec. 108/109.* — 2) *Testimonia veterum de hac via Traiana (ita enim appellatur in nummis) congessit Mommsen C. IX l. c.*

**292** s. p. q. R. | [*i*]mp. Caesari divi | Nervae f. Nervae | Traiano Augusto | Germanico Dacico, | pontif. max., tribunicia | potest. XVI[1], imp. VI, cos. VI[2], p. p., | optime de republica | merito domo forisque.

*Romae in foro Traiano repertae bases tres eodem titulo inscriptae, duae valde mutilae, una paene integra, cuius paucas lacunas supplevimus ex illis (VI 959).* — 1) *10 Dec. 111/112.* — 2) *A. 112.*

**293** [*imp. C*]aesar divi | [*Ne*]rvae f. Nerva | [*Tr*]aianus Optimus[1] | [*Au*]g. Germ. Dacic., pont. [*ma*]x., trib. pot. XVI[2], imp. VI, cos. VI[3], p. p., | [*pon*]tem novum a fundamentis | [*op*]era militum suorum et | pecunia sua | [*p*]rovinciae Africae fecit.

*In Africa prope Simitthu (Schemtû) in alveo Bagradae fluminis (VIII 10117 repperit Tissot).* — 1) *Offendit Optimi nomen ea ratione positum, quam tam nummi quam tituli ab anno demum 114 proponunt. Fortasse titulus conceptus a. 112 post intervallum incisus est eoque tempore interpolatus (Mo.).* — 2) *10 Dec. 111/112.* — 3) *A. 112.*

**294** senatus populusque Romanus | imp. Caesari divi Nervae f. Nervae | Traiano Aug. Germ. Dacico, pontif. | maximo, trib. pot. XVII, imp. VI, cos. VI p. p.[1] | ad declarandum, quantae altitudinis | mons et locus tantis operibus[2] sit egestus.[3]

*Romae in columna Traiani in foro Traiano adhuc superstite (VI 960).* — 1) *10 Dec. 112/113.* — 2) *Litterae* is ope *dudum perierunt, descriptae ab auctore veteris syllogae Einsidlensis (de qua cf. supra p. 28 not.);* tantis viribus *is qui descripsit saec. XIV, auctor syllogae Signorilianae, ex supplemento.* — 3) *Cf. Dio 68, 16 et ex recentioribus Becker top. p. 384, Iordan top. I 2 p. 454.*

**295** imp. Caesar divi Nervae f. | Nerva Traianus Optimus[1] Aug. | Germanicus Dacicus, pontif. max., | tribunic. potest. XVIII[2], imp. VII, cos. VI, p. p., | sacraria numinum vetustate collapsa a solo restituit.

*Romae (VI 962).* — 1) *Optimi appellationem recepit, et deinde ea tamquam proprio nomine usus est Traianus a. 114 (Eckhel 6, 430. 448); ut optimus princeps celebratur etiam antea (Eckhel 6, 418 seq.; C. VI 961).* — 2) *Dec. 113/114.*

**296** imp. Caesari divi Nervae filio | Nervae Traiano Optimo Aug. | Germanico Dacico, pontif. max., trib. | potest. XVIII[1], imp. VII, cos. VI, p. p., | fortissimo principi, senatus p. q. R.

*Beneventi in arcu qui extat, ab utraque parte legitur (IX 1558).* — 1) *Dec. 113/114.*

---

**297** imp. Caesari | divi Nervae f. | Nervae Traiano Op|timo Aug. Germ. Dacico | Parthico[1], pontif. max., trib. | pot. XVIII, imp. VII, cos. VI, | patri patriae, municipes.

*Cisimbrii in Baetica rep. (II 2097 descr. Huebner).* — 1) *Traiano Parthici cognomen publice impositum esse exeunte demum anno 115 vel etiam anno 116, ostendunt tituli qui sequuntur, factum id esse ante d. 29 Aug. 116 ostendunt nummi Alexandrini. Cf. Mommsen ap. Droysen Hellenism. III 2 ed. 2 p. 361 seq., item ad C. III S. 7086. Sed cum anno 114, quo hic titulus positus est, Traianus quam maxime rem gereret contra Parthos, non mirum est iam tum a nonnullis eum Parthicum dictum.*

---

**298**

| | | |
|---|---|---|
| Plotinae Aug., coniugi Aug. | imp. Caesari divi Nervae f. Nervae Traiano Optimo Aug. Germanic. Dacico, pont. max., tr. pot. XVIIII[1], imp. IX[2], cos. VI, p. p., providentissimo principi, senatus p. q. R., quod accessum Italiae, hoc etiam addito ex pecunia sua portu, tutiorem navigantibus reddiderit. | divae Marcianae Aug., sorori Aug. |

*Anconae in arcu qui extat (IX 5894).* — 1) *Dec. 114/115.* — 2) Imp. VIII *non repperi in titulis Traiani,* imp. IX *coniunctum tantum cum* trib. post. XIX *(lapis citatus a Borghesio opp. 5, 22 accuratius descriptus est C. X 6887).*

---

**299** imp. Caesar | divi Nervae f. | Nerva Traianus | Optimus Aug. Ger. | Dacicus, tribunic. | potest. XIX[1], imp. XI, | cos. VI, p. p., | faciundum | curavit.

*In ponte Metauri fluminis (Fabretti 398, 289 qui descripsit).* — 1) *Dec. 114/115.*

---

**300** imp. Caesari | divi Nervae [*f.* | *Nervae*][1] Traian. | Optimo Aug. Germ. | Dacic. Parthic.[2], pont. | max., trib. potest. XX[3], | imp. XII, cos. VI, patri patr., | cultores Iovis Heliopo|litani Berytenses qui | Puteolis consistunt.

*Neapoli (X 1634, descripsit saec. XVI Accursius).* — 1) f. Nervae *om. Acc.* — 2) *Cf. N. 297 not. 1.* — 3) *Dec. 115/116.*

---

**301** imp. Caesar divi Nervae f. Nerva Traianus Optim. | Aug. Germ. Dacic. Parthic., pontif. max., trib. po|testat. XX[1], imp. XIII, procos.[2], cos. VI, p. p., | equitibus et peditibus qui militaverunt | in alis duabus et coh. decem et septem | *(sequuntur sequebanturve nomina alarum duarum et cohortium decem et septem provinciae Germaniae superioris, quorum veteranis Traianus hac constitutione civitatem largitus est).*

*Wiesbaden, fragmentum tabellae aeneae utrimque scriptae (III p. 870 dipl. XXVII). Superest ex diplomate militari, qualia infra dabimus complura.* — 1) *A. 116*

*(d. Sept. 8, ut colligitur ex fine constitutionis servatae in altera parte tabellae). — 2) Proconsules appellari solitos esse imperatores, cum ab urbe abessent, adfirmat Dio 53, 17. Tituli docent id introductum esse demum a Traiano, viguisse autem etiam aetate Dionis (cf. Mo. Staatsr. II 755 not. 4). Anno 116 Traianus morabatur in Asia, occupatus bello Parthico.*

---

**302** imp. Caesari divi | Nervae fil. Nervae | Traiano Optimo | Aug. Germanico | Dacico Parthico, | pont. max., trib. pot. XXIII[1], | cos. VI, patri patriae, | senatus populusq. Rom[*anus*] | ob reciperatos agros et posses-s[*ores reductos*], | quos lacus Fucini violent[*ia exturbarat*].

*Avezzani ad lacum Fucinum rep. a. 1615, descripsit solus Phoebonius, auctor incorruptae fidei (IX 3915). — 1) Sic traditur, aperto errore (propter quem olim totum titulum ut ficticium damnarat Fabrettius); errorem illum ortum esse videri ex ea re quod in lapide fracto fuerit* TRIB · POT · XXI · IM*p... coniecit Mo. Cogitari potest etiam de errore fabrili, ut in N. 303.*

---

**303** imp. Caes. [*divi*] | Nervae f. Nerv'ae Traiano | Aug. Germ. Dac. | Part., pont. max., | trib. pot. XXIII[1], | imp. XVIII[1], cos. VI, | p. p., dec. dec. p. p.

*Thamugade (VIII 2356, vidit Wilmanns). — 1) Sic legitur in lapide, manifesto errore duplici.*

---

**304** imp. Caesari divi Nervae f. | divo Traiano Optumo | Aug. Germ. Dacico Parthico, | pontif. max., trib. potest. XXI, imp. | XIII, cos. VI, pater *(sic)* patriae, optumo | maxsumoque principi, con|servatori generis humani, | res publica Aratispitanorum | decrevit, divo dedicavit.

*In Andalusia loco dicto Cauche el viejo, ubi Aratispi fuisse ex hoc et aliis quibusdam titulis colligitur: descr. Huebner (II 2054 cf. suppl. p. 879).*

---

**305** Victoriae | Parthicae | Aug. sacr. | ex testamento | M. Anni M. f. Quir. | Martialis, mil. | ⟨leg. III⟩[1] Aug., duplic. | alae Pann., dec. al. | eiusdem, 7 ⟨leg. III⟩[1] Aug. | et XXX Ulpiae Victric., | missi honesta | missione ab imp. | Traiano Optimo | Aug. Ger. Dac. Parth., | sing. HS. VIII XX p. R. min.[2], | Annii M. lib. Protus | Hilarus Eros, | adiectis a se HS. III, | ponend. curaver. | idemq. dedicaver. | d. d.

*Thamugade, duae arae gemellae (VIII 2354). — 1) Vocabula* leg. III *leguntur in spatio depresso, scilicet erasa et postea restituta. Cf. de hac re titulos legionis tertiae Augustae quos dabimus infra inter militares. — 2) Singulas sestertium octo milibus, vicesima populi Romani minus. Scilicet caverat testamento M. Annius Martialis, ut ab heredibus suis ponerentur statuae duae Victoriae Parthicae Augusti, ex sestertium octo millibus quaeque, sed ex qua summa deduceretur vectigal vicesimae pro hereditatibus solvi debitum populo Romano.*

---

**306** [*e*]x. s. c. divi[*s Tr*]aiano Parthico et [*Plotinae* | *im*]p. Caes[*ar di*]vi Traiani Parthici [*f.*] divi N[*ervae nepos* | *Traia*]nus Hadrianus Aug. pont. m[*ax.* | *trib. pot.*] ... cos. III parentibus sui[*s*].

*Romae in foro Traiani, duo exempla eiusdem inscriptionis, quorum alterius frustula descripsit saec. XVI Silvester Peruzzi, alterius partem rep. a. 1700 descripsit*

*Henzen (VI 966 et p. 841). Pertinuit ad templum Traiani memoratum in vita Hadriani c. 19, cf. Iordan top. I 2 p. 464. — Extant nummi cum imaginibus hinc Hadriani, illinc Traiani et Plotinae consecratorum et inscriptione* Hadrianus Aug. cos. III p. p. divis parentibus *(Cohen² 2 p. 246).*

---

**307** M. Ul[*pio*] | Traian[*o*], | patr[*i*] | imp. Cae[*s.*] | Nervae [*Tra*]iani Au[*g. Ger.*] | Dac., po[*nt. max.*], tr. po[*t. . . . cos.*] | VI[1], p. p., . . . . .

*Cuicul Numidiae (VIII 8316). —* 1) *A. 112 seq. — Postea pater Traianus divus dictus est, testibus nummis (Eckhel 6, 435 seq.).*

---

**308** P. Aelio P. f. Serg.[1] Hadriano | cos.[2], VIIviro epulonum, sodali Augustali, leg. pro pr. imp. Nervae Traiani | Caesaris Aug. Germanici Dacici Pannoniae inferioris[2], praetori[3] eodemque | tempore leg. leg. I Minerviae p. f. bello Dacico, item trib. pleb.[3], quaestori[4] imperatoris | Traiani[5] et comiti expeditionis Dacicae[6], donis militaribus ab eo donato bis[7], trib. leg. II | Adiutricis p. f. item legionis V Macedonicae item legionis XXII primigeniae p. f.[8], seviro | turmae eq. R., praef. feriarum Latinarum, Xviro s. i[9]. |

ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ τῶν ἑξακοσίων καὶ ὁ | δῆμος ὁ Ἀθηναίων τὸν ἄρχοντα ἑαυτῶν | Ἀδριανόν[10].

*Athenis in theatro Dionysii, basis statuae eruta a. 1862 (III 550). — Titulus positus Hadriano nondum imperatori a. 112 (cf. not. 10). Iidem fere honores Hadriani enumerantur in vita eius c. 1—5. —* 1) *Sergia tribus fuit Italicensium ex Hispania, ex quibus oriundus erat Hadrianus (cf. Kubitschek imp. Romanum tributim descriptum p. 177). —* 2) *Consul suff. fuit Hadrianus a. 108 (cf. C. XIV 2242), legatus Pannoniae inferioris eodem ut videtur anno ante consulatum. —* 3) *Praetorem factum esse Hadrianum biographus (c. 3) tradit sub Surano (vel potius Sura) bis et Serviano iterum consulibus (a. 102), qui consules sine dubio errore positi sunt pro consulibus anni 107, Sura III et Senecione II, tribunum plebis a. 105; munus legati legionis idem memorat inter tribunatum et praeturam. Ex titulo videtur colligi posse munus legati Hadriano iniunctum esse etiamtum tribuno plebis (hoc indicari vocabulo* item *putat Mo.), certo colligitur legatum eum fuisse usque in praeturam. —* 4) *Quaestor fuit, teste biographo, a. 101. —* 5) *Ait biographus, orationem Traiani ab Hadriano quaestore in senatu pronuntiatam esse; id facere debuit Hadrianus utpote quaestor imperatoris (cf. Mo. Staatsr. II 555). —* 6) *Teste biographo post quaesturam acta senatus curavit et Traianum in bellum Dacicum (primum) comitatus est; titulus curam actorum senatus praetermittit, praeterea ostendit Hadrianum cum Traiano exiisse quaestorem etiamtum. —* 7) *Huc pertinere putat Mo., id quod narrat biographus, Hadrianum a Traiano bello Dacico locupletissime remuneratum esse. —* 8) *Ex tribus his tribunatibus legionariis biographus diserte memorat primum, indicat etiam reliquos, cum ait Hadrianum post tribunatum secundae Adiutricis legionis in inferiorem Moesiam, postea in Germaniam superiorem translatum esse — in Moesia enim inferiore tendebat legio quinta Macedonica, in Germania superiore legio vicesima secunda Primigenia. —* 9) *Seviratum et praefecturam non memorat biographus, memorat decemviratum stlitibus iudicandis (2, 2). —* 10) *Archon Athenis Hadrianus fuit a. 112 (Phlegon fr. 54, Mueller hist. Gr. fr. III p. 623).*

---

**309** s. p. q. R. | imp. Caesari, divi Traiani | Parthici f., divi Nervae nepoti | Traiano Hadriano Aug. pont. | max., tr[*ib.*] pot. II[1], cos. II, | qui primus omnium principum et | solus, remittendo sestertium novies | milies centena milia n. debitum fiscis, | non praesentes tantum cives suos sed | et posteros eorum praestitit hac | liberalitate securos[2].

*Romae in foro Traiani litteris olim aere expletis (VI 967): integra semel tantum descripta est ante saec. IX, quod exemplum servaverunt et codex monasterii Einsidlensis saec. IX et ex simili codice Poggius; particula reperta est a. 1812 quae extat.* — 1) *Tribuniciam potestatem secundam suscepit Hadrianus die IV idus Dec. 117, cos. II fuit a. 118.* — 2) *De hac liberalitate Hadriani, remissione pecuniarum fisco debitarum, testes sunt praeterea nummi aenei ap. Eckhel 6, 478, Dio 69, 8, vit. Hadr. 7, 6, Hieronymus ad a. Abr. 2134.*

---

**310** imp. Caesari | divi Traiani | Parthici fil., divi | Nervae nepoti, | Traiano Hadriano | Aug., pontif. maxim., | trib. pot. II, cos. III[1], | fratri Arvali.

*Romae rep. anno 1570 extra portam Portuensem, ubi fuit lucus fratrum Arvalium: semel descripta, deinde periit (VI 968). Eodem loco eodemque tempore prodierunt etiam aliae bases, imperatoribus positae non multum post adeptum imperium a fratribus Arvalibus, nempe Pii (VI 1000), M. Aurelii (infra N. 360), L. Veri (VI 1021), Septimii Severi (ib. n. 1026), Caracallae (ib. 1033), Gordiani (ib. 1093).* — 1) *Consul tertium Hadrianus fuit a. 119, tribunicia potestate II d. 10 Dec. 117/118. Alteruter igitur numerus corruptus sit necesse est.*

---

**311** ex s. c. collegium | augurum, auctore | imp. Caesare divi | Traiani Parthici f., | divi Nervae nepote, | Traiano Hadriano | Aug. pont. max., trib. | pot. V[1], cos. III, procos.[2], | terminos pomerii | restituendos curavit.

*Romae rep. in campo Martio ad ecclesiam S. Stephani vulgo dictam del Cacco (descripsit saec. XVIII R. Venuti, cf. Huelsen Herm. 22 p. 260). Gemelli lapides in aliis locis urbis Romae duo prodierunt (VI 1233 a b), quorum alter numeros quosdam in lateribus inscriptos habebat.* — 1) *Dec. 120/121.* — 2) *Cf. supra N. 301 not. 2.*

---

**312** imp. Caesari | divi Traiani Parthic. f., | divi Nervae nepot., | Traiano Hadriano | Aug. pont. max., tr. pot. V[1], | cos. III, | optimo maximoq. princ.[2], | decuriones | municipesq. Surrent., | pecunia conlata.

*Surrenti (X 676).* — 1) *Dec. 120/121.*

---

**313** imp. Caesar divi Traiani | Parthici f., divi Nervae nep., | Traianus Hadrianus Aug. | pontif. max., trib. potesta. XI[1], | cos. III, munificentia sua | templum deae Cuprae | restituit.

*In ora Piceni rep. prope vicum Grottamare, non ita multum a loco ubi fuit Cupra maritima (IX 5294).* — 1) *Dec. 126/127.*

---

**314** numini domus Augustor[*um*] | et imp. Caesari divi Traiani Parthic[*i fil.*] | divi Nervae nepoti Traiano Hadriano Au[*g.*] | pont. max., trib. pot. XIII[1] cos. III p. p., Sabinae Au[*g.*], | senatui populoq. Rom., col. Iul. Conc. Apamea | balineum Hadrianum ex p. public. dedicavit.

*Apameae Bithyniae rep.: vidit Domaszewski (III S. 6992).* — 1) *Dec. 128/129.*

---

**315** imp. Caesari divi Traiani | Parthici f., divi Nervae nep., | Traiano Hadriano Aug. p. m., | tr. p. XVI[1], cos. III, p. p., Olympio[2] ob | multa beneficia quae viritim | quae publice praestitit, resti|tutori coloniae suae, Troadenses | per legatos M. Servilium Tutilium | Paulum et L. Vedumnium Aulum.[3] | Τρῳαδέων.[4]

*Athenis rep. a. 1886 (III S. 7282). — 1) Dec. 131/2. Simul positae sunt Hadriano et Latinae dedicationes nonnullae et Graecae complures (C. I. Att. III 477 seq.). — 2) Olympius dictus Hadrianus passim in titulis Graeciae. — 3) Haec verba (inde a* per legatos*) diversa manu adiecta. — 4) Similiter in basi III S. 7281 posita a colonia Diensium in fine scriptum est: Διεστῶν.*

---

**316** imp. Caes. divi Traiani | Part. f., divi Nervae n., | Traianus Hadrianus Aug. | pont. max., trib. pot. XX[1], cos. III, p. p., | I. s. m. r.[2] statuam ex donis aureis | et arg. vetustate corruptis | fieri et consecrari iussit | ex auri p. III ∼[3] et arg. p. CCVI ≈

*Lanuvii rep., nunc Romae (XIV 2088). — 1) Dec. 135/136. — 2) Iunoni Sospiti matri reginae. — 3) Ex auri pondo (libris) tribus uncia una.*

---

**317** imp. Caesar divi Traiani | Parthici f. divi Nervae n. | Traianus Hadrianus | Aug. pontif. max., trib. pot. XX[1], | imp. II[2], cos. III, p. p., | augurato[*rium*] dilaps. | a solo pe[*c. sua restitu*]it.

*Romae, adhibita medio aevo in pavimento ecclesiae Lateranensis (VI 976 semel descripta saec. XVI). — 1) Dec. 135/136. — 2) Imperator iterum Hadrianus appellatus est sub finem demum imperii, certe post d. 15 Sept. 134 (III p. 878).*

---

**318** ...[*ob libe*]ralitates[1] pub[*lic.*][2] .... | [*imp. Caes. T*]raiani Hadria[*ni Aug.* | *pont. max., trib. pot.* X]X[3], cos. III, p. p., im[*p. II erg*]a prov[*inciam*] Hispaniam Baetica[*m, ex a. d.*] III id. Aug. Q. A[*quilio Nigro M.*] Rebilo Aproniano cos.[4], in a. [*d.* X]IIII k. Ian. [*L. Tutilio Luperco P. Calpu*]rnio Atiliano cos.[5]

*Tibure fragmenta duo, alterum rep. saeculo superiore, alterum a. 1887 (XIV 4235). — 1) Agitur de liberalitatibus collatis ab Hadriano in provinciam Hispaniam Baeticam, ex qua ipse oriundus erat, inde ab eo die quo imperium susceperat (v. not. 4) usque ad tempus praesens (cf. not. 5). — 2) Lapis admittit etiam* PVE . . ., *ut fuerit* pueris *et significetur institutio alimentaria. — 3) 10 Dec. 135/136. — 4) A. 117, quo anno a. d. III idus Aug. natalis imperii erat Hadriano, cf. vit. Hadr. c. 4. — 5) A. 135, quo anno d. 19 Dec. vel etiam 29 Dec. scriptus hic videtur titulus.*

---

**319** imp. Caes. | Traiano | Hadriano | Aug. p. p., trib. pot. | XXI, cos. III, imp. II[1], | L. Aelius Caes. fil.[2], | trib. potes., cos. II[3], | procos., XVvir | sacris faciund.

*Raab in Hungaria, ubi fuit Arrabona provinciae Pannoniae superioris (III 4366 ad exemplum Bongarsii factum a. 1585). — 1) Dec. 136/7. — 2) Est L. Ceionius Commodus, adoptatus ab Hadriano non in praetura, ut voluit auctor vitarum Hadr. c. 23 et Veri c. 3, sed in priore consulatu a. 136, indeque dictus L. Aelius Caesar, et mox ʻPannoniis dux ac rector impositus' (vit. Veri 3 cf. vit. Hadr. l. c.), non legati loco,*

*sed cum imperio proconsulari ad exemplum Tiberii et Germanici (cf. Borghesi opp. 8, 457; Mommsen l. c.).* — 3) *A. 137.*

---

**320** imp. | Caesari | Traiano | Hadriano | Aug. Iovi | Olympio, | conditori | col.[1]

*Parii Mysiae (alterum exemplum extat Priapi), descripserunt Kiepert et Mordtmann (III 374).* — 1) *Conditori coloniae, scilicet Parii, quae in nummis dicitur Hadr(iana), cf. Mommsen l. c.*

---

**321** Hadriano Sabinae
Augusto cos. III, p. p., Augustae
locupletatoribus municipii
ex d. d. publice.

*In ruderibus Gabiorum rep. (XIV 2799).*

---

**322** imp. Caesari divi Traiani Parthici filio divi | Nervae nepoti Traiano Hadriano Augusto | pont. max., trib. pot. XXII, imp. II, cos. III, p. p., et divae Sabinae[1], | imp. Caesar T. Aelius Hadrianus Antoninus Aug. Pius | pontifex max., tribun. potest. II, cos. II design. III[2], p. p., | parentibus suis.

*Romae 'in introitu castri S. Angeli', i. e. in mausoleo Hadriani sito ad pontem Aelium sive S. Petri, aliquoties descripta saeculo XIV et XV, ex quo tempore latet (VI 984). Est titulus primarius monumenti illius positus Hadriano uxorique ab Antonino Pio. In eodem monumento extiterunt tituli (praeter alios quorum memoria deperdita est) infra N. 329. 346. 349—352. 369. 383—385. 401. Vv. divisionem videtur servasse unus ex descriptoribus, Cyriacus.* — 1) *Apparet eo tempore, quo titulus positus est, nondum in divos relatum fuisse Hadrianum, Sabina iam consecrata, scilicet a marito.* — 2) *A. 139.*

---

**323** Sabinae Aug. | imp. Caes. Traiani | Hadriani Augusti, | divi Nervae nepotis, | divi Traiani Dac. Parth. f., d. d. | Felicitas Iulia Olisipo[1] | per | M. Gel[*l*]ium Rutilianum | et L. Iulium Avitum IIvir.

*Olisipone (Lisboa) saeculis superioribus aliquoties descripta (II 4992). Plane similis est titulus Hadriani eodem loco repertus, positus ut videtur anno 127 (II 186 cf. p. 692).* — 1) *Cf. Plin. h. n. 4, 117: municipum civium Romanorum Olisipo, Felicitas Iulia cognominatum.*

---

**324** Iulia Aug.[1], mater Augg. et castrorum, matronis[2] restituit.
Sabina Aug. matronis.

*Romae, servavit auctor is a quo pendet vetus codex Einsidlensis (cf. supra p. 28 not.) (VI 997).* — 1) *Iulia est Domna, mater Caracallae et Getae.* — 2) *Titulum pertinuisse ad conventum matronarum, qualem fuisse in Quirinali traditur (vit. Elag. 4), coniecit Mommsen Ber. d. sächs. Ges. d. W. 1850 p. 298.*

---

**325** Domitiae | Paulinae, sorori[1] | imp. Caes. Traiani Hadriani | Aug. p. p., | Fundani | d. d.

*Fundis (X 6220).* — 1) *Cf. vit. Hadr. 1, 2; Dio 69, 12. Praeterea eiusdem*

*Paulinae extant tituli Graece scripti, Cretensis ap. Halbherr Museo ital. di antich. class. 3, 1890 p. 669, Pamphylius Lebas-Waddington 1360.*

---

**326** Matidiae | Aug.[1] | Fel. Iul. Olisipo[2] | per | Q. Antonium | Gallum, | T. Marcium Marcianum | II vir.

*Olisipone (Lisboa) semel descripta saec. XVI (II 4993).* — 1) *Cf. N. 327 not. 2.* — 2) *Felicitas Iulia Olisipo cf. N. 323.*

---

**327** Matidiae | divae Marcianae | [*A*]ug.[1] nepti, divae | Matidiae Aug.[2] f., divae | Sabinae Aug. sorori, | imp. Antónini Aug. Pii | materterae[3], bule et civitas | Efesiórum, | c. a.[4] Successó lib. próc.

*Ephesi rep. (III S. 7123). Huic Matidiae, apud scriptores non memoratae, filiae Matidiae maioris et fortasse L. Vibii alicuius (cf. not. 2), praeterea positi sunt tituli Campani X 3833. 4744—4747, Vicetinus V 3111, Augustanus III 5807, et fortasse Lanuvinus VI 1007 et Dalmaticus III 2731. Stemma eius dedit Mommsen C. X p. 467.* — 1) *Soror Traiani, cf. N. 298.* — 2) *Est socrus Hadriani, memorata in vita eius c. 5, consecrata ab eo a. 119 (act. Arv. p. CLVIII cf. p. 88 Henzen), in cuius honorem habuit vel scripsit orationem, quae superest ex parte in lapide Tiburtino XIV 3579. Notandum est in titulis illis Campanis quamvis et ipsis positis diu post consecrationem Matidiae, eam non dici divam Augustam, sed tantum Augustam.* Sacerdotes divae Matidiae *feminae reperiuntur Arimini (XI 415) et Comi (V 5647). Maritum huius Matidiae fuisse aliquem L. Vibium Borghesius probare studuit ex titulo quem* L. Vibius Aug. l. Florus *posuit* Vibiis Sabiniano Matidiano Matidianae liberis *(VI 28804).* — 3) *Matertera Antonini dicitur Matidia, utpote soror Sabinae uxoris patris eius adoptivi; sane lege uxor adoptantis non fit mater adoptati (Mo. X p. 467), sed Hadrianus et Sabina parentes Antonini dicuntur etiam supra N. 322.* — 4) *Curam agente.*

---

**328** L. Aelio Caesari, | imp. Caes. Traiani | Hadriani Aug. pont. | max., trib. pot. XXI, | imp. II, cos. III, p. p., filio, | divi Traiani Parthici | nepoti, divi Nervae | pronepoti, trib. pot., | cos. II[1], pue[*r*]i et [*p*]uel|[*lae alimentari*].

*In oppido Umbriae S. Angelo in Vado, nunc Urbini (Orelli 829, mihi descr. Bormann).* — 1) *A. 137 cf. supra N. 319.*

---

**329** L. Aelio Caesari, | divi Hadriani Aug. | filio, cos. II.

*Romae in mausoleo Hadriani (cf. ad N. 322), descripta reperitur in vetere codice Einsidlensi, de quo supra p. 28 not., et denuo saec. XIV et XV (VI 985). — L. Aelium Caesarem, defunctum kal. Ianuariis a. 138, sepultum esse in monumento Hadriani legitur in vita Veri c. 11. Titulum positum esse post mortem et consecrationem Hadriani apparet.*

---

**330** [*C*]eion[*iae*], | L. Aeli Caes. f., | Plautiae, | Q. Servili | Pudentis[1], | d. d. p. p.

*In provincia Africa loco dicto Tukâber, ubi fuit municipium Tuccabor (Eph. ep. 5, 532).* — 1) *Ceionia Plautia filia fuit L. Aelii Caesaris, qui ante adoptionem Hadriani erat L. Ceionius Commodus, soror imperatoris Veri, unde in titulo urbano Graece scripto C. I. Gr. 5883 appellatur ἀδελφὴ αὐτοκρατόρων, scilicet per Verum etiam soror M. Aurelii. Maritus eius Q. Servilius Pudens fuit consul ord. a. 166.*

**331** imp. T. Aelio Caesari | Antonino, | imp. Traiani Hadriani Aug. | pontif. max., trib. pot. XXII, | imp. II, cos. III, p. p., filio, | divi Traiani Parthic. n., | divi Nervae pronepoti, | trib. potest., cos., | viatores qui Caesarib. | et cos. et pr. apparent et | h. u.[1]

*Romae olim in Capitolio (VI 988: descripserunt Knibbius auctor accuratus, aliique). Titulus positus a. 138 inter diem V kal. Martias, quo Antoninus ab Hadriano adoptatus est (v. Pii 4, 6) et VI idus Iulias, quo Hadrianus decessit (v. Hadr. 25, 6).* — 1) *Viatores qui Caesaribus et consulibus et praetoribus apparent et honore usi.*

---

**332** imp. Caesari | divi Hadriani f., | divi Traian. Parthic. n., | divi Nervae pron. | Tito Aelio | Hadriano Antonino | Aug. Pio pont. maximo, | tri. pot., cos.[1], Sipunt. | publice, d. d.

*Siponti (IX 697 integra semel tantum descripta).* — 1) *A. 138.*

---

**333** imp. Caesari | divi Hadriani | Aug. filio, divi | Traiani Parthici | nep. divi Nervae | pronepoti, Tito | Aelio Hadriano | Antonino Aug. Pio | trib. pot., cos. des. II[1], | scribae | armamentari | . . . . .

*Romae in museo Vaticano (VI 999).* — 1) *A. 138.*

---

**334** imp. Caesar divi Hadriani fil., divi Traiani Parthici nep., divi [*Nervae*] | pronepos T. Aelius Hadrianus Antoninus Aug. Pius pontif. max., trib. potes[*t. II, cos. II*[1],] thermas[2], in quarum exstructionem divos pater suus HS /xx\[3] polli[*citus erat*], | adiecta pecunia, quanta amplius desiderabatur, item marmoribus ad omnem o[*rnatum perfecit*].

*Ostiae rep., est Romae in museo Vaticano (XIV 98).* — 1) *Titulus positus videtur initio imperii Pii, cum spatium vix videatur sufficere vocabulo patris patriae, a Pio anno 139 recepto.* — 2) *Thermas Ostienses inter opera Pii recenset biographus eius c. 8.* — 3) *Sestertium vicies (centena millia).*

---

**335** imp. Caesari | divi Hadriani fil., | divi Traiani | Parthici nepoti, | divi Nervae pron., | T. Aelio Hadriano | Antonino Aug. Pio | patri patriae, | pontifici maximo, | trib. potes. II, cos. II[1], | collegium scabillarior. | quibus s. c. coire licet. | L. d. d. d.

*Puteolis rep., nunc Neapoli in museo (X 1642).* — 1) *A. 139.*

---

**336** imp. Caesar divi Hadriani fil., | divi Traiani Parthici nepos, | divi Nervae pronepos T. Aelius | Hadrianus Antoninus Aug. Pius | pont. max., trib. pot. II, cos. II | desig. III[1], p. p., opus pilarum[2], vi | maris conlapsum, a divo patre | suo promissum restituit.[3]

*Puteolis (X 1640).* — 1) *A. 139.* — 2) *De pilis portus Puteolani verba facit Seneca ep. 77, 1 cf. praeterea Iordan archäol. Zeitung 26, 1868 p. 95.* — 3) *Cf. mutilum titulum a colonis Puteolanis Antonino Pio positum X 1641.*

---

**337** imp. Caesar T. Aelius Hadrianus Antoninus | Aug. Pius cos. III[1], trib. pot. II[2], p. p., aquaeductum in novis Athenis coeptum a divo Hadriano patre suo | consummavit dedicavitque.

*Athenis (III 549). Cf. vit. Hadr. 20.* — 1) *A. 140.* — 2) *Requiritur* tr. pot. III.

---

**338** . . . . .[1] δι' ὅ, | φιλόθεε καὶ φιλάνθρωπε Καῖσαρ, κελεῦσαι δοθῆναί μοι τὰ ἀντίγραφα τῶν ὑπομνημάτων, ὡς καὶ ὁ θεὸς πατὴρ | συνεχώρησεν. |

Imp. Caes. T. Aelius Hadrianus Antoninus Augustus Pius Sextilio Acutiano. Sententiam divi patris mei, | si quid pro sententia dixit, describere tibi permitto. — Rescripsi. — Recog(novit) undevicensimus.[2] Ac(tum) VI idus April., Romae, Caes(are) | Antonino II et Praesente II cos.[3] |

Ἐσφραγίσθη ἐν Ῥώμῃ, πρὸ τριῶν νωνῶν Μαΐων αὐτοκράτορι Καίσαρι Τ. Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνείνῳ τὸ β' Γαίῳ Βρουττίῳ | Πραίσεντι τὸ β' ὑπάτοις.[4] Παρῆσαν Τ. Φλ. Μακρεῖνος Σιμωνᾶς, Λ. Ἀτάνιος Φλαούιος Δημοσθενιανός, Λ. Αἴ[λ]ιος Ἑρμογένης Αἰλια[νός], | Μ. Ἀντώνιος Κρίσπος, Λ. Λικίννιος Ἀλβεινιανός, Μ. Κοσκώνιος Καρικός, Τι. Κλαύδιος Ἄκτιος. |

Stasime, Dapeni, edite ex forma sententiam vel constitutionem.[5]

*Smyrnae, saepius descripta saec. XVII, post periit (III 411). — Hadrianus, sub finem vitae puto, nescio quid Smyrnaeis permiserat (fortasse ut ludos instituerunt, quod coniecit Boeckh); constitutionis ad hanc rem pertinentis exemplum ex commentariis principum, mandatu Smyrnaeorum, ab Antonino Pio postulat Sextilius Acutianus. Annuit Pius.* — 1) *Ex precatione Sextilii Acutiani quae praecedunt verba lacunis interrupta, omisi.* — 2) *In ipso rescripto reliqua scripta erant a scriba,* rescripsi *vocabulum manu imperatoris. Quae sequuntur pertinent ad recognitionem manus imperatoriae. Undevicensimi vocabulum obscurum est. Cf. Mommsen Berichte der sächs. Gesellsch. 1851 p. 374.* — 3) *8 Apr.,* 4) *5 Mai. 139.* — 5) *Stasimus et Daphnus officiales a commentariis imperatoriis fuisse putandi sunt.*

---

**339** imp. Caesari | divi Hadriani fil. | divi Traiani Parthic. nepoti | divi Nervae pronep. | T. Aelio Hadriano | Antonino Aug. Pio | pont. max., trib. pot. IIII[1], | cos. III, p. p., | domini navium Carthagi|nensium ex Africa.

*Romae, lapis allatus ex Portu ad ostia Tiberis (XIV 99, semel descripta saec. XV).* — 1) *Dec. 140/1.*

---

**340** imp. Caesari | divi Hadriani fil. | divi Traiani | Parthici nepoti | divi Nervae pronep. | T. Aelio Hadriano | Antonino Aug. Pio | pontif. max., trib. pot. V[1], | imp. II, cos. III, p. p., | constitutori sacri | certaminis [i]selastici[2], | socii lictores populares | denuntiatores Puteolani.[3]

*Amalfiae, origine sine dubio Puteolana (X 515, semel descripta saec. XVI sed accurate).* — 1) *Dec. 141/2.* — 2) selastici *traditur. Ἀγὼν εἰσελαστικὸς quinquennalis ab Antonino Pio constitutus in honorem Hadriani defuncti prope Puteolos saepius memoratur in titulis et a scriptoribus (vit. Hadr. 27, 3; cf. Mommsen C. X p. 183).* — 3) *Cf. Mommsen Staatsrecht I³ p. 356 et 392 n. 4.*

---

**341** s. p. q. R. | imp. Caesari T. Aelio Hadriano | Antonino Aug. Pio p. p., | pontif. max., trib. pot. VI[1], cos. III, optimo | maximoq. principi et cum summa | benignitate iustissimo, ob insignem erga | caerimonias publicas curam ac religionem.

*Romae (VI 1001).* — 1) *Dec. 142/3.*

---

**342** pro salute | imp. Antoni|ni Aug. Pii | et senati p(opuli) R(omani) | et Fuscini[1] leg(ati), | c. v., et leg(ionis) III | Aug(ustae) et auxi|lis eius, *C*|atius *sace*|rdos *Mau ris*[2] *d(e) s(ua) p(ecunia)* | *et locu(m) institu*|*it quos coli* | *sub Statiano*[3] *leg(ato) et Septi*|*minus au* . . . .

*Lambaesi (VIII 2637 partem vidit Wilmanns; ea quae inclinatis dedi aegre legit Renierus).* — 1) *Est L. Matuccius Fuscinus legatus pro praetore exercitus Africani a. 158 (VIII 2501. Eph. ep. 7, 764).* — 2) *Videntur intellegi dii Mauri saepius memorati in titulis Africanis.* — 3) *T. Caesernius Statius Quintius Statianus Memmius Macrinus legatus exercitus Africani a. 141, de quo vide titulum ipsi positum infra inter senatorios.*

---

**343** [*i*]mp. C[*aes. divi*] Had[*riani f.*], | divi N[*ervae*[1] *Trai*]aui P[*arth. nep.*] | divi Ne[*rvae pronep. T.*] Aelio [*Hadriano*] | Antonino [*Aug. Pio pont ma*]x., trib. po[*t. . ., cos. . ., p. p.,*] | rest[*itutori It*]aliae . . . .

*Bononiae (duo fragmenta quorum alterum periit, coniunxit et supplevit Rocchi, XI 805). Putant stetisse in arcu una cum titulis M. Caesaris (XI 806), L. Commodi (XI 807), Galeriae Faustinae (cuius frustulum esse volunt XI 808).* — 1) *Nerva dictus divus Traianus, contra usum, ut VIII 5351.*

---

**344** pro salute | imp. Caesaris Titi Aelii | Hadriani Antonini Aug. Pii p. p., et | M. Alli *(sic)* Aureli Caesaris n.[1], | Genio coloniae Puteolanorum, | Chrysanthus Aug. disp. a fruminto *(sic)* | Puteolis et Ostis.[2] | L. d. decurionum permissu.

*Puteolis rep., nunc Neapoli (XI 562).* — 1) *nostri.* — 2) *Cf. O. Hirschfeld Philol. 29, 1870 p. 77.*

---

**345** [*e*]x permissu . . . . . optimi maximique principis imp. Caes. | T. Aelii Hadria[*ni Antonini A*]ug. Pii . . . . [*Ge*]rmanici Dacici [*po*]nt. maximi, cos. IIII, t[*ribunicia*]e potesta[*t*] . . . . [*I*]I, p. p., pro[*cos.*], et M. Aelii [*Aurelii Veri Cae*]s. ceterorum[*q*]ue liberorum [*eius* . . . . | . . . . . *aquam magno u*]sui futuram thermis . . . . . | . . . . [*cir*]cuitum marm[*oribus*] . . . . | . . . . . it pra . . . . . . . | . . . . . . s et orn . . . . . . . . . . | . . . . . . . . . . . lus colonia con . . . . . . . . . . . | . . . . . . . . beneficiis eius au[*cta*] . . . . . . . . . . | . . . . . . . us Val . . . .

*Carthagine rep. fragmenta tabulae marmoreae complura, composuerunt Vernaz et Cagnat (Eph. ep. 7, 696). Valde offendit in hoc titulo quod Antonino dantur cognomina Germanici Dacici quae ille numquam gessit, sed Traiano propria. Tales cognominum permutationes vix umquam reperiuntur aetate meliore. Sed tamen reperiuntur cognomina Traiano propria translata in Hadrianum in titulo nuper reperto Lycosurae in Arcadia (ἀρχαιολ. δελτίον 1890 p. 45) hoc: αὐτοκράτορα Νέρουαν Τραιανὸν Ἁδριανὸν Σεβαστὸν Γερμανικὸν Δακικὸν Παρθικὸν ἄριστον, αὐτοκράτορος Νέρουα θεοῦ υἱωνὸν, Τραιανοῦ θεοῦ υἱὸν, εὐεργέτην καὶ σωτῆρα τῆς οἰκουμένης, ἡ πόλις ἡ τῶν Μεγαλοπολιτῶν τὸν αὑτῆς κτίστην; item reperitur Hadrianus ἄριστος appellatus in titulo Cretensi edito Museo ital. di ant. class. 3 p. 748.*

---

**346** imp. Caesari Tito Aelio | Hadriano Antonino | Aug. Pio pontifici max., | tribunic. pot. XXIIII, | imp. II, cos. IIII, p. p.

*Romae in mausoleo Hadriani, descripta reperitur in vetere codice Einsidlensi, de quo supra p. 28 not., et denuo saec. XIV et XV, quo exeunte periisse videtur (VI 986). Vv. divisionem videtur servasse Cyriacus. — Est titulus sepulcralis imperatoris Antonini Aug. Pii, omnes honores ei habitos recensens.*

---

**347** divo Antonino Aug. Pio | Antoninus Augustus et | Verus Augustus filii.

*Romae in basi columnae, exornata opere anaglypho ad consecrationem Antonini pertinente, rep. in campo Martio, est in hortis Vaticanis (VI 1004; Huebner ex. scr. ep. 294).*

---

**348** divo Antonino et[1] | divae Faustinae ex s. c.

*In foro Romano in epistylio aedis Antonini et Faustinae (postea in ecclesiam S. Laurentii conversae), litteris maximis (VI 1005; Huebner ex. scr. ep. 295).* — 1) *Haec videntur postea addita esse, cum antea aedes soli Faustinae dedicata fuisset.*

---

**349** divae Faustin[*a*]e Augustae imp. Caesaris T. Aelii Hadriani Antonini Aug. Pii pontif. maximi, trib. pot. IIII[1], cos. III, p. p.

*Romae in mausoleo Hadriani, (VI 987 servavit vetus codex Einsidlensis, de quo supra p. 28 not.). Est titulus sepulcralis Faustinae maioris.* — 1) *Dec. 140/1; et ait biographus Pii c. 6 tertio anno imperii sui (Iul. 140/141) Faustinam uxorem ei ereptam esse.*

---

**350** M. Aurelius Fulvus Antoninus, filius imp. Caesaris T. Aelii Hadriani Antonini Aug. Pii p. p.

**351** M. Galerius Aurelius Antoninus, filius imp. Caesaris Titi Aelii Hadriani Antonini Aug. Pii p. p.

*Romae in mausoleo Hadriani (VI 988. 989, servavit vetus codex Einsidlensis). Tituli sepulcrales duorum filiorum Antonini Pii, quorum mentio extat etiam in vita Pii c. 1, alterius memoria praeterea in nummo nescio cuius civitatis Graecae (Eckhel 7, 42; Cohen ed. 2 II 443) inscripto M. Γαλέριος Ἀντωνεῖνος αὐτοκράτορος Ἀντωνείνου υἱός.*

---

**352** Aurelia Fadilla[1], filia imp. Caesaris Titi Aelii Hadriani Antonini Augusti Pii p. p.

*Romae in mausoleo Hadriani (VI 990, servavit vetus codex Einsidlensis).* — 1) *Filia maior Antonini Pii, uxor Lamiae Silani vel potius Silvani (vit. Ant. 1), mortua ante annum 138 (vit. 3), sed postea, ut ex hoc titulo apparet, tumulo Hadriani inlata.*

*Concubina Antonini Pii videtur memorari VI, 8972.*

---

**353** M. Aelio Aurelio | Caes.[1] cos. II[2], fil. | imp. Antonini Aug. Pii | p. p., d. d. p.[3]

*Firmi Piceni (IX 5354).* — 1) *Ita plerumque appellatur in monumentis Italiae Marcus qui postea imperavit, cum provinciarum tituli plerique (ut etiam nummi civitatium Graecarum, cf. Eckhel 7, 69) ei addant cognomen Veri, quod habuit a patre naturali M. Annio Vero; ceterum etiam ubi inter testes recensetur senatusconsulti alicuius facti sub Pio (III S. 7060), est* M. Aelius imp. Titi Aeli [*Hadriani An*]tonini f. Pap. Aurelius Verus. — 2) *Consul fuit Marcus a. 140, iterum a. 145.* — 3) *Decreto decurionum publice.*

**354** M. Aelio Au|relio Vero | Caes., cos. II, | imp. Caes. T. Ae|l. Hadriani | Antonini Aug. | Pii p. p. f., d. d. p. p.[1]

*In provincia Africa loco dicto Sbitla, ubi fuit Sufetula (VIII 229).* — 1) *Decreto decurionum pecunia publica.*

---

**355** M. Aurelio Vero | Caesari, imp. Cae|saris Titi Aelii Ha|driani Antoni|ni Aug. Pii p. p. filio, | cos. II, | scaphari qui Romulae | negotiantur | d. s. p. d. d.

*Sevillae, ubi fuit colonia Iulia Romula Hispalis (II 1169 ad exemplum potissimum Accursii). Supra titulum et a latere sculptae erant scaphae. Titulus sine dubio positus una cum simili titulo Antonini Pii II 1168, in huius tribunicia potestate VIIII, id est inter 10 Dec. 145 et 146.*

---

**356** M. Aurelio Caesari, | [*i*]mp. Caesaris T. Aeli | Hadriani Antonini | [*A*]ug. Pii pont. max., trib. | [*p*]ot. XIIII[1], imp. II, cos. IIII, p. p., fil., | [*div*]i Hadriani nep., divi | [*Traia*]ni Parthici pronep., [*divi N*]ervae abnepoti, | [*tri*]b. pot. V[2], cos. II, | [*Hipp*]onenses | ex Africa.

*Romae rep. a. 1562 (VI 1010 descripserunt Manutius aliique).* — 1) *A. 151.* — 2) *Tribuniciam potestatem accepit M. Aurelius a. 147 (vel potius d. 10 Dec. 146), ut ex hoc multisque aliis titulis colligitur (cf. etiam vit. Marci 6, 6).*

---

**357** L. Aelio Aurelio | Commodo[1], | imperatoris Caesa|ris T. Aeli Hadri|ani Antonini | Aug. Pii p. p. f., | d. d. p. p.

*Thysdri in Africa (VIII 50).* — 1) *Ita appellabatur Lucius qui postea imperavit, filius L. Aelii Caesaris, postquam ab Antonino Pio adoptatus est, donec a Marco fratre una cum imperio accepit cognomen Veri. (Caesaris quoque tum demum nomen accepit, antea non nisi per abusum ita appellatus, V 6575).*

---

**358** L. Aelio Aurelio, Aug. f., Commodo, cos.[1], d. d.

*Emonae (Laibach) provinciae Pannoniae superioris (III 5845 semel descripta versibus non divisis).* — 1) *Consul fuit a. 154.*

---

**359**

imp. Caes. M.
Aurelio Anto
nino Aug., trib.
pot. XVI[1], cos. III,
divi Antonini f., divi
Hadriani nep., divi
Traiani Parthic. pro.,
divi Nervae abnepot.,
publice

d. d.[2]

imp. Caes. L. Au-
relio Vero Aug.,
trib. pot. II[1], cos. II,
divi Antonini f.,
divi Hadriani
nep., divi Traiani
Parthic. pron.,
divi Nervae ab-
nepoti
publice
d. d.

*Hydrunti (Otranto), tituli duo in eadem basi iuxta perscripti (IX 15. 16).* — 1) *10 Dec. 161/2.* — *Notat Mommsenus, M. Aurelium ideo non dici pontificem maximum, ne offenderetur collega.*

**360** imp. Caes. divi A[*ntonini*] | Pii fil., divi Had[*riani*] | nepoti, divi Tr[*aiani*] | Parthici prone[*poti*], | divi Nervae abnep[*oti*] M. Aelio Aurel[*io*] Antonino Aug. p. m., | trib. pot. XVII[1], cos. III, | fratri Arvali.

*Romae rep. una cum N. 310, nunc in museo Vaticano (VI 1012). —* 1) *A. 163.*

---

**361** imp. Caes. divi An|tonini Pii fil., divi | Hadriani nep., di|vi Traiani Parthi|ci pronep., divi Ner|vae abnepoti | L. Aurelio Vero Aug. | Armeniaco pont. | maximo[1], trib. pot. III[2], | [*imp. II, c*]os. II, d. d.

*Locris, hodie Gerace (X 17). —* 1) *Pontificis maximi honor Vero tribuitur in compluribus titulis provincialibus et in hoc Italico, sed civitatis Graecae, non recte (cf. Mo. Staatsr. II³ p. 1108). —* 2) *A. 163.*

---

**362** [*i*]mp. II Mar|cus Aureli|us Antonin|[*us*] Pius et imp. II | [*Lu*]cius Aureliu[*s Verus* . . .

*Deutz rep. in ruderibus castri Romani (Mommsen ann. soc. antiq. Rhenan. 68, 1880 p. 47 ad ectypum). Titulus positus inter annos 163 et 165 cum Marcus et Verus imperatores essent iterum. Soloecismos in hoc titulo scribendo commissos, praenomina Marci et Lucii perscripta, numerum II additum imperatoris vocabulo collocato ante nomina, M. Aurelium appellatum Pium (cf. infra N. 377 not. 1), notat Mo. l. c.*

---

**363** I. o. m., | pro salute | et reditu et | victoria imp. | duorum Aug., | T. Ael. Celsus | cum Petronia | Respecta coniug. | et T. Ael. Celsino filio | kal. Aug. dedici.[1] | Macrino et | Celso cos.[2] | v. l. m.[3]

*Aquinci (Budae) rep. a. 1816, nunc in museo Pestinensi, lapis ornatus anaglyphis (III 3432). —* 1) *Scr.* dedic. — 2) *A. 164. —* 3) *Respicit titulus ad bellum Armeniacum Marci et Veri, quamquam reditus pertinet ad Verum solum, neque is rediit nisi a. demum 166 (Mo).*

---

**364** Victoriae Aug. | Antonini et Veri, | M. Satrius Maior.

*Sub statua ahenea inaurata deae Victoriae scriptum in globo, cui insistit, rep. a. 1836 inter Cremonam et Mantuam (ibi fere ubi fuit Bedriacum), nunc in museo Berolinensi (V 4089).*

---

**365** Victoriae | Armeniacae Par|thicae Medicae | Augustorum | sacrum | civitas Siagita|na d. d. p. p.

*In provincia Africa loco dicto Gasr Essitt (VIII 965).*

---

**366** Iunoni Lucinae[1] | pro salute domus Augustorum, | imp. Caes. M. Aureli Antonini Aug. Armeniaci Parthici maximi[2] Medici[3], et Faustinae Aug. eius, et | imp. Caes. L. Aureli Veri Aug. Armeniaci Parthici maximi[2] Medici[3] et Lucillae Augustae eius[4], | liberorumque eorum | Fortunatus decurialium gerulorum dispensator aram cum base consecr. — *(In latere sinistro)* permissu | Maeci Rufi curat. aedium. — *(In latere dextro)* consecravit X. k. Sept. | [*Q. Ser*]vilio Pudente L. Fufidio Pollione cos.

*Romae (VI 360 bis vel ter descripta saec. XVI exeunte). —* 1) *Titulus positus propter puerperium Lucillae, quod celebratur etiam in nummis Lucillae, inscriptis* Iunoni Lucinae *et* Fecunditas *(Eckhel 7, 99). —* 2) *Testibus nummis Verus recepit*

*Armeniaci nomen 163, Marcus a. 164; similiter Parthicus maximus Marcus appellatur in nummis inde ab a. 166, Verus iam inde ab a. 165 (Eckhel 7, 72); cf. quae narrantur in vita Marci c. 9. Ceterum teste diplomate veterani dato d. 5 Mai. 167 (III p. 888) ipse Marcus Parthicus tantum, non Parthicus maximus appellari voluit* — 3) *Medici nomen receperunt anno 166, sed post mensem Mart. (eph. ep. 2 p. 462).* — 4) *Lucilla Marci filia Vero nupsit a. 164.*

---

**367** imp. Caes. | L. Aurelio | Vero Aug. Ar|men. Part. max. | Med. p. m., tr. p. V[*II*], | cos. III[1], | L. Alfenus Avi|tianus p. p.[2], tr. | coh. III vig., | XIII urb . . . . | . . . . . .

*Guadix in Andalusia, ubi fuit Acci (II 3399 descr. Huebner).* — 1) *Consul tertium Verus fuit a. 167, unde numerus tribuniciae potestatis suppletur.* — 2) *Primipilaris.*

---

**368** Concordiae | Augustor. | imp. Caes. M. Aureli Anto|nini Armeniac. Medic. Par|thic. maximi p. p.[1], et | imp. Caes. L. Aureli Veri Armeniaci | Medici Parthici maximi p. p.[1], | L. Gargilius Q. fil. Pap. Augustalis aed. | statuam, quam ob honorem | aed(ilitatis) super legitim(am) ex HS IIII mil. | num. pollicitus est, ampli[*ata*] | pec(unia) anno suo posuit dedicavitq.

*Cuicul (Djemila) Numidiae (VIII 8300, descripsit Delamare auctor accuratissimus).* — 1) *Patres patriae videntur appellati esse Marcus et Verus a. 166 (vit. Marci 9, 12), post mensem Martium (eph. ep. 2 p. 462), quamquam in nummis Verus numquam, Marcus ab anno demum 177 ita appellatur (Eckhel 7, 79).*

---

**369** imp. Caesari L. Aurelio | Vero Aug. Armeniac. Med. | Parthic. pontific., tribunic. | pot. VIIII, imp. V, cos. III, p. p.

*Romae in mausoleo Hadriani (cf. ad N. 322) descripta reperitur in vetere codice Einsidlensi (saec. IX) et denuo saec. XIV—XVI, quo periit (VI 991). Est titulus sepulcralis imperatoris Veri defuncti a. 169.*

---

**370** divo Vero Parth. max., fratri | imp. Caesaris M. Aureli Antonin. Aug. | Armeniac. Medic. Germ.[1] Parthic. max.[2], | tribunic. potestatis XXVI[3], imp. V, p. p., | cos. III, procos., | colonia Ulpia Traian. Aug. Dac. | Sarmizegetusa.

*Sarmizegetusae in Dacia (III 1450).* — 1) *Germanici nomen sumpsit Marcus a. 172 (Eckhel 7, 59 seq., cf. Dio 71, 3; vit. c. 12).* — 2) *Post mortem Veri Marcum non amplius voluisse appellari Armeniacum Parthicum Medicum indicat vit. c. 12, confirmant nummi (Eckhel 7, 88); inveniuntur tamen ea nomina etiam postea passim in titulis ei positis.* — 3) *A. 172.*

---

**371** [*imp. Caes. M. Aur. Antonino Aug. pont.*] max., trib. | [*pot. . . ., imp. . ., cos. . ., pro*|*c*]os. Armen. Med. [*Parth. max., divi*] | Antonini fil., divi [*Veri Parth. max. fra*|*t*]ri, divi Hadr. nep., divi [*Traiani Parth.*] | pronepoti, divi Nervae [*abnep., co*]|onia Ulp. Traian. Aug. Dac. | ancipiti periculo virtu|tib. restituta.

*Sarmizegetusae in Dacia: semel descripta saec. XVI a Verantio (Eph. 4, 188).*

**372** pro salute et | reditu imp. Anto|nini Aug., Faustinae | Aug., liberorumque | eorum, aram sanctae | Isdi *(sic)*, numini Sarapis, | sancto Silvano, Larib., | C. Pomponius | Turpilianus, | proc. ad oleum in Galbae[1] | Ostiae portus utriusque, d. d.

*Ostiae rep. (XIV 20). — Titulus positus a. 175, cum M. Aurelius cum uxore et filio (cf. vit. Comm. 2, 3) in Oriente degeret, ante mortem Faustinae.* — 1) *Supple:* horreis.

---

**373** imp. Caesari | M. Aurel. Antonino | Aug. Armen. Medic. Parth. | German. Sarmat.[1] maxim., | trib. potest. XXX[2], | imp. VIII, cos. III, p. p., | trib. leg. II Tr. fort.

*Alexandreae Aegypti (III S. 6578).* — 1) *Insere* pontif. *omissum a quadratario. Sarmaticus appellatus est Marcus a. 175 (Eckhel 7, 62).* — 2) *Dec. 175/6. — Titulus positus a tribunis legionis secundae Traianae Fortis, Alexandreae castra habentis, M. Aurelio, quem anno 176 post motum Cassianum in Aegyptum venisse rerum scriptores tradiderunt (Mo.).*

---

**374** s. p. q. R. imp. Caes. divi Antonini fil., divi Veri Parth. max. fratri, divi Hadriani nep., divi Traiani Parth. [*pro*]nep., divi Nervae abnep. M. Aurelio Antonino Aug. Germ. Sarm., pontif. maxim., tribunic. pot. XXX[1], imp. VIII, cos. III, p. p., quod omnes omnium ante se maximorum imperatorum glorias supergressus, bellicosissimis gentibus deletis aut subactis . . . . . . . . . .

*Romae in Capitolio, semel descripta ante saec. IX, quod exemplum servavit vetus codex Einsidlensis et ex simili codice Poggius (VI 1014).* — 1) *Dec. 175/6.*

---

**375** imp. Caesar M. Aurelius | Antoninus Aug. | Germanicus Sarmat. et | imp. Caesar L. Aurelius | Commodus Aug. | Germanicus Sarmatic.[1] | hos lapides constitui iusserunt[2] | propter controversias quae | inter mercatores et mancipes | ortae erant, uti finem | demonstrarent vectigali foriculiari[3] et[4] ansarii[5] | promercalium secundum | veterem legem semel dum-| taxat exigundo.

*Romae, olim in aedibus privatis, nunc in villa Albania nescio quo loco rep. (VI 1016 a). Similiter inscriptus lapis sed mutilus in fine, repertus est prope moenia urbis Romae pone basilicam Lateranensem (eph. 4, 787), alii duo descripti reperiuntur iam in codice Einsidlensi saeculi noni vel decimi, descripti alter 'in via Salaria', alter 'ante portam Flaminiam in via' (VI 1016 b. c.); unde verisimile fit alios similes lapides stetisse etiam ad alias vias circa urbem Romam. Lapides positi sunt inter annum 177, quo Commodus Augustus dictus est, et a. 180, quo Marcus decessit.* — 1) *In exemplo Lateranensi verba* et imp. Caesar L. Aurelius Commodus Aug. Germ. Sarm. *erasa sunt, idem fuisse in exemplo viae Salariae apparet ex apographo Einsidlensi, in utroque vocabulum* iusserunt *mutatum est in* iussit. *In exemplo autem portae Flaminiae vocabulis illis erasis substituta erant haec:* et M. Aurelius Severus Alexander Pius Felix Aug.*; videtur aliquis sub finem imperii Elagabali vel imperante Alexandro huic titulo formam dare voluisse constitutionis datae ab Elagabalo et Alexandro Augustis, quos simul per aliquod tempus imperasse docet N. 475 (Mo.).* — 2) maxime *addit exemplum portae Flaminiae.* — 3) foriculari *(pro* foriculiar-*) apographa Einsidlensia exemplorum illorum deperditorum.* — 4) te *lapis villae Albaniae, errore*

*quadratarii.* — 5) *De vectigali, quod foriculiarium appellatur, nihil praeterea compertum; ansarium memoratur in lapide reperto Romae ad ripam Tiberis (VI 8594)* quidquid usuarium *(i.e. usui ipsius emptoris destinatum)* invehitur, ansarium non debet.

---

**376** Pietati | Fortunae Primig., | votis susceptis, | salvis Augustis | M. Aurelio Antonino et | L. Aelio Aurelio */ / / / / / / / /*[1], | Fortunatus verna | disp. eorum | et Aurelia Restituta lib. | l. d. d. d. d. d. — *(In latere)* dedicatum | IV idus Aug. | imp. Commodo II | et Martio Vero I[*I*] | cos.[2]

*Praeneste (XIV 2856).* — 1) *Erasum Commodi nomen.* — 2) *10 Aug. 179.*

---

**377** divo Antonino Pio[1], | patri ⟨imp. Caes. M. Aureli | Commodi⟩[2] Anto|nini Aug. Germ. Sar|mat. pont. max., trib. | pot. V[3], imp. IIII, | cos. | III[4], p. p., d. d. p. p.

*Uzappae in Africa (Eph. ep. 5, 1180 bis descripta).* — 1) *Pius appellatur M. Aurelius tantum mortuus et consecratus (excepto titulo soloeco supra N. 362; Orell. 3771 est Antonini Pii, VIII 1548).* — 2) *Verba quae uncis inclusimus, in litura reposita sunt.* — 3) VI *alterum exemplum, fortasse recte (cf. N. 393 not. 4).* — 4) *Consul tertium fuit a. 181, quo anno titulus positus est.*

---

**378** divo Pio | M. Antonino | Aug., patri imp. | Caes. L. Aeli Au|reli Commodi | Pii Felicis Aug. | Sarm. Germ. max. | Britannici, p. p., | Augustales | pecunia sua | posuerunt.

*Ammaedarae (Hidra) in Africa (VIII 305).*

---

**379** Faustina[*e*] | Aug., | M. Aureli Caes., | publice | d. d.

*Tarenti (IX 234 aliquoties descripta saec. XVI).* — *Faustina iunior Augusta dicta est vivo patre, anno ut videtur 147 (cf. N. 380 et Eckhel 7, 77).*

---

**380** Faustinae | Aug., | imp. Caes. T. Aeli | Hadriani Antoni|ni Aug. Pii p. p., tr. p. X[1], | imp. II, cos. IIII, | filiae, | M. Aureli Caesaris | uxori.

*Tiferni Tiberini (Gori inscr. Etr. II p. 540; descripsit Bormann).* — 1) *Dec. 146/7.*

---

**381** Faustin[*a*]e Aug. | imp. Caes. M. Aureli | Antonin[*i*] Aug. Germa|nici, tr. [*po*]t. XXVII[1], | cos. I[*II*], p. p., | C. Laberiu[*s Q*]uartinus | cos., VII[*vi*]r epul.

*Ferentini (X 5824).* — 1) *Dec. 172/3.*

---

**382** divae Piae | Faustinae[1] | viator. q. | ab aer. Sat.[2]

*Romae rep. sub Capitolio (VI 1019).* — 1) *Piae cognomen primae Faustinae minori datum post consecrationem. Collegium aliquod ab ea et matre cognominatum appellatur in inscriptione nuper reperta (Röm. Mitth. 1887 p. 205)* collegium magnum arkarum divarum Faustinarum Matris et Piae. — 2) *De viatoribus quaestoris ab aerario Saturni cf. Mommsen Staatsr. I³ 360. Videntur constitisse eo ipso loco ubi hic titulus repertus est.*

---

**383** T. Aurelius Antoninus M. Aurelii Caesaris filius, imp. Antonini Augusti Pii p. p. nepos.

**384** T. Aelius Aurelius M. Aurelii Caesaris et Faustinae Aug. filius, mp. Antonini Augusti Pii [*p. p.*] nepos.

**385** Domitia Faustina[1], M. Aurelii Caesaris filia, imp. Antonini Augusti Pii p. p. neptis.

*Romae in mausoleo Hadriani (VI 993—995, servavit vetus codex Einsiedlensis). — Tituli sepulcrales liberorum M. Aurelii defunctorum vivo Antonino Pio, patre nondum Augusto. —* 1) *Faustina, de cuius aegrotatione Marcus Caesar queritur et respondet Fronto (ep. ad M. Caes. p. 72 ed. Naber) non haec videtur fuisse sed soror eius Annia Galeria Aurelia Faustina (Dittenberger archäol. Zeitung 36, 1878 p. 103).*

---

**386** M. Annio Vero, | imp. Caesari[s] | M. Aurel[*i*] An|tonini Aug. | Armeniaci | Medici Parthi|ci maximi et | Faustinae Aug. | filio, d. d. p. p.

*Sufetulae in prov. Byzacena (Eph. epigr. 5, 1321). — Natus est hic filius M. Aurelii anno 163, Caesar dictus a. 166 (ante cuius anni finem titulus positus sit oportet), mortuus septennis (vit. Marci 21, cf. Eckhel 7, 82).*

---

**387** Vibiae Aureliae Sabinae[1], d. Marci Aug. f., Heliodorus lib. et proc. p. u.[2]

*Romae (nunc Florentiae) sub statua mulieris (VI 1020). —* 1) *De hac Sabina Marci Aurelii filia cf. ad C. VIII 5327. Aurelia Vibia Sabina dicitur in titulo servi II 133. —* 2) *Procurator portus utriusque.*

---

**388** Vibiae Au|relliae, di|vi M. f., divi | Severi sor.[1] | Sabinae, | patronae | municipii | decurio[*n.* | *decreto p. p.*].

*Calamae (Guelma) in Numidia (VIII 5328 cf. p. 962). —* 1) *Soror Severi fuit Vibia Sabina, ex quo hic filius divi Marci voluit (cf. ad N. 418).*

---

**389** [*L.*] Aurelio | [*C*]ommodo Caes. | Germanico[1], | [*im*]p. M. Aureli Antonini | Aug. Parthic. German. | [*p*]ontif. maxim. p. p., fil., | d. d. p. p.

*Minturnis (Traetto) (X 6001). —* 1) *Caesar dictus est Commodus a. 166, Germanicus a. 172 (vit. 11). Titulus videtur positus ante finem a. 175, quo et ipse et pater Sarmatici dicti sunt.*

---

**390** [*imp. Caes.* | *L. Aur. Commodo*[1]] | Aug. | [*Germ. Sarm.*][1], | imp. Antonini | Aug. [*f.*], | res publ. | Siscianor.

*Sisciae (III 3968). —* 1) *Rasura perierunt, ut vidit Mommsen, nomina Commodi. Positus est titulus Commodo Augusto ante mortem patris, id est inter annos 177 et 180.*

---

**391** Victoriae | imp. Caesaris Commodi | Antonini Aug. Pii Felicis | Tyrrhenus lib., proc. reg. | Thevestinae item | Pannoniae superioris, | voto suscepto.

*Romae (VI 790 descripsit saec. XVIII Maffeius).*

---

**392** pro salute imp. | M. Aureli Commodi | Antonini Aug.[1] | Pii Felicis[2], | Libero patri | Commodiano | sacrum, | Iunia Marciane | ex voto fecit.

*In Portu Romano rep. (XIV 30). —* 1) *Etiam in nummis paullo post mortem patris Commodus desiit vocari L. Aurelius Commodus, coepit vocari M. Commodus Antoninus (Eckhel 7, 109. 135). Sub finem vitae rursus vocari voluit L. Aelius*

*Aurelius Commodus (cf. infra N. 400. 401. 405). — 2) Pius appellatur Commodus in nummis ab a. 183, Felix ab anno 185 (Eckhel 7, 111. 114); cf. etiam vit. Comm. 8.*

---

**393** imp. Caes. | M. Aurelius | Commodus[1] | Antoninus | Aug. Pius Sarm. | Germ. maximus[2] | Brittannicus[3] | pont. max., trib. | pot. VIIII[4], imp. VI, | cos. IIII, p. p., | pontem Hippi flumi|nis vetustate cor|ruptum restituit, | sumptum et operas | subministrantibus | Novensibus Delmi|nensibus Riditis, cu|rante et dedicante | L. Iunio Rufino Procu|liano leg. pr. pr.

*In Dalmatia rep. in dextra Cetlinae ripa (III 3202). — 1) Vocabulum erasum, sed legitur. — 2) Post mortem patris Commodus in titulis accurate scriptis (ut infra N. 400. 401) appellatur non Germanicus Sarmaticus, sed Sarmaticus Germanicus, addito ad Germanici nomen maximi vocabulo (Mommsen eph. ep. 2, 1001). — 3) Britannicus videtur Commodus appellatus esse a. 184 (Eckhel 7, 112). — 4) Tribunicia potestas Commodi plerumque, et certe iam a. 178, computata est ac si eam accepisset d. 27 Nov. 176 (quo die imperator appellatus est, vit. Comm. 12, cum re vera tribuniciam potestatem acceperit anno demum 177, cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 801 not. 2), ut trib. pot. VIIII fuerit anno 184 (vel potius 10 Dec. 183/184).*

---

**394** imp. Caes. M. Aurel. Anto|nino Aug. [*Commodo*] Ger|ma. Sarm. max., trib. pot., | imp. VII, cos. IIII[1], p. p., vexill. | leg. XV Apoll. sub Caelio Cal|vino leg. Aug. pr. pr., curam | agente Licinio Saturnino trib., | et Aurel. *Labrase[2] Ͻ[3] leg. eiusdem.

*In Armenia maiore rep. prope Edschmiadzin loco dicto Vagharschaput (olim Valarsapa, teste Mose Chorenensi): edidit Bartholomaei dux copiarum Russicarum (inde III 6052). — 1) Imperator septimum Commodus dictus est a. 184, octavum a. 186 (Eckhel 7, 112. 116), consul quartum fuit a. 183, quintum a. 186; unde apparet titulum positum esse a. 184 aut 185. — 2) Nomen corruptum. — 3) Centurione.*

---

**395** imp. Caes. M. [*Aur. Commodus An*]|toninus Aug. Pius Sar[*mat. Germ.*] | Brit. pont. max., trib. pot. X[1], [*imp. VII*] | cos. IIII, p. p., ripam omnem bu[*rgis*] | a solo extructis, item praes[*i*]|dis per loca opportuna ad | clandestinos latrunculo|rum transitus oppositis, | munivit per ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! orm ! ! ! ! ! ![2]

*In Pannonia ad Danuvium non longe ab Aquinco rep. (III 3385). Duorum aliorum exemplorum eiusdem inscriptionis fragmenta prodierunt in eodem limite, ab Aquinco meridiem versus, ad vicum Duna-Pentele (ubi fuit Intercisa) (Domaszewski arch. ep. Mitth. 13 p. 141). — 1) A. 185. — 2) Erasum nomen legati. Eum Borghesius putavit alterum ex Perennis praefecti praetorio occisi circa a. 185 filiis, quibus exercitus Illyrici a Commodo traditos esse narrat Herodianus 1, 9.*

---

**396** imp. Caesar M. Aurel. Commodus | Antoninus Aug. P. Germanicu[*s*] Sarmaticus Brittanicus | maximus, securitati provincialium suorum consulens, | turres novas instituit et veteres refecit oper[*a*] militum | [*s*]uorum, | curante Cl. Perpetuo proc. suo.

*In Mauretania prope Auziam rep. (Eph. ep. 5, 952. 7, 491 vidit Purgold).*

**397** imp. Caesar M. Aurelius Commod. | Antoninus Pius Felix Aug. Sar|maticus[1] maximus Brittanicus | pontifex maximus, tr. potes|tatis XI[2], imp. VIII, cos. V, p. p., divi | M. Antonini Pii filius, divi Pii nepos, | divi Hadriani pronepos, divi | Traiani Partichi *(sic)* abnepos, divi Ner|vae adnepos, nobilissimus om|ni[*u*]m[3] et felicissimus princip., | restituit |. VII.

*In Numidia, columna miliaria viae Cirta Rusicade ducentis (VIII 10307, descripsit accurate Delamarius).* — 1) *Insere* Germanicus. — 2) *Dec. 185/6.* — 3) Nobilitas Aug. *celebratur in nummis huius ipsius anni 186, item anno insequente (Eckhel 7, 116. 119).*

---

**398** I. o. m. | Heliopolitano | *Κομμόδῳ* | *ἀνδρὶ βα[σι]λικ[ωτάτῳ]* | *ἀσπιστῇ [τῆς]* | *οἰκουμ[ένης]*. | Imp. Caes. M. Aur. Commodo | Antonino Pio [*Felici Aug.*] | Sarm. Germanic[*o*] | trib. pot. X[*I*], imp. [*VIII, cos. V, p. p.*], | M. Antonius M. f. Gai . . . . A CL AVG QVI'' C·I EC VS[1] | cistiber.[2] Dedic. u. c. [*a. DCCCC*]XXXIX[3], | imp. Commodo [*Antoni*]no Pio | Felice Aug. V, M'. Acil. Gla[*brione*] | II, cos.[4] | III, k. Dec.[5]

*Romae in museo Capitolino columella valde detrita (VI 420 descripsit Bormann). — Titulus dedicatus Iovi Heliopolitano et imperatori; hoc mirum, imperatoris nomen bis poni, Graece et Latine.* — 1) *Haec nimis evanida quam ut legi potuerint.* — 2) *Fuit hic ex numero Cistiberum quos memorat Pomponius Dig. 1, 2, 2, 33. Cf. Hirschfeld Herm. 24 p. 106. Fortasse eiusdem M. Antonii Gai . . . titulus sepulcralis est ap. Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. 1512 (Ἐνθάδε Γαιωνᾶς, ὃς κίστιβερ ἦν ποτε Ῥώμης . . . . κεῖμαι cet.).* — 3) *Urbis conditae anno 939 (aer. Varr.).* — 4) *Consules sunt anni p. C. 186.* — 5) *Basis dedicata biduo post diem quo ante decem annos Commodus imperator appellatus erat (vit. Comm. 2) (Mo.).*

---

**399** pro salute | imp. Caes. M. Aureli | Commodi Antonini Aug. Pii Sarm. Ger. | Britt. Fel., p. p., pont. max., tr. p. XII[1], imp. VII[2], | cos. V, munus gladiat(orium) et venat(ionem) vari gen(eris) | dentatar(um) ferar(um) et mansuet(arum), item herbat(icarum), | M. Cosinius M. f. Quir. Celerinus | in col(onia) Vener(ia) Rusicade de sua pec(unia) | promisit, edidit.

*Rusicade in ora Numidiae, hodie Philippeville (VIII 7969 cf. eph. ep. 5, 906 viderunt Wilmanns et Schmidt).* — 1) *Dec. 186/7.* — 2) *Sic lapis; requiritur* VIII.

---

**400** imp. Caes. L. Aelio Aurelio Commodo Aug. Sa[*rmatico*][1] Germanico maximo Brittannico [*p*]aca[*t*]or[*i*][2] orbis felici invicto Romano Herculi[3], pontifici maximo, tribuniciae potestatis X[*V*]III[4], imp. VIII, cos. VII, patri patriae, omnium virtutum exsuperant., ordo decurionum Commodianor. *IIIC C. Papi Capitonis [*et L.*] Volcei Max.

*Trebae Augustae (Trevi ad Anienem), semel descripta saeculo XVII (XIV 3449).* — 1) Sanniti, 2) acapori *apographum.* — 3) *Ita appellabatur Commodus sub finem vitae a. 192. Cf. initium epistulae apud Dionem 72, 15 αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Αἴλιος Αὐρήλιος Κόμμοδος Αὔγουστος, εὐσεβής, εὐτυχής, Σαρματικός, Γερμανικὸς μέγιστος, Βρεττανικός, εἰρηνοποιὸς τῆς οἰκουμένης, ἀνίκητος, Ῥωμαῖος Ἡρακλῆς, ἀρχιερεύς, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ὀκτωκαιδέκατον, αὐτοκράτωρ τὸ ὄγδοον, ὕπατος τὸ ἕβδομον, πατὴρ πατρίδος, ὑπάτοις, στρατηγοῖς, δημαρχικοῖς (scr. δημάρχοις), γερουσίᾳ Κομμοδιανῇ εὐτυχεῖ χαίρειν.* — 4) *10/31 Dec. 192* (XIII *traditur).*

**401** imperatori Caesari divi Marci Antonini Pii Germanici | Sarmatici filio, divi Pii nepoti, divi Hadriani pronepoti, | divi Traiani Parthici abnepoti, divi Nervae adnepoti | L. Aelio Aurelio Commodo Augusto Sarmatico | Germanico maximo Brittanico[1] pontifici maximo, tribuniciae | potestat. XVIII, imperat. VIII, consuli VII, patri patriae.

*Romae in mausoleo Hadriani (cf. ad N. 322), descripta reperitur in vetere codice Einsidlensi (saec. IX) et postea saec. XIV—XVI; postea periit (VI 992). — Est titulus sepulcralis Commodi, interfecti a. 192 nocte quae kal. Ianuarias praecessit; corpus eius monumento Hadriani inlatum esse iussu Pertinacis ait biographus Commodi 17, 4. —* 1) *Adsunt agnomina ex bellis victoriisque derivata; nomina pacatoris orbis, Felicis, Invicti, Romani Herculis, quae Commodus vel primus vel solus sibi tribuit, omissa.*

---

**402** ⟨divo Comm[*odo*]⟩[1] | M. Valerius Maximianus[2] leg. [*Aug. pr. pr.*] | d. d.

*Verecundae (prope Lambaesim) rep. (VIII 4212). —* 1) *Commodi nomen scriptum est in spatio depresso, scilicet primum erasum (post mortem Commodi), postea restitutum (cum Severus Commodum consecrasset fratremque nuncupasset) addito divi vocabulo. —* 2) *Legatus Numidiae fuit sub Commodo (Eph. 5, 763).*

---

**403** divo Commodo | Aug. pontif. max., trib. | pot., cos., d. d.

*In Campania, Abellini ut videtur (X 1116 ad apographum Smetii).*

---

**404** divo Commodo | fratri | imp. Caes. L. Septimi | Severi Pii | Pertinacis Aug., | praepositus Crescens, | scribae Fortunatianus, | Felicianus, Quintio, | Eutyches, Philumenus.

*Romae (VI 1025, descr. Smetius).*

---

**405** Crispinae | Aug. | ⟨imp. Caes. | L. Aeli Au|reli Com|modi Aug. coniugi⟩[1], | d. d. p. p.

*Thamugadi Numidiae (VIII 2366). Titulus positus ante a. 183, quo Crispina in exilium acta et mox interfecta est. —* 1) *Quae uncis ⟨⟩ inclusi, in litura reposita sunt. Videtur autem scriptor reposuisse non ea nomina quibus Commodus usus erat cum titulus positus est, sed ea quibus usus est sub finem vitae.*

---

**406** Marciae Aurel. | Ceioniae Deme|triadi[1], stolatae | feminae[2], ob dedicationem | thermarum, quas post mul|tum temporis ad pristinam | faciem suis sumptibus restau|raverunt[3], s. p. q. Anagnin. | statuam ponendam censuerunt; | o[*b*] cuius dedicationim *(sic)* dedit decuri|onibus X V[4], sivir. *(sic)* X II, popul. X sing., | et epulum sufficiens omnib.

*Anagniae (X 5918). Una extat similis titulus M. Aurelii Sabiniani Augustorum duorum liberti (X 5917). —* 1) *Probabiliter coniecit Mommsen hanc esse Marciam concubinam Commodi, quae postea interficiendum eum curavit (Dio 72, 4; 22. vit Comm. 8. 11. 17. vit. Pert. 5), eam enim libertini generis fuisse narrat epitome Victoris 17, haec autem filia videtur fuisse Sabiniani Augustorum duorum liberti cuius titulus gemellus una extat. —* 2) *De stolatae feminae appellatione cf. Marquardt Privatleben ed. 2 p. 575. —* 3) *Thermas restauraverunt Marcia et is cuius titulus iuxta stabat Sabinianus. —* 4) *Denarios quinos.*

**407** I. o. m. | et Marti | custodi | P. Helvius | Pertinax | praef.[1]

*Sirmii (Mitrovič) ter descripta (III 3232). Teste biographo c. 1. 2 Pertinax post relictum munus grammatici primum centurio, deinde praefectus cohortis factus est, mox alam rexit. In altera utra harum praefecturarum hunc titulum posuisse putandus est. — Praeterea extat mentio Pertinacis nondum imperatoris in titulo Apulensi arch. ep. Mitth. 9 p. 246 (= III S. 7751), scilicet ut consularis Daciae (cf. vit 2, 11).*

---

**408** imp. Cae[*sari*] | P. Helv. Pert[*inaci*][1] | principi sen[*atus*][2] | cos. II[3], p. p., [*c. D.*][4] | dedicavit.

*Dertosae (Tortosa) in Hispania, semel descr. saec. XVI (II 4128).* — 1) Peri, 2) sene *apographum. Etiam Dione 73, 5 teste Pertinax πρόκριτος τῆς γερουσίας κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐπωνομάσθη.* — 3) *Consul iterum Pertinax fuit a. 192 cum Commodo septimum.* — 4) *Colonia Dertosa (suppl. Hue.).*

---

**409** imp. Caes. P. Helvio | Pertinaci Aug. | cos. II, pontifici | maximo, trib. pot., | p. p., principi sen., | fortissimo duci | et omnium vir|tu[*t*]uum principi, | Capenates foeder.[1], | pr.[2] C. Licinio Sperando. *(In latere)* dedicata XIII kal. April. | cur. P. Sextilio Prospecto | et L. Mucio Muciano | qq., | Falcone et Claro cos.[3] |

*In agro Capenate rep., est Romae (XI 3873).* — 1) *Foederati.* — 2) *Praetore (cf. XI 3876 a).* — 3) *Consules sunt a. 193. Dedicata est basis sex diebus ante caedem Pertinacis.*

---

**410** pro salute imp. Caes. | P. Helvi Pertinacis[1] | Aug. p. p., pontif. max., | trib. potestat., cos. II, | P. Hel. Pertinacis Caes.[2] | et Fl. Titianae August. | Oceanus ser. verna | dispen[*s.*] à frumento.[3]

*Metz rep. a. 1749, postea Argentorati, ubi periit a. 1870, ara ornata Apollinis et Mercurii imaginibus (Renier mélanges d'épigraphie p. 172; Robert épigraphie de la Moselle I p. 62 II p. 13 tab. V fig. 3, uterque de visu, hic praeterea adhibito ectypo chartaceo).* — 1) *Verba* P. Helvi Pertinacis *Renierus ait legi in litura; idque ita explicat ut Pertinacis nomen iussu Albini deletum sit, postea iussu Severi restitutum.* — 2) *Pertinacem Caesaris et Augustae vocabula a senatu filio uxorique decreta recusasse tradunt biographus c. 5, 4. 6, 9 et Dio 73, 7; in provinciis tamen fuisse qui hanc modestiam imperatoris vel nescirent vel non curarent, testes sunt nummi aliquot (Sallet Zeitschr. f. Num. 1, 314; Cohen² 3 p. 397).* — 3) *Verba* dispens. a frumento *nec Renier nec Robert viderunt, addita sunt ex Schoepflini Alsat. ill. I p. 586.*

---

**411** divo Pertinaci | Aug. patri[1] | L. Scantius L. fil. Quir. | Iulianus, eq. pub. | exornatus, statuam, | quam promisit | ex reditibus lo|corum ampithe|atri diei muneris, | quem[2] de libera|litate sua ob ho|norem IIIvira|tus[3] edidit, dedit.

*Cirtae (Constantinae) (VIII 6995).* — 1) *Patrem putat Mommsenus (VIII l. c.) dici divum Pertinacem Augustum ad exemplum Martis patris, Summani patris similiumque numinum, Augusti patrem eum dici putat Renierus (mélanges d'épigraphie p. 183), nempe Severi, qui, cum Pertinacem se dici voluisset, potest ansam dedisse quibusdam provincialibus credendi voluisse se dici filium divi Pertinacis, ut re vera*

*postea dici voluit filius M. Antonini. Conferendi sunt nummi Pertinacis consecrati, in quibus dicitur* divus Pert. Pius pater *(Eckhel 7, 144).* — 2) *Scribendum* quod.

---

**412** [*M. Didio ... Sev*]ero[1] Iuliano
[*cos., procos.*] Africae, leg. Aug.
[*pro pr. prov. P*]onti et Bithyniae,
[*item German*]iae, Dalmatiae, Belgica[*e*],
[*leg. provinciaru*]m Africae et Ac[*h*]aiae, praetor[*i*]
[*aedili, quaes*]t[*o*]ri consulum, tribuno leg.
...[*Xviro stl. iud*]icandis, sodali Antoni[*ni*]ano
...... praesidi patrono
............g. Bisica Lucana[2] ex Africa.

*Romae, semel descripta saec. XVII (VI 1401). Est titulus positus Didio Iuliano paullo antequam imperator factus est a. 193. Iidem honores Didii Iuliani enumerantur in vita eius c. 1. 2, praeter legationes quibus eum functum esse sub proconsulibus Africae et Achaiae ex tituli v. 5 colligitur, et tribunatum legionis (v. 6), et sacerdotium (v. 7); contra abest a titulo cura alimentorum, item abfuit ut videtur legatio legionis vicesimae secundae, tributae Didio Iuliano a biographo.* — 1) *Severi cognomen in Iuliano testantur tam nummi quam biographus c. 7.* — 2) *De civitate Africae Bisica Lucana cf. C. VIII p. 169. 938.*

---

**413** [*imp. Caes.* | *L. Septimio S*]eve[*ro Pert*]inaci Aug. | [*pont*]if. max., trib. | [*pot*]est., cos. des. II[1], p. p., | [*ci*]vitas Ucres d. d. | p. p. fecit et dedic., anno | Corneli Anullini[2] procos. | c. v. et Valeri Festi leg. eius.

*Prope Carthaginem rep., est Havniae (VIII 1170 p. 931).* — 1) *A. 193.* — 2) *Notus dux Severi, cuius titulum dabimus infra.*

---

**414** *(cornua copiae duo)* Fortunae | domesticae san|ctae, ara pro salute | et reditu L. Septimi | Severi Pertinacis | Aug. [*et D. Clodi*] Septi|[*mi Albini Caesaris*][1], | L. Valerius Frontinus, | ♈ coh. II vigil.[2], sua pecunia | posuit cum suis. | A. l. et v. f. i.[3] | Fl. Iulianus cen. | cor. IIII vigili.

*In Portu Romano rep. (XIV 6).* — 1) *Haec penitus erasa: supplevi coniectura certa.* — 2) *Centurio cohortis secundae vigilum.* — 3) *Haec obscura.*

---

**415** ... [*D.*] Clodi Septimi Albini Caes. . . .

*Agbiae in provincia Africa proconsulari (VIII 1549 vidit Wilmanns). Superest ex titulo simili praecedentis, nisi quod nomen Clodii Albini non est erasum.*

---

**416** imp. Caesari | L. Septimio Severo | Pertinaci Aug. | pontif. maxim., | trib. pot. II[1], | imp. IIII[2], cos. II[3], | p. p., | Nepesini, optimo | fortissimoque prin|cipi suo devoti.

*Nepet Etruriae (XI 3201).* — 1) *10 Dec. 193/4.* — 2) *Testibus nummis (Eckhel 7, 171) titulisque (III 6153. II 693. III S. 6580; XI 372. 2098) Severus in tribunicia potestate altera a secunda imperatoria acclamatione ad quartam pervenit (erratum videtur IX 950. Eph. ep. 7 p. 425, 5).* — 3) *A. 194.*

---

**417** imp. Caes. L. Septimio Severo Pertinaci Aug. p. m., | trib. pot. III[1], imp. V[2], cos. II, p. p., Parthico Ara|bico et Parthico Aziabenico, d. d. p. p.

*Ammaedarae (Hidra) in Africa in arcu qui extat (VIII 306).* — 1) *A. 195.* — 2) *Eodem anno etiam sextum et septimum imperator appellatus est Severus (cf. infra N. 438), imperator octavum a. 196 (cf. X 6437, Eckhel 7, 174; Cohen² Sept. Sev. 129. 130. 132. 407 seq.).* — 3) *In nummis a. 195 cusis Severus appellatur modo Arabicus Adiabenicus, modo, ut hic, Parthicus Arabicus Parthicus Adiabenicus.*

---

**418** divo Nervae | atavo | imp. Caes. L. Septimius | Severus Pius | Pertinax Aug. | Arabicus Adiabenicus | pont. max., trib. pot. IIII[1], | imp. VIII, cos. II, p. p.

*Romae (VI 954; Bull. com. 14 p. 92).* — 1) *A. 196. — Severus, cum primum Pertinacis memoriam coluisset atque ipse in honorem eius Pertinax dictus esset, postea, restituta memoria Commodi, huius fratrem et M. Aurelii filium se dici voluit, qua re omnes horum maiores, usque ad divum Nervam, sibi adoptavit. Factum id est exeunte ut videtur anno 195 (Eckhel 7, 173), paullo ante hunc titulum ab ipso Severo ἀρχηγέτῃ domus suae positum. Eodem fere tempore coepitt Pius appellari (Eckhel 7, 192).*

---

**419** in h.[1] L. Septimi | Severi Pii Pertina|cis Aug., invicti imp., | et M. Aureli Anto|nini Caes., | legioni XXII Pr. p. f. | honoris virtutisq. | causa, civitas Tre|verorum | in obsidione[2] ab ea | defensa.

*Mogontiaci (J. Keller Korrespondenzbl. d. Westdeutschen Ztschr. 1886 p. 140 cf. p. 187). Titulus positus post devictum Clodium Albinum apud Lugudunum d. 19 Febr. 197 (vit. Sev. 11), antequam Caracalla Augustus nuncuparetur, id quod factum est a. 198.* — 1) *In honorem.* — 2) *De incursione aliqua Germanorum cogitat Mommsen Korr.-Bl. l. c. p. 185.*

---

**420** imp. Caesari | divi Marci Antonini Pii | Germ. Sarm. filio, | divi Commodi fratri, | divi Antonini Pii nepoti, | divi Hadriani pronepoti, | divi Traiani Parth. abnepoti, | divi Nervae adnepoti | L. Septimio Severo Pio Pertinaci Aug. | Arab. Adiab., pont. max., | trib. pot. V[1], imp. VIII, cos. II, p. p., | col. Aelia Hadriana Augusta Formiae.

*Formiis (X 6079).* — 1) *A. 197. In eadem tribunicia potestate quinta Severus etiam nonum et decimum imperator appellatus est (Eckhel 7, 176). (Errore* imp. VIII *coniungitur cum* trib. pot. XII *III S. 6709. 6710. 6712).*

---

**421** . . . . . . . . . *abne*]poti divi Nervae adn[*ep.*] | L. Septimio Severo Pio Pe[*r*]|tinaci Aug. pontifici max[*i*]|mo[1], Arabico Adiabenico | Partico maximo[2], cos. II, procos., tribunici. pot., | imp. XI[3], invicto imper., | Ferentinates no|vani devotissimi | numini eius.

*Ferentini (X 5825).* — 1) *Pontificis maximi vocabulum hic collocatur contra usum sollemnem, ex quo collocari debuit post* Parthico maximo; *id ipsum et alia in titulis Severi rara, ut tribuniciae potestatis numerus omissus, inveniuntur in titulo a vicinis Ferentinatium Anagninis eodem tempore posito X 5908 (cf. Mo. X p. 1014).* — 2) *Parthicus maximus reperitur appellatus Severus primum in titulis anni 198 et in nummis eodem fere tempore cusis (Eckhel 7, 178); (male sine dubio*

*lectus est nummus musei Wiczay, apud Cohen² Sept. Sev. 573).* — 3) *Imperator undecimum Severus appellatus est a. 198 (cf. infra N. 443), consul tertium processit a. 202; unde tempus tituli positi definitur.*

---

**422** i[*mp. Caes. di*]vi Antoni[*ni Pii Germanici Sar*|*matici fili*]o, di[*vi*] Commodi fratri, M.[1] Antonini Pii [*nepoti, divi Hadriani pron.*], | divi Traiani Parthici et divi Ner[*vae ab*]nepoti[2], [*L. Septimio*] Sev[*e*]ro Pio Pertinaci Augusto Adiabenico[3] maximo, po|tifici maximo, tribouniciai po. to[4] VI[5], patri patriai, | et imperator. Caisar. L. Septimi[*i*] Sever[*i*[6] *P*]ii Pertinacis | Part. Aug.[7] max. f., M.[1] Antonini Pii Germanici Sarmatici | nepoti, divi Antonini nepoti[8], divi Adriani et divi Traiani | et divi Nerov.[9], M. Aurelio Antonino Augusto, tribounicia p[*otestate*], | et L. Sep[*timio Getae nobilissimo Caesari*[10]], milia erexit Seb. Papos[11], [s]acra m[*etropolis*] | cibitatioum Cypri, per Audioum Bassoum procos. | provinc[*iae*][12] Cypri, an. VII[13]. *Deinde eadem Graece.*

*In insula Cypro, columna miliaria (III 218, descr. Waddington). Titulus manifesto scriptus a quadratario elementorum Latinorum ignaro, unde praeter alia menda, interdum adest* H *pro* E *et* Y *pro* V. — 1) *Vocabulum* divi *omissum, mera neglegentia, ut ostendit versio Graeca.* — 2) *Complexus est qui titulum dictavit abnepotis vocabulo gradus stirpis quartum et quintum, in Caracallae stemmate etiam sextum (similiter III 211). Similiter Graece Severus dicitur θεοῦ Τραιανοῦ Παρθικοῦ καὶ θεοῦ Νερούα ἀπόγονος, Caracalla θεοῦ Ἀδριανοῦ καὶ θεοῦ Τραιανοῦ Παρθικοῦ καὶ θεοῦ Νερούα ἀπόγονος (cf. quae attuli Bull. dell' Inst. 1880 p. 205 not. 1).* — 3) *Debuit esse* Arabico Adiabenico Parthico. — 4) to *fortasse ortum ex Graeco τὸ ς′.* — 5) *A. 198 (cf. not. 13). Graeca versio hoc loco recte inserit αὐτοκράτορι τὸ ια′ ὑπάτῳ τὸ β′.* — 6) Septimio Severo *lapis.* — 7) *Requiritur* Aug. Arab. Adiab. Parth. — 8) *Scr.* pronepoti. — 9) *Ins.* abnepoti *(cf. not. 2).* — 10) *Haec erasa fuerunt sine dubio.* — 11) *Σε(βαστὴ) Κλ(αυδία) Φλ(αουία) [Πά]φος versio Graeca.* — 12) provin. cyr. *lapis.* — 13) an. IVII *lapis (ἔτους ζ versio Graeca). Intellegendus annus imp. Severi secundum rationem Alexandrinam septimus, qui coepit d. 29 Aug. a. 198 itaque recte respondet tribuniciae potestati sextae (Mo.).*

---

## Epistulae Severi et Caracallae de immunitate Tyranorum, a. 201.

**423** . . . . . . . . [*Misimus tibi epistulam ad Heraclitum, unde intelleges, quid statuerimus de immunitate, quam Tyrani sibi concessam esse contendunt.*[1] *Quam licet admittere non soleamus nisi* | *privile*]gii auct[*oritate perpensa et origine immu*]nitatis inspecta, quod usurp[*atum esse diu qua*]|qua ratione videbatur, cum iusta [*moderati*]one servavimus, ut neque ipsi cons[*uetudi*]ne diuturna pellerentur, et in poste[*rum*] | decreta civium adsumendorum consil[*iis*] | praesidis provinciae c(larissimi) v(iri) perpenderentu[*r*]. |

Exemplum epistulae ad Heraclitum.

Quamquam Tyranorum civitas oreginem | dati beneficii non ostendat, nec facile quae | per errorem aut licentiam usurpata sunt, prae|scriptione temporis confirmentur, tamen, quoniam divi Antonini parentis nostri[2] litte|ras sed et fratrum imperatorum[3] cogitamus, item | Antonii Hiberi gravissimi praesidis, quod attinet | ad ipsos Tyranos quique ab iis secundum leges | eorum in numerum civium adsumpti sunt, ex pri|stino more nihil mutari volumus. Retineant | igitur quaqua ratione quaesitam sive possessam | privilegii causam, in promercalibus quoque re|bus, quas tamen pristino more professionibus | ad discernenda munifica mercimoniorum eden|das esse meminerint. Sed cum Illyrici fructum[4] | per ambitionem deminui non oporteat, sciant | eos, qui posthac fuerint adsumpti, fructum | immunitatis ita demum habituros, si eos legatus | et amicus noster v. c. iure civitatis dignos esse, de|creto pronuntiaverit. Quos credimus satis a|bundequae *(sic)* sibi consultum, si grati fuerint, exi stimaturos, quod, origine beneficii non quaesi|ta, dignos honore cives fieri praeceperimus. |

*Οουΐνιος Τέρτυλλος*[5] *ἄρχουσι βουλῇ δή|μῳ Τυρανῶν χαίρειν.* | *Ἀντίγραφον τῶν θείων γραμμάτων, πεμ|φθέντων μοι ὑπὸ τῶν κυρίων ἡμῶν ἀνει|κήτων καὶ εὐτυχεστάτων αὐτοκρατόρων,* | *τούτοις μου τοῖς γράμμασιν προέταξα, ὅ|πως γνόντες τὴν θείαν εἰς ὑμᾶς μεγαλο|δωρίαν τῇ μεγάλῃ αὐτῶν τύχῃ εὐχαριστή|σητε. Ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς καὶ εὐτυχεῖν πολ|λοῖς ἔτεσιν εὔχομαι.*

*Ἀπεδόθη πρὸ* | *ιγʹ καλανδῶν Μαρτίων, Ληνεῶνος*[6] *ηʹ.* | *Ἀνεστάθη ἐπὶ Μουκιανοῦ καὶ Φαβιανοῦ ὑπάτων*[7] *ἐν τῷ* $\overline{\text{εμρ}}$ *ἔτει*[8], | *ἀρχῆς Π. Αἰλίου Καλπουρνίου.*

*Rep. in ripa fluminis Tyrae (hodie Dniestr), loco ab Akerman, ubi videtur fuisse civitas Tyras, aliquantum distante, est Odessae (III 781; Latyschew inscr. orae septentr. Ponti Eux. I p. 10 tab. I). Leguntur in hac tabula epistulae Severi et Caracallae confirmantes immunitatem a portoriis (cf. not. 4), qua Tyrani fruebantur, prior acephala nescio ad quem scripta, altera scripta ad Heraclitum (fortasse procuratorem); sequitur epistula legati provinciae Moesiae inferioris ad Tyranos, qua eis rescripta imperatorum transmittit.* — 1) *Principium prioris epistulae, ad sensum fere, explevit Mo.* — 2) *Intellegitur Pius.* — 3) *Marcus et Verus.* — 4) *Illyricum appellabatur vectigal portorii provinciarum imperii Romani Danuvianarum teste Appiano Illyr. 6, conlatis inscriptionibus compluribus; cf. Marquardt Staatsr. II² 274. 275. Quod immunes fuerunt ab hoc portorio, sine dubio Tyrani retinuerant ex temporibus quibus nondum Romanis fuerunt subiecti (cf. quae dixi Herm. vol. 19, 530).* — 5) *Ovinius Tertullus legatus fuit provinciae Moesiae inferioris (Dig. 49, 15, 9; miliarii Moesici III S. 7602—7604).* — 6) *Mensis anni Milesii, quo utebantur Tyrani utpote coloni Milesiorum.* — 7) *17 Febr. 201.* — 8) *Annus CXLV aerae Tyranae. Intellegitur ex hoc titulo et ex altero, quem edidit Latyschew inscr. orae septentr. Ponti Euxini I p. 5, Tyranos annos numerasse ab a. qui fuit p. C. 57. Videntur eo anno imperio Romano accesisse (cf. Borghesi opp. 8 p. 427).*

---

**424** imp. Caes. divi M. Antonini Pii Germ. Sarm. filius, divi Commodi frater, divi Antonini Pii nep., divi Hadriani pronep., divi Traiani

Parthic. abnep., divi Nervae adnep., L. Septimius Severus Pius Pertinax Aug. Arabic. Adiab. Parthic. max., pont. max., trib. pot. VIIII[1], imp. XI, cos. II, p. p., procos., et imp. Caes., L. Septimii Severi Pii Pertinacis Aug. Arabic. Adiab. Parthic. max. fil., divi M. Antonini Pii Germ. Sarm. nep., divi Antonini Pii pronep., divi Hadriani abnep., divi Traiani Parthic. et divi Nervae adnep., M. Aurelius Antoninus Pius Felix Aug., trib. pot. IIII, procos., arcus Caelemontanos plurifarium vetustate conlapsos et corruptos a solo sua pecunia restituerunt.

*Romae olim in monte Caelio in aquaeductu, qui periit (VI 1259, aliquoties descripta saec. XIV et XV). — 1) A. 201.*

---

**425** imp. Caes. Lucio Septimio M.[1] fil. Severo Pio Pertinaci Aug. patri patriae, Parthico Arabico et | Parthico Adiabenico, pontific. maximo, tribunic. potest. XI[2], imp. XI, cos. III, procos., et | imp. Caes. M. Aurelio L. fil. Antonino Aug. Pio Felici tribunic. potest. VI, cos. procos., ⟨p. p., | optimis fortissimisque principibus⟩[3], | ob rem publicam restitutam imperiumque populi Romani propagatum | insignibus virtutibus eorum domi forisque, s. p. q. R.

*Romae in arcus celeberrimi, qui extat in foro Romano sub Capitolio, fronte utraque, litteris olim aere repletis (VI 1033). — 1) Intellegitur M. Aurelius (pater naturalis Severi fuit Lucius, cf. infra N. 439). — 2) A. 203. — 3) Quae uncis inclusimus, reposita sint in locum verborum erasorum, quae, computatis foraminibus relictis, Nibbyus (Roma antica nel 1838 1 p. 479) fuisse putat* et P. Septimio L. fil. Getae nobiliss. Caesari *(cf. etiam Bormann Bull. dell' Inst. 1879 p. 40). Mirum est quod in hoc monumento publice Romae posito Lucii praenomen Severi perscriptum est; et quod maiores tam Severi quam Caracallae memorantur nulli praeter patrem (cum aut plane nulli enumerari debuerint aut omnes usque ad Nervam), et quod Marcus non dicitur divus; et quod ipsi Severo denegatur Parthici maximi cognomentum. Patris patriae quoque cognomen non est positum loco suo.*

---

**426** imp. Caes. L. Septimio Severo Pio Pertinaci Aug. Arabic. Adiabenic. Parth. max. fortissimo felicissimo, | pontif. max., trib. potest. XII[1], imp. XI, cos. III, patri patriae, et | imp. Caes. M. Aurelio Antonino Pio Felici Aug., trib. potest. VII, cos. ⟨III, p. p., procos. fortissimo felicissimoque principi⟩[2] et | Iuliae Aug. matri Aug. ⟨n⟩.[2] et castrorum et ⟨senatus et patriae et⟩[2] imp. Caes. M. Aureli Antonini Pii Felicis Aug. | ⟨Parthici maximi Brittannici maximi⟩[2], argentari et negotiantes boari huius ⟨loci qui invehent⟩[3], devoti numini eorum.

*Romae in arcu qui extat ad aedem S. Georgi in Velabro, ubi fuit forum Boarium (VI 1035). — 1) A. 204. — 2) Quae uncis inclusimus, reposita sunt in locum vocabulorum erasorum; videtur ab initio scriptum fuisse sic* cos. et P. Septimio Getae Caesari, et Iuliae Aug. matri Augg. et castrorum, et Fulviae Plautillae Aug. imp. Caes. M. Aureli Antonini Pii Felicis Aug. uxori, filiae P. Fulvii Plautiani, *adiectis huius titulis, ut in N. 456 (cf. Bormann Bull. dell' Inst. 1867 p. 218). — 3) Haec quoque reposita in litura, cum primum ibi fuerit unum tantum vocabulum* loci.

**427** Genio eq. sing. Auggg.[1] nnn.[1] et | Herculi invicto pro salute et | victoria et reditu impp. Caess. | L. Septimi Severi Pii Pertinacis Aug. et | M. Aureli Antonini Pii Felicis Aug. et | L. Septimi Getae nobilissimi Caes.[1] et | Iuliae Aug. matr. Augg. et kastr. et | C. Fulvi Plautian.[1] pr. pr. c. v. et neces|sari [*Augg.*]

*Romae (VI 227 descripsit Detlefsen).* — 1) *Litterae quas punctis notavimus, antiquitus erasae sunt sed tamen leguntur.* — *Titulus positus ante caedem Plautiani, quam accidisse d. 22 Ian. 205 legitur in chronico Paschali, sed factam esse postea intellegitur ex titulo VIII 2557; facta esse videtur a. 204 aut a. 205 ineunte (cf. etiam Bormann Bull. dell' Inst. 1867 p. 219).*

---

**428** Diane | Auguste pro | salute dd. nn. Sev|eri et Antonini | Augg. et Getae Caes. | totiusq. d. d.[1] L. Gellius | L. f. Flavia Celerianus | Nemes[2] O. leg. XXII Pr. p. f.[3] | aram et tabulam | pro se et suis pos|uit, Cilone et Libone cos.[4]

*Seligenstadt ad Moenum (Zangemeister ann. soc. antiq. Rhenan. 76, 1883 p. 87).* — 1) *Domus divinae.* — 2) *Ex civitate Flavia Nemetum oriundus erat Celerianus (cf. Zangemeister l. c. p. 89).* — 3) *Centurio legionis vicesimae secundae Primigeniae piae fidelis.* — 4) *A. 204.*

---

**429** Iovi opt. max. | conservatori sanctissimorum princi|pum ddd. nnn.[1] | imp. Caes. L. Septimi Severi Pii [*Per*]|tinacis Aug. Arab. Adia|b. Part. max., fortissimi | felicissimi, pont. max., tr. | pot. XVI[2], imp. XII[3], cos. III, p. p. et | imp. Caes. M. Aureli Anto|nini Pii Aug. Parthici tr. pot. | XI, imp. II, cos. III, p. p., ! ! ! ! ! ! | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! | ! ! ! ! ! ! ! ![4], et Iuliae A[*ug.*] | matris Aug. et castrorum | ob conservatam eorum sa|lutem, detectis insidiis | hostium publicorum, | d. d. p. p.

*Siccae Veneriae prov. Africae (VIII 1628).* — 1) *Litterae punctis signatae consilio erasae sunt.* — 2) *A. 208.* — 3) Imp. XII *appellari voluit Severus non ante annum 208, teste diplomate veterani dato hoc anno in quo est* imp. XI *(III p. 890); nihilominus appellatur* imp. XII *iam a. 201 in miliariis Noricis et Raeticis (III p. 1114), item a. 205 (infra N. 459) et a. 207 (X 5909).* — 4) *Abrasum est nomen Getae.*

---

**430** quod evidenti in|*lustrique provi*]|dentia domini n[*ostri Severus et*] | Antoninus Pii Au[*gusti et Geta* | *Caesar*] cum [*Iulia Aug. ubivis spes*[1]] | parricidiales insid[*iatorum*[2] *sustulerunt*], | Helico libertus eorum . . . . .[3] | donum [*posuit.* | Ὅτ]ι δ[ιὰ τῆς ἑαυτῶν προνοίας τῆς] ἐναργεστάτης ἐπιφ[ανεστάτης τε οἱ κύριοι] | ἡμῶν Σεουῆρος καὶ Ἀν[τωνεῖνος οἱ εὐσεβέσ]|τατοι τῶν αὐτοκρατόρων [καὶ Γέτας Καῖσαρ σὺν] | Ἰουλίᾳ Σεβαστῇ παντα[χοῦ . . . . τὰς | ἐλπί]δας[1] τῶν ἀνοσίων [ἐπιβουλευτῶν ἠφάνισαν, | Ἑλίκ]ων ἀπελεύθερος αὐ[τῶν . . .[3] ἀνέθηκεν].

*Ephesi, semel descripta saec. XVIII (III 427).* — 1) *Supplevit Mo.* — 2) *Qui fuerint insidiatores (cf. vit. Sever. c. 15) paullo ante hunc positum titulum puniti, nescimus. Cum titulus sit positus in provincia Asia, non sine specie veri coniecit Cavedonius, intellegi Apronianum in proconsulatu Asiae a senatu capitis damnatum*

*(Dio 76, 8). Fieri potest ut eadem de causa positus sit etiam titulus N. 429. Ceterum paene quovis tempore regni Severi insidiae imperatori struebantur vel certe puniebantur.* — 3) *In lacuna periit munus quo fungebatur Helico.*

---

**431** [*imp. Caes. L. Septimio* | *Severo P*]io Pe[*rtinaci Au*]g. Arabic. Ad[*iabenic.*] | Parth. maxim. B[*ritann.*][1], | pontif. max., t[*ribun. pot.*] | XVII[2], imp. XV[3], c[*os. III, p. p., divi*] | Marci Ant[*onini German.*] Sarm. fil., di[*vi Commodi f*]r[*atri*], | d[*iv*]i An[*tonini Pii ne*]pot., divi | [*Ha*]dr. p[*ronepot., divi T*]rai. Part. | [*ab*]nep[*ot., divi Nervae*] adnep., | [*coh.*] I p[*raet. p. v. d. n. m. q. eiu*]s.

*Romae rep. in Esquilino, fragmenta basis: composuit et descr. Io. Schmidt (Eph. ep. 4 p. 327). Basis posita a cohorte prima praetoria pia vindice, sine dubio in castris praetoriis, non ita longe ab illo loco distantibus.* — 1) *Britannicus dici coepit Severus in nummis a. 210 (Eckhel 7, 188); sed a. 209 iam bellum gerebat cum Britannis.* — 2) *A. 209.* — 3) *Neque* imp. XIII *neque* imp. XIIII *umquam reperitur in titulis Severi, neque excepto hoc* imp. XV; *contra reperitur* imp. XII *etiam in titulo hoc posterioribus (N. 432; IX 6011).*

---

**432** imp. Caesari | L. Septimio Severo | Pio Pertinaci Aug. Arabic. Adiab. Parthic. | max. Britt. max., tr. pot. | XVIII[1], imp. XII, cos. III, p. p., | caelesti eius indul|gentia in aeternam | securitatem adque | gloriam iure ae|quo foederis sibi | confirmato, | Camertes | p. p.

*Camerini in Umbria (Smetius 56, 4 a Metello; Grut. 266, 1).* — 1) *A. 210.*

---

**433** pro salute victoria et | reditu imppp. Caesss. L. | Septimi Severi Pertina|cis et M. Aureli Antonini | e[*t*] P. Septimi Getae Piorum | Auggg. et Iuliae Domnae | Augustae matris Augg. et | [*ca*]strorum Q. Aiacius | [*Mo*]destus Crescentia|[*nus*] leg. G. s.[1] n. . . d.[2]

*Grosskrotzenburg ad Moenum, nunc Fuldae (Brambach 1432; correxit Zangemeister Rh. Jahrb. 75 p. 141).* — 1) *Legatus Germaniae superioris.* — 2) *Fortasse fuit* num. d., *i. e. numini devotus (Zang.).*

---

**434** Concordiae | Augg[*g.*][1] | dominorum | nn[*n.*][1] | impp. L. Septimi | Severi et M. Au|reli Antonini | ⟨Pi(i) Fel. Aug. Parth. max. | Brit. max. Ger.⟩[2] Augg[*g.*][1] | et Iuliae Aug. | L. Licinius Optatia|nus ob honorem | fl. pp.[3] statuas, quas | ex HS XX m. n. cum | basib. praeter le|gitim.[4] pollicitus | est, ampliata pec. | ex HS XXXV m. n. | posuit easque | sportulis decuri. | datis et epul. curi|is, et ludis scae|nicis editis, de|dicavit.

*Thamugadi (Eph. ep. 7, 757).* — 1) *Erasa tertium* g *tertiumque* n *pertinentia ad Getam.* — 2) *Haec reposita in locum nominis Getae.* — 3) *Ob honorem flamonii perpetui.* — 4) *Significatur legitima summa, ea quae ex lege ob honorem flamonii numerabatur.*

---

**435** Victo|riae | Parthi|cae ma|ximae | Auggg.[1] | d. d. p. p.

*Cuicul (Djemila) in Numidia (VIII 8804 cf. Eph. ep. 7, 795). Extant nummi et Severi et Caracallae inscripti* Victoria Parthica maxima *(Eckhel 7, 180. 202).* — 1) *Erasa tertia* g *pertinens ad Getam.*

---

**436** Victoriae | Brittanicae | impp[*p*].[1] L. Septimi Seve|ri Pii Pertinacis et | M. Aureli Antonini | [*et P. Septimi Getae*][1] | Augg[*g*.][1] Gigthens[*es*] | publice.

*In ora Africae in ruderibus municipii Gigthensis (Eph. ep. 7, 13). — Titulus positus anno 210 aut 211, quo tempore etiam nummi cusi sunt* Vict. Brit. *et* Victoriae Brittanicae *inscripti (Eckhel 7, 188. 207).* — 1) *Erasa nomina Getae et in vocabulis* imppp. *et* Auggg. *ultimae litterae ad eum pertinentes.*

---

**437** divo [*Se*]ptim[*i*]o Severo Pio Aug. Arab. [*Ad*]iab. Part. max. | et imp. Caes. M. Aurelio Antonino Pio Aug. Felici Part. max. | Brit. max. Germ. max. pont. max. fil., trib. pot. XVIII[1], imp. III, | cos. IIII, p. p., procos., optimo maximoque principi, et | Iuliae Domnae Piae Felici Aug. matri Aug. et castrorum et senatu[*s*] | et patriae, uxori divi S[*e*]veri Aug. Pii, col. Iul. Assuras devota numini eorum d. d. p. p.

*Henchir Zanfur, ubi fuit Assuras, prov. Africae, in arcu triumphali (VIII 1798 ad exemplum potissimum Guérini).* — 1) *A. 215.*

---

**438** imp. Caes. L. Sept. Sever. | Pio Pert., Arabic. Adiab. Part. | Brit. p. m., trib. pot. III, imp. VII[1], cos. III, | et imp. Caes. M. Aur. Anton|ino Pio invict. Aug. Part. ma. | prin. m. p. m., trib. potes. XVIII[2], | imp. IIII[3], cos. IIII, procos., fort. | Aug., fel. princ., dom. ind[*u*]lg. | Ab Aug. m. p. XLV, a lg. m. p. LI.[4]

*Prope Nassenfels (non longe ab Ingolstadt et Danuvio), iam Monachii, columna miliaria viae ab Augusta (Augsburg) Castra Regina (Regensburg) ferentis (III 5997).* — 1) *Tribunicia potestate tertio imperator septimum Severus fuit a. 195; sed titulus incisus post mortem Severi, loco ut puto antiquioris tituli, appellationibus Severi quae in illo fuerant ex parte (ut in similibus titulis III p. 1113) retentis.* — 2) *A. 215.* — 3) *Requiritur* imp. III*; certe ita ipse Caracalla etiam d. 7 Ian. 216 vocari voluit (III p. 891).* — 4) *Ab Augusta milia passuum XLV, a legione (sc. tertia Italica, quae castra habuit Regensburg) milia passuum LI.*

---

**439** P. Septimio L. f. | Getae[1], patri imp. | Severi Aug. piis|simi fili, maximi | principis, avi[2] imp. | sanctissimi Antoni|ni Aug. fortissimi et in|dulgentissimi principis, | res publ. IIII col. Cirt. | d. d. p. p.[3]

*Cirtae (Eph. ep. 7, 438).* — 1) *Getae nomen fuisse patri Severi ait etiam vita Sev. 1. Titulus positus non ante annum 198, quo Severi filius Augustus dictus est.* — 2) *Scr.* avo. — 3) *Res publica quattuor coloniarum Cirtensium decreto decurionum pecunia publica.*

---

**440** Pacciae Mar|cianae[1], quon|dam coniugi | imp. Severi Aug. | piissimi maxi|mi principis, | res publ. IIII col. | Cirt. d. d. p. p.[2]

*Cirtae (Eph. ep. 7, 439).* — 1) *Prior uxor Severi, Marcia appellata in vit. Severi c. 3; ei statuas collocatas esse a Severo tradit eadem vita c. 3. 14.* — 2) *Cf. N. 439 not. 3.*

---

**441** P. S . . . . . . | G . . . . .[1], | co[*gnato*] | imp. Caes. L. Sep|timi Severi Pii | Pertinacis Aug. Ara|bici. Adiab. Parth. max. | et avonculo[2] |

mp. Caes. M. Au[re]|li Antonini Pii Fel. | Aug. Britt. max., fortis|simi feli-[cis]simi princ.[3], | ordo et plebs ex com|modis suis.

*Anconae rep. (IX 5899, semel descripta, accurate ut videtur).* — 1) GI .... *traditur.* — 2) *Reliquiae nominis ducunt ad P. Septimium Getam; sed is (legatus Daciae a. 193—195, cf. III 905. III S. 7794, consul iterum a. 203) frater fuit Severi, Caracallae non avonculus, sed patruus (cf. Mo. l. c.).* — 3) *Haec inde a* Britt. *sine dubio restituta in locum nominis Getae erasi.*

---

**442** Iuliae Aug., | imp. Caesaris | L. Septimi Seve|ri Pertinacis | Aug., et M. Aure|li Antonini Cae|saris imp. desti|nati[1] parenti, | matri castro|rum, Trebula|ni Mutuescani.

*Trebulae Mutuescae (IX 4880).* — 1) *A. 197.*

---

**443** Iuliae Domnae | Augustae | matri castro|rum, | imp. Caes. L. Septi|mi Severi Pii Per|tinacis Aug. Ara|bici Adiabenici | Part. max. trib. | pot. VI[1], imp. XI, cos. | II, procos., p. p., pacis | publ. restitutoris, d. d. p. p.

*Thagaste in Numidia (Eph. ep. 5, 817).* — 1) *A. 198.*

---

**444** Iuliae Aug. | Piae Felici[1], | matri Augus|ti et castro|rum et sena|tus et patriae[2], | seniores kast. | pos. et dedic.[3]

*Prope Siccam Veneriam provinciae Africae (VIII 1616).* — 1) *Pia Felix dicta Iulia sub filii demum imperio.* — 2) Mater sen. m. patr. *dicitur Iulia etiam in nummis (Eckhel 7 p. 196).* — 3) *Seniores kastelli (nomen eius nondum compertum) posuerunt et dedicaverunt.*

---

**445** M. Aurelio Antonino Caesari, filio imp. L. Septimii Severi Pertinacis Aug. Arab. Adiab. p. p. pontif. max., trib. pot. IIII[1], imp. VIII, cos. II, procos.[2], navarchi et trierarchi cl. pr. Mis.[3]

*Neapoli, sed pertinuit sine dubio ad Misenum (X 3341, semel descripta saec. XVI ab ignoto auctore, sed accurate).* — 1) *A. 196.* — 2) procos. II *apographum.* — 3) *Classis praetoriae Misenensis.*

---

**446** M. Aurelio Antonino Caesari imperatori destinato[1], imperatoris Caes. | L. Septimi Severi Pii Pertinacis Aug. Arabici Adiabenici, vindicis et conditoris | Romanae disciplinae, filio, divi M. Antonini Pii Ger. Sarm. nepoti, | divi Antonini Pii pronepoti, divi Hadriani abnepoti, divi Traiani Par|thici et divi Nervae adnepoti, decreto decurionum pecunia public. | Q. Anicius Faustus leg. Augustorum[2] pro praetore patr. col. dedicavit.

*Thamugadi (eph. ep. 7, 333).* — 1) *A. 197. Caesar destinatus dicitur Caracalla VI 1984. VII 210, sed errore descriptorum, qui omiserunt* imp. — 2) *Minus proprie Anicius Faustus dicitur legatus Augustorum, cum Caracalla Augustus dictus sit anno demum 198.*

---

**447** M. Aurelio | Antonino | Caesari | destinato | imp. Aug.[1] | d. d. *(in latere)* cur. | Sex. Campa|nio Redi|to.

*Ad lacum Volsiniensem (XI 2913).* — 1) Aug. *vocabulum crediderim postea additum.*

---

**448** imp. C[*aes.*] M. Aurelio Antonin[*o*] | Pio Felici Aug., trib. pot. VII, cos. II[1], filio | imp. Caes. L. Septimi Severi Pii Pertinacis Aug. | Arab. Adiab. Parth. max. ⟨Parthi|ci maximi Brittannici maximi patri patriae⟩[2] Se|⟨veri⟩ Augusti fili, nepoti divi Marci Antoni|ni Pii Germanici Sarmatici, pronepoti divi | Antonini Pii, abnepoti divi Hadriani, adnepoti divi Traiani Parthici et divi Nerva[*e*], Cuiculitani.

*Cuicul (Djemila) Numidiae (VIII 10894 cf. eph. ep. 7, 796).* — 1) *Consul iterum fuit Caracalla a. 205; pro* trib. pot. VII *requiritur* VIII. *De similibus mendis in titulis Caracallae obviis cf. Mommsen Staatsr. II*[3] *p. 801 not. 3 (non recte de diversis computationibus tribuniciae potestatis cogitavit Wilmanns).* — 2) *Quae uncis inclusi, scripta sunt in spatio depresso, scilicet male intrusa, cum nomen Getae tolleretur; antea fuerat* fratri L. Septimi Getae nobilissimi Caesaris, Severi Augusti filii.

---

**449** imp. Caes., imp. Caes. | L. Septimi Severi Pertina|cis [*Aug.*] Arabici Adiabe|nici Part. pontifici[*s*] m[*ax. f.*], divi | M. Antonini Pii Germ. Sarm. | nep., divi Antonini Pii pronep. | divi Hadriani abnepo|ti, divi Traiani Parthici | adnepoti, divi Nerve | proadnepoti[1], | imp. Caes.[2] M. Aurelio | Antonino Aug. | res publica ex de|creto et collatio|ne [*decur.*] ex ~~SS~~ IICCCC | n.[3] fecerunt idem|que dedicaverunt.

*In Numidia non longe a Thagaste loco dicto Wed Cham (Eph. epigr. 5, 823, descr. Masqueray).* — 1) *Hic tantum repertum vocabulum.* — 2) imp. Caes. *abundat, supra iam positum.* — 3) *Ex sestertium duobus milibus nummum et quadringentis.*

---

**450** Iunoni Concordiae | Aug. pro salute | imp. Caes. M. Aureli | Severi[1] Antonini Pii Fel. | Aug. Parthic. max. Brit. max. | pontif. max., tr. p. XV[2], imp. | II[3], cos. IIII, procos., divi | Severi fil., et Iuliae Aug. | matris Aug. et castror. et | senatus ac patriae, | quod L. Propertius L. f. Vic|tor vet. ob honorem fla|moni perpetui ab ordine | in se conlati HS IIII [*n.*] | promiserat, L. Proper|tius Martialis vet. fl. p. p. | frater et Propertius Vic|tor aevocatus filius ei[*us*] | ampliata summa faciend. dedicandamq. curaverunt.

*Verecundae (in Numidia, prope Lambaesim) rep. (VIII 4197).* — *Titulus dedicatus Iunoni Concordiae Augustae pro salute Caracallae et matris eius, eo ipso anno quo ille fratrem occiderat. Simul dedicatus est titulus Iovi optimo maximo, conservatori Caracallae et matris (VIII 4196).* — 1) *Severus Antoninus dicitur filius maior Septimii Severi passim in titulis Africae (ubi interdum etiam Getae cognomen Severi additur (eph. ep. 5, 460), interdum etiam in aliis provinciis.* — 2) *A. 212.* — 3) *Imperator iterum Caracalla appellatus erat iam a. 208 (III p. 890), fortasse iam a. 207 (X 5909 sed cf. ad N. 429 not. 3).*

---

## Ex actis fratrum Arvalium a. 213.

**451** Hoc anno cena|tum est in diebus singulis (denaris) centenis, XVI XIV XIII kal(endas) Iun(ias)[1], et adclamaverunt[2]: fe[*li*]cissime[3]! felicissime! | te salvo et victore felicissime! o nos felices qui te imp(eratorem) videmus! de nostris ann(is) augeat t(ibi) I(uppiter) a(nnos)[4]! Germanice max(ime)[5], d(i) t(e) s(ervent)! Brit(annice) | max(ime), d(i) t(e) s(ervent)!

te salvo salvi et securi sumus! te imp(eratore) fe[*l*]ix senatus! Aug(uste), d(i) t(e) s(ervent) in perpetuo! iuvenis triumphis, senex imp(erator)[6]! | maior Aug(usto)[7], d(i) t(e) s(ervent)! Aug(uste), Aug(usta)! Iuliae Aug(ustae) matri Aug(usti) feliciter! ex te, Aug(usta), Aug(ustum) videmus! d(i) t(e) s(ervent) in perpetuo, Aug(usta), Aug(uste)! |

III id(us) Aug(ustas) in Capitolio ante cella(m) Iunonis reg(inae) fratres Arvales comvenerunt, quod dominus n(oster) imp(erator) sanctissim(us) | pius M. Aurellius Antoninus Aug(ustus) pont(ifex) max(imus) per limitem Raetiae ad hostes extirpandos barbarorum[8] introi|turus est[9]. ut ea res ei prospere feliciterque cedat, et immolaverunt per L. Armenium Peregrinum.

isdem co(n)s(ulibus) | pr(idie) non(as) Oct(obres) in Capitolio ante cellam Iunonis reg(inae) ob salute *(sic)* victoriamque Germanicam imp(eratoris) Caes(aris) M. Aurelli Anto|nini Pii Felic(is) Aug(usti) Part(hici) max(imi) Brit(annici) max(imi) Germanici max(imi), pont(ificis) max(imi), trib(unicia) potest(ate) XVI, imp(eratoris) III[10], co(n)s(ulis) IIII, proco(n)s(ulis), et Iuliae Aug(ustae) | Piae Fel[*ic(is)*][11] m(atris) imp(eratoris) Antonini Aug(usti) n(ostri), senatus, castrorum et patriae, fratres Arvales comvenerunt et immolaverunt | per L. Armenium Peregrinum pro mag(istro) vice Flavi Alpini mag(istri) collegi fratrum Arvalium, I(ovi) o(ptimo) m(aximo) b(ovem) m(arem) a(uratum), Iunoni | reg(inae) b(ovem) f(eminam) a(uratam), Minervae b(ovem) f(eminam) a(uratam), Saluti publ(icae) b(ovem) f(eminam) a(uratam), Marti ultori taurum a(uratum), Iovi victori b(ovem) m(arem) a(uratum) et Victoriae b(ovem) f(eminam) a(uratam), Laribus | militaribus taurum album, Fortunae reduci b(ovem) f(eminam) a(uratam), Genio imp(eratoris) Antonini Aug(usti) n(ostri) taurum album, Iunoni Iuliae | Piae matris Antonini Aug(usti) n(ostri), senat(us), castror(um) et patr(iae) b(ovem) f(eminam) a(uratam). adfuerunt Cn. Catilius Severus, T. Statilius Silianus.

*Romae in vinea Ceccarelli, ubi fuit lucus fratrum Arvalium, tabula rep. a. 1868 (VI 2086; Henzen act. fratr. Arv. p. CXCVII. CXCVIII): continet tabula acta fratrum Arvalium a. 155 cum parte actorum a. 156, deinde in spatio quod vacuum fuerat relictum, partem actorum anni 213 (non omnia exscripsi).* — 1) *Diebus singulis sacri anniversarii deae Diae Arvales cenabant apud magistrum; denariis centenis cenatum esse saepius in actis perscriptum est (cf. Henzen comm. p. 45).* — 2) *Tales acclamationes in honorem imperatorum saepius memorantur, interdum perscribuntur apud scriptores qui dicuntur historiae Augustae (vit. Comm. 18 ex Mario Maximo; vit. Alex. 6 seq.); cf. etiam Henzen comm. p. 46.* — 3) fercissime *lapis.* — 4) *Cf. Tertullianus apol. 35.* — 5) *Ita acclamare Caracallae poterant fratres Arvales etiam ante quam ipse nomen Germanici recepisset (cf. not. 10).* — 6) *Iudice Mommseno hoc dicere voluerunt Arvales, Caracallam esse ad bellandum iuvenem, senectute imperandi peritum.* — 7) *Confert Henzen acclamationem ap. Eutropium 8, 5: 'felicior Augusto, melior Traiano!'* — 8) *Excidit* terram *vel* solum. — 9) *De hac expeditione Caracallae cf. etiam vita c. 5; Dio 77. 13; Aurel. Vict. Caes. 21, 2.* — 10) *Imperator tertium et Germanicus maximus videtur Caracalla appellatus esse ex hac ipsa victoria Germanica (cf. Eckhel 7, 209. 211. 222).* — 11) fel. io *lapis.*

**452** magno et invicto | ac super omnes prin|cipes fortissimo | felicissimoque | imp. Caes. M. Aurellio | Antonino Pio Fel. Aug. | Parth. max., Brit. max., | German. max., pont. max., | trib. potestat. XVII[1], imp. III, | cos. IIII, p. p., | mancipes et iunctores | iumentarii viarum | Appiae Traianae item | Anniae cum ramulis, divina | providentia eius refoti, agentes | sub cura Cl. Severiani, Mamili Superstitis, Modi Terventini praefff. vehiculorum. *(In latere)* loc. adsign. ab Caecilio Aris[*tone*] | c. v., cur. oper. publ. et max. [*et*] . . | Paulino c. v., cur. aed. sacr. | Dedic. V non. Iul. | L. Valerio Messalla C. Suet[*rio*] | Sabino cos.[1]

*Romae rep. in atrio Vestae (Bull. comm. 1884 p. 8).* — 1) *A. 214.*

---

**453** imp. Caes. M. Aurelio An|tonino Pio Felici Aug. | principi iuventutis[1], nu|mini praesenti, restitu|tori et conservatori | semper vitae adque | dignitatis suae, de|votissimus numi|ni eius | M. Aemilius Macer Faustinia[*nus*] | v. c. *(In latere)* dedc. *(sic)* XVIII kal. | Septem. | Catio Sabino II et Corne|lio Anullino cos.[2]

*Frascati sive Tusculi (XIV 2596).* — 1) *Princeps iuventutis interdum Caracalla Augustus dicitur vivo patre (VIII 884. 4216) item, ut hic, cum solus imperaret.* — 2) *A. 216.*

---

**454** imp. Caesar. divi | Septimi Severi Pii Arab. | Adiab. Parth. max. Brit. | max. f., divi [*M.*] Aur. Antonini | Germ. Sarm. nep.[1], divi [*H*]adriani | abnep., divi Traiani Parthici et [*divi Nervae*][2] | adnep., M. Aurel. Antoninus | Pius Felix Aug. Parth. max., | Brit. max., Germ. max., | pater militum[3], trib. | potest. XX[4], imp. III, cos. IIII, | p. p., procos. restituit. | CXXXVI.

*Columna miliaria viae quae Salmantica (Salamanca) Emeritam (Merida) ducebat, bis vel ter descripta saec. XVI et XVII ineunte, non constat qua diligentia (II 4676: varias lectiones non semper adnotavi).* — 1) *Deest mentio Antonini Pii.* — 2) et *servavit unum apographum*, divi Nervae *om. etiam reliqua.* — 3) *Sic ex exemplis id quod videtur optimum (Bibrani equitis Silesii),* ter militum *aliud exemplum interpolationibus certe liberum (Mamerani Luxemburgensis)*, p. m. *tertium exemplum interpolatum (Panvinii).* — 4) *A. 217.*

---

**455** Fulviae Plautillae Aug., | Antonini Aug., | res p. Soluntinor. d. d.

*Solunti (prope Panormum) rep. (X 7336).*

---

**456** [*Fulviae Plautillae Aug., coniugi*] | imp. M. Aureli Antonini Aug. | Pii Felicis pontificis cons.[1], | imp. L. Septimi Severi Aug. Pii Felicis | pontificis et Parthici maximi cons. III nurui, | filiae | [*C. Fulvii Plautiani c. v.*] | pontificis nobilissimi pr. pr., necessarii | Augg. et comitis per omnes expeditiones eorum, | T. Statilius Calocaerus nomencl. | cum Statilio Dionysio trib. leg. XVI Flaviae | et Statilio Myrone dissignatore scaenar. | filiis et Statilio Dionysio discipulo fictorum | pontificum cc. vv. nepote suo, | [*a*]mpla beneficia de indulgentia | [*Au*]gustorum suffragio patris eius | consecutus.

*Romae (VI 1074, descripserunt Smetius aliique).* — 1) *A. 202—204, nam a. 202 consul primum, a. 205 consul iterum prodiit Caracalla.* — 2) *Nomen erasum esse significat Smetius (lapis olim periit).*

---

**457** P. Septimio | Getae | nobilissimo | Caes. | pl. c. u.[1] reg. XI[2].

*Romae in Tiberi rep. lamina aerea (Henzen Bull. dell' Inst. 1884 p. 11).* — 1) *Notae obscurae.* — 2) *Regio undecima sine dubio urbis Romae.*

---

**458** [*P. Septimio Getae nobilis*|*simo Caesari*][1], | imp. Caes. L. Septimi Severi | Pii Pertinacis Aug. Arab. | Adiab. Part. max. fortissi|mi felicissimi pont. max., | trib. potest. VII[2], imp. XI, cos. II, | p. p., procos. f[*il.*], | imp. Caes. M. Aureli Antonini Aug. | trib. potest. II, procos. [*fratri*], | divi M. Antonini Pii Ger. Sarm. | [*nep*]., divi Antonini Pii pr[*onep.*], | divi Hadriani a[*bnep.*], divi Traia|ni Part. et divi Nervae a[*dnep.*], col. Ae|lia Aurelia Mactaris, d. d. p. p.

*Mactari in Africa (Eph. epigr. 5, 1174).* — 1) *Getae nomen et reliqua vocabula ad eum pertinentia erasa.* — 2) *A. 199.*

---

**459** P. Septimio Getae pontifi[*ci*] | maximo[1], nobilissimo Caes[*ari*], | principi iuventutis Aug.[1], co[*s.*][2], | imp. Caesaris L. Septimi Sever[*i*] | Pii Pertinacis Aug. Ara|bici Adiabenici Parthici max. pontif. | max. trib. pote. XII[3], imp. XII, cos. III, p. p., procos. et | Iuliae Aug. matris Caesarum et | castrorum filio, et imp. Caesaris | M. Aureli Antonini Pii Aug. pont. max., trib. potestat. VIII, cos. II[4], p. p., procos. fratri.

*Auziae in Mauretania (VIII 9035). Quae punctis notavimus, erasa sunt sed agnoscuntur.* — 1) *Pontifex maximus appellatur Geta Caesar abusu raro et miro (cf. VIII 9237), Augustus saepius (cf. VIII p. 974 et Mo. Staatsr. 2[3] p. 1164 not. 5).* — 2) *Consul primum fuit Geta anno 205.* — 3) *Requiritur* XIII *(cf. not. 2. 4).* — 4) *A. 205.*

---

**460** imp. Caes. divi Septim[*i*] | Severi Pii Arab. Adiab. | Parth. max. Britt. max. filio, | imp. Caes. M. Aur. Antonini Pii Aug. | Parth. max. Britt. max. fratri, | divi Marci Antonini Pii Germ. | Sarm. nepoti, divi Antonini | Pii pronepoti, divi Hadriani | abnepoti, divi Traiani Parth. | et divi Nervae adnepoti | *(tres versus erasi)* | procos., | ex dec. Cvir., pec. sev . . .[1], | curatore M. Ulpi[*o*] . . . .|tiano e. v.[2] | L. Valerio Sabino I . . . . .

*Curibus Sabinis rep. (IX 4959).* — *Titulus positus Getae a. 211 aut 212.* — 1) *Ex decreto centumvirum, pecunia sev*[*irum*] *(Mommsen l. c.).* — 2) *Egregio viro.*

---

**461** M. Opelli Macrini pr. pr.[1] c. v.[2]

**461ᵃ** M. Opelli Diadumeniani c. p.[3]

*Romae rep. a. 1732 in monte Coelio, fistulae duae plumbeae aquariae, nunc in museo Kircheriano (Lanciani syll. aq. n. 16. 17).* — 1) *Praefectus praetorio fuit Macrinus sub Caracalla, fortasse inde ab anno 212 (Hirschfeld Verw. I p. 232).* — 2) *Clarissimi viri.* — 3) *Clarissimi pueri.*

---

**462** imp. Caes. M. Opelli Severi Macrini Aug.

**462ª** M. Opelli Severi[1] Diadumeniani Caes. princ. iu[*vent.*].

*Romae rep. a. 1741 in regione castrorum praetoriorum, fistulae plumbeae aquariae (Murat. 2010, 5 a Ficoronio; N. 462ª vidit etiam Gorius inscr. Etr. 3 p. 280). — 1) Unicum exemplum cognominis Severi dati Diadumeniano, qui praeterea appellatur Antoninus.*

---

**463** imp. Caes. M. [*Opellio*][1] Severo [*Macrino*][1] Pio Felici Aug. pon[*t.*] max., trib. po[*tes*]t., cos. desig.[2], p. p., procos., | providentissimo et sanctissimo principi, et [*M. Opellio*][1] Antonino Diadume[*niano*][1] | nobilissimo Caesari, principi iuventutis, respu[*blica*] Dianensium ex dec. dec.

*Dianae in Numidia, in arcu qui extat (VIII 4598). — 1) Opellii, Macrini, Diadumeniani vocabula in hoc titulo et in N. 465 erasa (sed in N. 465 adhuc leguntur), cum Antonini et Severi nomina integra relicta sint. — 2) A. 217.*

---

**464** imp. Caes. | M. Opellius Severus | Macrinus Pius Felix | Aug. pont. max., trib. p. II[1], | p. p., cos., procos., et M. | Opellius Antoninus | Diaduminianus | nobiliss. Caes. | princ. iuventut., | providentissimi | Augg., fecer. | Ab Ag. m. p.[2] | LVI.

*Ad monasterium Sonnenburg prope S. Lorenzen (Tirol) rep. columna miliaria viae ab Aguonto (hodie Lienz) in Raetiam ducentis (III 5708). — 1) A. 218. — 2) Ab Aguonto milia pasuum.*

---

**465** M. Opellio[1] | Antonino | Diadumeniano[1] | nobilissimo Caes., | principi iuventutis, | imp. Caes. M. Opelli[1] Severi | Macrini[1] Pii Felicis Aug., | trib. potest. cos. design. | II[2], p. p., procos. filio, | Valerio Titaniano | praef. vig. e. m. v.[3], | curante | Flavio Lupo subpraef.[4]

*Ostiae in castris vigilum rep. (Eph. ep. 7, 1209). — 1) Cf. N. 463 not. 1. — 2) Significatur consulatus, quem Macrinus iniit a. 218, pro secundo a nonnullis (sed non ab ipso Macrino cf. Dio 78, 13) habitus propter ornamenta consularia antea accepta. — 3) Scribendum* em. v., *id est: eminentissimo viro. — 4) Subpraefecto, sc. vigilum.*

---

## Ex fastis cooptationum collegii alicuius sacerdotalis, a. 197—238.

**466** . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

[*M. Aurellium*] Antoninum Caes. imp. [*destinatum*]
supra [*numerum.*][1]

---

[*Praese*]nte et Extricato II cos.[2], a. p. R. c.[3] DC[*CCLXIX*][4]
[*in Pal*]atio in aede Iovis Pro[*pugnatoris*]
*(quattuor versus erasi)*[5]

---

imp. Caes. M. Aurellio ! ! ! ! ! ! ! ![6] Pio Fe[*lice Aug. et Oclatinio*]
Advento cos., a. p. R. c. DCCCCLXX[7] pr. i[*d. Iul.*[8] *in aede Iovis*]
Propugnatoris ex s. [*c.*]

[*i*]mp. Caes. M. Aurellium ! ! ! ! ! ! ! ! ![9] Pium F[*el. Aug. pont. max.,*]
[*tr*]ib. pot., cos., p. p., procos., co[*optaverunt.*]

[*G*]rato et Seleuco cos.[10], a. p. R. c. DCCC[*CLXXIII*[11] *VI id. Iul.*[12]],
[*in ae*]d. Iovis Propugnatoris [*ex s. c.*]
[*M. Aurellium*] ; ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![13] nobilissimum Caes. [*supra num. cooptaver.*]

Cn. [*Claudio Se*]vero et Ti. Claudio Quintiano[14] c[*os., a. p. R. c. DCCCC-LXXXVII*[15], *VIII k. Apr.*][16]
in [*Palat*]io in aede Iovis Propugnatoris ex [*s. c.*]
imp. Caes. ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![17] Pium [*Felicem Aug.,pont. max.,*]
trib. pot., [*p. p., p*]rocos., cooptaveru[*nt.*]

! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![18] [*A*]ug. et Pupienio Africano c[*os., a. p. R. c. DCCCCLXXXVIII,*]
[*in Palatio in aede Io*]vis Propugnatoris [*ex s. c.*]
. . . . . . . . . . . . . ! ! ! ! ! ! ![19] iuventutis [*supra num. cooptaver.*]

. . . . . . . [*Pio et Pro*]culo Pontian[*o cos.*][20]
[*in Palat*]io in aede Iov[*is Propugnatoris*] . .[21]

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Romae fragmenta rep. a. 1849 in ruderibus basilicae Iuliae in foro Romano (VI 2009). Supersunt fragmenta ex fastis cooptationum collegii alicuius sacerdotalis, cuius nec nomen scimus nec praeterea quicquam, nisi convenisse cooptationum causa in aede Iovis Propugnatoris. Relatae autem sunt in his fragmentis cooptationes imperatorum Caesarumque extra ordinem factae ab a. 197 usque ad a. 238. (Ad septem annos diversos fragmenta spectare apparet etiam ex diversa scriptura, in prioribus versibus bona, sub finem pessima.) Tractavit Henzen bull. dell' Inst. 1849 p. 133 seq.* — 1) *Vv. 1. 2 spectant ad a. 197, quo Antoninum Severi filium ex senatus consulto supra numerum in collegia sacerdotalia cooptatum esse docet tabula sodalium Augustalium VI 1984.* — 2) *Consules sunt a. p. Chr. 217.* — 3) *Anno post Romam conditam.* — 4) *Annus p. Chr. 217 fuit ab urbe condita 969 ex aera Capitolina, qua plerumque in huius generis fastis, (ut hic certe v. 10) usi sunt.* — 5) *Apparet erasa esse quae scripta erant de Macrino et Diadumeniano cooptatis anno 217.* — 6) *Erasum sine dubio Antonini (Elagabali) nomen, qui, cum a. 218 consules prodiissent Macrinus et Oclatinius Adventus, pro Macrini occisi nomine nomen suum in fastos referri iusserat.* — 7) *Annus post Romam conditam 970 aerae Capitolinae incidit in annum 218 p. Chr.* — 8) *Notam diei supplevimus ex simili tabula sodalium Antoninianorum (VI 2001), in qua refertur Elagabalum cooptatum esse* [a. p. R. c. DCCCCLX]X pr. id. Iul. — 9) *Erasum est vocabulum* Antoninum. — 10) *Consules sunt anni p. Chr. 221.* — 11) *Cf. supra not. 4.* — 12) *In tabula sodalium Antoninianorum (cf. not. 8) refertur cooptatio Caesaris alicuius, sine dubio Alexandri, facta esse* a. p. R. c. DCCCCLXXIII VI id. Iul. — 13) *Alexandri nomen erasum.* — 14) *Consules sunt anni p. Chr. 235.* — 15) *Cf. supra not. 4.* — 16) *Maximinum cooptatum esse inter sacerdotes a. d. VIII kalendas Apriles (25 Apr.) intellegitur ex tabula sodalium Antoninianorum (cf. not. 8).* — 17) *Rasura periisse putanda sunt verba* C. Iulium Verum Maximinum *(cf. infra N. 487 seq.).* — 18) *Hic quoque periit Maximini nomen, consulis a. 236 una cum Pupienio Africano.* — 19) *Perierunt vocabula* C. Iulium Verum Maximum principem. — 20) *Consules a. 238.* — 21) *Relata erat cooptatio unius ex imperatoribus creatis a. 238.*

**467** b. f.[1] | [*imp.*] Caes. divi Antónin[*i* | *fi*]lio divi Severi nepoti | [*M. Aure*]l. Antóninó Pió Fel. | [*Au*]g., trib. potest., cos.[2], | [*pr*]ocos., p. p., dominó | [*in*]dulgentissimó, dica|[*ti*]ssima numini eius | [*met*]ropolis Ancyranorum | [*per*] L. Egnatium Victorem | Lollianum[3], leg. eius pr. pr. | M. p. | III.

*Prope Ancyram (III S. 6900). — 1) Legendum aut more Latinorum: Bonum factum, aut more Graeco: Bona Fortuna (Mo. ad III 383) (cf. etiam III S. 7195). — 2) A. 218. — 3) Homo notus etiam ex aliis titulis compluribus; fuit legatus Pannoniae superioris a. 207 (III 4364), legatus Bithyniae et Ponti (arch. ep. Mitth. 7, 1883 p. 171), corrector Achaiae (C. I. Gr. 1624), praeterea sodalis Antoninianus (VI 2001).*

---

**468** imp. Caesari M. | Aurelio [*A*]ntoni|no[1] Pio Fel. Aug., | divi Severi n[*ep*]oti[1], | divi Antonini [*f*]il.[1], dedi|cante T. Fl. Novio Rufo[2], | leg. Aug. pr. pr., M. Ulpius Antipater | sacerd. provin. et bis du|umviral. ob hon. pontif.

*Iglitzae, ubi fuit Troesmis provinciae Moesiae inferioris, rep. a. 1864, nunc Parisiis (III 6170 recognovit Renier). — 1) Erasa vocabula ad Elagabalum spectantia. — 2) Idem praeses nominatur in Nicopolitarum ad Histrum, qui et ipsi fuerunt provinciae Moesiae inferioris, nummis cum capite Elagabali imberbis et inscriptis: ὑπ. (i. e. ὑπατικοῦ) Νοβίου Ῥούφου, Νικοπολιτῶν πρὸς Ἰστρόν (catal. mus. Berol., Beschr. der ant. Münzen I p. 84 seq.).*

---

**469** imp. Caes. divi | Magni Antonini | Aug. Brit. Ger. Part. max. | filio, divi Sever. Ar[*a*]b. | Adiab. Part. max. nep., di|vi Commodi [*et*] divi M. Ant. | Ger. Sar. pronep., divi | Ant. Pii et divi Hadr. abnep., | divi Traiani et divi Nerve | adnep. . . . . . . . . . . .[1] [*colonia*] Aug. Mart. veter. Sitif. M. III.

*Prope Sitifim Mauretaniae, cippus miliarius (VIII 10347 descr. Goyt). — Cum et Elagabalus et Severus Alexander Caracallae filii, Severi nepotes dici voluerint, neuter Severi maiores, quos is sibi adoptaverat, in titulis enumerare voluit. Pauci tantum tituli Africani (praeter hunc VIII 8322) maiores Elagabali — nam in hunc haec res potius quadrare videtur quam in Alexandrum — ultra Septimium Severum recensent usque ad Nervam. — 1) Rasura sine dubio (quamquam id non adnotatur) perierunt nomina imperatoris cui titulus positus est.*

---

**470** . . . . . . . . .[1] | p. p., trib. pot., cos., | procons., divi Magni | Antonini fil., divi Pii | Severi nepot., et I[*ulia*]e | Maesae [*Aug. avi*]ae Aug. | n.[2], matris castrorum | et senatus, [*et Iuliae So*|*aemiadis Bassianae*][2] Aug., | [*matris*][2] Augusti n.[2], | duplari leg. III Aug. p. v. Anto|ninianae[2] devoti numini | maiestatique eorum, | regressi de expeditio|ne felicissima Orien|tali.[3] — *In lateribus perscripta sunt duplariorum legionis tertiae Augustae, qui titulum posuerunt, numero plus centum octoginta, et ante ea tesserariorum, tubicinum, cornicinum aliorumque nonnullorum principalium legionis nomina.*

*Lambaesi, basis fracta (VIII 2564). — 1) Initio, quod abruptum est, interiisse putanda sunt haec fere* pro salute imp. Caes. M. Aureli Antonini Pii Fel. Aug. pont.

max. — 2) *Quae punctis subiectis notavimus, erasa sunt, nonnulla tamen agnoscuntur.* — 3) *Videtur pars legionis tertiae Augustae, quae consistebat Lambaesi, a Caracalla evocata esse in Syriam, cum expeditionem susciperet contra Parthos; ea rediit domum, postquam caesis Caracalla itemque Macrino, Elagabalus rerum potitus est.*

---

**471** imp. Caesar | divi Magni | Antonini Pii | filius, divi Seve|ri Pii nepos | M. Aurelius ! ! | ! ! ! ! ! ! ![1] Pius Felix | Aug. pontif. max., | trib. potest. II, cos. II | designatus III[2], proc[*os*]., | felicissimus adque | invictissimus ac super | omnes [*re*]tr[*o p*]rincipes | indulgentissimus, | viam imbribus et | [*vestust*]ate conlaps[am] | cum pontibus | restituit.

*Prope Cirtam rep. columna (VIII 10304 ad exemplum Renieri).* — 1) Antoninus *vocabulum scalpro deletum.* — 2) *A. 219.*

---

**472** imp. Caes. | divi Severi nepoti, | divi Antonini | Magni filio Marco | Aur. Antonino[1] Pio | Felici Aug. pontifici | max., tri. potesti *(sic)* ter.[2] | cos. III, p. p., procos. | c. U. S. N.[3] devotissima | posit. A Lop. l. IIII.[4]

*Heidelberg rep. a. 1877, columna miliaria (Christ ann. soc. antiq. Rhenan. 61, 1877 p. 16). Simul prodierunt similes columnae dedicatae Severo Alexandro, Maximino et Maximo, Gordiano, Philippis, Decio, Etrusco, Valeriano et Gallieno (Christ l. c. et 64, 1878 p. 67.* — 1) *Vocabulum erasum, sed legitur.* — 2) *A. 220.* — 3) *Civitas Ulpia s(altus?) N(icerini?) (Mommsen Röm. Gesch. V p. 146, 1). Eadem civitas posuit columnas Lopoduni repertas infra N. 532.* — 4) *A Lopoduno (Ladenburg) leugae quattuor.*

---

**473** [*hon*]ori[1] im[*p.* | *M.*] Aurel[*l*]i[2] Anto|[*n*]ini Pii Felicis Aug., | [*sa*]cerd. amp[*l.*][3] invic|ti Solis Elagaba|[*li, p*]ont. max., trib. pot. | . . ., cos. III[4], p. p., | [*s.*] p. q. F.[5]

*Ferentini rep. (X 5827 descripsit Marinius).* — 1) *Supplevit Henzen.* — 2) Aurelii, 3) AMPI *Marinius. Similiter* sacerdos amplissimus dei invicti Solis Elagabali *dicitur Maesae nepos in diplomate militari dato d. 7 Ian. 221 (Eph. ep. II p. 464) cf. infra N. 475* (amplissimus *vocabulum superest VIII 4440 cf. p. 956 et Eph. ep. 7 p. 256),* sacerd. dei Solis Elagab. *in nummis (Cohen² 4 p. 547 n. 246 seq.),* summus sacerdos Aug. *in nummis aliis (Cohen² 4 p. 550 n. 276 seq.).* — 4) *Consul tertium fuit a. 220, quartum a. 222; titulus positus igitur a. 220 vel 221.* — 5) *Senatus populusque Ferentinas.*

---

**474** Herculi invicto | pro salute dd. nn. imp. Caes. M. Aur. Antonini P. F. Aug. et | M. Aur. Alexandri nobilissimi Caes.[1] totiusque domus | divinae eorum, coh. X pr. p. v. Ant. 7 Marciani[2], | Masculinius Valens bf. pr. pr.[3] [*e*]em[*m.*] v[*v.*][4] | et Aur. Fabianus signifer et | Val. Firminus optio 7[5], quod | proficiscentes expeditionibus | sacris voverant, regressi | cum commanipulis libentes | votum solverunt[6].

*Romae (VI 323, descripta saec. XVI).* — 1) *A. 221 vel 222.* — 2) *Cohorte decima praetoria pia vindice Antoniniana, centuria Marciani.* — 3) *Beneficiarius praefectorum praetorio.* — 4) FEMININA *vel* FENIMV *(similiterve) apographa pro* EEMMVV*; intellege: eminentissimorum virorum.* — 5) *Optio centuriae.* — 6) *De ex-*

*peditionibus, quibus hi milites ex cohortibus praetoriis Romam reliquerint, nihil compertum.*

---

**475** imp. Caes. div[*i Antonini Magni*] fil., divi Sever. Pii ne[*pos*] M. Aurellius An[*toninus P. F.*] Aug., sacerdos amplissi[*mus dei invicti Solis*] Elagabali, pontif. max., [*tr. pot. V, cos. IIII, p. p., et*] imp. Caes., M. Au[*rell. Antonini f., divi Antonini*] Magni nepos, [*divi Severi Pii pronepos, M. Aurelliu*]s Alex[*ander*] . . .

*Fragmentum tabulae aeneae incertae originis, servatum Monzae (III p. 892), superest ex diplomate veterani. — Ex hoc fragmento apparet Alexandrum extremo Elagabali tempore Augusti locum obtinuisse; cf. supra N. 375 not. 1.*

---

**476** Iuliae Maesae | Aug. aviae imp. | Caes. ! ! ! ! ! | ! ! ! ! ![1].

*Minturnis rep. (X 6002).* — 1) *Erasa sunt nomina Elagabali.* — 1) *Cf. N. 475 not. 2.*

---

**477** Iuliae | Corneli|ae | Paulae | Aug.[1] | [*d.*] d.[2]

*Trebulae (Treglia) prope Capuam, semel descripta (X 4554).* — 1) *Uxor fuit Elagabali. Eiusdem Augustae est titulus Graecus rep. in Thracia arch. ep. Mitth. aus Oestr. 10 p. 238.* — 2) l. d. *traditur.*

---

**478** Sex. Vario Marcello[1] | proc. aquar.[2] C[3], proc. prov. Brit. CC[4], proc. rationis privat. CCC[5], vice praeff. pr. et urbi functo[6], | c. v.[7], praef. aerari militaris, leg. leg. III Aug. | praesidi provinc. Numidiae, | Iulia Soaemias Bassiana c. f.[8] cum filis | marito et patri amantissimo. | *Σέξτῳ Οὐαρίῳ Μαρκέλλῳ* | *ἐπιτροπεύσαντι ὑδάτων, ἐπιτροπεύσαντι ἐπαρχείου* | *Βριταννείας, ἐπιτροπεύσαντι λόγων πρειβάτης, πιστευ|θέντι τὰ μέρη τῶν ἐπάρχων τοῦ πραιτωρίου καὶ Ῥώμης,* | *λαμπροτάτῳ ἀνδρὶ, ἐπάρχῳ ἐραρίου στρατιωτικοῦ,* | *ἡγεμόνι λεγειῶνος γ Αὐγούστης ἄρξαντι ἐπαρχείου* | *Νουμιδίας, Ἰουλία Σοαιμιὰς Βασσιανὴ σὺν τοῖς τέκνοις τῷ* | *προσφιλεστάτῳ ἀνδρὶ καὶ γλυκυτάτῳ πατρί.*

*Velitris rep. sarcophagus marmoreus, est Romae in museo Vaticano (X 6569).* — 1) *Est pater imperatoris Elagabali, quem Dio 78, 30 narrat procuratoris munere saepius functum atque deinde in senatum adlectum, mortuum esse ante imperium filii; quae omnia hoc titulo confirmantur.* — 2) *Procuratorem aquarum fuisse Varium Marcellum testatur etiam fistula plumbea nuper reperta Romae (Bull. com. 1888 p. 180) eius nomine inscripta (imperantibus Severo et Caracalla, Geta etiamtum Caesare, i. e. a. 198—209).* — 3) *Centenario,* 4) *ducenario,* 5) *trecenario.* — 6) *Vice praefectorum praetorio et urbi functo.* — 7) *Clarissimo viro: ita significatur adlectio in senatum; et sunt senatoria munera quae sequuntur.* — 8) *Clarissima femina.*

---

**479** imp. Caes. divi | Pii Severi ne|pos, divi Mag|ni Antonini Pii | filius | M. Aurelius Seve|rus Alexander[1] | Pius Felix Aug. pon|tifex max., trib. | pot. IIII, cos. desig|natus II[2], p. p., pontem | Liris vetusta|te dilapsum sua | pecunia resti|tuit.

*Prope S. Giovanni in Carico ubi fuit Fabrateria nova, ad viam Latinam (X 6893).* — 1) *Nomen erasum, sed legitur.* — 2) *A. 225.*

**480** imp. Caesari | divi Septimi Severi | Pii nep., divi Antonini Magni Pii filio[1], | M. Aurellio Severo | A[*lexandro*][1] Pio Felici | Aug. pontific. maxim., | trib. potest. V[2], cos. II, p. p., | col. Fl. Aug. Puteoli.

*Puteolis rep. (X 1653). — 1) Vocabula erasa. — 2) A. 226.*

---

**481** imp. Caes. | M. Aurel. | Severus | Alexander | P. F. August. | pont. max., | trib. pot. | VIIII[1], cos. III, p. p., | restituit | ab Aq.[2] m. p. LXXIIII.

*In Pannonia rep. in Danuvio ad oppidum Paks, columna miliaria viae Aquinco (Ofen) Mursam ducentis (III 3731 vidit Mommsen). Haec illaesa mansit, cum in simili columna III 3738 etiam numeri tribuniciae potestatis et consulatus erasi sint. — 1) A. 230. — 2) Ab Aquinco.*

---

**482** Fortunae Reduci Aug. | imp. Caes. M. Aureli Severi Ale|xandri Pii Felicis Aug. pontif. | max., trib. potest. XII[1], cos. III, p. p., | et Iuliae Mammaeae[2] A[*u*]g., [*matri*]s Aug. | nostri et castrorum et senatus | et patriae, totiusque domus di|vinae, splendidissimus ordo | Siccensium devotus numi|ni maiestatique eorum d. d. p. p.

*Siccae Veneriae (Eph. epigr. 5, 612 descripta a Roy). Litterae punctis distinctae scalpro abrasae sunt. — 1) A. 233. Videtur spectare titulus ad reditum imperatoris de expeditione contra Persas; cf. III 3427. — 2) Scr.* Mameae.

---

**483** imp. Caes. divi An[*tonini Magni*] | Pii ⟨filio⟩[1], divi Sept. Severi Pii ⟨nepotis[1], | M. Aureli Severo Alexandro Pio Feli|cis Aug. p. p., pontif. maximo, tribun. [*potest.*] . . . . .

*Thuggae prov. proconsularis Africae (VIII 1485). — 1) Verba quae ad ipsum Severum Alexandrum pertinent,* filio *et deinceps a* nepotis *omnia quae servata sunt, leguntur in litura, scilicet erasa post caedem Alexandri et postea (fortasse sub Gordianis) restituta (idem accidit in aliis lapidibus Africanis Alexandri, item in Campano X 3856) (errore autem tunc scriptum est* nepotis *pro* nepoti, Aureli *pro* Aurelio, *deinde* Severi, Alexandri, Pii, Felicis, maximi, *sed pleraque ex his in ipso lapide mox correcta).*

---

**484** pro salute domini | nostri imperator. | Severi Alexandri[1] Pii | Augusti et | Iuliae Maesae[1] et | Iuliae Avitae | Mameae[1] sanctissimarum | Augustarum, Genio sancto castror. | peregrinorum | T. Flavius Domitianus | domo Nicomedia, quod | speculator leg. III Parth. | Severianae vovit, has-|tatus leg. X Fretensis | princeps peregrinorum | reddedit.

*Romae rep. in atrio Vestae (Bull. dell' Inst. 1884 p. 27). — 1)* Alexandri, Maesae, Mameae *nomina erasa, sed leguntur.*

---

**485** Iuliae Avitae | Mameae Aug., | matri domini | n. sanctissimi | imp. Severi Ale|xandri Pii Fe|licis Aug. et | castrorum et | senatus et pa|triae et univer|si generis hu|mani, conven|tus Karthag.

*Carthagine nova (II 3413; Huebner ex. scr. ep. 661).*

---

**486** [*G*]neae Seiae Herenniae Sallustiae | [*B*]arbiae Orbianae sanctissimae Augustae, | coniugi Aug. nostri, | eqq. singulares[1] devoti | [*n*]umini maiestatique eius, curante | [*L*]icinio Hieroclete proc. Aug., | praeside provinciae.

*Caesareae Mauretaniae (hodie Cherchel) (VIII 9355). Una repertus est titulus Severi Alexandri anni 227 (VIII 9354), quo anno etiam hic videtur positus esse. — Alios titulos huius Augustae habes C. II 3734. X 1654.* — 1) *De his equitibus singularibus praesidis provinciae cf. Mommsen Eph. epigr. 4 p. 404; Domaszewski arch. ep. Mitth. 10 p. 22.*

---

**487** imp. Caes. | C. Iulius | Verus | Maxi[*minus P. F.*][1] | invictus Aug., | Aquileiensium | restitutor | et conditor, | viam quoque | geminam | a porta usque | ad pontem[2] | per tirones | iuventut. novae | Italicae suae | dilectus posterior., | longi temporis | labe corruptam, | munivit ac | restituit.

*Aquileiae (V 7989; similis lapidis fragmentum V 7990).* — 1) *Nomina Maximini erasa, sed pleraque legit Mommsen.* — 2) *Iudice Mommseno intellegitur pons Sontii distans ab Aquileia milia passuum circiter sedecim, saepius memoratus ab auctoribus, primum (sed nomine fluvii non posito) ab Herodiano 8, 4 (cf. Mo. C. V p. 75).*

---

**488** imp. Caes. ⟨C. Iulius | Verus Maximinus Pius⟩[1] | Felix Aug. Germ. max. Sar|mat. max. Dacicus max. pont. | max., trib. potest. III[2], imp. VI[2], | ⟨C. Iulius Verus Maximus no|bilissimus Caes.⟩[1] princeps | iuventutis Germ. max. Sar|mat. max. Dacicus max. | viam a Karthagine us|que ad fines Numidiae | provinciae longa incuria | corruptam adque dilap|sam restituerunt. LXX.

*Tunete, columna miliaria viae Carthagine Thevestem ducentis (VIII 10047; eadem inscriptione inscriptae columnae sunt praeterea VIII 10063. 10073. 10075. 10083. 10087. 10095. Eph. ep. 7, 568. 573. 581).* — 1) *Quae uncis ⟨⟩ inclusimus, videntur esse in litura reposita; scilicet erasa primum sunt nomina Maximini et Maximi, postea restituta (illud factum putat Mo. ad VIII 757 iussu Gordiani senioris, hoc post caedem Gordianorum a legato Numidiae Capelliano).* — 2) *A. 237.* — 3) *In reliquis similibus lapidibus Africanis eiusdem anni (VIII 10021. 10073. 10075. Eph. 7, 559, sed cf. Eph. 7, 573) est* imp. V.

---

**489** imp. Caes. [*C. Iulius* | *Verus Maximinus*][1] | Pius Felix Aug. | pontif. max. Germ. max. | Dacicus max. Sarm. max., | trib. potest. IIII[2], imp. V, | cos., procos., p. p. et [*C. Iulius Verus Ma*|*ximus nob. Caesar*][1] | Germ. max. Dacicus max. | Sarmaticus max., | princeps iuventutis, | litus vicinum viae Severianae, | adsiduis maris adluentibus | fluctibus ad labem ruinae | labefactatum, aggeribus | marini operis a fundamentis, | ut periculum commeantibus | abesset, extrui curarunt.

*Ardeae (X 6811 ad exempla duo saec. XV vel XVI).* — 1) *Litteras data opera erasas esse cum observaverint descriptores, Maximini et Maximi nomina periisse vidit Mommsenus.* — 2) *A. 238.*

---

**490** imp. Caesar G. Iulius | Verus Maximinus P. F. | Aug. Germanic. max. Dacic. | max. Sarmatic. max., pont. | max., trib. potestatis | V[1], imp. VII, p. p., cons., pro|cos., et G. Iulius Verus | Max. nobilissimus Caesa[*r*], | Germanic. max. Dacic. | max. Sarmatic. max., princeps | iuventutis, filius d. n. imp. C. | Iuli Veri Maximini P. F. Aug., | vias et pontes tempore | vetustatis conlapsos | restituerunt, curante Q. | Decio[2] leg. Augg. pr. pr. | A Brac. Aug. m. p. I.

*Bracarae Augustae (Braga) in Callaecia, lapis miliarius: vidit Huebner (II 4756), qui ait litteras esse renovatas. Similes lapides alii permulti prodierunt prope Bracaram, unde huius lectio, etiam numerus tribuniciae potestatis, firmatur.* — 1) *Quinta tribunicia potestas Maximini alibi non reperitur.* — 2) *Hunc non diversum esse ab eo Decio qui imperator factus est a. 249 post alios credidit Borghesi (opp. 4 p. 289), vix recte (cf. Huebner ad Borghesium l. c.).*

---

**491** C. Iulio Vero Ma|ximo nobilis|simo Caes., imp. | Caesaris C. Iuli | Veri Maximini | invicti Pii Feli|cis Aug. pont. max., | t. p., cos., p. p., procos., | filio, res p. col., | Thamug. | I.

*Prope Thamugadem (VIII 10203, semel descripta).*

*Parthicus videtur dici Maximini filius in titulo Veleiae rep. XI 1176, dummodo recte ex diversis fragmentis compositus sit.*

---

**492** divae | Caeciliae | Paulinae | Piae Aug.

*Atinae in Campania (X 5054 vidit Mommsen). — Extant nummi inscripti* diva Paulina *cum capite eius velato, quos nummorum periti attribuunt uxori Maximini (Eckhel 7, 296). Ex scriptoribus Maximini uxorem memorant, sed nomine non posito, Ammianus Marc. 14, 1, 8; Syncellus p. 680 ed. Bonn.; Zonaras 12, 16.*

---

**493** imp. [*Caes.*] | M. Antonio Gord[*iano Semproniano*] | Romano African[*o invicto P. F. Aug.*] pontifici maximo, t[*r. p., cos., p. p., procos.*].

*Burdigalae rep. a. 1828 (Eph. ep. 5, 542), sed origine videtur Africana (cf. Villefosse bull. épigr. de la Gaule I p. 160 seq.; originem Burdigalensem tuetur Jullian inscr. de Bordeaux I p. 104). Est alterius ex Gordianis patre et filio, qui imperatores facti a. 238 in Africa mox caesi sunt. Eorum extant praeterea tituli Graece scripti Perge in Pamphylia hi:* αὐτοκράτορα Καίσαρα Μ. Ἀντώνιον Γορδιανὸν Σεμπρωνιανὸν Ῥωμανὸν Ἀφρικανὸν πατέρα ...... *et* αὐτοκράτορα Καίσαρα Μ. Ἀντώνιον Γορδιανὸν Σεμπρωνιανὸν [Ῥ]ωμανὸν Ἀφρι[κ]ανὸν υἱὸν, [ε]ὐσεβῆ εὐτυχῆ σεβαστὸν, σωτ[ῆρα] τῆς οἰκουμέν[ης] ἡ γερουσία *(Lanckoroński Städte Pamphyliens u. Pisidiens I p. 168 n. 37. 38); ad alterum utrum ex eis spectat etiam fragmentum item Graece scriptum VIII 10893.*

---

**494** Victoriae | Aug.

**495** Victoriae | sen. Rom.

*In Africa loco dicto Henchir Medeina, ubi fuit municipium Althiburus, bases duae aequales (VIII 1822. 1823). Recte Wilmannsius coniecit has bases positas esse a. 238, cum Gordianus summo senatus consensu Augustus renuntiatus esset.*

---

**496** imp. Caes. M. Clodio Pupieni|o Maximo Pio Felici Aug. | pont. max., trib. pot., cos. | II, procos., p. p.[1], et | imp. Caes. D. Caelio Calvino |

Balbino Pio Felici Aug. | pont. max., trib. pot., cos. | II, p. p.[1], et M. Antonio Gordiano no|bilissimo Caes. Pi.[2] Aug., | nepoti divorum Gor|dianorum[3], res p. col. | Nerv. Aug. Sitif.[4] | M. VIII.

*In Mauretania non longe a Sitifi, columna miliaria (VIII 10365).* — 1) *A. 238.* — 2) *Scribendum aut* Pio *aut* P. F. — 3) *Ex N. 498 similibusque titulis intellegitur Gordianum tertium natum fuisse ex sorore Gordiani alterius, eademque filia Gordiani senioris; nepotis igitur vocabulum mira ambiguitate adhibitum.* — 4) *Res publica coloniae Nervianae Augustae Sitifensium.* — *Similes lapides Pupieni Maximi et Balbini Augustorum et Gordiani Caesaris praeterea in Mauretania reperti sunt quattuor (VIII 10342. 10343. Eph. 7, 660. 673), sed minus bene descripti quam hic, item complures in Cappadocia (III S. p. 1252), male scripti omnes, in quorum certe uno nomina Pupieni et Balbini erasa sunt (cf. Mo. ad III S. 6953), denique unus in Germania (Korr. Bl. d. Westd. Zeitschr. 6 n. 137). (Titulus Pupieni ap. Wilmanns n. 1010 ficticius est, cf. IX 5768).*

---

**497** imp. Caes. | M. Antonio | Gordiano | Pio Fel. Aug. | p. p., cos., proc., | nepote di|vorum Gor|dianorum[1], | [*m*]iliarium[2] | I.

*Prope Igilgili in ora Mauretaniae, columna miliaria (VIII 10350 ad duo exempla).* — 1) *Cf. ad N. 496 not. 3.* — 2) niliarium *utrumque exemplum.*

---

**498** imp. Caesari | M. Antonio Gor|diano, divi M. Anto|ni Gordiani nep., divi | Antoni Gordiani so|roris fil., Pio Fel. Aug., fort|tissimo felicissimo, | pont. max., trib. po[*t.*], | p. p., procos., | col. Iulia Aure|lia Commoda | Thuburbo | maius d. d. p. p.

*Loco provinciae Africae dicto Henchir Kasbat, ubi fuit Thuburbo (VIII 848)*

---

**499** [*im*]p. Caesari | [*M. Ant*]onio Gordianó | [*Pio*] Felici invicto | Augusto | pontif. max., trib. pot. II[1], | cós., procós., p. p., | Numisius Quintianus v. p.[2], | ab epistulis Latinis, | devotus numini | maiestatique eius.

*Romae rep. in thermis Caracallae (VI 1088 descr. Smetius aliique; in eodem lapide est titulus Valentis VI 1172).* — 1) *A. 239.* — 2) *Vir perfectissimus.*

---

**500** imp. Caes. M. An[*to*]|nio Gordiano invi[*cto*] | Pio Felici Aug. pon|tifici max., trib. pot. | III[1], imp. III, p. p., cos. procos., | divi Gordiani ne|poti et divi Gor|diani sororis filio, | res p. Verecundens. | devota numini | maiestatiq. eius.

*Verecundae prope Lambaesim (VIII 4218).* — 1) *A. 240.*

---

**501** imp. Caes. | M. Antonio | Gordiano Pio | Fel. Aug. p. p., cos. II, | procos., tribun. | potest. V[1], pont. | maximo, | res publica | ex liberalitate | Matidiarum[2] | d. d.

*Vicetiae (V 3112).* — 1) *A. 242.* — 2) *Matidiae duae mater et filia rei publicae Vicetinae legatum aliquod dedisse videntur.*

---

**502** I. o. m. | pro salute imperatoris | M. Antoni Gordiani P. F. | invicti Aug. et Sabiniae Fur|iae Tranquil[*l*]. coniugi[1] eius, to|taque domu divin. eorum, a|la Aug. Gordia.[2] ob virtutem | appellata posuit; cui praest | Aemilius Crispinus praef. | eqq., natus in pro. Africa de | Tusdro; sub

cur. Nonii Phi|lippi leg. Aug. pro pr. [*prov. Brit.*], | Attico et Praetextato | cos.[3]

*In Anglia loco dicto Old Carlisle rep., nunc Cantabrigiae (VII 344 vidit Huebner).* — 1) *Requiritur* coniugis *et postea* totiusque domus. — 2) *Scr.* Gordiana. — 3) *A. 242.*

---

**503** Furiae Sabiniae | Tranquillinae | sanctissimae | Augustae, | coniugi domini n. | M. Antoni Gordiani | Pii Felicis invicti | Augusti, | decuriales | aedilium pleb. et | pleb. cerialium[1], | devoti numini | maiestatique eorum.

*Romae rep., nunc Aquilae (VI 1095 cf. p. 844).* — 1) *Aedilibus plebis et aedilibus plebis Cerialibus suos fuisse decuriales ex hoc titulo intellegitur, cf. Mo. Staatsr. I*[3] *p. 545.*

---

**504** Furiae Sabiniae | Tranquillinae | sanctissimae Aug., | coniugi domini n. | imp. Caes. M. Antoni | Gordiani Pii | Felicis invicti Aug. | decuriales geruli[1] et h. u.[2], | devoti numini maiestatiq. eor.

*Romae rep. ad S. Clementis (VI 1096).* — 1) *Cf. Mo. Staatsr. I*[3] *p. 366.* — 2) *Honore usi.*

---

**505** Victoriae reducis dd. nn. | [*imp. Caes. M. Iulii Philippi*][1] | Pii Felicis Aug. et [*Otaci*]|liae Se[*verae*] Aug. [*con*]iugi d. n., milites leg. II | Parth. [*Philippianae*] P. f. f. | aet.[2], q. m. c.[3] Oclatin[*i*]o Ad|vento cos.[4], quorum nomi|na cum tribus[5] et patri|is inserta sunt, devo|ti numini maiestati|que eorum, d. X k. Aug. Pere|grino et Aemiliano[6], in his | Ↄ et evok. Augg. nn.[7], cura age|[*n*]|te Pompon. Iuliano R.[8] leg. eius.

*Romae olim, sed advecta sine dubio ex agro Albano, ubi fuerunt castra legionis secundae Parthicae (VI 793. XIV 2258 ter descripta saeculis superioribus).* — 1) *Nomina Philippi et coniugis, quae desiderari apparet, sine dubio erasa fuerunt.* — 2) *Piae Fidelis Felicis aeternae; his cognominibus usam esse legionem secundam Parthicam aliis quoque inscriptionibus comprobatur.* — 3) *Qui militare coeperunt.* — 4) *A. 218 (cf. supra N. 466 not. 6).* — 5) *Scr.* tribubus. — 6) *23 Iul. 244.* — 7) *In his centuriones et evokatus Augustorum nostrorum (Mommsen, collato laterculo Lambaesitano Eph. ep. 5, 1276).* — 8) *Nota obscura; vix fuit* tr.

---

**506** maximo et invicto ac super om[*nes fortissimo*] | imp Caes. M. Iulio Philippo Pio F[*elici Aug. pont. max.,*] Pers. max., trib. pot., [*cos. desig.*[1], *p. p., procos., et*] | M. Iulio Philippo nobilissimo [*Caes. princ. iuv. et* | *Otaciliae Severae Aug. ma*]tri [*Caes. et castror.*]. . . . . . . .

*Romae rep. in castris praetoriis (VI 1097 descripsit Henzen). Ad idem monumentum spectare visus est parastata (ab Henzeno non visus) cum inscriptione* vot. XXannal. felic. — 1) *Henzenus ann. inst. arch. 1864 p. 11 seq. titulum attribuit initio imperii Philippi propter nomen Persici maximi, in aliis titulis Philippi non repertum, scilicet mox ab eo recusatum; similiter Parthici maximi cognomen reperiri tantum initio imperii Philippi (cf. N. 507).*

---

**507** imp. Caes. | M. Iul. Philippo | P. F. invicto Aug. | pont. maximo | Parthico maximo[1], | trib. potest., cos.[2], | p. p., procos., et | M. Iul. Ph[*i-l*]i[*pp*]o | nobilis[*si*]mo Ca[*es.* | *et M*]ar[*ciae*] Otaci[*l*]iae | Severae sanctissimae Aug., | coniugi Aug. n., matri | castrorum et exercitus, | leg. II Adi. [*P.*] F. | Philippiana[3] devota | num[*ini m*]aiestati|[*que eorum*].

*Prope Alt-Ofen (Aquincum) rep., est Pestini in museo (Eph. ep. 2, 758).* — 1) *Cf. ad N. 506 not. 1.* — 2) *Consul primum processit Philippus a. 245, quo tempore fuit iam tribunicia potestate iterum.* — 3) *Legio secunda Adiutrix pia fidelis stativa habuit Aquinci, cf. Mo. C. III p. 416.*

---

**508** Genio imperi | dd. nn.[1] | imp. Caes. M. Iulii Phi|lippi[2] Pii Felicis Aug., trib. | pot. III[2], cos., p. p., et | M. [*Iu*]l. [*Phi*]l[*ippi nobi*]l[*is*|*simi*][1] Caes., totiusque | domus divinae [*eorum*][1] | municipium Iulium | [*Phi*]l[*ip-pianu*]m[1] Abbir | Cellense[3], devotum | numini maiestatiq. | |[*eorum*][1] d. d. p. p.

*In Africa loco dicto Henchir Naam, ubi fuit Abbir Cella (VIII 814 cf. p. 979).* — 1) *Quae punctis notavimus verba ad Philippos spectantia, erasa sunt, sed pleraque legi potuerunt.* — 2) *A. 246.* — 3) Celliensem, *sed ultima littera erasa, lapis.*

---

**509** Victoriae sacrum | pro salutem imp. | M. Iulio Philippo Felici[1] | Aug. pont. max., trib. pot. III[2], | cos., p. p., et M. I[*uli*]o [*Phi*]lippo[1] | nobilissimo Caes., principi | iuventutis, et M. Otaciliae Se|vere[1] Aug., matri castrorum, | maiestatique eorum | Aurelius Munatianus evo|catus ex cohorte VI preto|ria p. v. Philippiana[1] agens at | latrunculum[3], cum militi|bus n. XX classis pprr.[4] *(sic)* Rave|natis p. v.[5] Filipporum, devot. [*num.*] | maiestatique eorum. | [*De*]dicatam Presente, | [*Albi*]no cos.[6], VI idus . . . | . . . [*P*]rivatus optio, Aur. Don . . . . | . . . . anus, Iulen. Marce . . . | . . . ius tes.[7], Vibius Pau . . . . | . . . a sic. p., Asin. A (*vel* M) . . . . | . . . [*t*]es.[7], Iuli Iu . . . . . . | . . . . Clemen . . . . | Aur. Eta . . . | . . . . arm.[8], Co . . . . | . . . . [*A*]ur. Ba . .

*Rep. in Umbria ad viam Flaminiam prope locum dictum Galleria del Furlo, iam Pisauri (Henzen Mitth. 1887 p. 14).* — 1) *Requiritur casus secundus. Quae punctis notavimus, erasa sunt, sed pleraque leguntur.* — 2) *A. 246.* — 3) *Iudice Henzeno Munatianus cum viginti militibus debebat latrones persequi.* — 4) *Requiritur* pr. *(praetoriae).* — 5) *Piae vindicis.* — 6) *Consules sunt anni 246.* — 7) *Tesserarius.* — 8) *Armorum (scilicet custos).*

---

**510** imp. Caesar M. Iul. [*Philip*]|pus [*Pius Fe*]lix i[*n*]vi[*c*]tus | [*A*]ug., [*t*]ri. pot. V[1], c[*o*]s. I[*I*]I, [*p. p.,*] | et M. Iul. P[*h*]ilippus [*i*]uni|o[*r*] imp., c[*o*]s., p[*r*]o[*cos., pr*]inceps | iuventutis, filius P[*hilippi*] | Aug., et M. Otacilia Severa | sanctissima Aug. n., [*r*]esti|tutores orbis [*t*]otius, | ob tutelam civit. coloniae suae | Romul. circuitum muri manu | militari a solo fecerunt.

*In Dacia ad vicum Rečka, ubi fuit Romula, rep., nunc Bukaresti (Tocilescu arch. ep. Mitth. XI p. 19; III S. 8031).* — 1) *A. 248.*

---

**511** VII. | Imp. Caes. [*M.*] Iulius | Philippus Pius Felix | Aug. pont. max., trib. pot. V[1], cos. III, p. p., procos.; | imp. Caes. M. Iulius Philippus Pius Felix Aug., filius d. n. Phil[*ip*]pi Aug., pont. max., trib. pot. V[2], cos. II, p. p., procos., vi[*a*]m quae ducit a Nor[*a Karalibus*] vetustate [*co*]rruptam restituerunt, curante P. Aelio Valente proc. eorum, praef. prov. Sard. | e. v.

*In Sardinia, miliarius viae Nora Carales ducentis (Notizie 1885 p. 92). Similis extat alter miliarius eiusdem viae (X 8001).* — 1) *A. 248. Hoc ipso anno Philippus pater tertium, filius iterum consul processit.* — 2) *Mirum est quod Philippo filio, quem non una cum patre imperatorem esse factum documenta sat multa, tertio anno post patrem nonnulla (ut infra N. 513) probant, adscribitur idem numerus tribuniciae potestatis qui patri; sed idem reperitur etiam in diplomate militari LIII (III p. 896, X 3335), item in nummis plerisque; Mommseno videtur Philippus filius statim, cum Caesar factus est, accepisse tribuniciam potestatem, et ita factum esse ut postea in numeranda tribunicia potestate alii inciperent ab eo anno, quo Caesar factus est, alii ab eo quo Augustus (cf. eph. ep. 4 p. 181. 182, Zeitschr. f. Num. 6, 1879 p. 412—415).*

---

**512** M. Iulio | Severo | Filippo[1] | nobilissimo | Caesari, | nobilissi|mo principi | iuventutis, | res publica | Albonessi|um.

*Albonae in Histria (III 3049).* — 1) *Severi cognomen, quod a matre sine dubio accepit, Philippo iuniori praeterea datur etiam in nummis civitatum quarundam Pamphyliae (Köhne Zeitschr. f. Münzkunde 6, 1846 p. 122; Revue num. 1853 p. 50. 52).*

---

**513** Marciae Otaciliae Severae | Aug., coniugi d. n. imp. Caes. | M. Iuli Philippi Pii Felic. Aug. | pont. max., trib. pot. V[1], cos. III, | procos., p. p., mat. imp. Caes. M. Iuli | Philippi, Aug. f., Pii Felicis | pont. max., trib. pot. II, cos. | II, procos., p. p., principis iu|ventutis, Aug., et castro|rum et senatus et patriae, | res p. Cuiculitanor., devota | numini maiestatiq. eorum, | d. d. p. p.

*Cuicul (Djemila) in Numidia (VIII 8323 servavit Delamare, auctor accuratissimus).* — 1) *A. 248.*

---

**514** imp. Caes. C. | Mess. Quinto | Traiano | Decio [*P. F. Aug.*] | p. m., trib. [*pot.*] | II, cos. II[1], p. p., | restituto|ri Daciarum[2] | col. nova Apul[*e*]s.[3]

*Apuli in Dacia rep. (III 1176, semel descr.).* — 1) *A. 250 (consul tertium fuit a. 251).* — 2) *Significatur victoria Decii de Gothis (Iord. Get. 18); etiam in nummis Decii (Eckhel 7, 343) celebratur* Dacia felix *(Mo.).* — 3) *De colonia nova Apulensi cf. Mo. l. c. p. 183.*

---

**515** imp. Caes. | Ca. Mess. Q. Tra. | Decio P. F. inv. | Aug. p. m., tr. p. II[1], | p. p., et Messis | Decio et Quin|to nobilissi|mis Caess. Augg. A B.[2] m. XCIX.

*Prope Innsbruck rep., columna miliaria (III 5988 vidit Mommsen; similis est III 5989).* — 1) *A. 250.* — 2) *A Brigantio (Bregenz).*

**516** imp. Caes. | C. Messio Quinto Traiano | Decio P. F. invicto Aug. | pontifici maximo, tri[*bu*]|niciae potestatis bis, cos. | bis[1] designato ter, et | Q. Herennio Etrusco | Messio Decio no[*bi*]|lissimo Caesari cos. des., | et C. Valenti Hostiliano | [*Messio Quinto nobili*]ssimo | [*Caesari*] . . . .

*Prope Aquincum (Ofen) Pannoniae inferioris rep., lapis miliarius: descr. Mommsen (III 3746).* — 1) *A. 250.*

---

**517** imp. Caes. C. [*M*]essio | Q. Traiano [*D*]ecio | Pio Felici [*invic*]|to Aug., Dac[*i*]c. | max., pont. [*max., opt.*] | max. q. princ[*ipi, trib. pot.*] | IIII[1], p. p., cos. II[*I, procos., et Q. Heren*]|nio Etrus[*co*] | Messio De[*cio*] | cos. et C. V[*al.*] | Hostil[*iano*] . . . .

*Prope Barcinonem rep., columna miliaria, descr. Huebner (II 4957; similis est II 4958).* — 1) *Decius quomodo appellari potuerit tribunicia potestate quartum, quaeritur. Mommsenus (bull. dell' Inst. 1865 p. 27, et in Borghesii opp. 4 p. 290 not. 6) coniecit Decium iam a. 248 a militibus imperatorem esse appellatum, a. 249 Romae agnitum, eamque esse causam quod anno 250 Decius modo dicitur tribunicia potestate iterum (supra N. 514. 516; C. V 8023. 8028; dipl. mil. LVI b, III p. 899) modo tertium (infra N. 518. C. V 2068. XII 11).*

---

**518** [*Q.*] Herennio Aetrusco Mes|[*si*]o Decio nobilissimo Caes. | [*p*]rincipi iuventu|[*ti*]s, trib. pot., coss.[1] de|[*si*]gnato[2], filio | [*im*]p. Caes. C. Messi Q. Tra|[*ia*]ni Deci invicti Pii | [*Fel*]ic[*is A*]ug. ponti[*f.*] m[*a*]x. | . . . . . .

C. Valenti Hosti[*liano Messio*] | Q. nobilissimo [*Caes., filio*] | imp. Caes. Messi [*Q. Traiani*] | Decii invicti [*Pii Felicis*] Aug. pont. ma[*x., trib. pot.*] | III, coss. II de[*signato III*][3], | p. p., pro[*cos.*].

*Faleriis rep., duo tituli iuxta positi in eodem lapide (XI 3088 descr. Mommsen). Vocabula, quae punctis subiectis distinximus, rasura temptata sunt; quod Mommsenus accidisse putat seditione Iulii Valentis, de qua Vict. Caes. 29. Ceterum Deciorum patris et filii nomina erasa sunt etiam in inscr. Rhenana Bramb. 1826 (cf. etiam V 6780).* — 1) *Sic lapis.* — 2) *A. 250; nam fasces suscepit a. 251.* — 3) *Consul iterum Decius fuit a. 250, tertium a. 251; ut certum sit titulum positum esse a. 250. Tribunicia potestate tertium appellari potuit Decius imperator factus a. 249, anno 250 post d. 10 Dec.; sed cf. supra N. 517 not. 1.*

---

**519** Q. Herennio Etrusco | Messio Decio nobilis|simo Caes., principi | iuventutis, cós.[1], filio | imp. Caes. Messi Quinti | Traiani Deci Pii Felicis | invicti Aug., | argentarii et exceptores | itemq. negotiantes vini | supernat. et Arimin., devoti | numini maiestatique eius.

*Romae rep. cum amplificatur basilica S. Petri (VI 1101 vidit Bormann).* — 1) *A. 251.*

---

**520** C. Valenti Hostilian[*o*] | Messio Quinto | nobilissimo Caesar[*i*], | trib. potest. II[1], principi iuven[*t.*], | filio | . . . . . .

*Romae, bis, ut videtur, sed accurate, descripta saec. XVII (VI 1102).* — 1) *A. 251.* — *Ut alii Caesares huius aetatis (cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 1164 not. 5), ita etiam Hostilianus Caesar interdum dicitur Caesar Augustus, ut supra N. 515 (una cum fratre) et in hoc titulo nuper descripto Cerami in Caria (Journal of hellenic*

*studies 11, 1890 p. 127): τὸν θεοφιλέστατον Καίσαρα Γάϊον Βάλεντα Ὁστιλλιανὸν Μέσ[σ]ιον Κυΐντον Εὐσεβῆ Εὐτυχῆ Σεβαστὸν, υἱὸν τοῦ κυρίου ἡμῶν αὐτοκράτορος Καίσαρος Γαΐου Μεσσίου Κυΐντου Τραϊανοῦ Δεκίου Εὐσεβοῦς Εὐτυχοῦς Σεβαστοῦ κτλ.*

---

**521** Herenniae | Cupresseniae | Etruscillae Aug.[1], | coniugi d. n. Deci | Aug., matri Augg. | nn. et castror., | s. p. q. C.[2]

*Carseolis rep., nunc Veronae (IX 4056).* — 1) *Plerumque Herennia Etruscilla dicitur; Cupresseniae nomen reperitur praeterea in nummis quibusdam (nummus Alexandrinus ap. Eckhel 7, 348 cf. Sallet alex. Kaisermünzen p. 67, nummus Mallensium in Cilicia ap. Cohen² 5 p. 215).* — 2) *Senatus populusque Carseolitanus.*

---

**522** imp. Caes. | Gaio Vibio Trebon[*ia*]no | Gallo P. F. Aug. pont. maximo, | trib. potest.[1], et | im[*p.*] Caes. Gaio Vibio | Afini[*o Gallo Veldum*]|niano V[*olusiano Pio Fel.*] | invicto [*Aug.*[2] *p. m., trib. pot.*] | ala T . . .

*Promontor prope Ofen (Aquincum) rep., nunc Pesth in museo (Eph. ep. 2, 760).* — 1) *A. 251. Omissa est mentio consulatus, quem Gallus videtur gessisse suffectum etiamtum privatus (cf. N. 523 not. 2).* — 2) *Teste Victore (Caes. 30) Galli filius primum Caesar tantum fuit. In nummis titulisque semper patri aequiperatur.*

---

**523** imp. Caes. C. | Vibio Trebo|niano Gal[*lo*] | P. F. invicto | Aug. pont. m|aximo, trib. | potest. II[1], cos.[2], | p. p., procos., eqq. | alae III Aug. Th|racum Gallia|ne Volusiane, | devoti numini m|[*ai*]estatique eor.

*In Pannonia superiore prope Brigetionem (Szöny) rep. (IIII 4270, aliquoties descripta saec. superiore).* — 1) *A. 252.* — 2) *Consulatus, quem Gallus gessit imperator a. 252 secundus fuit, testibus plerisque titulis.*

---

**524** [*i*]mp. Caesari | C. Vibio Afinio | Gallo Veldumniano | Volusiano | Pio Felici Aug., | tr. pot. II[1], cos., p. [*p.*], | Comenses | devotiss. numi[*ni*] | maiestatique eiu[*s*].

*Comi (C. I. L. suppl. Ital. I 743 vidit Pais).* — 1) *A. 252.*

---

**525** imp. Caes. C. Vibio Treboniano Gallo Pio Felici A[*ug.*] | pontif. max., trib. potest. IIII[1], cos. II, p. p., procos., [*et*] | imp. Caes. C. Vibio Afinio Gallo Veldumniano V[*olusiano*] | Pio Felici Aug. pontif. max., trib. potest. IIII[1], cos. II, p. p., p[*rocos.*], | tribus Palatina corp. iuniorum Iuvenal. hon . . . . . . .[2] | client., devoti numini maiestatique eor[*um*], | homines num. DCCCCLXVIII.[3]

*Romae, descr. Henzen (VI 1104 cf. p. 844).* — 1) *Tribunicia potestate quartum Gallus et Volusianus dicuntur non solum in hac inscriptione, sed etiam in nummis non paucis (Eckhel 7, 356. 368). Quare Eckhelius (7, 363) imperium eorum extendere studuit in annum p. C. 254. Sed titulus N. 531 nostris temporibus repertus ostendit iam mense Octobri a. 253 Valerianum et Gallienum, quos occisis demum Gallo et Volusiano imperatores appellatos esse constat, non solum in Italia, sed etiam in Africa agnitos fuisse. Nihil igitur superest quam ut statuamus (cum Wilmannsio), Gallum et Volusianum aliquando novam tribuniciae potestatis numerandae rationem instituisse, sive, id quod idem est, a nescio quo die maiorem sibi tribuniciae potestatis numerum adscripsisse quam pro ratione temporis debebant.*

— 2) *Fortasse supplendum* honorati, *quibus opponuntur clientes.* — 3) *De hoc numero cf. Mo. Staatsr. III 265 not. 3.*

**526** taurob[*olium factum Matri deum*] | Magnae Id[*aeae pro salute et victoria*] | imp. Caes. C. V[*ibi Treboniani Galli Pii*] | Fel. Aug.[1] et [*imp. Caes. C. Vibi Afini Galli*] | Veldum[*niani Vol*]usiani P[*ii Fel.*] | Aug.[1] tot[*iu*]sq. domus divin. eor. [*et*] | sen[*atus*, X]Vvir. s. f., equestr. ordin., ex[*ercituum*], . . . . valium, navigantium, | s . . . . . . .

*Ostiae rep. fragmenta duo tabulae marmoreae (XIV 42).* — 1) *Quae punctis subiectis notavimus, rasuram passa sunt sed leguntur (plane perierunt tantum ea quae ruptura lapidis abstulit). Praeterea nomina Galli et Volusiani erasa non repperi (nisi forte erasa fuerunt in inscriptione Britannica VII 949).*

**527** Afiniae M. f. | Geminae Bae|bianae cl. f., | uxori | Vibi Galli[1] c. v., | Vibius Thallus | patroni | uxori.

*Perusiae (XI 1927, descripta saec. XVI).* — 1) *Est is qui praecedit adhuc privatus. Vibios Gallos Perusia oriundos fuisse etiam ex aliis titulis colligitur (cf. Bormann ad XI 1926).*

---

**528** M. Aemili Aemiliani — Marcia Caenis fec.

*Prope Romam rep. ad viam Tiburtinam, fistula plumbea aquaria (Lanciani Bull. comunale 1881 p. 10).* — *Non certum est fistulam esse eius Aemiliani adhuc privati, cui anno 253 positae sunt N. 529. 530.*

**529** imp. Ca[*esar*]i M. [*Aemil.*] | Aemiliano P. F. [*invic*]|to Aug. pontif[*ici*] | maximo, tribu[*nic.*] | pot., p. p., [c]os., pro[*cos.*], | ab Vi[*m.*] m. p. CC . .

*In Albania rep. prope Kačanik (III S. 8270 vidit Domaszewski).*

**530** [*m.*] p. LXXVIIII. | Im[*p.*] Caes. M. Aemilio Aemil|iano Pio Felice invicto Aug.[1] | pont. max., trib. pot., p. p., procos., | viam quae ducit a Kar. Turr., | curant. M. Calpurnio Caeliano | prae[*f. prov. et pr*]oc. suo, | [*restituit*].

*In Sardinia, miliarius viae a Caralibus Turres ducentis (X 8011 vidit Mommsen).* — 1) *Requiritur casus primus.*

---

**531** Vic(toriae) Aug(ustae) | pro sal(ute) dd. nn. | Valeriani et Gall|ieni [*Augg., vexi*]llat(io) mill|[*iaria leg. III Aug. re*]stitu|tae, e Raet(ia) Geme|ll(as) regressi[1], die | XI kal. Nove. Volusi,ano II[2] et Maximo | cos.[3] votum solver(unt) | per M. Fl. Valente(m) | 7 leg(ionis) s(upra) s(criptae), L. Volumius *(sic)* | Cresces op(tio) pri(ncipis), | M. Aurel. Licinius op(tio), | C. Geminius Victor op(tio). | Esculp(sit) et s(cripsit) Donatus.

*Rep. in extrema Numidia, inter oases dictas Uglal et Mlili, ubi Gemellas fuisse ex hoc titulo intellegitur, est Biscrae (VIII 2482 vidit Wilmanns).* — 1) *Legionem III Augustam, quae inde a temporibus Augusti in Numidia tendebat, aliquando dissolutam et sub Valeriano renovatam esse, testis est praeter hunc potissimum titulus VIII 2634 in castris legionis positus a centurione quodam qui primus legione re-*

*novata apud aquilam posuit vitem (cf. infra inter titulos militares). Partem certe militum legionis dissolutae translatam esse in Raetiam, et ex Raetia, cum legio restitueretur, in Africam redisse indicat etiam titulus VIII 2852 add. p. 954. — Tradunt auctores Valeriano imperium delatum esse a. 253 a militibus qui undique contracti apud Raetias morabantur (Victor Caes. 32 cf. Eutrop. 97, Zosim. 1, 28). Apparet horum militum bonam partem fuisse e legione tertia Augusta, hisque Valerianum praemii loco dedisse, ut in Africam reportarentur legioque restitueretur; id autem factum eo ipso anno quo Valerianus imperator factus est, ante d. 22 Oct., hic titulus docet (cf. Henzen ann. inst. arch. 1860 p. 58, Mo. C. VIII praef. p. XX). Vexillatio legionis tertiae Gemellis tendens praeterea non memoratur, recensetur praepositus limitis Gemellarum in Notitia dignitatum.* — 2) II t *lapis.* — 3) *Consules ordinarii a. 253, Volusianus Augustus iam defunctus.*

---

**532** impp. Caess. | P. Licinio | Valeriano | et P. Licinio | Gal[*l*]ieno | Pis Felicibus | Augg. c. U. S. N.[1]

*Prope Ladenburg (Lopodunum) rep. a. 1883, columna miliaria (Baumann Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschrift f. Geschichte 1884 p. 5). Simul repertae sunt columnae inscriptae nominibus Gordiani, Philipporum, Decii, Herennii Etrusci.* — 1) *Cf. supra N. 472 not. 3.*

---

**533** imp. Caes. P. Licinio Vale|riano Pio Felici invicto | Au[*g*.] pontifici maximo, | cos. II[1], proc., trib. pot. II[1], | patri patriae, restitutori | publice saecuritatis | ac libertatis conserva|tori, ordo Foroclo|diensium dicatissimus | numini maiestatique eius, | curantibus C. Antistio Martia|le e. q. R.[2], C. Vettio Felicissimo e. q. R.[2], | Q. Aemilio Severiano.

*Ad lacum Sabatinum ad aedem S. Liberati, ubi fuit Forum Clodi (XI 3310 descr. Bormann).* — 1) *A. 254.* — 2) *Equite Romano.*

---

**534** imp. Caes. P. Li|cinio Valeri|ano P. F., Aug. pont. | max. p. p., tr. pot. III[1], | cos.[2], resp. Osson. | ex decreto ord. | devot[*a*] numini | maiestatiq. eius | d.

*Fari in Lusitania, ubi fuit Ossonoba (II 1 bis descripta).* — 1) *A. 255.* — 2) *Cum iterum consul fuerit Valerianus a. 254, tertium a. 255, consulatus numerum omissum esse apparet (ut etiam III 3255).*

---

**535** imp. Caes. P. Lici|nio Valeriano | Pio Felici Aug. | pont. max., trib. pot. | ter, cos. II[1], pro cos., | p. p., | d. d.

*Acquaspartae in Umbria, rep. Carsulis (XI 4567 vidit Bormann).* — 1) *Valerianus imperator factus a. 253 aliquanto ante d. 22 Oct. (supra N. 531), tribunicia potestate ter dici debuit non solum anno 255, quo fuit consul tertium, sed etiam, si veterem usum tribuniciae potestatis numerandae retinuit, a. 254 post d. 10 Dec., quo tempore fuit etiamtum consul iterum. Eo temporis spatio si titulus positus est, numeri recte procedunt. Ceterum ita referti sunt tituli Valeriani et Gallieni huiusmodi erroribus (cf. N. 538. 541. 543), ut hic quoque erratum esse credere malim. Etiam in nummis Gallieni legi numeros inexplicabiles queritur Eckhel 7, 793. 8, 445.*

---

**536** imp. Caes. | P. Licinio Egna|tio Gallieno | Pio Fel. Aug. pont. | max., trib. pot. III[1], | cos.[2], procos., p. p., | d. d.

*Acquaspartae in Umbria, rep. Carsulis (XI 4568 vidit Bormann).* — 1) *Titulus sine dubio aequalis eius qui praecedit.* — 2) *Consul processit Gallienus primum a. 254, iterum a. 255.*

---

**537** impp.[1] Valerianus et Gallienus | Augg.[1] et Valerianus nobilissimus | Caes. cohorti VII centurias a so|lo restituerunt per Desticium Iubam | v. c., legatum Augg. pr. pr., et Vitulasium Laetinianum, leg. leg. | II Aug.[2], curante Domitio Potentino, | praef. leg. eiusdem.

*Caerleon in Britannia, ubi fuit Isca (II 107 vidit Huebner).* — 1) *Vocabulorum* impp. *et* Augg. *ultimas litteras consilio eradi coeptas esse videri ait Huebner.* — 2) *Iscae fuisse stativa legionis secundae Augustae ex multis titulorum atque etiam auctorum testimoniis compertum est (cf. Huebner VII p. 37).*

---

**538** m. p. CLXVIII. | Ddd. nnn. | [*i*]mp. Caes. P. Licinio[1] Vale[*riano Pio Felici*] | inbicto Aug. pontifici [*maximo*] | Germanico maximo, tr[*ibun.*] | potestati V[2], cos. III[3], patri p[*atriae, et*] | imp. Caes. P. Licinio Egnatio [*Gallieno*] | Pio Felici inbicto Aug. pont. | maximo, Germanico max., [*trib.*] | potestati IIII, cos. III[3], patri p[*atriae, et* | *P.*] Cornelio Egnatio Valerian[*o*] | nobilissimo Caes., principi [*iuventutis*], | via quae ducit a Kralibus Ol[*biam*] | corrupta restit., curante | P. Maridio Maridiano | e. v. proc. suo.

*In Sardinia, lapis miliarius (Notizie 1888 p. 548; Classical review 3, 1889 p. 230). Similis fuit lapis eiusdem viae, sed male descriptus, X 8028.* — 1) *Requiritur casus primus.* — 2) *A. 257 (?).* — 3) *In numeris erratum. Consul tertium processit Valerianus a. 255 cum filio iterum, quartum a. 257 cum filio tertium; ita nullo tempore ambo dici potuerunt* cos. III. *Praeterea qui hunc titulum scripsit, credidit Gallienum imperatorem factum esse anno post patrem; cui opinioni suffragatur sane Victor Caes. 32, 2 cum Eutropio 9, 7, sed refragantur reliqua monumenta (excepto fortasse titulo N. 552) fere omnia (in his diploma veterani Eph.ep. 4 p. 515).*

---

**539** imp. Caes. P. Licinius | Valerianus Pius Fel. Aug. pon. | max. Germ. max., trib. pot. VII[1], cos. IIII, | p. p., procos. et imp. Caes. P. Licinius | Gallienus Germ. Pius Fel. Aug. pont. max., trib. | pot. VII[1], cos. III, p. p., procos. et P. Cornelius Saloninus | Valerianus nobiliss. Caes. pont. Secul.[2] vi ignis consumpt. indulg. | sua restitui curaverunt.

*Prope Mutinam rep. (XI 826).* — 1) *A. 259 (?).* — 2) *Pontem Seculae: hodie Secchia dicitur flumen dioecesim Mutinensem a Regiensi dividens.*

---

**540** imp. Caesar | [*P*]ublius Licin|nius Valerianus Pius Felix Aug. et imp. | Caesar Publius Licinius | Gallienus Pius Fel. Aug. et Licin|nius Cornelius Saloninus Valerianus nobilissimus Caesar | Aurelio Marea[*e*] et aliis |:

Regum antiqua beneficia consuetu|dine etiam insecuti tenporis adpro|bata is qui provinciam regit, remota | violentia part[*i*]s adversae, incolumia | vobis manere curabit. |

*Sequitur epistula regis Antiochi, qua conceditur templo Iovis Baetocaeceni vicus Baetocaece, item decretum civitatis (Apamenae ut puto) de immunitate huius templi. Deinde*

*Οἱ κάτοχοι ἁγίου οὐρανίου Διὸς τῆς ὑπὸ τῶν Σε|βαστῶν εἴς τε τὸν θεὸν εὐσεβείας καὶ τὸν τόπον* [*ἐ*]*λευ*[*θ*]*ερ*[*ί*]*ας τὴν θείαν ἀνα-*

γραφὴν ὑπὸ πάντων προσκυν[ηθησο]μένην | [ἀναγραφῆναι προσ]έταξαν.

*In Syria loco dicto Hisn Suleimân (inter mare et Hemesam), ubi templum fuit Iovis Baetocaeceni (III 184, semel descripta saec. XVIII, sed accurate).*

---

**541** imp. Caes. P. Licinio Gallieno Ger|manico Pio Felici Aug. p. p., p. max., | trib. p. X, imp. X, cos. IIII desig. V[1], procos., | resp. col. Liciniae Sept. Aurel. Alex. | Thugg.[2] devota numini maiestati|que eius.

*Thuggae prov. Africae (VIII 1487 cf. eph. 5, 567).* — 1) *Consul quartum fuit a. 261, quintum a. 262. Pro* trib. p. X *expectaveris* trib. p. IX. — 2) *Septimiae Aureliae Alexandrianae nomen Thugga habuit a Septimio Severo et Alexandro, Liciniae a Gallieno.*

---

**542** magno et | invicto | Gallieno August. | cos. VI | designato VII[1] | pag.[2]

*Beneventi (IX 1559).* — 1) *Consul sextum fuit a. 264, septimum a. 266.* — 2) *Videtur intellegendum esse* pag(ani).

---

**543** [*imp.*] Caes. P. Licinio | [*Gal*]lieno Pio Fel. | [*inv*]icto Germ. | [*ma*]x. pont. max., | [*Pa*]rt. max.[1], trib. | [*pot.*] XIIII, cos. | [*VI*[2] *d*]esig. VII, | [*Tean*]enses devoti | [*num*]ini maiesta[*tiq.*] | eius.

*Teani Sidicinorum (X 4784).* — 1) *Parthicus* (. . ꝚT. *lapis*) *maximus appellatus Gallienus alibi non reperitur; sed omnino rarissimi sunt tituli ex postremis eius annis (Mo.).* — 2) *A. 264/5 (cf. N. 542 not. 1). Tribuniciae potestatis expectaveris numerum* XIII *vel* XII.

---

**544** colonia Augusta Verona nova Gallieniana, Valeriano II et Lucilio[1] coss.[2], muri Veronensium fabricati ex die III non. Apriliu[*m*], | dedicati pr. non. Dec., iubente sanctissimo Gallieno Aug. n., insistente Aur. Marcellino v. p. duc. duc.[3], curante Iul. Marcellino . .

*Veronae in epistylio portae antiquae, quae hodie quoque extat intra Veronam diciturque porta de' Borsari (V 3329).* — 1) *Scr.* Lucillo. — 2) *A. 265.* — 3) *Duce ducenario; hoc nomine praeditus Marcellinus fortasse extraordinarium munus sustinuit coniunctum cum Alamannorum in Italiam per hos annos invasione (Mo.)*

---

**545** Genio | imp. P. [*Lic. Gall*]ieni[1] | invicti Aug. | Clementius Silvius | v. e., a(gens) v(ices) p(raesidis), et | Val(erius) Marcellinus | praef(ectus) leg(ionis), prot(ector) Aug(usti) | n(ostri), a(gens) v(ices) l(egati). municipes ex provincia | Raetia s(olverunt) l(aeti) l(ibentes) m(erito) | Paterno et | Archesilao cos.[2]

*Alt-Ofen (Aquinci) rep. (III 3424 vidit Mommsen).* — 1) *Nomen Gallieni erasum reperitur etiam in Africa (VIII 766 = VIII S. 12229) et in Italia (infra N. 547).* — 2) *A. 267.*

---

**546** [*Io*]vi | monitori [*p*]ro | salute adque | incolumitate d. n. Gallieni Aug. | et militum | vexill. leg(ionum) | [*G*]ermanicia[*r.* | *e*]t Britannicin. | [*cu*]m auxilis [*e*]arum | . . . [*V*]italianus, | [*prot*]ect.[1] Aug. n., | [*somno mo-n*]itus | p.

*Sirmii rep. a. 1781 (III 3228 bis ut videtur descripta).* — 1) . . . fect. *alterum apographum.*

---

**547** magno | et invicto | imp. | [*Gallieno*][1] | Germanico Aug. | Licinius | Diocletianus[2] | v. e. | numini eius | dicatissimus.

*Aquileiae rep. a. 1788 (V 856 saepius descripta).* — 1) *Nomen erasum.* — 2) *In simili titulo ab eodem posito Saloninae est* Dioclétiánus *cum apicibus.*

---

**548** Gallieno clementissimo principi, cuius invicta virtus sola pietate superata est, et Saloninae sanctissimae Aug. | Aurelius Victor v. e. dicatissimus numini maiestatique eorum.

*Romae in arcu qui extat in monte Esquilino ad aedem S. Viti prope S. Mariae Maioris, litteris magnis ab utroque latere (VI 1106).*

---

**549** . . . . .[1] | domini n. | Gallieni | invicti Aug., | qua universum | orbem suum | defendit ac | protegit.

*Romae rep. (Borsari Notizie degli scavi 1884 p. 422).* — 1) *Supplendum:* Felicitati *vel* Virtuti.

---

**550** [*i*]nvicto | [*i*]mp. P. F. | Gallie|no Aug., | dis ani|mo vol|[*t*]uque | [*c*]ompa|[*r*]i r. p.

*Prope Scupos rep. (Eph. ep. 2, 1057; Evans Archaeologia 1885 p. 115; inde III S. 8193).*

---

**551** Corneliae Salo|ninae | sanctissim. Aug., | coniug. Gallieni | iunioris Aug. n.[1], | ordo Cemenel.[2], | curant. Aurelio | Ianuario v. e.

*Cimiez prope Nizzam, ubi fuit Cemenelum caput provinciae Alpium maritimarum (V 7879 vidit Mommsen).* — 1) *Iunior Augustus dicitur Gallienus (cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 1171 not. 1), senior Augustus intellegitur Valerianus. Aliter dicuntur seniores Augusti Diocletianus et Maximianus post abdicationem.* — 2) *Ordo Cemenelensium.*

---

**552** d. n. Corneliae Saloninae | Aug., coniugi d. n. | imp. Caes. P. Licini Gallieni | Pii Fel. et invicti Aug., | Dacici maximi[1], Germanici | maximi, trib. potest. IIII, | cos. III[2], imp. III, p. p., procos., | provinciae Baeticae[3] | devota numini | maiestatiq. eius Cord. . . . .

*Cordubae, integra descripta saec. XVI, principia versuum etiam saec. XVII et XVIII (II 2200).* — 1) *Cognomen praeterea in titulis Gallieni non repertum.* — 2) *A. 257. Pro* trib. p. IIII *expectaveris* trib. p. V*; sed cf. N. 538 not. 3.* — 3) *Haec unde pendeant, obscurum.*

---

**553** P. Cornelio | Licinio Vale|riano nobilis|simo Caes., principi iuven|tutis, | nepoti et filio | dd. nn. Valeria|ni et Galleni *(sic)* | Augg., ordo | Vintiensium.

*Vintii (Vence) in Alpibus maritimis (XII 12 vidit Mommsen).*

---

**554** P. Licinio Corne|lio Valeriano | nobilissimo Caes., | filio | imp. Caes. P. Licini | Egnati Gallieni | Pii Fel. invicti Aug., | col. Ulp. Trai. Aug. | Dacica Sarmiz. | metrop.[1] publice.

*Sarmizegetusae in Dacia, semel descripta saec. XVI a Verantio (Eph. ep. 4, 190).*

---

**555** imp. Caes. P. Licinio | Cornelio Valeriano | nobilissimo Caes., | principi iuventutis, | vias et pontes vestuta. | conlabsas restituit. | A Vin[*d. m. p.*] IIII.

*Prope Vindobonam rep. (III 4652 vidit Mommsen).*

---

**556** divo | Vale|riano | Caes.[1] | Cing|ulani | d. d. p.

*Cinguli (IX 5682 vidit Mommsen).* — 1) *Nomina quamvis erasa adhuc leguntur. — De hoc divo Valeriano cf. N. 557.*

---

**557** divo Caesari | P. Cornelio Licinio Va|leriano[1], nepoti | imp. Caes. P. Licini Valeria|ni Aug., filio imp. Caes. | P. Licini Gallieni Aug., fra|tri P. Corneli Licini Sa|lonini nobilissimi Caes. | Aug.[2], | col. Nerviana Aug. Mart. | veteranor. Sitifens. | d. d. p. p.

*Sitifi in Mauretania (VIII 8473). Ex simili titulo superest fragmentum X 7479.* — 1) *Hic sine dubio filius Gallieni, quem Coloniae Agrippinae a Postumo interfectum esse narrant auctores (Zos. 1, 38. Zonar. 12, 24. Victor epit. 32. trig. tyr. 3). Consecrationis eius praeterea testes sunt titulus N. 556 et nummi inscripti* divo Valeriano Caes., divo Caes. Valeriano *(Eckhel 7, 422, Cohen 5² p. 516 seq.).* — 2) *Duos filios Gallieni distinguunt catalogus imperatorum ap. Polemium Silvium [p. 243 ed. Mo.: Gallienus cum Salonino et Gallieno filiis] et Victor qui dicitur epit. c. 33, qui perhibet in locum filii a Postumo occisi alterum filium a Gallieno Caesarem esse substitutum. Ex hoc titulo videtur colligi posse, illi proprium nomen fuisse Valeriani, huic Salonini (et appellatur in epitome ille Cornelius Valerianus, hic Salonianus). Ceterum etiam illi reperitur inditum nomen Salonini (Zosim. 1, 38, 2; trig. tyr. 3). Cf. praeterea Mommsen C. VIII p. 1051, III S. ad n. 6956.*

---

**558** Publio Lici|nio Corne|lio Saloni|no nobili|ssimo Cae|sari Cin|gulani | publice | d. d. p.

*Cinguli in Piceno (IX 5683 vidit Mommsen).*

---

**559** P. Corneli[o] | Salonino | Valeriano | nobil. Caes. | principi iuventutis, filio | imp. Gallieni | Aug. s. c. p.

*Asisii (XI 5380 vidit Bormann). Totus titulus erasus, sed legitur.* — 1) *Senatus consulto publice (Bo.).*

---

## Imperatores Galliarum.

**560** imp. do. n. | Mar. Cassia|nio Latinio | Postumo | Pio Fel. Aug.

*In parte Britanniae, quae dicitur Wales, in comitatu Brecknock rep. a. 1769 (VII 1161, descripta saec. superiore). — Praeterea imperii Postumi in Britannia testes sunt tituli VII 820. 822, in quibus cohors prima Aelia Dacorum ibi consistens appellari ab illo voluit Postumiana.*

---

**561** imp. Caes. M. Cas|si[*a*]nio Latinio | Postumo P. F. inv. | Aug. pf. max., Ger. | max., tr. p., cos. II[1], p. p. | Aed. l . . . . b.[2] ab Aug. | m. p. LXXII.

*In finibus Haeduorum rep., prope Auxerre, columna miliaria, est Auxerre in museo (Villefosse revue archéol. 37, 1879 p. 267).* — 1) *In nummis Postumi cum consulatus eius alter coniunctus sit cum tribunicia potestate altera, consulatus tertius cum tribunicia potestate modo tertia, modo quarta, hic titulus positus videtur anno imperii eius altero, id est a. 259.* — 2) *Nec lectio certa nec explicatio; Villefossius intellegit: Aeduorum f*[*ini*]*b(us), ab Augustoduno.*

---

**562** imp. Caes. | M. Cassiani|us Latinius Pos|tumus Pius Fel. | invic[*tu*]s Aug. | Ger. max., | pont. max., | trib. pot., | cos. III[1], p. p., | procos., res|tituit.

*Acci (Guadix), lapis miliarius, descr. Accursius (II 4943).* — 1) *A. 260 (vel 261) cf. N. 561 not. 1.*

---

**563** M · PIAONIVS · VICTO
RINVS · TRIBVNVS · P
RETO*ria*NORUM
R . . . . . . . ESTITVIT

*Treviris, fragmentum operis musivi: descr. Huebner Rh. Jahrb. 39/40 (1866) p. 2 praeter v. 4 qui periisse videtur, servatum a Wilmowskyo. M. Pia(v)onius Victorinus sine dubio, ut vidit Hue., idem est qui N. 564. 565, nondum imperator, sed tribunus cohortis alicuius praetoriae (cf. Mommsen ap. Huebnerum l. c. p. 7. 8).*

---

**564** imp. C. M. | Piavvo|nio Vic|torino | P. F. inv. | Aug. | c. R.[1] | l. IIII.

*Rennes rep. (Whitley Stokes Academy 26. Iul. 1890).* — 1) *Civitas Redonum.*

---

**565** imp. Caes. | Marco Piavonio[1] | Victori|no P. F. inv. | Aug. pon[*t.*] | max., tr. p., p. p., | a L. S. m. | p. XIIII.[2]

*Lindi in Britannia, lapis miliarius (Eph. ep. 7, 1097 contulit Haverfield).* — 1) A *et* V, *et rursus* N *et* I *litterae contignatae.* — 2) *A L(indo) Se(gelocum) m(ilia) p(assuum) XIII, cf. Haverfield l. c.*

---

**566** imp. Caes. C. Pio | Esuvio Tetrico | Pio Felici invicto | Aug. p. m., t. p., p. p., cos., | procos., | c. P. l. XVI, | fin. l. XX.[1]

*In agro Pictonum rep., loco dicto Rom, ubi videtur fuisse Rauranum, columna miliaria (Espérandieu épigraphie romaine du Poitou tab. III cf. p. 40).* — 1) *Civitas Pictonum leugae XVI, fines leugae XX.*

---

**567** do. no. | C. Pio Esuvio Te|trico nobilis|simo Caes., filio | imp. C. Pii Esuvi | Tetrici P. F. in|victi Aug. p. m., | trib. [*pot.*] II, cos. | . . .

*Prope Béziers (in ora Galliae Narbonensis) rep. a. 1890 fragmentum columnae miliariae (Revue épigraphique du midi de la France 1890 p. 28, 812).*

---

**568** imp. Caesar. M. Aur. | Claudio Pio | Fel. Aug. pontif. | max., trib. pot., | cos. II[1], procos., | p. p.[2], maximoq. | principi nost., | ordo Barc. | devotus numini | maiestatiq. | eius.

*Barcinone, descr. Huebner (II 4505).* — 1) *Ante consulatum quem Claudius gessit imperator a. 269, non videtur fuisse consul, certe* cos., *non* cos. II, *appellatur in nummis a. 269 (Cohen² 6 p. 151, 215 seq.) et in inscriptionibus a. 269 et 270 (infra N. 569. 570), nec magis ponunt notam iterationis fasti consulares titulique sepulcrales (de Rossi inscr. chr. I n. 11), nihilominus Claudius* cos. II *dicitur et hic et in aliis titulis Hispanis (II 3619. 3834) et in Africano infra N. 571.* — 2) *Insere* optimo.

---

**569** imp. Caesar[*i*] | M. Aur. Claudio | Pio Felici invicto | Aug. Germanico | max., p. m., trib. potes|tatis II[1], cos., patri pa|triae, proc., vexil|lationes adque | equites itemque | praepositi et duce|nar. protect. ten|dentes in Narb. | prov. sub cura Iul. | Placidiani v. p. prae|fect. vigil.[2], devoti | numini maiesta|tiq. eius.

*Cularone sive Gratianopoli (hodie Grenoble) rep. a. 1879 (XII 2228). Docet hic titulus, partem certe provinciae Narbonensis Claudio paruisse.* — 1) *A. 269.* — 2) *Iulius Placidianus, qui etiam praefectus praetorio fuit (XII 1551) et a. 273 consul ordinarius cum Tacito postea Augusto, vir sine dubio eius aetatis primarius, videtur, cum praefectus vigilum esset, iussu Claudii copias in provinciam Narbonensem duxisse.*

---

**570** imp. Caes. M. | Aurel. Claudio | Germanico | P. F. invicto | Aug. pont. max., | trib. potest. | III[1], cos., pro|cos., p. p., leg. II | [*A*]di. VI p. VI f. | [*Co*]nstans | [*C*]laudiana[2], | numini ma|iestatique | eius | dicatissima.

*Ofen (Aquinci) rep. (III 3521 vidit Mommsen).* — 1) *A. 270.* — 2) *Legio secunda Adiutrix, sextum pia, sextum fidelis, Constans Claudiana (ita appellatur eadem legio etiam in nummis Gallieni, cf. Eckhel 6, 402).*

---

**571** imp. Caes. M. Aurelio Claudio | Pio Felici Aug. p. m., Gothico m., | Parthico m.[1], trib. p. III[2], cos. II[3], p. p., | procos., respub. coloniae | Thuburs. Nu[*m*]idarum.[4]

*Thubursici Numidarum (VIII 4876).* — 1) *Parthici maximi nomen cur Claudio datum sit, latet.* — 2) *A. 270.* — 3) *Cf. N. 568 not. 1.* — 4) Nunidarum *lapis.*

---

**572** [*di*]vo | Clau|dio.

*Thamugadi (Eph. ep. 7, 767).* — *Claudii Gothici. Divus Claudius celebratur etiam in nummis.*

---

**573** imp. Caes. M. Au|relio Claudio | Quintilo[1] invic|to Pio Felici Aug. | pont. maximo, tr|ib. potest., p. p., a coh. | Breuc. | m. p. IIII.[2]

*In Mauretania prope Tagremart (Eph. ep. 7, 670).* — 1) *Quintillus frater Claudii.* — 2) *A cohorte Breucorum milia passuum quattuor. Cohortem secundam Breucorum stativa ibi prope habuisse ex hoc titulo et eph. 7, 671 discimus.*

---

**574** βασιλίσσης καὶ βασι|λέως[1] προσταξάντων | ἀντὶ τῆς προανακει|μένης περὶ τῆς ἀναθέσε|ως τῆς προσευχῆς πλα|κὸς ἡ ὑπογεγραμμένη | ἐπιγραφήτω. | —

*Βασιλεὺς Πτολεμαῖος Εὐ|εργέτης τὴν προσευχὴν | ἄσυλον.*[2] | —

Regina et rex iusser(un)t.

*Ex Cairo translata Berolinum in museum, rep. dicebatur in Aegypto inferiore (III S. 6583; Huebner ex. scr. ep. 690). — 1) Regina et rex, quorum iussu haec tabula scripta est, Mommseno videntur esse Zenobia et Vaballathus, maxime quod regina regi praeposita est. — 2) Προσευχὴ ἄσυλος non potest esse nisi oratorium Iudaeorum notum ex actis apostolorum 16, 13 et Iuvenali 3, 296, maxime vero ex Philone (Mo.).*

---

**575** imp. Caesari | L. Domitio Aurelian. | Pio F. Aug., invicto, | p. m., trib. pot., cos., | p. p., | princ. iuvent.[1], | hor. Sept. pub. d. d.[2]

*Septempedae (hodie S. Severino) in confiniis Piceni et Umbriae (IX 5577). — 1) Ex imperatoribus primum invenimus Caracallam interdum appellatum esse principem iuventutis (supra N. 453; cf. Mommsen Staatsr. II³ 828); sed mirum est appellari principem iuventutis imperatorem iam seniorem. — 2) Hordo (i. e. ordo) Septempedanorum publice decreto decurionum.*

---

**576** imp. Caes. | L. Domitio Au|reliano Pio Fe. | invicto Aug. | Arabico max. | Gothico max. | Carpico max., | trib. p. III, cos. III[1], | procos. III[2], princi|pi n., ordo Barc. | numini maiestatiq. eius.

*Barcinone (II 4506, descripserunt Accursius aliique). — 1) Consul tertium fuit Aurelianus a. 275; tribunicia potestas tertia convenit a. 272. — 2) Sic Acc.,* proc. p., procos. opt. *alii.*

---

**577** restitutor orb. | imp. Caes. | L. D. Aureliano | Pio Fel. invicto | Aug. pont. | max. Germ. max. | Got. max. Part. max., | trib. p. IIII[1], cos. III, p. p., p. cos. | V.

*Foro Iulii, columna miliaria viae ut videtur Aquas Sextias ducentis (XII 5456 descripserunt Maffeius aliique). — 1) A. 273. De consulatu cf. N. 576.*

---

**578** perpetuo victori|osissimo indul|gentissimo imp., | restitutori or|bis L. Domitio | Aureliano Pio | Felici Aug. pont. | max., trib. pot. V[1], | cos. II, p. p., procos., | res p. col. Tha|mug. | VIIII.

*In Numidia, in regione Thamugadensi, columna miliaria (VIII 10217). — 1) A. 274.*

---

**579** magno | Augusto, | principi max., | imp. fortissimo, | conservatori orbis | L. Domitio Aureliano[1] | P. F. pont. max., trib. pot. V[2], | p. p., cos. III, procos., Got. max., | Palmyr. max., Germ. maxim., | ordo Brixianor.

*Brixiae (V 4319 vidit Mommsen). — 1) Quae punctis notavimus, consilio deleta sunt sed leguntur. Penitus erasum est Aureliani nomen in titulo rep. in Moesia inferiore III S. 7586; cuius iussu, incertum. — 2) A. 274; de consulatu cf. supra N. 576.*

---

**580** Soli invicto sacr. | pro salute et inco|lumitate perpetui | imp. Caes. L. Domi|ti Aureliani Pii Fel. | Aug. p. m., t. p. VI[1], cos. | III, p. p., proconsuli[s] | . . .

*Thagaste in Numidia (VIII 5143). — 1) A. 275.*

---

**581** imp. C. L. D. Aure|liano P. F. invic. | Aug. pont. m., t. p. VII[1], cos. III, Ger. m., Got. m., Pa|r. m., Da[c.] m., Car. m., IM.[2]

*Orléans (descripsit Hirschfeld).* — 1) *A. 275 (?). Tribunicia potestas septima Aureliani quomodo explicanda sit non liquet; invenitur etiam in nummis, non solum una cum* cos. III *sed etiam cum* cos. II *(Eckhel 7, 481). Nummi quoque Alexandrini et ipsius Aureliani et coniugis eius Severinae extant cusi anno Aureliani septimo (Eckhel 7, 485. 488; Sallet Daten der alexandr. Kaisermünzen p. 81. 82).* — 2) IM *litteras certas esse nec quicquam amplius legi in lapide, ait Hirschfeld.*

---

**582** imp. Caes. | Luc. Dom. | Aureliano | P. Fel. inv. | Aug. pont. max., | Germ. max., | Gutico max., | Car. max., | pro V inp. | III[1], cos., p. p. | XXXVIIII.

*Ad Rhodanum inter Valentiam et Viennam ad vicum Tain, lapis viae Lugduno Arelate ducentis (XII 5548 vidit Hirschfeld).* — 1) *Sic lapis, quadratarii culpa corruptus.*

---

**583** Herculi | Aug., | consorti | d. n. | Aureliani | invicti Augus[*t*]., | res pub. Pis. | cura agente | C. Iulio Prisciano v. e. | duc.[1] cur. re. p. Pis. et Fan. p. m.[2]

*Pisauri (Orell. 1031 descr. Bormann).* — 1) *Viro egregio ducenario cf. Eph. ep. 5 p. 125.* — 2) p. m. *non intellego.*

---

**584** deo Bono pu|ero[1], pro salu|te d. n. L. Domi|ti Aureliani | P. F. inv. Aug., | M. Aurel. For|tunatus v. e., | praef. leg. III | Aug. Aurelia|nae. et Aelia | Optata c. f. | con., v. ss. l. a.

*Lambaesi (VIII 2665 vidit Wilmanns).* — 1) *Eidem deo dedicati sunt tituli III 875. 1130 seq.*

---

**585** deo Aureli|ano[1] r. p. c. | Tu.[2]

*Thubursici Numidarum (VIII 4877 descripta a solo Masqueray).* — 1) *Sic appellatus, ut monuit Mo., Aurelianus etiam vivus. Extant nummi inscripti* deo et domino nostro Aureliano Aug., deo et domino nato Aureliano Aug. *(Eckhel 7, 482). Ex titulis similis est Saguntinus II 3832.* — 2) *Res publica coloniae Tubursicitanae.*

---

**586** balnea | ex disciplin[*a d. n.*] | L. Domiti Aur[*eliani in*]|victi Aug.[1] po[*st longam*] | seriem ann[*orum resti*]|tuit | Q. Aemilius Victo[*r*] | Saxonianus.

*Saponarae in Lucania, ubi fuit Grumentum (X 222, semel descripta sed accurate).* — 1) *Mommseno videtur pertinere ad severiorem balneorum disciplinam Romae ab Aureliano reductam; confert idem quae leguntur in vita Aureliani c. 45: thermas in Transtiberina regione Aurelianus facere paravit hiemales, quod aquae frigidioris copia illic deesset.*

---

**587** Ulpiae Se|verinae | Aug., | coniugi d. n. invicti | Aureliani Aug.

*Allifis (IX 2327 aliquoties descripta saeculo superiore).*

---

**588** imp. C. | M. Cl. Tacito | P. F. in|victo | Aug.

*In parte Britanniae quae dicitur Wales, prope Dynevor, lapis miliarius ut videtur (Eph. ep. 3, 117).*

---

**589** fortissimo | imp. et paca|tori urbis[1] | M. Claudio | Tacito Pi|o Felice Aug. | n.[2] | LXXXVIIII.

*Lapis miliarius viae Carthagine Thevestem ducentis (Eph. ep. 7, 590). — 1) Scr.* orbis, *ut est in similibus lapidibus eiusdem viae VIII 10072 et eph. 7, 619* (urbis *etiam eph. 715). — 2) Nostro.*

---

**590** pacatissimo | imp. Caes. M. | Claudio | Tacito Pio | Felici Aug. | nostro. | CXVII.

*Lapis eiusdem viae, prope Siccam (VIII 10089 = eph. ep. 7, 613).*

---

**591** verae libertatis | auctor imp. Caes. | Marcus Claudius | Tacitus Pius Felix | Aug. pontifex maximus, | Ghotycus *(sic)* maximus[1], | tribunicia po|testas *(sic)* bis, cos. | II[2], p. p., proco[*s.*] | . . . .

*Tournon ad Rhodanum in provincia Narbonensi rep., columna miliaria (XII 5563 vidit Hirschfeld). — 1) Extant nummi Taciti cum inscriptione* Victoria Gothi. *vel* Gotthi. *(Eckhel 7, 498). — 2) A. 276.*

---

**592** imp. Caes. | M. Annio | Floriano | P. F. invicto | Aug.[1] | M. p. LI.

*Miliarius Britannicus, descr. Huebner (VII 1156). — 1) A. 276.*

---

**593** magno et invicto | imp. Caes. M. Annio | Floriano Pio Felici | invicto Aug.[1] p. m., | trib. potest., cos., p. p., | procos., respublica | Italicens. devota | numini maiestati|que eius, dedicante | Aurelio Iulio v. p. a. v. p.[2], | curante Aurelio | Ursiano v. e.[3], curatore | rei p. Italicensium.

*In ruderibus veteris Italicae prov. Baeticae rep. a. 1771 (II 1115 aliquoties descripta, accurate ut videtur). — 1) A. 276. — 2) Viro perfectissimo agente vices praesidis. Idem Aurelius redit in titulo II 1116 dedicato successori Floriani, Probo. — 3) Viro egregio.*

---

**594** imp. Caes. | M. Aur. Pro|bo Pio Fel. | Aug. | Gutthico | pont. max., | trib. pot., cos.[1], | p. p., d. d.

*Veleiae rep., est Parmae (XI 1178 b). — 1) A. 276. — In eodem lapide est titulus Tranquillinae Gordiani.*

---

**595** imp. Caes. M. Aurelio | Probo Pio Felice | Aug. pont. maximo, | trib. pot. III[1], cos.[2], | p. p., procos., muni|cipium Aur. Aug. Sege[*r*]|mes devotum nu|mini maiestati|que eius d. d. p. p.

*In Africa loco dicto Henschir Harat, ubi fuit municipium Segermes (Eph. ep. 7, 693 vidit Schmidt). — 1) A. 278. — 2) Sic lapis, requiritur (ut notavit Schmidt)* cos. II. *Testibus fastis et titulis quibusdam (cf. X 3728) Probus Augustus consulatu functus est quinquies, a. 277. 278. 279. 281. 282; nummi (Eckhel 7, 501) usque ad quartum consulatum procedunt.*

---

**596** imp. Caesari M. | Aurelio Probo | Pio Fel. invicto | Aug. p. m., trib. potes|tatis III, cos. . . ., p. p.[1], res | publica Tuccitanor. | devota numini maies|tatique eius . . . | curatore Iulio Cla|udio . . . . ve conss.[2] d. d.

*Martos in Andalusia, ubi fuit Tucci (II 1673 ad exemplum potissimum Accursii). — 1) Aliud exemplum praebet* trib. potestatis VI cos. IIII *(omisso* p. p.*). — 2) Haec male excepta;* curator et . . rio Claudio sub colosso *aliud exemplum.*

---

**597** [*pie*]tate iustitia fortitudine[1] | et pleno omnium virtutum | principi, ver[*o Gothi*]co veroque | Germanico[2] ac victoriarum | omnium nominibus inlustri | M. Aur. [*Probo*][3] P. F. invict. Aug. | pont. max., trib. p. V[4], p. p., cos. III, procos., | Allius Maximus v. c. leg. iur. | prov. Hisp. Tarraconens. | maiestati eius ac numini | dicatissimus.

*Valentiae (II 3738 descr. Huebner).* — 1) *Inserendum:* insigni *vel simile vocabulum (Mo.).* — 2) *Extant nummi Probi inscripti* victoria Gothic. *et* victoria Germ. *(Eckhel 7, 506).* — 3) *Erasum nomen Probi coniecit Mo. rebellione Proculi et Bonosi, de qua vita Probi c. 18. Ceterum Probi nomen erasum est etiam in titulis Campano X 3728 et Africanis VIII 100. 1353.* — 4) *A. 280.*

---

**598** imp. C. M. Aure|lio Caro in|victo Pio | Felici Aug. | pont. max., | trib. potest., | p. p., resp. mu|n. Verecund.[1]

*Verecundae prope Lambaesim (VIII 4220).* — 1) *A. 282.*

---

**599** fortissimo et clemen|tissimo imp. Caes. M. Aur. Caro | invicto Aug., p. m., t. p., cos. II[1], | p. p., proconsuli | M. Aur. Valentinianus v. c. p. p. | Hisp. cit.[2], leg. Augg. pr. pr. d. n. m. q. | eius.

*Tarracone (II 4102 vidit Huebner; ibidem rep. est titulus similis Carini II 4103; fraude Panvinii transformati in titulum communem Cari et filiorum leguntur hi tituli ap. Orell. 1045).* — 1) *A. 283.* — 2) *Vir clarissimus praeses provinciae Hispaniae Fiterioris. Idem Valentinianus Aquinci posuit titulum III 3418.*

---

**600** . . . . . . .[1] | felici invicto Aug. pont. max., | Pers. max., Germ. max., trib. | potest. II, cos. II, p. p., procos. | C. Valerius Gallianus Hono|ratianus v. c., cur. rei publ. | Karthaginis, numini | maiestatiq. eius dica|tissimus.

*Carthagine rep. (Eph. ep. 7, 151).* — 1) *Cari nomen periisse coniecit Mommsen (VIII S.), probabiliter.*

---

**601** imp. Caes. | [*M.*] Aurelio Caro | [*in*]victo Pio Feli|[*ci*] Aug. et M. Aure|[*l*]io C[*a*]rino[1] et M. | [*Au*]relio Numeria|[*no*] nobilissim[*is* | *C*]aes. s. s.[2]

*Columna miliaria, in Numidia loco dicto Ain-Amara (prope Thibilim), J. Schmidt descr. ectypum (VIII 10157, eph. ep. 5, 1123).* — 1) *Nomen Carini erasum.* — 2) *Fortasse* Caesss., *i. e. Caesaribus tribus.*

---

**602** principi | iuventutis | M. Aurelio | Numeriano | nob. Caes. | . . . .

*Saepini in Samnio (IX 2445).*

---

**603** M. Aurelio | Numerio | Numeria|no nobi|lissimo | Caesari | Mut. publ.

*Mutinae (XI 827). Litterae, quas punctis notavimus, erasae sunt, sed agnitae a Bormanno.*

---

**604** princi|pi iuven|tutis M. Numerio | Numeria|no[1] nobi|lissimo | Caesari | n.[2] M. p. I.

*Carcassonne in prov. Narbonensi, columna miliaria (XII 5672 cf. p. 858 descr. Hirschfeld).* — 1) *Eadem nomina Numeriani sunt II 4909.* — 2) *Nostro.*

**605** [*imp. C*]aes. M. | [*Au*]r. Numeria|no[1] Pio Fel. invic|to Aug. p. m., tr|ib. pot., p. p., F. Cl.[2] Ce|utrones publice, | curante Lati|nio Martinia|no v. e. proc. | Aug.

*Aime, ubi fuit Forum Claudii Ceutronum Axima, in Alpibus Graiis (XII 110, contulit Hirschfeld).* — 1) *Litterae punctis notatae erasae sunt, sed remanent certa vestigia.* — 2) *Foroclaudienses.*

---

**606** M. Aurelio Carino[1] | nobilissimo Caes. Aug., pr. iu.[2], | cos., filio | imp. Caes. M. Aureli Cari[1] | invicti P. F. Aug. p. p., tr. p. II[3], p. | m., cons. I[*I, pro*]cos., fratri | M. Aure[*li Numeriani*][1] no|bilissim. Caes. Aug., pr. iu., | res publ. col. Kal.[4], cur. | Macrinio Sossiano | c. v. cur. rei publ.

*Calamae (Guelma) in Numidia: descr. solus Creully sed accurate (VIII 5332).* — 1) *Litterae punctis insignes scalpro abrasae, sed pleraeque adhuc cernebantur.* — 2) *Principi iuventutis.* — 3) *A. 283.* — 4) *Res publica coloniae Kalamensium.*

---

**607** imp. Caes. M. Aurelio | Karino invicto Pio[1] | Felici Aug. pontifici | maximo, Germanico | maximo, tribuniciae po|testatis bis consuli[2], pat|ri patriae, consuli[3], procon|suli, M. Aurelius Decimus | v. p. p. p. N.[4] ex principe peregri|nor. devot. numini maiestatiq. eorum.

*Cirtae sive Constantinae (VIII 7002, vidit Wilmanns).* — 1) *Verba punctis notata erasa sunt, sed leguntur.* — 2) *Mommsenus coniungit* bis consuli, *ut titulus sit anni 284, quo Carinus fuit consul II cum fratre.* — 3) consuli *abundat.* — 4) *Idem M. Aurelius Decimus, vir perfectissimus, praeses provinciae Numidiae, memoratur infra N. 609. VIII 2529. 2530. 2643. 2663. 2678. 2717. 4222. 4578.*

---

**608** im[*pp. C*]aesa[*res*] | M. [*Aurelii*] | C[*ar*]inus [*et* | *Numeria*]n[*u*]s[1] | Pii Felices invicti Augusti | Germanici maximi, Brittannic. | maximi, Persici maximi, | tribuniciae potestatis, | coss., patres patriae, | proconsules, | pontem Laurentibus | adque Ostiensibus | olim vetustate collabsum | lapideum restituerunt | !!!!!!! !!!!!!!!!!!!! | !!!!!!!!!!!!!!!!!!!![2]

*Prope Ostiam, loco dicto Castel Fusano (XIV 126).* — 1) *Quae punctis notavi, erasa sunt, paucis, sed certis vestigiis relictis.* — 2) *Videntur abrasa esse nomina ipsorum imperatorum consulum a. 284.*

---

**609** [*pro salute*] impp. ff.[1] dd. nn. Carini e[*t Numeriani,* | *divi Cari*] genitoris eorum tem[*plum a funda*|*mentis r. p. mun.*] Verecundensium consti[*tuit dedicante* | *M. Aurelio*] Decimo v. p. p. p. N.[2]

*Verecundae prope Lambaesim (VIII 4221), solus descr. Renier qui supplevit.* — 1) *Imperatorum felicissimorum (Renier), vel: fratrum (Mo.).* — 2) *Cf. Nr. 607 not. 4.*

---

**610** Magniae | Urbicae | Aug., ma|tri cas|trorum | senatus | ac patri|ae, coniu|gi d. n. Ca|rini in|victi | Aug.

*Thamugadi (VIII 2384). Totus titulus abrasus est, sed legitur.*

---

**611** divo | Nigriniano[1] | nepoti Cari | Geminius Festus v. d.[2] | rationalis.

*Romae rep. in foro Augusti (Huelsen Mitth. 1889 p. 248).* — 1) *Idem divus occurrit in nummis, ap. Eckhel 7, 520, Cohen² 6 p. 409.* — 2) *Vir devotus.*

**612** imp. Caesar C. Valerius Diocletianu[s] | Pius Felix invictus Aug. | Iovi conservatori.

*Fabrateriae, prope Fregellas, rep. (X 5576 vidit Mommsen).*

---

**613** perpetuo imp. [*d. n.*] | C. Aur. Val. Diocletiano | P. F. Aug., cuius pro|videntia etiam | lavacrum ther|marum Antoni|nianarum fundi|tus | eversum sua | pecunia amplifi|catum populo suo | exhiberi iussit.

*Nicomediae, semel descripta saec. XVI (III 324). — De operibus publicis Nicomediae a Diocletiano extructis testes sunt auct. de mort. persec. c. 7 et Victor Caes. 39, 45.*

---

**614** aeterno imperatori | nostro maximo op|timoque principi, | Aurelio Valerio | Diocletiano Pio Fe|lici invicto | Augusto | Paetus Honoratus v. [c.] | corrector Itali[*ae*], | numini eius dicatissimus.

*Patavii (V 2817 semel descripta saec. XVI). —* 1) *De munere correctoris Italiae cf. Mo. eph. I p. 140, Staatsr. II³ 1086 et Marquardt Staatsverw. I² p. 229.*

---

**615** imp. Caes. C. Valerio | Diocletiano | Pio Felici | invicto Aug. pontif. max., | Brittannic. max., Germ. | max.[1], trib. potest. II[2], cos. II, | p. p., procos., | honorati et decurion. | et numerus militum | caligatorum.[3]

*(In latere)* cura agentibus | Cn. Sergio Mercurio | M. Licinio Privato | Ti. Claudio Sosipole | magistris qq. lustri XXIX.[4]

*Romae, sed oriunda videtur Ostia (XIV 128). —* 1) *Britannici nomen in titulis Diocletiani multo postea demum comparet, et post Germanici Sarmatici Persici vocabula collocatum; nec tamen ideo crediderim (cum Wilmannsio) Britannici nomen a Diocletiano depositum et postea rursus admissum esse. —* 2) *A. 285. —* 3) *Ita appellabatur Ostiae plebs collegii fabrum tignuariorum. —* 4) *Tres magistri quinquennales eiusdem collegii fabrum tignuariorum Ostiensis; unus ex eis, M. Licinius Privatus, redit in inscriptione quam infra dabimus inter municipales. Videntur autem tres viri illi magisterio functi esse multo ante Diocletianum, et basis olim alii dedicata fuisse (cf. XIV l. c.).*

---

**616** d. n. Au[r.] Valer|io Maxim|iano inv|icto P. F. Au|g. p. m., nobi|lissimo C|aes. M. VII.

*In Numidia, columna miliaria nescio cuius viae (VIII 10396 semel descripta ab homine ignoto, sed accurate puto). Videtur esse Herculii Maximiani, nondum Diocletiano aequiperati (cf. VIII 10229. 10259. 10285. 10371). Cf. Seeck comm. Woelfflin. p. 31 seq.*

---

**617** Iovi, Herculi, Victoriae | imperator Caesar Gaius Aurelius Valerius Diocletianus Pius | Felix invic. Aug. pont. max., Germ. max., trib. pot. V[1], cos. III, p. p., procos., et | imperator Caesar Marcus Aurelius Valerius Maximianus Pius | Felix invic. Aug. pont. max., Germ. max., trib. pot. III[2], cos. II, p. p., procos., | invictissimi principes nn., totius orbis restitutores, | castra cohortis I Aug. praet. Lusitanorum[3] | providentia suae maiestatis extructa dedicaverunt.

*In Aegypto loco dicto Manfalut, ubi fuit Hieraconpolis (III 22 cf. III S. p. 1208). — 1) A. 288. — 2) Tribunicia potestas Maximiani numeratur modo ab anno 285, quo Caesar factus esse videtur, ut in titulo longe primario N. 642 (item N. 640), modo ab a. 286, quo ad Augusti culmen provectus est, ut hic. — 3) Eadem cohors prima Lusitanorum adscripta eodem loco (Hieracon), recensetur etiam in Not. dign. or. p. 76.*

---

**618** providentissimo | principi, rectori | orbis ac domino, | fundatori pacis | aeternae Diocletiano P. F. | invicto Aug. pont. | max., Ger. max., Pers. | max., trib. pot. VII[1], | cos. IIII, patri pat., | procos., Sept. | [*Vale*]ntio v. p., p. p. R., | d. n. m. que eius d. d.[2]

*Augustae Vindelicorum (Augsburg) (III 5810). — 1) A. 290. — 2) Vir perfectissimus, praeses provinciae Raetiae, devotus numini maiestatique eius dedit dedicavit. Idem Septimius Valentio est N. 619.*

---

**619** magno et invicto ac | super omnes retro | principes fortissimo, | imp. Caes. M. Aur. Valerio | Maximiano Pio Fel. | invicto Aug. cos. IIII[1], | p. p., procos., | Septimius Valentio[2] v. p. | a. v. praeff. praett. cc. vv.[3], | d. n. m. q. eius.

*Romae antea in foro sub Palatino, nunc in museo Vaticano (VI 1125). — 1) A. 293—296. — 2) Idem est N. 618. — 3) Vir perfectissimus, agens vices praefectorum praetorio clarissimorum virorum.*

---

**620** dd. nn. impp.[1] Caes. Gaius Aurel. Valerius Diocletianus p. p.[2] invictus Augustus et imp. Caesar Marcus Aurel. Valerius Maximianus Pius Felix | invictus Aug. muris Cularonensibus cum interioribus aedificiis providentia sua institutis adque perfectis portam | Romanam Ioviam vocari iusserunt.

**620[a]** dd. nn. impp. *(ut supra, sed in fine)* portam | Viennensem Herculeam vocari iusserunt.

*Cularone, quae postea fuit Gratianopolis (hodie Grenoble), in duabus oppidi portis (XII 2229, saepius descriptae saeculis superioribus, nunc dirutae). — 1) Requiritur* imp. — 2) *Debuit esse* Pius Felix.

---

**621** Genio Iovii Aug.[1], | Iovia porticu eius[2] a fundamentis | absoluta excultaque, | Aelius Dionysius v. c. operi faciundo.[3]

**622** Genio Herculei Aug.[1], | Herculea porticu eius[2] | a fundamentis absoluta | excultaque, | Aelius Dionysius v. c. operi faciundo.[3]

*Romae prope theatrum Pompeii rep. (VI 254 descr. Pighius. 255 descr. Fabrettius saec. XVII). — 1) Diocletianum Iovium et Maximianum Herculium dici voluisse etiam scriptores et nummi testantur (cf. Eckhel 8, 9). — 2) De duplici hac porticu cf. Lanciani ann. inst. arch. 1883 p. 11. 12. — 3) L. Aelius Dionysius memoratur etiam infra N. 626; titulum ei positum dabimus loco suo. Operi faciundo dicitur utpote qui operi faciundo insisteret.*

---

**623** I. o. m. et | G. h. l.[1] pro | salute dd. | nn. Iovio[2] | et Herculio[2] Augg. nn.

*Sirmii (Mitrovic) (III 3231 cf. p. 1040). — 1) Genio huius loci. — 2) Requi-*

*ritur casus secundus (similia menda non rara sunt, cf. N. 502. 509. 657). Noli intellegere: pro salute Ioviorum et Herculiorum Augustorum.*

---

**624** deo Soli | Diocletianus et Maximianus | invicti Augg.

*Aquileiae (V 803, semel descripta saec. XVII exeunte).*

---

**625** [*Apollini*] Beleno[1] | [*imperator*]es Caesares | [*C. Aur. Val. Di*]ocletianus et | [*M. Aur. Val. M*]aximianus | [*P. F. invict*]i Augg. | . . . . . dedicaverunt.

*Aquileiae (V 732 saepius descripta saec. XVIII). — De Apolline Beleno, numine ut videtur Carnorum, Aquileiae potissimum culto (Herodian. 8, 3) cf. Mommsen l. c.*

---

**626** impp. Diocletianus et Maximianus Augg., perpurgatis fontium rivis et itineribus eorum ad perennem usum refectis, Tiberino, patri aquarum omnium, et repertoribus admirabilium fabricarum priscis viris honori dederunt, curante aquas L. Aelio D[*i*]on[*y*]sio[1] c. v.

*Romae ad Tiberim, semel descripta ante saeculum IX, quod exemplum servaverunt et codex Einsidlensis saec. IX et sumptum ex simili codice Poggius (VI 773).* — 1) *Idem est supra N. 621/2.*

---

**627** [*iub*]ente divina ma|[*ie*]state Diocletiani | [*et Maxi*]miani[1] Augg. | pontem belli saevitia | destructum nunc red|dita pace per Aurelium | Lituam v. p. p. n.[2] restitutum | instantia Flavi . . . ric . . . | disp.[3] [*e*]or. et Iulior. . . . . e | cae . . . . orati . . . ias. | Pr. CCLI.[4]

*Auziae Mauretaniae (VIII 9041).* — 1) *De nomine Maximiani eraso cf. N. 650 not. 1.* — 2) *Virum perfectissimum praesidem nostrum; de Litua cf. N. 628 not. 2.* — 3) *Fortasse* dispunctoris *(?).* — 4) *(Anno)* provinciae *(scilicet Mauretaniae)* CCLI, *sive anno post Chr. 290.*

---

**628** Iovi optimo maximo | ceterisque dis | immortalibus, | gratum referens, | quod, erasis funditus | Babaris Transtagnen|sibus[1], secunda praeda | facta, salvus et incolumis | cum omnib. militibus | dd. nn. Diocletiani et | Maximiani Augg. | regressus, | Aurel. Litua v. p. p. p. M. C.[2] | votum libens posui.

*Caesareae in Mauretania (Cherchel) rep. (VIII 9324).* — 1) *Bavares eorumque incursiones in provincias Africanas memorantur etiam VIII 2615. 9047. Transtagnenses fortasse dicuntur quippe habitantes ultra stagna hodie Sebkha el Hodna (Partsch).* — 2) *Vir perfectissimus praeses provinciae Mauretaniae Caesariensis. Idem propter victoriam de Quinquegentaneis similem titulum dicavit Saldis in ora Mauretaniae VIII 8924; cf. N. 627.*

---

**629** diis genitis[1] et | deorum creatoribus[2] | dd. nn. Diocletiano et | [*Maximiano invict*]is Augg. | *(reliqua paene omnia evanuerunt).*

*Prope Dyrrhachium, ad flumen dictum Rzan (III 710, descr. Heuzey, principii ectypum vidit Mommsen).* — 1) *Similiter* deus et dominus natus *dicitur Aurelianus in nummis (Eckhel 7, 482).* — 2) *Cogitavit scriptor, iudice Mommseno, de Valeria Diocletiani et Maxentio Maximiani filiis aliisque postea creandis, non de prole adoptiva.*

**630** ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![1] et imp. Caes. | M. Aur. Valerio Maximiano [*P. F.*][1] invict. | Aug., p. m., trib. pot. VIII[2], cons. VI[3], p. p., | procons., et Flavio Valerio | Constantio et Galerio Va|lerio Maximiano nobi[*liss. Caess.*] | nostri consti . . .[4]

*Lorillae in Baetica ubi videtur fuisse Olaura, nunc Sevillae (II 1439 vidit Huebner).* — 1) *Diocletiani nomen funditus erasum est, Maximiani ita ut pleraque adhuc legantur. Maximiani statuas revulsas et imagines deletas esse, cum is iussu Constantini necatus esset, narrat auctor de mort. pers. c. 42 (cf. Euseb. hist. eccl. 8, 13. vit. Const. 1, 47); addit ille simul et Diocletiani statuas passim deiectas esse; quae narratio huius tituli rasuris confirmatur. Sed praeterea tituli docent etiam in Galerii memoriam simili modo saevitum esse. In Africa potissimum ex Diocletiani collegarumque nominibus saepe Constantii solum nomen illaesum mansit. Cf. Mo. Eph. ep. I p. 123 seq. Ceterum reperiuntur etiam tituli communes quattuor illorum imperatorum, in quibus unius Galerii nomen est erasum (N. 636).* — 2) *Videtur significari non annus 292 p. Chr., sed, non connumerato anno quo Maximianus Caesar tantum fuit (N. 617), a. 293.* — 3) *Consul sextum Maximianus fuit anno demum 299; fortasse debuit esse* cons. IV, *et numerus* V, *qui postea additus videbatur Huebnero, insertus est loco non suo (Mo.); consul autem quartum fuit Maximianus a. 293, ita ut titulus positus esse possit hoc ipso anno.* — 4) *Fuit sine dubio, ut supplevit Mo.,* consti[tuti]*; ultimis vocabulis additis per anacoluthiam indicavit scriptor, Galerium et Constantium modo Caesares creatos esse. Constituti autem esse videntur Caesares Galerius et Constantius kal. Martiis a. 293 (cf. infra N. 642 not. 8).*

---

**631** I. o. m. | conserva|tori d. n. imp. | C. Val. Diocleti|[*ani invi*]cti [*e*]t[1] | semper fel. Aug., | Valerius Florus v. p. p. p. Num.[2], nu|mini maiestati|que eorum di|catissimus | posuit, curan|te Iul. Lambe|sio cur reip.

**632** [*Her*]culi Aug., | conservatori | d. n. imp. M. Aureli | Valeri M[*a*]x[*imia*]ni inv[*icti ac sem*]|per[1] felicis Aug., | Valerius Florus | v. p., p. p. Num.[2], numi|ni maiestatique | eorum dicatis|simus posuit, | curante | Iul. Lambesio | curatore rei p.

**633** Genio virtutum, | Marti Aug. con|servatori [*Galer.*] | Va[*leri Maximi*|*ani*][1] nobilissimi | et fortissimi Caes., | Valerius Florus | v. p. p. p. Num.[2], nu|mini maiesta|tique eorum | dicatissimus posuit, | curante Iulio | Lambesio cur. | rei publicae.

*Thamugadi (VIII 2347. 2346. 2345).* — 1) *Nomina imperatorum (omnia, quae punctis subiectis notavimus), erasa (cf. N. 630 not. 1).* — 2) *Vir perfectissimus praeses provinciae Numidiae (*Num. *litteris in tribus hisce titulis contignatis, teste Wilmannsio; Renierus legerat* N. M., *intellegens praesidem provinciae Numidiae Mauretaniae).* — *Una prostitit sine dubio titulus dedicatus nescio cui numini conservatori Constantii.*

---

**634** Herculi Augusto | Iovius ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![1] Augg. [*e*]t[2] | Herculius et Iovius nobb. Caess.

*Thessalonicae (Kinch l'arc de triomphe de Salonique, Paris. 1890 p. 10 not.).* — 1) *Erasa esse verba* et Herculius *intellexit Kinch. Nota etiam in Oriente memoriam*

*Maximiani abolitam esse (erasum invenitur nomen eius etiam Palmyris, III S. 6661). — 2)* vet *(pro* el*) Kinch, sed dubitationis signo ad* v *apposito.*

**635** [*Iovi o. m.*] et G[*enio* | *ma*]iestatiq. [*dd. nn.*] Diocletiani et | Maximiani sen.[1] | Augg. et Consta[*ntii et*] | Maximiani for[*tiss. et*] nobiliss. Caess. | Aurel. Marcellus v. p. | praes. prov. Caria[*e d. n.*] | eorum dedicav[*it*].

*Halicarnassi (III 449). — 1) Senior dicitur Maximianus, ita ut Galerius aliquoties dicitur Maximianus iunior (N. 653. 673).*

**636** imp. Caes. C. Val. Diocle|tianus P. F. invict. Aug. et | imp. Caes. M. Aurel. Val. Max[*i*]|miani *(sic)* P. F. invict. Aug. et | Fl. Val. Constanti[*us*] et | Gal. Val. Maximianus | nobb. Caess. | M. p. VIIII.

*Veronae (V 8016). — Eadem inscriptio legitur in columnis V 8010. 8021. 8038. 8042 a. 8047. 8057. 8068. paene omnibus territorii Veronensis, in quibus paene omnibus (praeter 8010. 8068) solius Galerii nomen erasum est. Fortasse hoc factum est eo tempore quo haec regio Maxentio parebat; qui quamquam defuncti soceri memoriam colebat, cum vivo constans bellum habuit. (Praeterea solum Galerii nomen erasum inveni in miliario IX 6071; cf. etiam VIII 10430.)*

**637** felicissimo saeculo dominorum nostrorum C. Aureli Valeri [*Dio*]cletiani Pii Fel. invict. Aug. | [*et M. Aureli Valeri Maximiani Pii Fel. invict. Aug.*][1] et M. Fl. Valeri Constanti et C. Galeri | Valeri Maximiani[2] nobilissimorum[1] Caess. et consulum, quorum virtute ac providen|tia omnia in melius reformantur, porticum cum arcu suo, quae foro ambiendo deerat, | a solo coeptam et perfectam p. p.[3], Aur. Aristobulus v. c. procos. Africae[4] per instantiam Macrini Sos|siani c. v. leg. cum eodem dedicavit, curante remp. Ca . . . . . . iano, d. d. p. p.

*In provincia Africa loco dicto Henchir Midid (VIII 608 cf. eph. ep. 5, 273). — 1) Punctis subiectis notavi vocabula scalpro deleta vel temptata. — 2) Tam Constantius quam Galerius plerumque praenomine carent, in titulis potissimum legitime scriptis, atque ubi adest praenomen, Constantii plerumque non est* M. *(praeterea tantum V 8042), sed* C. *(infra N. 648. 649. III 5205. X 7504), Galerii modo, ut hic* C. *(etiam XI 3202), modo* M. *(X 7505). — 3) Pecunia publica. — 4) Est Aristobulus praefectus praetorio a. 284, consul cum Diocletiano a. 285; ut proconsul Africae memoratur saepius in titulis Africanis, legatus eius Macrinius Sossianus etiam in urbano Bull. com. 1883 p. 219.*

**638** [*felicissimis et b*]eatissimis temporibus suis | [*imp. Caes. C. Val.*] Diocletianus invictus Pius Fel. Aug. et | [*imp. Caes. M. Aur. Val. M*]aximianus invictus Pius Fel. Aug. et | [*Flavius Val. Constant*]ius et Galer. Val. Maximianus | nobilissimi Caess. | municipium Rapidense ante plurima tempora rebellium | incursione captum ac dirutum ad pristinum statum | a fundamentis restituerunt, curante | U[*l*]pio Apollonio v. e. p. p. M. C.[1] numini maiestatiq. eor. d[*evoto*].

*In Mauretania, loco dicto Súr Djuâb, ubi fuit municipium Rapidense (Eph. 5, 956). — 1) Viro egregio praeside provinciae Mauretaniae Caesariensis.*

**639** imp. Caes. C. Aur. Val. Diocletiano Pio Felici | invict. Aug. pont. m., tr. pot., p. p., procons., et | imp. Caes. M. Aur. Val. Maximiano Pio Felici | invict. Aug. pont. m., tr. pot., p. p., procons., et | Fl. Val. Constantio et Gai.[1] Val. Maximiano nobb. Caess., | dedicavit leg. I P. vestra[2], agent. Trocundo | prefaec.[3]

*Trapezunte (III S. 6746, Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Scr.* Gal. — 2) *Legio prima Pontica vestra. In notitia dignitatum Orientis p. 96 recenseri praefectum legionis I Ponticae Trapezunte monuit Mommsen.* — 3) *Agente Trocundo (quod nomen est Isauricum alibi quoque repertum) prefaecto.*

---

**640** [*i*]mp. Caes. G. Aure. Val. Diocletian[*us pont. max., Ger. max.*] | Sar. max., Pers. max.[1], trib. pot. XI[2], im[*p. X, cos. V, p. p., procos., et*] | imp. Caes. M. Aur. Val. Maxsiimia[*nus pont. max., Ger. max., Sar.*] | max., Pers. max., trib. pot. X[3], imp. VIIII, co[*s. IIII, p. p., procos., P. F. inv. Augg.* | *e*]t Val. Cons[*t*]antius et Gal. Val. [*Maximianus nobilissimi* | *C*]aess. murum Vitudurensem a s[*olo sumptu suo fecerunt*], | Aurelio Proculo v. p. pr[*aes. prov. curante*].

*Constantiae, lapis ablatus sine dubio Vituduro prope Winterthur (Mommsen inscr. Helv. 239).* — 1) *Numeri ad has appellationes in titulis nonnullis Diocletiani et collegarum accuratius scriptis (N. 641. 642) additi, ut plerumque, ita hic quoque, omissi sunt.* — 2) *A. 294.* — 3) *Cf. N. 617 not. 2.*

---

**641** imperatores Caess. Gaius Aur. Val. Diocletianus | et M. Aur. Val. Maximianus Pii Felices invicti Augg. et Fl. Val. | Constantius et Gal. Val. Maximianus nobb. Caess., Germani|ci maximi V Sarmat. max. IIII Persici max. II Brittanici maximi, | post debellatas hostium gentis confirmata orbi suo | tranquillitate in aeternum constituere praesidiu.

*Totrocan ad Danuvium, ubi fuit Transmarisca castellum Moesiae inferioris, nunc Bukaresti (III 6151 cf. III S. p. 1349). Titulum positum esse non multum ante N. 642 apparet, postquam Diocletianus quintum, antequam sextum Germanicus maximus appellatus esset. Ceterum brevitatis puto causa is qui hunc titulum dictavit vocabula Diocletiano debita tribuit etiam collegis eius omnibus. Eadem de causa videtur omisisse Carpici, Armenici, Medici, Adiabenici vocabula.*

---

**642** [*imp. Caesar. C. Aurel. Val. Diocletianus P. F. inv. Aug. po*]nt. max. Germ. max. VI, Sarm. max. IIII, Persic. max. II, Britt. max., Carpic. max., Armen. max., Medic. max., Adiabenic. max.[1], trib. p. XVIII[2], coss. VII[3], imp. XVIII[4], p. p., procoss. et imp. Caesa[*r*] M. Aurel. Val. Maximianus P. F. inv. Aug. pont. max., Germ. max. V[5], Sarm. [*max. IIII, Persic. max. II, Britt. max., Carpic. max., Armen. max., Medic. max., Adiabenic. max., tri*]b. p. XVII[6], coss. VI, imp. XVII, p. p., procoss. et Fla. Val. Constantius Germ. max. II, Sarm. max. II, Persic. max. II, Britt. max., [*Carpic.*][7] max., Armenic. max., Medic. max., Adiaben. max., trib. p. VIIII[8], coss. III[9], nobil. Caes. et G. Val. Maximianus Germ. max. II, Sarm. [*max. II, Persic. max. II, Britt. max., Carpic. max., Armenic. max., Medic. max., Adia*]b. max., trib. p. VIIII[8], coss. III[9], nobil. Caes. dicunt.

Fortunam rei publicae nostrae, cui iuxta inmortales deo[*s*] bellorum memoria, quae feliciter gessimus, gratulari licet tranquillo orbis statu et in gremio altissima[*e*] quietis locato, etiam pacis bonis, p[*r*]opter quam sudore largo lavoratum est, disponi fideliter adque ornari decenter honestum publicum et Romana dignitas maiestasque desiderant, ut nos, qui benigno favore numinum aestuantes de praeterito rapinas gentium barbararum ipsarum nationum clade conpressimus, in aeternum fundatam quietem d[*e*]bit[*is*] iusti[*t*]iae[10] munimentis saepiamus. — — — — — *(Post alia)* Quis enim adeo optumsi pectoris et a sensu humanitatis extorris est, qui ignorare possit, immo non senserit in venalibus rebus, quae vel in mercimoniis aguntur vel diurna urbium conversatione tractantur, in tantum se licentiam difusisse pretiorum, ut effrenata livido rapiendi nec rerum copia nec annorum ubertatibus mitigaretur? — — — — — *(Paullo post)* Et quibus senper studium est in questum trahere etiam beneficia divina, ac publicae felicitatis afluentiam stringere rursusque anni sterili[*tate de seminum*] iactibus adque institorum officiis nundinari; qui singuli maximis divitiis diffluentes, quae etiam populos adfatim explere potuissent, consectentur peculia et laceratrices centensimas persequantur: eorum avartiae modum statui, provinciales nostri, communis humanitatis ratio persuadet. — — — — — *(Rursus post alia)* His omnibus, quae supra conprehensa sunt, iuste ac merito permoti, cum iam ipsa humanitas deprecari videretur, non praetia venalium rerum — neque enim fieri id iustum putatur, cum plurima[*e*] interdum provinciae felicitate optatae vilitatis et velut quodam afluentiae privilegio glorientur — sed modum statuendum esse censuimus; ut, cum vis aliqua caritatis emergeret[11] — quod dii omen averterent! — avaritia, quae velut campis quada[*m in*]mensitate dif|fusis tener[*i*] non poter[*at*], statuti nostri finibus et moderaturae legis terminis string[*e*]retur. Placet igitur [*e*]a pretia, quae sub[*di*]ti brevis scriptum designat, ita totius orbis nostri [*o*]bs[*e*]rvantia contineri, ut omnes intellegant egrediendi ea[*d*]em licentiam sibi esse praecisam; non inpedita utique in his locis, ubi copia rerum perspicietur afluere, vilitatis baeatitu[*di*]ne, [*c*]ui maxime providetur, dum praefinit[*a*] avaritia conpescit[*u*]r. Inter v[*e*]nditores autem emptoresque, quibus consuetudo est adire portus et peregrinas obire provincias, haec communis actus debebit ess[*e*] moderatio, ut, cum et ipsi sciant in caritatis necessitate statuta rebus pretia non posse transcendi, distractionis tempore ea locorum adque discursu[*u*]m totiusque negotii ratio subputetur, qua iuste placuisse perspicitur nusquam carius vendituros esse qui transferunt. Quia igitur et apud maiores nostros hanc ferendarum legum constat fuisse rationem, ut praescripto metu conpescer[*e*]tur audacia — quod rarum admodum est humanam condicionem sponte beneficam deprehendi, et senper praeceptor metus iustissimus officiorum invenitur esse moderat[*o*]r — placet, ut, siquis contra formam statuti huius conixus fuerit

audentia, capitali periculo subi[*u*]getur. Nec quisquam duritiam statui putet, cum in promptu adsit perfugium declinandi periculi modestiae observantia. [*E*]idem autem periculo etiam ille subdetur, qui conparandi cupiditate avaritia[*e*] distrahentis contra statuta consenserit. Ab [*e*]iusmodi quoque noxa [*i*]nmunis nec ille praestavitur, qui habens [*s*]pecies victui adque usui necessarias post hoc st[*at*]u[*t*]i temperamentum exist[*u*]maverit subtrahendas; cum poena vel gravior e[*s*]se debeat inferentis paenuriam quam contra stat[*u*]ta quatientis. Cohortamur ergo omnium devotionem, ut res constituta ex commodo publico benignis obsequis et debita religione [*custodia*]tur, m[*ax*]ime cum e[*iu*]s modi statuto non civitatibus singulis ac populis adque provinciis, sed universo orbi provisum esse videatur, in cuius pe[*rnici*]em pauci atmodum desaebisse noscantur, quorum avaritiam nec prol[*i*]xitas temporum nec divitiae, quibus studuisse cernuntur, [*miti*]gare aut satiare potuerunt.

[*Quae pr*]etia [*in singularum rerum venditionibus ex*]cedere nemini licitum sit, [*hic i*]nfra oste[*nditur*].

*Edicti Diocletiani et collegarum de pretiis rerum, memorati ab auctore de mort. persec. c. 7 et in fastis Idatianis ad a. 302, lapidi incisa adhuc reperta sunt exempla tria, unum in Aegypto (unde a. 1807 Aquas Sextias translatum est), alterum Stratoniceae in Caria (ubi extat loco antiquo in pariete aedificii marmorei, fortasse curiae antiquae), tertium Plataeis (primum descriptum a. 1889, American journal of archaeology vol. 5 1889 p. 430 seq.), nullum plenum, exordio cum nominibus imperatorum extante in solo exemplo Aegyptiaco, fine (cf. not. 11) servato in solo Stratonicensi. Qui edicto adhaerebat recensus specierum omnis generis cum pretiis statutis, videtur lapidi incisus passim propositus esse in oppidis Orientis; certe locis non minus tredecim adhuc prodierunt frustula eius modo Latine scripti, modo Graece versi. Frustula haec composuerunt et suppleverunt Mommsen Berichte der sächs. Gesellsch. d. Wiss. 1851 p. 1 seq. cum commentario; Waddington ad Lebasii iter archaeologium III n. 535 p. 145 seq., item cum commentario; denuo Mommsen C. III p. 801 seq. (idem fragmenta postea reperta recensuit et commentario nonnulla addidit Herm. vol. 25 1890 p. 17 seq.). Hic placuit repetere ex Mommseni editione partes edicti potiores (adhibito exemplo nuper reperto Plataeensi).* — 1) *Plenissimum exemplum vocabulorum quae sibi imposuerant Diocletianus collegaeque sub finem imperii communis. In reliquis titulis horum imperatorum qui extant tantum non omnibus series illa nominum breviata est (etiam in N. 640 cf. not. 1); diploma militare (X 1113), in quo item fuerunt nomina illa plena, mutilum est et male descriptum; item male descriptus titulus Aegyptiacus C. I. Gr. 4892; sed conferendus est titulus soli Diocletiano positus X 3343. De tempore singularum appellationum coniecturas Wilmannsii (ex. 1061) non repeto.* — 2) *A. 301.* — 3) *Consul septimum fuit Diocletianus a. 299 una cum Maximiano sextum.* — 4) *Hic numerus fortasse hac ratione est explicandus. Diocletianus cum primum post acceptum imperium, nuntiata victoria de Germanis vel de Britannis, appellatus esset Germanicus maximus vel Britannicus maximus, simul appellari coepit imperator iterum; hoc modo si aequaliter processerunt appellationes adsumptae propter bella feliciter patrata et imperatoriae acclamationes, harum numerus eo tempore, quo hic titulus positus est, esse debebat, ut est, XVIII.* — 5) *Quod Germanicus maximus quintum dicitur Maximianus, non sextum, ut Diocletianus, hac re videtur*

*indicari, ante adsumptum Maximianum collegam Diocletiano victoriam de Germanis partam esse. Reliqua cognomina Maximiano videntur communia fuisse cum Diocletiano.* — 6) *Cf. N. 617 not. 2.* — 7) Sarm. *lapis Aegyptiacus, aperto errore quadratarii. Minime autem certum est, id quod posuit Wilmanns, Constantium et Galerium, ex quo Caesares facti sunt, eadem vocabula victoriarum recepisse quae receperunt Augusti.* — 8) *Apparet Constantium et Galerium tribuniciam potestatem accepisse non a. 292 ut credebatur propterea quod auctor de mort. pers. c. 35 narrat proximis post Galerii mortem (a. 311) kalendis Martiis impendisse vicennalia eius, sed a. 293, et vicennalia illa Galerii kal. Martiis a. 312 celebranda pertinuisse ad initium vicesimi anni.* — 9) *Consul tertium uterque Caesar fuerat a. 300.* — 10) dibitum iusticiae *exemplum Plataeense, in quo solo haec vocabula servata sunt.* — 11) *Desinit exemplum Plataeense.*

---

**643** pace ac bello maxim[*is*]
dominis nostris M. Aur[*elio Valerio Maximiano*]
Pio Felici Augusto sempe[*r et ubique victori, et*]
Flavio Valerio Constant[*io nobilissimo Caesari*]
pietate eorum et cle[*mentia*]
aucto honore[1] consen[*su*][2] . . . . .
Nummius Tuscus v. c. pra[*efectus urbi*][1]
curator aquarum et [*Miniciae*],
numini eorum sem[*per dicatissimus*].

*Romae rep. in monte Quirinali (Borsari Notizie 1884 p. 422).* — 1) *Videtur Nummius Tuscus curator aquarum hunc titulum posuisse, cum aucto honore factus esset praefectus urbis (fuit autem praefectus urbi a d. 19 Febr. 302 ad d. 12 Sept. 303, teste Chronographo qui dicitur anni 354).* — 2) *Intellegitur consensus Diocletiani et Galerii.*

---

**644** Multis XXX[1] vestris, dddd. nnnn. Diocletiane | et Maximiane aeterni Augg. et Constanti | et [*Maximian*]e[2] nobb. Caess.! ob felicissi|mum diem XX[3] vestrorum Victorias fecit ordo | mun. nostri, regente p(rovinciam N(umidiam) vestra(m) Aurel(io) Quin|tiano v. p.; arcum Pompeus Donatus fl(amen) p(erpetuus) et Sit|tius Frontinianus pf.[4] de suo fecerunt.

*In Numidia loco dicto Ksûr el-Ahmar (VIII 4764).* — 1) *Tricennalibus.* — 2) *Punctis significavimus litteras erasas, quarum pleraeque adhuc leguntur.* — 3) *Vicennalium; vicennalia celebraverunt Diocletianus et Maximianus Romae d. 20 Nov. 303 (auct. de mort. pers. c. 17).* — 4) *Fortasse: pontifex (Mo.).*

---

**645** [*dd. nn. Diocletianu*]s et Maximianus seniores Aug. et
[*dd. nn. Constantius et Maximianus in*]victi imperatores et
[*Severus et Maximinus nobili*]ssimi Caesares,
[*quo tempore d. n. Maxim*]ianus invictus senior Aug. feliciter
[*comprimens turbas Quinquege*]ntaneorum ex Tubusuctitana
[*regione copiis iuva*]retur, horrea in Tubusuctitana
[*civitate fieri*] praeceperunt, anno pro. CCLXV.[1]

*Tupusuctu (hodie Tiklat) in Mauretania (VIII 8836, descr. Poulle).* — 1) *Annus provinciae Mauretaniae 265 est aerae Christianae 304, quo praeceptum de horreis*

*aedificandis datum esse apparet, sed titulus incisus est post kal. Maias a. 305 (cf. N. 646 not. 1).*

**646** dd. nn. Diocletianus et Maximianus invicti | seniores Augg., patres impp. et Caess., et | dd. nn. Constantius et Maximianus invicti Augg.[1], et | Severus[2] et Maximinus[2] nobilissimi Caesares | thermas felices [*Dio*]cletianas[3], quas | [*M*]aximianus[4] Aug. re[*dien*]s[5] ex Africa sub | [*pr*]aesentia maie[*statis*] disposuit ac | [*f*]ieri iussit et Diocletiani Aug. fratris sui | nomini consecravit, coemptis aedificiis | pro tanti operis magnitudine omni cultu | perfectas Romanis suis dedicaverunt.

*Romae, inscriptio thermarum Diocletianarum, quae videtur in ingentis illius aedificii compluribus partibus proposita fuisse: integram inscriptionem vidit solus auctor syllogae Einsidlensis (cf. supra p. 28 not.), eiusdem ut videtur lapidis, cum fractus esset, duas particulas descripserunt saec. XVI auctores complures (VI 1130, restituit Mommsen Sitzungsber. der sächs. Ges. der Wiss. 1850 p. 308); alterius lapidis cum eadem inscriptione nuper complura fragmenta prodierunt (VI p. 845; Eph. ep. 4, 794; Notizie 1890 p. 185).* — 1) *Titulus positus post kal. Maias a. 305, quibus Diocletianus et Maximianus imperio se abdicaverunt, seniores Augusti inde dicti, ante acceptum nuntium de morte Constantii defuncti Eboraci a. d. VIII kal. Aug. 306.* — 2) *Severi nomen plane deletum est in exemplo nuper reperto in particula exempli olim noti, quam vidit Smetius, Severi et Maximini nomina rasura temptata fuisse, sed ita ut legi potuerint, significatur.* — 3) *Lacunae inde ortae, quod auctor syllogae Einsidlensis aberravit a vocabulo* Diocletianas *ad* Diocletiani, *praeter paucas litteras suppleri potuerunt ex apographis particularum huius lapidis posterioribus et ex frustulis nuper repertis.* — 4) *Maximiani nomen rasura temptatum fuisse in particula lapidis, quam vidit, significat Smetius; in fragmento nuper reperto videtur integrum relictum esse.* — 5) re . . . *extat in frustulo nuper reperto; antea suppleverant* absens.

**647** divo | M. Aur. Val. | Maximiano | seniori | . . . . . .

*In agro Amiternino (IX 4516 vidit Dressel). — Divo Maximiano titulos positos non puto nisi in dicione Maxentii filii eius. — Alatrii extat lapis, in quo, praeter inscriptionem Gallieni totam abrasam, cernuntur duo tituli alter positus Diocletiano et Maximiano vivis, huius nomine, ut passim, eraso, alter positus divo Maximiano a senatu populoque Aletrinate (X 5805).*

**648** piissimo ac fortissimo | fundatori pacis | ac publicae | libertatis | auctori, | d. n. Flavio Val. | Constantio | nobilissimo Caes.[1], | Val. Honoratus v. p. | rat. s. r.[2], d. n. m. q. eius.

*Romae rep. in foro (VI 1132 descripserunt Pighius aliique).* — 1) *A. 293—305.* — 2) *Vir perfectissimus rationalis summae rei. — Eodem loco postea prodiit titulus (VI 1133) quem eidem Constantio posuit Tacitius Felix v. p. rat(ionalis) s(ummae) p(rivatae).*

**649** domino nostro | C. Flavio Valerio | Constantio | nobilissimo Caes. | col. col. | Iul. Aug. Sald. | legionis VII | immunis.[1]

*Saldis in Mauretania (Bougie) rep. (Recueil de Constantine 25 p. 426).* —

1) *Coloni coloniae Iuliae Augustae Saldensium legionis septimae immunis; cf. ad N. 662.*

**650** optimo benignissimoq. | principi Flavio Valerio | Constantio nob. Caesari, | Germanico max., cons.[1], colonia | Nicomedensium, d. n. m. q. eius.

*Nicomediae (III 326 descripserunt Mordtmann aliique). — 1) Consul primum processit Constantius a. 294, consul iterum a. 296; videtur igitur titulus positus a. 294 aut 295.*

---

**650[a]** imp. Caesari | Gaio Fabio[1] | Constantio p[*io*] | felici August[*o or*]|do C[*u*]rium Sabi[*no*]|rum | d. n. m. q. e.

*Curibus rep., est Romae in museo Vaticano (IX 4962). — 1) Debuit esse* Flavio.

---

**651** [*i*]mp. Caes. Fla|[*vi*]o Valerio Constantio | [*i*]nvicto pio | felici Aug. pon|tifici maximo, | tribuniciae | potesta[*ti*]s X[*IIII*], | [*i*]mp. II, cons. | VI[1], p. p., p.[2], Val. | [*A*]nton[*inus* | *p. p.*] N. C.[3], n. m. q. e. [*d.*], | p. p. p.[4]

*Thibili in Numidia (VIII 5526 vidit Wilmanns). — 1) Consul VI Constantius fuit anno 306, unde numerus tribuniciae potestatis suppleri potuit. — 2) Patri patriae proconsuli. — 3) Praeses provinciae Numidiae Cirtensis. — 4) Pecunia publica posuit.*

---

**652** divo | Flavio Valerio | Constantio | colonia Mint.

*Neapoli rep., sed ablata ut videtur Minturnis (X 6005).*

---

**653** b. f.[1] | fortissimo et invictis|simo Caesari d. n. Galer. | Aur.[2] Val. Maximiano | principi iuventutis.

*Alexandriae Troadis rep. (III 383 descr. Akerblad et Clarke). — 1) Cf. N. 467 not. 1. — 2) Aurelii nomen rarissime datur Galerio.*

---

**654** Galerio Vale|rio Maximia|no iun.[1] nobi|lissimo Caes., | principi iuven|tutis senatus | ac patriae, invic|to pio felici Aug., | res p. col. Thamug. | numini maies|tatique eius de|vota.

*Thamugadi (Eph. ep. 7, 768 vidi ipse). — 1) Cf. N. 635 not. 1.*

---

**655** d. n. Flavio Vale|rio Severo no|bilissimo | Caesari ord[*o*] | et populus | Vulcentium | d. n. m. q. eiu[*s*].

*Vulcis Etruriae rep., nunc Romae (XI 2928). Alter titulus eiusdem Severi item in Etruria repertus est XI 3381.*

---

**656** XXXVI. Dd. nn. | Flavio Val. | Constantio et | Galerio Val. | Maximiano | invictissimis et | clementissimis | semper Augg. et | dd. nn. | Fla. Valerio | Severo et | Galerio Valerio | Maximino | nobilissimis ac | beatissimis | Caess.

*In valle Anienis ad bivium viarum Valeriae et Sublacensis, sub vico Roviano, columna miliaria (Notizie 1890 p. 162). In eadem columna legitur praeterea titulus Augustorum Constantini et Licinii et Caesarum (cf. infra N. 712). Similiter inscripti lapides praeterea in his partibus Italiae prodierunt IX 5433. 5939. 5941. 5967. Positi sunt inter kal. Maias 305 et extremum mensem Aug. 306 (cf. supra N. 646).*

---

**657** dd. nn. victoribus | Maximiano et Severo | imperatoribus[1] et | Maximino et Constanti[*no*] | nobilissimis Caesaribu[*s*]. | Ab Ero in Clusma[2] | m. VIIII ϑ'.[3]

*In Aegypto, loco dicto Tell-el Maskhuta, ubi fuit Heroonpolis (III S. 6633, descr. Naville, Henzen vidit ectypum). — 1) Titulus positus a. 306/7, post mortem Constantii et Severum Augustum dictum, antequam mors ipsius Severi in Aegypto innotuisset. — 2) De via ducente Hero (ut est in itinerario Antonini) Clysma cf. Mommsen Sitzungsber. d. Ak. 1887 p. 364. — 3) Numerus et Latine et Graece positus.*

---

**658** pro salute dd. | nn. | [*M*]aximiano[1] | Iovo[2] invic. | Aug. et Maximino | Caes. | Iulius Valeria[*n*]u|s et Aurel. Maxim[*us*] ddvv. col. | Aq.[3]

*Alt-Ofen (Aquinci) rep. (III 3522 cf. eph. ep. 2, 652 vidit Mommsen). — 1) Requiritur casus secundus. — 2) Debuit esse* Iovio. — *3) Duoviri coloniae Aquinci.*

---

**659** d. S. i. M.[1], | fautori imperii sui, | Iovii et Herculii | religiosissimi | Augusti et Caesares | sacrarium | restituerunt.

*Carnunti (Petronell) rep. (III 4413, vidit Mommsen). — 1) Deo Soli invicto Mithrae. — Titulum probabiliter rettulit Mommsen ad a. 307, quo, caeso Severo, praesentibus Diocletiano et Maximiano senioribus Augustis, Galerius Carnunti Licinium dixit Augustum (Hieronymus ad a. Abr. 2324; item quod ἐν Καρνούτῳ πόλει Κελτικῇ convenisse Maximianum et Diocletianum refert Zosimus 1, 10, ad eandem rem spectat). Dedicarunt igitur titulum Diocletianus, Galerius, Licinius, Iovii Augusti et Maximianus Herculius Augustus pro se et pro absentibus Maximino Daza Iovio Caesare, et Constantino, qui tunc illis fuit Caesar Herculius.*

---

**660** e x e m p l u m [*s a c r a r u m l i t t e r a r u m*].
imperator Caesa[*r*] Galeri[*us Valerius Maximianus*]
[*pius felix*] invictus Augustus pontif. [*max.*] . . . . . . .
. . . . . . . quint., Persic. max. tert., Brett. [*max*] . . . . .
. . . . . . . Med. max., Adiab. max., trib. pot. . . . . . . . . .
. . . . . . . pater patriae, procons.
! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !
[*et imp. Caes*]ar Flavius Va[*l*]erius Cons[*tantinus*] . . . . . . . .
. . . . [*c*]ognitum est ita semper cuncta provisio . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . g. adque etiam nostris ordinationibus esse d . . . . . . . . . . .
. . . . . m. hostium in omnibus provinciis nostris mani . . . . . . . . . . .
. . . . . as ripa fuerat. V[*e*]rum ad hostium quidem incursio[*nes*] . . . . .
. . . . . ba hosti[*l*]it[*e*]r adpetito[*s*] con[*fi*]dentibus . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . enquit at ii qui . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . i[*l*]lius dimi . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . ntum pis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Sinope (III S. 6979 ad exemplum factum a Graeco quodam). Particula (ut vidit Mo.) edicti alicuius Galerii et collegarum. Persimile exordium est edicti propositi a Galerio sub finem vitae d. 30 Apr. 311 (cf. de mort. pers. c. 35), relati apud Eusebium hist. eccl. 8, 17: αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Γαλέριος Οὐαλέριος Μαξιμῖνος (immo Μαξιμιανὸς) ἀνίκητος Σεβαστὸς ἀρχιερεὺς μέγιστος, Γερμανικὸς μέγιστος, Αἰγυπτιακὸς μέγιστος, Θηβαικὸς μέγιστος, Σαρματικος μέγιστος πεντάκις, Περσῶν μέγιστος δὶς, Καρπῶν μέγιστος ἑξάκις, Ἀρμενίων μέγιστος, Μήδων μέγιστος, Ἀδιαβηνῶν μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ εἰκοστὸν, αὐτοκράτωρ τὸ ἐννεακαιδέκατον, ὕπατος τὸ ὄγδοον, πατὴρ πατρίδος, ἀνθύπατος· καὶ αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλαύιος Οὐαλέριος Κωνσταντῖνος εὐσεβὴς εὐτυχὴς ἀνίκητος Σεβαστὸς ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας, αὐτοκράτωρ τὸ πέμπτον, ὕπατος,*

*πατὴρ πατρίδος, ἀνθύπατος· καὶ αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Οὐαλέριος Λικιννιανὸς (ins. Λικίνιος) εὐσεβὴς εὐτυχὴς ἀνίκητος Σεβαστὸς ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ τέταρτον, αὐτοκράτωρ τὸ τρίτον, ὕπατος, πατὴρ πατρίδος, ἀνθύπατος, ἐπαρχιώταις ἰδίοις χαίρειν. Hic quoque unius Galerii plene recensentur cognomina bellica; deinde tam in lapide Sinopensi quam apud Eusebium Maximinus Daza abest, qui debuit recenseri ante Constantinum et Licinium, quippe qui ante illos, a. 305, purpura vestitus esset, in lapide rasura (eradi potuit in his partibus Licinio subditis nomen Maximini post bellum extremum quod gessit contra Licinium quoque periit Tarsi a. 313), apud Eusebium nescio qua de causa. Apud Eusebium si recte se habet Περσῶν μέγιστος δὶς, lapis paullo antiquior est, sed vide ne Eusebianum quoque edictum revera habuerit Περσῶν μέγιστος τρίς, Βρεττανικὸς μέγιστος δίς; certe excidit apud Eusebium non solum Britannici, sed etiam numerus post Germanici vocabulum. — Ipsum edictum quo pertinuerit, plane incertum.*

---

**661** divo | Iovio | Maximiano | ordo Sol.

*In castro Seckau prope Leibnitz Stiriae, ubi fuit municipium Solva (III 5325 vidit Mommsen).*

---

**662** divo | Galerio | Maximiano[1] | colon. Iul. | Au[*g. Sald.*] | VII immunis.[2]

*Saldis (hodie Bougie) in ora Mauretaniae, rep. a. 1856, bis vel ter descripta (VIII 8931).* — 1) *Sic certe unum ex apographis* (Maxim .... io, Maximino *alia).* — 2) *Colonia Iulia Augusta septimanorum immunis dictae Saldae, cf. C. VIII p. 760.*

---

**663** imp. Caes. | Gal. Val. | Maximeino | p. f. inv. Aug. et | imp. Caes. Fl. Val. | Constantino p. f. inv. Aug. et imp. Caes. | Licinniano | Licin ....

*In Asia loco dicto Elles (III S. 7174 vidit Ramsay). Titulus positus post Galerii, ante Maximini mortem (a. 311/313), sive etiam ante bellum coeptum inter Licinium et Maximinum quo hic obiit; quo tempore inter tres legitimos Augustos (nam Maxentius a nullo eorum pro legitimo habebatur), teste auctore de mort. pers. c. 44, primum locum sibi vindicabat Maximinus, neque iniuria, utpote qui primus ad Caesaris fastigium evectus esset.*

---

**664** Victoriae Augustae | [*sac*]rum pro salutem | [*dd.*] nn. Maximini et | [*Con*]stantini et Licini[1] | [*se*]mper Augg., Aur. Senecio | [*v. p.*] dux[2] templum numini | [*ei*]us ex voto a novo fieri iussit | per instantiam Val. Sam|barrae p. p. eqq. Dalm. Aq|uesianis comit.[3], l. l. m.[4], | ob victoria facta V k. Iulias | Andronico et Probo cos.[5]

*In vico Prutting Bavariae (distr. Rosenheim), qui locus videtur fuisse provinciae Norici (III 5565 vidit Wilmanns).* — 1) *Titulum apparet positum esse eodem tempore quo N. 663, a. 311 vel 312.* — 2) *Scilicet Norici et Pannoniae superioris.* — 3) *Praepositus equitibus Dalmatis Aquesianis comitatensibus. Memorantur in Notitia dignitatum, inter vexillationes comitatenses, equites Tertio Dalmatae (Or. c. 6), Quinto Dalmatae (Or. c. 4), Sexto Dalmatae (Or. c. 5), Octavo Dalmatae (Occ. c. 6, 7), Nono Dalmatae (Or. c. 4), Dalmatae Passerentiaci (Occ. c. 6, 7).* — 4) *Laetus libens merito.* — 5) *Significatur dies 27 Iun. 310: eo die victoria illa reportata esse videtur, cum titulus positus sit non ante a. 311.*

**665** diis auctoribus ad rei publicae amplificandae gloriam procreato *pi .........[1] nostro Iovio maximo ..............*ti[1] nobilissimo Caesari .........us[2] * v. c. m.[3] praef. praetor.

*Perinthi: descripsit Cyriacus (cod. Vat. 5250, unde de Rossi inscr. chr. 2, 1 p. 369).* — 1) *Nomina Augusti et Caesaris omissa sunt a Cyriaco, erasa sine dubio (litterae asteriscis notatae non recte exceptae esse videntur). Titulus positus est aut Diocletiano et Galerio, aut Galerio et Maximino (cf. N. 658), aut Licinio et filio (de Valente Licinii per breve tempus collega non cogitaverim).* — 2) *Omissum est a Cyriaco etiam nomen eius qui titulum dedicavit praefecti praetorio, fortasse et ipsum erasum.* — 3) *Fortasse scr.* v. em. *(Rossius tuetur quae tradita sunt* ucm., *putans significari virum clarissimae memoriae, ut titulus positus sit post mortem dedicantis).*

---

**666** domino patri | M. Val. Maxentio | viro claris., | Val. Romulus c. p., | pro amore | caritatis eius, | patri benignissimo.

**667** dominae matri | Val. Maximillae | nob. fem., | Val. Romulus c. p., | pro amore | adfectionis eius, | matri carissimae.

*In agro Romano ad viam Labicanam, millibus fere XVI ab urbe rep. (XIV 2825. 2826). — Tituli positi Maxentio nondum imperatori (id est ante mensem Oct. 306) et uxori eius Valeriae Maximillae a Valerio Romulo filio. Hanc fuisse filiam Galerii inde colligitur quod Maxentius nonnumquam dicitur Galerii gener (de mort. persec. c. 18 cf. c. 26; anon. Vales. 3, 7; infra N. 671); nobilissima femina dicitur hic utpote filia imperatoris. Maxentius, filius et ipse imperatoris, nobilissimus vir fortasse ideo dici noluit, quod pater privatus factus erat (Borghesi 3, 151); ut titulus positus sit anno 305 vel 306.*

---

**668** d[*o*]mino [*no*]s|tro[1] Max|entio Au|gusto no|bilissim|o viro, | consuli.[2]

*In Numidia, loco dicto Kherbet Taga vel Ain Taga (VIII 10382 vidit Wilmanns).* — 1) dminos|tro *lapis.* — 2) *Testibus laterculo praefectorum urbis et fastis Idatianis Maxentius consul processit primum a. 308 cum Romulo, iterum a. 309 cum Romulo iterum, tertium a. 310 solus, quartum a. 312.*

---

**669** imp. Caes. M. Aur. Val. | Maxentio p. fel. | invicto Aug. | M. p. XI.[1]

*Prope Veronam in vico Colognola, nunc Veronae, columna miliaria (V 8015). In eodem lapide extat titulus Crispi Licinii Constantini Caesarum infra N. 714. Similiter inscripti sunt lapides V 8000. 8017. 8039. 8052. 8054. 8055 reperti alii et ipsi prope Veronam, alii in valle superiore Athesis, unus prope Opitergium, documentoque sunt has partes fuisse per aliquod tempus sub Maxentio.* — 1) *Undecimi milia pasuum vicus Colognola distat a Verona.*

---

**670** imp. Caes. | M. Aurel. Val. | Maxentius p. f. | invictus Aug. | p. m., tri. pot., | cos. II[1], p. p., procos., | viam Herculeam[2] | [*a*]d pristinam | [*f*]aciem restituit.

*Prope Venusiam rep. columna (IX 6066 = X 6971); gemelli huius fuerunt lapides IX 6059. 6067 = X 6964. 6972.* — 1) *A. 309 (cf. N. 668 not. 2). In uno ex supra memoratis lapidibus (Wilm. 1067) pro* tri. pot. cos. II *traditur fuisse* trib. potestate VI, *errore descriptoris sine dubio.* — 2) *De hac via, quae nomen traxit a Maximiano Herculio, cf. Mommsen C. IX p. 599.*

---

**671** filio divi Maximi ani, genero divi | Maximiani felicis|simoru impp., imp. to|tius orbis perpetuo, | d. n. M. Aur. Val. Maxen|tio pio felici invicto | et gloriosissimo sem|per Aug., Val. Faustus | v. p. p. p. Maur. Caes. devo|tus numini maiesta|tique eius.

*Caesareae (Cherchel) Mauretaniae (Eph. epigr. 5, 980 vidit J. Schmidt). Titulus positus aut a. 311, quo defunctus est socer Maxentii Galerius Maximianus, aut a. 312.*

---

**672** m. p. CL ... | impp. Caesa[*ribus*] | Marc. Vale[*rio*] | Maxentio p. f. | invicto Aug. et | Romulo nobilis|simo viro, via que | ducet a Karalibus | Olbia[1], curante | Cornielio *(sic)* Fortunatiano | pres. probinc. | Sardinie.

*Prope Terranovam Sardiniae, lapis miliarius (Notizie 1888 p. 544).* — 1) *Intellege* restituta.

---

**673** divo Romulo n. m. v.[1] | cos. or[*d. II*[2]], filio | d. n. Maxent[*i*] invict. | [*ac perpet.*] Aug., nepoti | [*di*]vi [*M*]axim[*i*]ani sen. | [*e*]t divi [*Maximiani iu*|*ni*]oris[3] ac . . .

*Romae rep. in circo Maxentii ad viam Appiam (VI 1138 descr. de Rossi).* — 1) *Nobilissimae memoriae viro. Extant nummi, in quibus similiter est* divo Romulo n. v. bis cons. *et in altera parte* aeternae memoriae *(Eckhel 8, 59, Borghesi 5, 154).* — 2) *A. 309, quo anno defunctus videtur Romulus (cf. N. 668 not. 2).* — 3) *Intellegitur Galerius socer Maxentii (cf. N. 671).*

---

**674** restituto[*ri*] | publicae libe[*r*]|tatis ac propa|gatori totius | generis human[*i*] | nominisque | Romani, d. n. L. Do|mitio Alexan|dro p. f. inv. Aug.[1] | Scironius Pa|sicrates v. p. | [*p. p. Numi*]dia[*e*] . . . . .

*Cirtae (Constantine) rep. a. 1876, mox periit (VIII 7004).* — 1) *Eiusdem Alexandri est titulus repertus Sufetulae in provincia Byzacena (Eph. ep. 5, 527). Imperatorem se appellavit ille a. 308, oppressus a Rufio Volusiano praefecto praetorii Maxentii a. circ. 310 (Vict. Caes. 40, 28 qui addit Cirtam obsidione Alexandri cecidisse; epit. 140; Zos. 2, 12. 14. Nummi eius ap. Eckhel 8 p. 60).*

---

**675** d. n. Val. Licini|ano Licinio | pio faelici *(sic)* in|victo Aug.

*Non longe ab Aquileia rep., est Udine, columna miliaria (Pais 1062 qui vidit).*

---

**676** d. n. Iovio Licinio invicto semper Aug.

*Canusii (IX 6026 ad unicum exemplum factum saec. XVIII).*

---

**677** [*res*]titutori liber|tatis [*et*] fundatori | publi[*cae se*]curitati[*s*], | d. n. Li[*cin*]iano Licin[*io*] | pio felici invicto Au[*g.*], | Domitius Latronianus v. [*c.*] | corr. p. S.[1], [*d*]evotus n. m. qu[*e*] | eius.

*Panormi (X 7284 vidit Mommsen).* — 1) *Eundem Latronianum correctorem provinciae Siciliae memorari in epistula Constantini (ap. Euseb. hist. eccl. 10. 5, 8) scripta ad Chrestum episcopum Syracusanum anno circiter 314, unde et huius tituli aetas definitur, olim observatum est. (Idem Latronianus proconsul Africae posuit titulum VIII 1016).*

---

**678** [*imp. Caes. Va*]lerio | [*Licinia*]no | [*Licinio*] p. f. | invicto Aug. p. | m., trib. p. III[1], con., | p. p., proco., r. p. | Parentinor. | d. n. mai. | q. aeius.

*Parentii in Histria rep. a. 1843, mox periit (V 330 semel descripta).* — 1) *A. 309.*

---

**679** d. n. imp. Valerio Licini ano Licinio Aug. [*pont.*] max. | Sarmatico max. Germa|nico max., tribuni[*c*]ia potes|tate X[1], cons. V[2], imp. X, pat[*ri*] patriae, pro|cons., col. Bisica Lucana devota numinibus | maiestatique eius.

*In Africa loco dicto Testur, oriunda sine dubio ex ruderibus coloniae Bisicae Lucanae (VIII 1357 saeculo superiore semel nisi fallor, nec fortasse sine mendis, descripta).* — 1) *A. 316.* — 2) *Consul quintum processit Licinius anno demum 318.*

---

**680** d. n. Valerio Licini|ano Licinio iun., | nobilissimo Caes., | col. Vallis numi|ni eius devota.

*In Africa loco dicto Henchir el Arfanin, lapis miliarius viae Carthagine Theveste ducentis (Eph. ep. 5, 1095).*

*Titulos Licinio filioque eius communes cum Constantino vide infra N. 712 seq.*

---

**681** Constantine Caes., vivas! | Herculi[1] Caes., v[*i*]ncas!

*Taurinis in museo fibula aurea (C. I. L. suppl. Ital. I 1086, 1 vidit Pais).* — 1) *Herculius Caesar videtur esse ipse Constantinus (Mo.).*

---

**682** imp. Caes. | Flav. Val. | Constantino | pio f[*el.*] nob. | Caesari, | divi | Constanti | Pii Aug. | filio.

*In Anglia rep. prope Chester (Haverfield archaeological journal 1890 p. 266 cf. Eph. ep. 7, 1112). Titulus videtur scriptus eo tempore quo Constantinus imperator ab exercitu acclamatus (a. 306) ab Augusti vocabulo abstinuit. Similes sunt columnae miliariae provinciae Narbonensis XII 5556. 5584. 5673.*

---

**683** . . . . . . . | . . . . .[1] | p. f. invic. Augusto | et Fl. Val. | Constantino | p. f. invic. Aug., | filio Augg.[2], . . . | leg. q . .[3]

*Troesmi rep. (III 6174 descripserunt Desjardins et Boissier).* — 1) *Principium tituli periit;* ...INIO *ante* P. F. *legit Boissier;* .... IIIANO *et ex versu superiore* .... ITANO *Desj.* — 2) *Constantinum una cum Maxentio (vel potius Maximino) a Galerio appellatum esse Augustorum filium narrat auctor de mort. pers. c. 32; nummi quoque extant tam Constantini (Eckhel 8, 72) quam Maximini (ib. 8, 52) ita inscripti. Apparet titulum hunc positum esse in dicione Galerii ipsi Galerio collegisque eius vel omnibus vel uni alterive, et Constantino datum locum extremum.* — 3) leg. q . . . . *legit solus Desj.; legionem secundam Herculiam castra habuisse Troesmi aliunde scimus.*

---

**684** imp. Caes. | Fl. Val. | Constan|tino p. f. | Aug., | M. Aur. | [*Val. Max*|*imi*]ani[1] | Aug. | nepoti, | divi Cons|tanti Aug. | Pii | filio. | XXIIII.

*Cabasse in provincia Narbonensi (inter Forum Iulium et Aquas Sextias), columna miliaria (XII 5470 vidit Hirschfeld; similes sunt fueruntve XII 5463. 5490. 5508. 5512. 5513. 5540. 5555).* — 1) *Maximiani nomina erasa sunt, sed ex parte adhuc leguntur.* — *Titulum incisum esse crediderim post nuptias Constantini et*

*Faustae Maximiani filiae (a. 307), manente concordia inter Maximianum et Constantinum; sine dubio incisus est ante mortem Maximiani (a. 310), quo tempore nomen eius rursus ex hoc ipso titulo sublatum est (cf. supra N. 630 not. 1).*

---

**685** Constantino | fidem.

*In anulis aureis magni moduli, qui reperiri solent potissimum in Germania (unius imago est Rh. Jahrb. 73, 1882 p. 84, praeterea Brambach 192; Korrespondenz-Blatt der Westd. Zeitschr. I p. 35, III p. 32), unus rep. est Sirmii (III 6019, 1).*

---

**686** pons Mulvi[1], | expeditio | imperatoris | [*Co*]n[*stantini*].

*Caesareae Mauretaniae (hodie Cherchel) rep., fragmentum tabulae (VIII 9356), in qua scariphatae erant variae res ad triumphum Constantini post devictum Maxentium pertinentes (supersunt viri laureati, unus cum ramo oleae; alii viri portantes imaginem pontis, per quem transeunt milites currusque).* — 1) *Ad pontem Mulvium prope urbem Romam periit Maxentius victus a Constantino mense Oct. 312.*

---

**687** restitutori publicae | libertatis, defensori | urbis Romae, communis | omnium salutis auctori, | d. n. imp. Fl. Val. Constantino | pio felici invicto semper Aug., | codicari nabiculari | infernates[1], devoti n. m. q. eius, | curante Aur. Victoriano v. p., | praef. ann.[2]

*Ostiis Romam allata (XIV 131 aliquoties descripta saec. XVI exeunte).* — 1) *De codicariis naviculariis cf. C. XIV l. c.* — 2) *Viro perfectissimo praefecto annonae.*

---

**688** triumphatori omnium gentium ac domitori universaru[*m factionum*], | q[*u*]i libertatem tenebris servitutis oppressam sua felici vi[*ctoria nova*] luce inluminavit, [*d.*] n. Flavio Valerio Constant[*ino*] | maximo pio felici invicto Aug. | . . va . . . . . [*v. p.*] p. p. N.[1] numini maiestatique eius devota [*mente dicatus*].

*Cirtae (Constantine) (VIII 7006, partem vidit Wilmanns).* — 1) *Praeses provinciae Numidiae.*

---

**689** providen|tissimo et | cum orbe | suo reddi|ta liberta|te triumfanti | d. n. perp. imp. Fl. Val. | Constantino | invict. p. f. Aug. | victori, | res p. c. L. f.[1]

*Lambaesi in foro (VIII 2721, vidit Wilmanns).* — 1) *Res publica coloniae Lambaesitanorum fecit. — Eodem loco nuper prodiit altera basis iisdem verbis inscripta, nisi quod loco nominum* Fl. Val. Constantino *leguntur verba* Ga[l]. Valerio | Constantis | Caesaris, *ex his* Constantis Caesaris *reposita in litura (Eph. 5, 765 cf. 7, 378). Fortasse haec basis dedicata fuit Maximino Dazae (cf. N. 663); Constantis nomen nescio quo tempore imperite intrusum est (Mo.).*

---

**690** [*do*]mino[1] triumfi li|bertatis et nostro, | restitutori invic|tis laboribus suis | privatorum et | publicae | salutis, L.[2] Flavio Valerio | Constantino per|petuo semper, Aug. r. p. | col. U. m.[3] devotorum | numini maiestati|que eius in aeternum.

*In provincia Africa in ruderibus oppidi Uci maioris (Eph. ep. 7, 273).* — 1) *Supplevit Tissot.* — 2) *Sic lapis; alibi Constantinus appellatur* M. *(VIII 1781) vel* C. *(VIII 9042. 10064); ipse, testibus titulis accurate scriptis, ut iam pater eius*

*et Galerius, item insecuti imperatores omnes, praenomine abstinere maluit.* — 3) *Res publica coloniae Ucitanorum maiorum.*

---

**691** restitutori libe[*rtatis*] | et conservatori t[*errar. orbis*] | d. n. Flavio Val. Cons[*tantino*] victoriosissimo et m[*aximo*] | Aug., Iulius Iuvenal[*is*] | rat. Numidiae et Mau[*reta*]|niarum d. n. m. q. ei[*us*].

*Cirtae (Constantine) (VIII 7010, vidit Wilmanns).*

---

**692** d. n. restitutori humani generis, propagatori imperii dicionisque Romanae, fundatori etiam securitatis aeternae, Fl. Val. Constantino felici maximo pio semper Augusto, filio divi Constanti semper et ubique venerabilis[1], C. Caeionius Rufius Volusianus[2] v. c. consul ordinarius, praef. urbi vice sacra iudicans, numini maiestatiq. eius dicatissimus.

*Romae ad forum Traiani (VI 1140 semel descripta saec. XV versibus non divisis).* — 1) *Scribendum* venerabili *putat He.* — 2) *Consul ordinarius fuit a. 311, iterum a. 314, praefectus urbi inde a d. 28 Oct. a. 310 usque ad d. 28 Oct. 311, praefectus urbi iterum a d. 8 Dec. a. 313 usque ad d. 20 Aug. 315; in hac praefectura titulus positus est.*

---

**693** [*imp. Cae*]sa[*r.* | *divi Const*]anti | [*filio Flavi*]o Vale|[*rio*] Constantino | p. f. invicto Aug. | cons. III[1], imp. VIIII, | p. p., procons., | liberatori rei Romanae. | M. p. XI . . .

*In agro Hirpinorum prope S. Sossio, columna miliaria viae Herculiae, cf. supra ad N. 670 not. 2 (IX 6060 = X 6965). Similes sunt lapides IX 6065 = X 6970. IX 6028. 6038. 6076. 6077. X 6932.* — 1) *Consul tertium processit Constantinus a. 313, consul quartum a. 315; unde huius tituli aetas definitur.*

---

**694** *1.*

imp. Caes. Fl. Constantino maximo
p. f. Augusto s. p. q. R.,
quod instinctu divinitatis[1], mentis
magnitudine, cum exercitu suo
tam de tyranno[2] quam de omni eius
factione uno tempore iustis
rempublicam ultus est armis,
arcum triumphis insignem dicavit.

*2.*

liberatori urbis

*3.*

fundatori quietis

*4.*

sic X sic XX

*5.*

votis X[3] votis XX

*Romae in celeberrimo arcu triumphali qui extat inter montem Palatinum et amphitheatrum Flavium (VI 1139). Legitur 1. in utraque fronte arcus, 2. 3. intra ianum ex tribus medium, 4. 5. in lateribus arcus.* — 1) *Opinionem nonnullorum verba* instinctu divinitatis *reposita esse in litura loco aliorum verborum erasorum (*nutu Iovis o. m.*), refellit de Rossi bull. di arch. crist. 1863 p. 58 (cf. bull. dell' Inst. arch. 1863 p. 184). Idem l. c. docte disputat de ipsis verbis, instinctu divinitatis.*

— 2) *Intellegitur Maxentius.* — 3) *Propter mentionem decennalium probabile est arcum factum esse a. 315 (cf. de Rossi bull. crist. l. c. p. 50).*

---

**695** magno et invicto principi d. n. imp. Caesari
Flav. Val. Constantino pio felici semper Aug.
pont. maximo, Sarmatico max., Germ. max., Got. max.,
vot. X[3] trib. pot. X[1], cons. IIII, imp. VIIII, p. p., proconsuli, mul. XX[3]
Septimius Flavianus v. p., p. p. Maur. Sitif.[2]
numini maiestatiq. eius semper dicatissimus.

*Sitifi in Mauretania (VIII 8477 vidit Wilmanns).* — 1) *A. 315.* — 2) *Vir perfectissimus praeses provinciae Mauretaniae Sitifensis.* — 3) *Votis decennalibus, multis (votis) vicennalibus.*

---

**696** imp. Caes. Flavi|o Constantino | maximo pio felici in|victo Aug. pont. max., Ger. | maximo III, Sarm. max., | Brit. max., Ca[r]p.[1] max., Arab. | max., Med. max., Armen. | max., Goth. max., trib. po|test. XIIII[2], imp. XIII, con|sul. IIII[3], patri patriae, | proconsuli, | Flavius Terentia|nus v. p., praeses | provinciae Mau|retaniae Sitif., | numini maies|tatique eius sem|per dicatissi|mus.

*In Mauretania, loco dicto Ain-Roua (VIII 8412, semel descripta).* — 1) Capp. *traditur.* — 2) *A. 319.* — 3) *A. 315/318; anno 319 quintum fuit consul; itaque in uno alterove numero error est.*

---

**697** d. n. imp. Caes. | Fl. Constantino | maximo p. f. victori[1] Aug. | pontif. max., | trib. pot. XXIII[2], | imp. XXII, cons. VII[3], | p. p., procons., | humanarum rerum | optimo principi, | divi Constanti filio, | bono reip. nato.

*Vicetiae, columna (V 8011 ad exemplum potissimum Caldogni Vicetini factum saec. XVII). Similes sunt fueruntve V 8004. 8005. 8040. 8041. 8059. 8065. 8069. 8070. 8079. 8080.* — 1) *Victoris vocabulum a Constantino usurpatum esse videtur non primis annis imperii, sed fortasse ab anno demum 323 (cf. Mommsen Ber. d. sächs. Gesellsch. d. Wiss. 1851 p. 204).* — 2) *A. 328.* — 3) *Consul septimum fuit Constantinus a. 326. (In lapide V 8059, quem vidit Mommsen, est* cons. VIII, *minus recte, cum Constantinus consul octavum factus sit anno demum 329).*

---

**698** d. n. Constantino maximo pio felici ac triumphatori semper Augusto, ob amplificatam toto orbe rempublicam factis consultisq., s. p. q. R., dedicante Anicio Paulino iuniore c. v., cons. ord., praef. urbi.[1]

*Romae in foro 'in basi Constantini', descripta ante saeculum nonum, quod exemplum servaverunt codex monasterii Einsidlensis saec. IX et ex simili codice Poggius (VI 1141, sed cf. de Rossi inscr. chr. 2, 1 p. 5).* — 1) *Consul ordinarius et praef. urbi fuit Anicius Paulinus a. 334. Eodem tempore suo nomine posuit Constantino titulum VI 1142. Titulos ei positos vide infra inter senatorios.*

---

**699** propagatori Roma|ni imperii, f[u]ndato[ri] | quietis publicae, d. [n.] | Fl. Constantino | maximo victori | semper Aug., divi | Claudi nepoti[1], divi | Constanti filio, | Sertorius Silanus | v. p.[2], praepositus | fabricae[3], devotus | n. m. q. e.

*Ravennae rep. a. 1514 (XI 9, lapis antiquus periit, extat exemplum novicium lapidi incisum).* — 1) *A Claudio stirpem suam derivare coepit caeso demum socero Maximiano (paneg. 7, 2); cf. quae exposui Herm. vol. 24 p. 342.* — 2) *Vir perfectissimus.* — 3) *Intellegitur praepositus fabricae armorum.*

---

**700** omnia magno, | virtute praecipuo, | d. n. Constantino max. | victori ac triumphatori | semper Augusto, | Postumius Isidorus v. c., | praef. vigil., d. n. m. q. | eius.

*Romae, nunc Neapoli (VI 1144).*

---

**701** fortissimo [*a*]c piissimo | imp. d. n. Fl. Va[*l. C*]onstantino | p. f. invicto Augusto | Val. Rometalca v. p. dux | Aeg. et Theb. utrarumq[*u*]e | Libb.[1], n. m. q. eius semper | dicatissimus.

*Luksor (Thédenat Bulletin de la soc. des antiquaires de France 1888 p. 275).* — 1) *Cf. Mommsen Herm. 24 p. 211 not. 2.*

---

**702** imperator Caesar | Fl. Constanti[*n*]us maximus | pius felix in[*v*]ictus Aug., | filius divi C[*o*]nstanti, nepos | divi Claudi[1], | formam aqu[*ae*] Virginis | vetustate con[*l*]apsam a fon|tibus renova[*t*]am arquaturis | eminentibus omn[*ib*]us dirutam[2], pecunia | sua populi Romani [*ne*]cessario usui | tribuit e[*x*]hiberi, | curante Centullio Va[*l*]eriano v. c., cur. | aquarum et Minic., d. n. m. q. eius.

*Romae rep. a. 1881 in regione Alta semita (Bull. comm. 1881 p. 197 tab. XIII).* — 1) *Cf. supra N. 699 not. 1.* — 2) *Expectaveris* dirutis.

---

**703** imp. Caesar Flav. Constantinus max. Aug. sempiternus, divi Constanti[1] Aug. Pii filius, toto orbe victoriis suis semper ac feliciter celebrandus, thermas fisci sui sumptu a fundamentis coeptas ac peractas civitati suae Remorum pro solita liberalitate largitus est.

*Remis (Reims) olim sine dubio (quamvis traditur sine loci indicatione): descripsit saec. XV Petrus Donatus episcopus Patavinus, cuius exemplum servavit inprimis codex olim Hamiltonianus iam Berolinensis (cf. Mommsen Herm. 17 p. 649).* — 1) *Ante cognitum codicem Hamiltonianum edebatur* Constantini *(Orell. 1096) titulusque putabatur Constantini iunioris.*

---

**704** imp. Caes. Fl. Val. Constantinus pius felix maximus Aug. | aquas Iasas olim vii *(sic)* ignis consumptas cum porticibus | et omnib. ornamentis ad pristinam faciem restituit, | provisione etiam pietatis sue nundinas | die Solis perpeti anno constituit, | curante Val. Catullino v. p. p. p. p. P. super.[1]

*Toplicae prope Warasdin Croatiae, qui locus fuit agri Poetovionensis (III 4121 saepius descripta).* — 1) *Viro perfectissimo, p(rae)p(osito)* [*vel potius: pr(aeside)*] *provinciae Pannoniae superioris.*

---

**705** E. S. R.[1] |

Imp. Caes. Fl. Constantinus | max. Germ. Sarm. Got. victor | triump. Aug. et Fl. Constantinus | et Fl. Iul. Constantius et Fl. | Constans.[2] | Omnia quidem, quae humani gene|ris societate(m) tuentur, pervigilium cu|rae[3] cogitatione complectimur; sed pro|visionum nostrarum opus maximus *(sic)* |

est, ut universae urbes, quas in luminibus provin|ciarum hac[4] regionum omnium species et forma dis|tinguitur[5], non modo dignitate(m) pristinam teneant, | sed etiam ad meliorem statum beneficentiae nos|trae munere probeantur.[6] Cum igitur ita vos Tusci|ae adsereretis esse coniunctos, ut instituto | consuetudinis priscae per singulos *(sic)* annorum vi|ces a vobis [*a*]dque praedictis sacerdotes creentur, | qui aput Vulsinios Tusciae civitate(m) ludos | schenicos et gladiatorum munus exhibeant, | sed propter ardua montium et difficultates iti|nerum saltuosa[7] inpendio posceretis, ut indulto | remedio sacerdoti vestro ob editiones cele|brandas Vulsinios pergere necesse non esset, | scilicet ut civitati, cui nunc Hispellum nomen | est quamque Flaminiae viae confinem adque con|tinuam esse memoratis, de nostro cognomine | nomen daremus, in qua templum Flaviae gentis | opere magnifico nimirum pro amplitudinem *(sic)* | nuncupationis exsurgere[8], ibidemque his[9] | sacerdos, quem anniversaria vice Umbria de|disset, spectaculum tam scenicorum ludorum | quam gladiatorii muneris exhibere[10], manente | per Tuscia *(sic)* ea consuetudine, ut indidem cre|atus sacerdos aput Vulsinios ut solebat | editionum antedictarum spectacula fre|quentare[11]: precationi hac[4] desiderio vestro | facilis accessit noster adsensus. Nam civi|tati Hispello aeternum vocabulum nomenq. | venerandum de nostra nuncupatione conces|simus, scilicet ut in posterum praedicta urbs | Flavia Constans vocetur; in cuius gremio | aedem quoque Flaviae, hoc est nostrae gen|tis, ut desideratis, magnifico opere perfici | volumus, ea observatione perscripta, ne ae|dis nostro nomini dedicata cuiusquam con|tagiose superstitionis fraudibus polluatur; | consequenter etiam editionum in prae|dicta civitate exhibendorum *(sic)* vobis | licentiam dedimus[12]; scilicet ut, sicuti | dictum est, per vices temporis sollem|nitas editionum Vulsinios quoque non de|serat, ubi creati[s] e Tuscia sacerdotibus memo|rata celebritas exhibenda est. Ita quippe nec | veteribus institutis plurimum videbitur | derogatum, et vos, qui ob praedictas causas | nobis supplices extitistis, ea quae inpen|dio postulastis, impetrata esse gaude|bitis.

*Hispelli in Umbria (XI 5265 vidit Bormann). Cf. Mo. Berichte d. sächs. Gesellsch. 1850 p. 199 seq.* — 1) *Exemplum sacri rescripti.* — 2) *A. 333/7 (Caesarum vocabulum a quadratario omissum esse putandum est).* — 3) *Scribendum* curarum. — 4) hac *pro* ac. — 5) *Scribendum* distinguit. — 6) *Intellege* provehantur. — 7) *Delendum* difficultates. — 8) *Scr.* exsurgeret. — 9) his *pro* is. — 10) *Scr.* exhiberet, 11) frequentaret. — 12) *Ad hanc aedem hosque ludos pertinuit sine dubio pontificatus gentis Flaviae, memoratus in titulo item Hispelli reperto C. Matrinii Aurelii Antonini, quem dabimus infra inter municipales. Etiam in Africa sacerdotium Flaviae gentis institutum esse narrat Victor Caes. 40. Romae quoque circa eadem tempora fuit pontifex Flavialis (VI 1690. 1691).*

---

**706** divo Augusto Pio Constantino patri dominorum,
curante L. Turcio Secundo, Aproniani praef. urb. fil., Asterio, corr. Flam.
|et Piceni[1]

*Fani, in eodem arcu in quo N. 104 (Grut. 165, 2; Borghesi opp. 3 p. 159 seq.).* — 1) *Idem L. Turcius Secundus Asterius corrector Flaminiae et Piceni memoratur infra N. 729. Titulum ei positum ab Amiterninis dabimus infra inter senatorios. Pater eius Apronianus praefectus urbi fuit a. 339 (chronogr. a. 354), unde apparet hanc certe partem tituli non esse incisum ante a. 339. Priorem partem tituli Borghesius l. c. coniecit incisum esse non multum post mortem Constantini (d. 22 Mai 337), antequam filii Constantini Augusti appellarentur, id est ante d. 9 Sept. 337 (Idat.).*

---

**707** divo ac venerabili | principi Constantino, | patri principum | maximorum, | Fl. Creper[*e*]ius Madalianus[1] v. c., | praef. ann. cum iure glad.

*Romae rep. ad Tiberim ante ecclesiam S. Mariae in Cosmedin, nunc in Capitolio (VI 1151).* — 1) *Ad eundem Madalianum cum ageret vices praefectorum praetorio, data est a. 341 lex cod. Theod. 16, 10, 2; eiusdem est titulus Calamensis infra editus.*

---

**708** dominae nostrae Flaviae Augustae | Helenae, divi Constanti castissimae | coniugi, procreatrici d. n. Constantini | maximi piissimi ac victoris Augusti, | aviae dominorum nostrorum Crispi | et[1] Constantini et Constanti[2] beatissi|morum ac felicium Caesarum, | Alpinius Magnus v. c. corr. Lucaniae et | Brittiorum statuit, devotus excellen|tiae pietatique eius.

*Salerni (X 517).* — 1) *Vocabula punctis signata erasa, sed leguntur. Erasum autem est nomen Crispi et hic et infra N. 710 post caedem eius, a. 326.* — 2) *Constantius Caesar factus est d. 8 Nov. 323 (Idat., cf. Amm. Marc. 14, 5, 1). Positus igitur titulus inter a. 323/326.*

---

**709** dominae nostrae Fl. Iu[*l*]. | Helenae piissimae Aug., | genetrici d. n. Constan|tini maximi victoris | clementissimi semper | Augusti, aviae Constan|tini et Constan|ti beatis|simorum ac florentis|simorum Caesarum, | Iulius Maximilianus v. c., comes | pietati eius semper dicatis(simus).

*Romae in ecclesia S. Crucis in Hierusalem, dicta etiam basilica Sessoriana, ibi prope rep. (VI 1134).* — *Titulus positus post caedem Crispi (a. 326), antequam Constans Caesar factus est (a. 333).* — *Eodem fere loco prodierunt tituli cuiusdam positi ab ipsa Helena, spectantis ad thermas nescio quas, fragmenta (VI 1136), loco non ita longe distante, prope basilicam Lateranensem, prodiit alter titulus Helenae positus (VI 1135); unde colligi potest fuisse hunc locum iuris Helenae. Id quod non nullius momenti est ad aestimandam fidem narrationis de ecclesia S. Crucis ex dono Constantini in palatio Sessoriano aedificata (lib. pontif., vit. Silvestr. 22, 41 cum nota Duchesnii).*

---

**710** piissimae ac veneravi|li d. n. Faustae[1] Aug., | uxori[1] d. n. maximi | victoris Aug. | Constantini, no[*v*]aer|[*cae*][2] ddd. nnn. | [*Crispi*][3] Constantini | Constanti baea|tissimorum [*Caesarum*, | *re*]sp. S[*urrentin*]or.

*Surrenti (X 678 cf. p. 1006).* — 1) Faustae *et* uxori *vocabula erasa, sed leguntur.* — 2) *Novercae vocabulum, quod in lapide fuisse coniecerat Mo., postea, quamvis erasum, paene totum agnoverunt F. de Duhn et ipse Mommsen. Constantinum et Constantium Constantino Magno natos fuisse ex alia uxore atque Fausta*

*tradit etiam Zosimus 2, 9 (cf. de hac re Mo. l. c.).* — 3) *Vocabulum erasum sine dubio fuit* Crispi *(in lapide iam nihil superest).* — *Titulus positus post d. 8 Nov. 323 (cf. supra N. 708 not. 2), ante finem anni 326, quo occisi sunt Crispus et post hunc ipsa Fausta.*

**711** ! ! ! o ! ! ! ! ! ! ![1] | inlustri et divinae[2] prosa[*p.*] | genitae, venerabili soror[*i*] | d. n. Constantini Aug. et | amitae | dd. nn. baeatissimorum C[*aess.*], | d. n. Fl. Iul. Constanti[*ae*] | . .

*Romae, descr. Henzen (VI 1153).* — 1) *Initio unus vel plures versus erasi sunt, deleto fortasse, ut coniecit Mo., nomine Licinii Constantiae mariti (minus recte ipsius Constantiae, quae postea nominatur, nomen hoc loco supplevit Henzen).* — 2) *Fortasse legendum* divina e.

**712** dd. nn. | Constantino | maximo et | Liciniano Lici|nio Augg. et | Flavio Crispo et | Liciniano Licinio | et Fl. Cl. Constan|tino Caesarib|us b. r. p. n.[1]

*Falerione Piceni (IX 5434, vidit Mommsen). Tituli hic et N. 713. 714 positi sunt inter annum 317 quo Constantinus et Licinius filios suos Caesares fecerunt, et a. 323 (vel 324, cf. Tillemont 4, 643. 646; Seeck Jahrb. f. Phil. 1889 p. 629) quo Licinius periit et tertius filius Constantini, Constantius, Caesar factus est.* — — 1) *Bono rei publicae natis.*

**713** dd. nn. Fla. Val. | Constantino | maximo et | Liciniano | Licinio semp. Augg. | et C. Iul. Crispo[1] | et Liciniano | Licinio et Fla. | Claudio Cons|tantino Caesss.

*In agro Sabino prope vicum Rocca di Corno rep., columna miliariae viae Salariae, litteris malis (IX 5955 descr. Dressel). In eodem lapide incisus est etiam titulus imperatorum Valentiniani Valentis Gratiani.* — 1) *Crispus modo Flavius Iulius dicitur, ut etiam in nummis, modo Flavius Valerius (infra N. 716. III S. 7172); praenomen* C. *alibi non reperitur.*

**714** dd. nn.[1] Iul. Crispus et [*Lici|nianus Licini*]us et | Fl. Constantinus nobb. | Caess.[1] M. p. | XI. M. p. XI.

*Prope Veronam, eadem columna in qua est N. 669 (V 8015 b).* — 1) *Nec* ddd. nnn. *nec* nobbb. Caesss. *umquam fuisse in lapide notat Mo.*

**715** perpetuae victoriae | ddd. nnn. Constantini | maximi triumphatoris | semper Aug. et Constanti[*ni*] et Constanti et | Constantis nobilissi|morum ac florentissi morum Caesarum[1], | Clodius Celsinus v. c. cons. | p. N.[2] devotus semper | numini maiestati|que eorum.

*Cirtae (VIII 7011 ad exempla auctorum incertorum).* — 1) *A. 333/7.* — 2) *Vir clarissimus consularis provinciae Numidiae.*

**716** Flavio Valerio Crispo | nobilissimo Caes., filio d. n. | Constantini maximi | adque invicti semper Aug. | et nepoti divi Constanti, | Ovinius Gallicanus v. c. | praef. urb.[1] et iudex sacrarum | cognitionum, devotus | n. m. q. eius.

*Romae, descripserunt Smetius aliique (VI 1155).* — 1) *Ovinius Gallicanus praefectus urbi fuit a. 316 et 317, teste laterculo praefectorum apud chronographum a. 354.*

**717** d. n. | Fl. Iulio | Crispin|o[1] nob. C. | XIIII.

*In Numidia, inter Cirtam et Rusicadem, prope Smendu, rep. lapis miliarius (Eph. ep. 5, 1140 vidit J. Schmidt).* — 1) *Similiter in alio lapide Africano (infra N. 761) Valens dicitur Valentinus.*

**718** d. n. | Fl. Delmatio | nob. | Caes.

*Saillans in agro Vocontiorum, columna miliaria (XII 5505 vidit Hirschfeld). — Delmatius Caesar factus est a. 335, occisus post mortem Constantini a. 337.*

**719** d. n. Flav. | Delmatio | nob. Caes. | col. Simitthus | devota. | I

*Simitthu (Schemtù) provinciae Africae, columna miliaria (Eph. ep. 5, 1114). In eodem lapide postea incisus est titulus Valentiniani et Valentis (Eph. 5, 1115).*

**720** m. p. CXXXI. | D. n. Fl. Del|matio betissimo *(sic)* | Aug. nobilis|simo Caes. | Fl. Octavian. | p. p. Sard.[1] devo|tus numi|[*ni maiestati*]|que eius.

*In Sardinia, columna miliaria viae Caralibus Turrim ducentis (X 8015 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Praeses provinciae Sardiniae. — In eadem Sardinia nuper prodiit alter miliarius nomine Delmatii inscriptus, in quo appellatur non Augustus ut hic sed pontifex maximus, pater patriae, tribunicia potestate (Notizie 1888 p. 552).*

**721** d. n. | Flavio Claudio | Constantino, | patre avo ma|ioribus[1] im|pp. nato, Caesari nob., sem|per orbi taer|re profuturo. | V

*Prope Forum Iulii (Fréjus) rep., lapis miliarius viae Aureliae (XII 5457 descripserunt Peiresc aliique).* — 1) *Significatur Claudius Gothicus.*

**722** domino nostro | Fl. Claudio Constantino | fortissimo hac[1] | beatissimo Caesari[2], | Fl. Ursacius v. p.[3], | tribunus cohorti|um urbanarum | X XI et XII et fori | suari.[4]

*In foro Romano rep. (VI 1156 descripserunt Pighius aliique; lapide postea, a. 377, usi sunt ad inscribendum alium titulum).* — 1) hac *pro* ac. — 2) *A. 317—337.* — 3) *Vir perfectissimus.* — 4) *Cf. Zosimus 2, 9, 3 cum adnotatione Mendelssohnii; Symmachus ep. 2, 14.*

**723** ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! | [*nobilis*]simo [*Caes.*][1], | filio d. n. Constan|tini maximi victori|osissimi semper Au[*g.*], | nepoti M. Aureli Ma|ximiani et Fl. | Constanti divorum, | et divi Claudi abne|poti, Norici medi|ter. devoti numi|ni maiestatique | eorum.

*Prope Celeiam (Cilli) Norici (III 5207 vidit Mommsen).* — 1) *Nomen abrasum, quod Constantis fuisse puto (cf. infra N. 729).*

**724** [*ddd. nnn.*] Fl. Cl. Constantinus Al[*amannicus*][1] | et Fl. Iul. Constantius Sarm. [*Per*]si[*cus et*] | Fl. Iul. Constans Sarm. pii felices Augg[*g.*] | locum in parte limitis positum, gentilium | Goth[*oru*]m [*t*]emeritati semper aptis|simum, ad confirmandam provincialium | suorum aeternam securitatem erecta is|tius fabri[*c*]ac munitione clauserun|t latrunculorumque impetum peren|nis mun[*imi*]nis dispositione tenuerunt, | adcurante Sappone v. p. duce limitis | Scythiae.

*Troesmi (Iglitzae) rep. (descr. Tocilescu cf. arch. ep. Mitth. aus Oestr. vol. XV). — Titulus positus inter a. 337 et 340, quo anno Constantinus iunior occisus*

*est.* — 1) *Alamannicus appellatur hic Constantinus etiam III S. 7000 p. 1267 adhuc Caesar.*

---

**725** imperatori Caesari | domino nostro | [*Fla*]vio Iunio *(sic)* Cons|tanti maximo | victori a[*c*] trium|[*f*]atori Augusto, | divi Constantini[1] | et Valeri Maxi|miani nepoti, | divi Claudi | pronepoti, | [*a*] Brac. | m. p. XXI.

*In Lusitania, rep. cum diruitur pons rivi Sedões, qui in Avum influit, prope Ponte da Trofa, columna miliaria viae Bracara Olisiponem ducentis (II S. 6029 descr. Sarmento, melius quam II 4742).* — 1) *Excidisse vocabula* maximi filio, divorum Flavii Constanti *ex N. 730 colligitur.*

---

**726** felicitatem publicam | clementia et virtute | cumulanti, d. n. Fl. Iul. | Constanti[1] pio felici | victori ac triumphatori Aug., | Aur. Avianius Symmachus[2] v. c. | praef. annonae, d. n. m. q. eius. *(In latere sculpta est navis, in altero latere)* dedicata | VI kal. Iun. dd. nn. | Carino Aug. et | Numeriano Aug. | coss.[3]

*Romae rep. trans Tiberim, basis rescripta, titulo lateris relicto ex priore scriptura (Notizie 1886 p. 362).* — 1) *A. 337–350.* — 2) *Idem memoratur infra N. 769; eiusdem titulum honorarium dabimus infra inter senatorios.* — 3) *A. 284.*

---

**727** beatitudine d. n. Constantis victoris | ac triumfatoris semper Aug., | provisa copia quae horreis deerat, | postea quam condendis horrea deesse coeperunt, | haec Vulc. Rufinus v. c. praef. praet.[1] per se coepta | in securitatem perpetem rei annonariae dedicavit.

*Savariae (Stein am Anger) provinciae Pannoniae sup. (III 4180, vidit Mommsen).* — 1) *Huius Vulcacii Rufini consulis ordinarii a. 347, praefecti praetorio a. 349 (cod. Iust. 6, 62, 3) titulum dabimus infra inter senatorios.*

---

**728** [*Victor*]iae Franci[*cae* | *d. n.*] Fl. Con|[*stanti*]s victoris | [*ac trium*]fatoris sem[*per*] | Aug. | . . . i . . . . .

*Salonis (III 6375 cf. Hirschfeld arch. ep. Mitth. 9 p. 29).*

---

**729** beatissimo saeculo | dominorum | nostrorum | Constanti | et Constantis[1] | Augustorum[2] | senatus populusq. | Romanus | clivum Tiburtinum[3] | in planitiem redegit, | curante L. Turcio | Secundo, Aproniani | praef. urb. fil., | Asterio[4] c. v. | correctore Flam. | et Piceni.

*Prope Tibur in clivo per quem aditus erat in oppidum Roma venientibus (XIV 3582).* — 1) Constantis *vocabulum erasum (temporibus sine dubio Magnentii), sed legitur. (Idem accidit in Africa, VIII 7012. 7013.)* — 2) *A. 340–350.* — 3) *Eodem tempore iussu senatus populique Romani, eodem Turcio Asterio curante, pons viae prope Tibur refectus est, teste titulo XIV 3583.* — 4) *Cf. supra N. 706 not. 1.*

---

**730** [*i*]mp. d. n. Flavio | Constantio | maximo victo[*ri ac* | *tri*]umf[*a*]tori Au[*gus*]to, divi Constan|tini maxi[*m*]i filio, | [*divor*]um Flavii Co[*n*]s[*tan*]ti et Valeri Maxim[*iani nepoti*, | *divi*] Claudii pronepoti. | [*a Bra*]c. milia pas[s]uum . . . VII.

*Prope Bracaram (Braga) Callaeciae (II 4844 ad exemplum Lusitani cuiusdam factum saec. XVIII ineunte).* — *Similis est titulus Constantis supra N. 725.*

---

**731** restitutori urbis Romae adque orb[*is*] | et extinctori pestiferae tyrannidis[1], | d. n. Fl. Iul. Constantio victori ac triumfatori | semper Augusto, | Neratius Cere[*a*]lis v. c. praefectus urbi[2] | vice sacra iudicans, d. n. m. que eius.

*Romae rep. sub Capitolio in foro Romano (VI 1158 vidit Henzen).* — 1) *Tyrannis est Magnentii qui pulsus ex Italia a. 352 periit in Gallia a. 353.* — 2) *A. 352/353, teste chronographo anni 354.*

---

**732** m. p. V. | — Imp. Caes. Fla. Iul. | Constantius pius fel. | Aug. victor maximus | triumfator aeternus, | divi Constantini optimi | maximique principis[1], divo|rum Maximiani et | Constanti nepos, divi | Claudi pronepos[2], ponti|fex maximus, Germanicus | Alamamnicus *(sic)* maximus, | Germ. max., Gohticus | maximus, Adiabin. *(sic)* max., | tribuniciae potestatis | XXXII[3], imp. XXX, consuli VII[3], | p. p., proconsuli, viis munit|is, pontibus refecti *(sic)*, | recuperata re publica, | quinarios lapides per Il|lyricum fecit, | ab Atrante ad flumen | Savum milia passus | CCCXLVI.

*Sirmii (Mitrovitza) rep., columna miliaria (III 3705).* — 1) *Insere* filius. — 2) *Cf. supra N. 725. 730.* — 3) *A. 354 vel 355, cum Constantius Caesar factus sit a. 323 vel 324 (cf. supra ad N. 712) et sine dubio eodem tempore tribuniciam potestatem adeptus.* — 4) *Consul septimum Constantius processit anno 354, consul octavum a. 356.*

---

**733** . . . . . .[1] Germanias Gallias Britaneas Africam | adque Illuricum virtute gloria pietate | iustitia cunctos retro principes supergresso, | d. n. Fl. Iul. Constantio victori maximo ac triumfa|tori semper Augusto, | Fl. Magnus [*v. s*]p. [*vi*]c. Asiae[2], vice sacra iudican[*s*], | [*mai*]estati [*e*]ius clementiaeque devotus, | curante *M. Anatolium curatore.

*Trallibus Cariae, semel descripta saec. XVIII (III 445).* — 1) *Deesse aliquid non traditur, sed manifestum est; cum autem mox Occidentis solum partes nominentur, quae ad Constantium pervenerunt victis demum Magnentio et Vetranione, probabiliter coniecit Mommsen periisse vocabulum* subiuganti *vel simile quid.* — 2) *Magnus vicarius Asiae fuit a. 354 (cod. Theod. 8, 5, 6).*

---

**734** orbem terrae | Romano nomi|ni subiuganti | domino nostro | Fl. Constantio | pio felici semper | Aug. Aug.[1], | Annius Antio|chus v. p. corr. | [*Ap*]ul. et Cal.[2], sem|[*per devot*]us.

*Aeclani rep., est Neapoli (IX 1117).* — 1) *Alterum* Aug. *abundat.* — 2) *Vir perfectissimus corrector Apuliae et Calabriae.*

---

**735** Constanti virtus studium victoria nomen,
dum recipit Gallos[1], constituit Ligures,
moenibus ipse locum dixit duxitque recenti
fundamenta solo, iuraque parta dedit.
Cives tecta forum portus commercia portas
conditor extructis aedibus instituit.
Dumque refert orbem, me primam protulit urbem
nec renuit titulos limina nostra loqui,
et rabidos contra fluctus gentesque nefandas
Constanti murum nominis opposuit.

*Albengae (Albingauni) in ora Liguriae (V 7781 vidit Mommsen).* — 1) *Recepit Constantius Gallos a. 353 devicto Magnentio. Pace deinde facta cum Alamannis a. 354 Constantius venit Mediolanum, quo tempore videtur Ligures constituisse et Albingaunum oppidum restituisse (Mo.).*

---

**736** patris opus munusqu[*e suum*] tibi, Roma, dicavit
Augustus [*toto Constan*]tius orbe recepto,
et quod nulla tulit tellus nec viderat aetas
condidit, ut claris exa[*equ*]et dona triumfis.
Hoc decus ornatum genitor cognominis urbis[1]
esse volens, caesa Thebis de rupe revellit.

Sed gravior divum tangebat cura vehendi,
quod nullo ingenio nisuque manuque moveri
Caucaseam molem discurrens fama monebat.
At dominus mundi Constantius, omnia fretus
cedere virtuti, terris incedere iussit
haut partem exiguam montis pontoq. tumenti

credidit, et placido [*vexerunt aequora flu*]ctu
litus ad Hesperium, [*Tiberi*] mirante, carinam.
Interea, Romam ta[*etr*]o vastante tyranno,
Augusti iacuit donum, studiumque locandi[2]
non fastu spreti, sed quod non crederet ullus,
tantae molis opus superas consurgere in auras.

Nunc veluti rursus ruf[*is*] avulsa metallis
emicuit pulsatque polos. haec gloria dudum
auctori servata suo cu[*m*] caede tyranni
redditur, atque aditu Ro[*mae vi*]rtute reperto
victor ovans urbiq[*ue favens sublim*]e tropaeum,
principis et munus cond[*it decorat*]que triumfis.[3]

*Romae in quattuor lateribus basis obelisci qui rep. in Circo maximo a. 1587 mox collocatus est ante ecclesiam Lateranensem, sed basis (praeter frustula exigua) periit, accurate descripta tantum in libro Mercatii de obeliscis edito a. 1589 (VI 1163). De hoc obelisco iussu Constantii in Circo maximo erecto a. 357 dixit Ammianus Marc. 16, 10, 17. 17, 4, 12 seq.* — 1) *Constantinopolis.* — 2) *Iacuit studium locandi doni (Buecheler).* — 3) *Sic fere supplevit Buecheler.*

---

**737** [*l*]ibe[*r*]atoribus | orbis Romani, con|servatoribus rei p. | et omnium provincial., | dd. nn. Fl. Iul. Constantio | Aug. et Fl. Claudio | Constantio Caesari.[1]

*Taurinis, columna miliaria (V 8073).* — 1) *Ita dictus Gallus, frater patruelis Constantii, Caesar factus a. 351, occisus a. 354.*

---

**738** d[*d. n*]n. | [*C*]onstant[*ius*] victor ac | [*t*]riumfat[*or se*]mper Aug. et | ! ! ! ! ! ![1] | nobiliss[*imus C*]aesar pro | virtutum [*meritis*] et laboru[*m*] |

quos in p[*raefectur*]a emensu[*s est*], | viro clar[*issimo*] Filippo pr[*aef.*] | praetorio[2] [*statua*]m ex aere | fusam aur[*o cond*]ecoratam | conloca[*ri iusse*]runt.

*Chytris in Cypro, descr. Waddington (III 214). — 1) Erasum (cum nobilissimi vocabulo) nomen sine dubio Galli Constantii. — 2) Philippus praef. praetorio fuit a. 346 (cod. Theod. 11, 22, 1), item a. 349 (ib. 3, 13, 1. 8, 13, 1), consul ord. a. 348.*

---

**739** reparatores orbis adque urbium resti|tutores dd. nn. Fl. Iul. Constantius p. f. semper Aug. | et Iulianus nobilissimus ac victoriosissimus Caes.[1] | ad aeternam | divini nominis propagationem | thermas Spoletinis in praeteritum igne consump|tas sua largitate restituerunt.

*Spoletii (XI 4781 = Orell. 1103 vidit Bormann). — 1) A. 355/360.*

---

**740** iussu dd. nn. Constantii triumfatoris | Augusti et Iuliani nob. Caesaris | castellum diu ante a latronibus | possessum et provinciis perniciosum | Bassidius Lauricius v. c. com. et | praeses occupavit[1] ad[*q*]ue ad perpe|tuam [*q*]uietis firmitatem militum | praesidio munitum Antiochiam[2] | nuncupavit.

*In Cilicia ad flumen Calycadnum ad vicum Tschakur dictum (III S. 6733, descr. Davis). — 1) Etiam Ammianus 19, 13 sub a. 359 narrat Lauricium adiecta comitis dignitate praepositum esse Isauriae, ut eam provinciam pacaret (monuit Nerutsos). Ab eo tempore Isauriae sublato rectore civili praefuisse comitem rei militaris monuit Mo. Memoratur Lauricius dux militum per Isauriam etiam apud Socratem hist. eccl. 2, 39. — 2) De hac Antiochia praeterea nihil compertum.*

---

**741** propagatori orbis | ac Romanae rei, | [*d. n. Magnentio*][1] *m*]a-x[*imo*] | victori ac | triumfatori semper Aug. | Fabius [*Titianus v. c.*][1] cons. ord., | praef. urbi iterum, iudex | cogn. sacr.[2], maiestati eius | dicatissimus.

*Romae rep. in thermis Titi a. 1589: servavit Celsus Cittadinius (VI 1166). In lateribus, paulo post, reiecto hoc titulo, incisi sunt tituli pertinentes ad a. 355. — 1) Nomina imperatoris et praefecti urbis, qui basem dedicavit, erasa erant praeter paucas litteras quae legi potuerunt. Imperatorem fuisse Magnentium, praefectum urbis Fabium Titianum, consulem ordinarium a. 337, praefectum urbis a. 350/1, cuius infra dabimus titulum, docuit Borghesius opp. 3 p. 464 seq. Ceterum Fabii Titiani nomen integrum relictum est in simili titulo quem dedicavit Magnentio VI 1167. — 2) Iudex cognitionum sacrarum.*

---

**742** liberatori orbis | Romani, restituto|ri libertatis et rei pu|blicae, conservato|ri militum et provin|cialium, domino nos|tro Magnentio invic|to victo[1] pri[*n*]cipi[2], victori | et triumfato. semper | Augusto.

*Inter Ticinum et Taurinos rep., columna miliaria (V 8066 descr. Bruzza).* — 1) victo *delendum.* — 2) pricipi *lapis.* — *Miliarii similiter inscripti prodierunt et alibi in Italia superiore et in Piceno (IX 5937. 5940. 5951).*

---

**743** d. n. Magno | Magnentio | imperatori | Aug. | p. f., | b. n. r. p. n.[1] | XXXI.

*Inter Bracaram et Asturicam, lapis miliarius (II S. 6225 ad exemplum Sarmenti).* — 1) *Bono rei publicae nato.*

---

**744** imp. C. | Magno | Magnen|[*t*]io Aug. | . . c . . .

*Prope Theveste, columna miliaria (Eph. ep. 7, 811 vidi ipse).*

---

**745** d. [*n*.][1] | Magno | Decentio | imp. nostro | piissimo, | florentis|simo Cae|sare.[2]

*Castimae in Baetica, columna viaria (II 4692 descr. Accursius).* — 1) d. m. *traditur.* — 2) *A. 351/353.* — *Alter titulus Decentii Hispanus est II 4827.*

---

**746** . . VII p. | Do. n. Fla. De|centio | no. Cae. | *(iuxta)* VII.

*Prope Tolosam rep. ad vicum Pouvourville, columnae fragmentum (XII 5677 descripsit Sacaze).* — *In hoc solo lapide Decentium appellari Flavium notat Hirschfeld.*

---

**747** d. n. | Magn|o Decen|tio Cesar. | p. f. semper | [*Aug.*] n. . . . . .

*Prope Siccam provinciae Africae, columna miliaria (Eph. ep. 5, 1118, descr. Roy).*

---

**748** d. n. imp. Cludi. | Silvanus Aug.[1], | bono riep. *(sic)* na|tus.

*Aversae in Campania, columna miliaria (X 6945 repperit F. de Duhn, vidit etiam Zangemeister). In eadem columna leguntur vel legebantur etiam tituli Severi Alexandri et Valentiniani fratrisque.* — 1) *Imperator Cludius, vel potius Clodius Silvanus ignotus est, nisi forte hic intelligitur Silvanus is, qui a. 355 Coloniae Agrippinae purpuram sumpsit et mox interfectus est (circa octavum et vicesimum diem, teste Vict. Caes. 42: cf. Ammian. 15, 5, al.); quem tamen in Campania vix potuisse agnosci, Constantio legitimo imperatore degente Mediolani, monet Mommsen. Quisquis fuit, vixisse eum saeculo p. Chr. quarto, ostendunt verba* bono rei p. natus, *in lapidibus miliaris hoc tantum saeculo obvia (cf. N. 697. 712. 745. 755. 757. 788).* — *Eiusdem Silvani nomen videtur fuisse X 6946.*

---

**749** nobiliss. Caes. | d. n. Fl. Iuliano | Annius Antiochus | v. p.[1] corrector | d. p. e.[2]

*Cannis (IX 348 vidit Kaibel).* — 1) *Vir perfectissimus.* — 2) *Devotus pietati eius.*

---

**750** principi iuventutis | ac restitutori | p.[1] libertatis, | d. n. Flavio | Claudio | Iuliano | pio felici Aug. | col. Thub. Bure.

*Thibursici Bure (Tebursuk) provinciae proconsularis Africae (VIII 1432 cf. Eph. ep. 5, 555 vidit Schmidt).* — 1) *Publicae.*

---

**751** d. n. Fl. C[*l. Iulian*]o[1] domino [*tot*]ius orbis. | filosofi[*ae*] magistro[2], | venera[*nd*]o | principi, piissimo [*imp*]eratori, | victorios[*issi*]mo Augusto. | propagato[*r*]i libertatis | et rei publ[*ic*]ae, | Ael. Cl. Dulc[*i*]tius[3] | v. c. procon[*s.*] vic. s. aud.[4] | d. n. m. q. su[*ae?*]

*Prope Pergamum (III S. 7088, ectypum vidit Mommsen).* — 1) *Nomen Iuliani data opera deletum esse ait, qui lapidem vidit, Schuchhardt; quod alibi non reperitur, cum memoria eius publice nullam damnationem subierit.* — 2) *Similes laudes tri-*

*buuntur Iuliano in hac inscriptione reperta Jasi in Caria (bull. de corr. hell. 13, 1889 p. 35)* Ἀγαθῇ τύχῃ τον ἐκ φιλοσοφίας βασιλεύοντα καὶ δικαιοσύνῃ τε καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς πᾶσαν διειληφότα τὴν ὑφ᾽ ἡλίῳ, Φλ. Κλαυδ. Ἰουλιανὸν τὸν μέγιστον καὶ θειότατον αὐτοκράτορα ........ *(nonnulla erasa)* Ἰασέων ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος καθιέρωσεν εὐτυχῶς. — 3) *Idem Aelius Claudius Dulcitius a. 357 consularis fuit Aemiliae (cod. Theod. 13, 10, 3).* — 4) vice sacra audiens *explicat Mo.*

---

**752** d. n. Flv. *(sic)* Clau|dio Iuliano | pio felici [*Aug.*] | omn ..... fe|. . . ie .... polle|nti virtu|tum, invicto | principi, res|titutori li|be[*r*]t[*at*]is et Ro|[*manae*] re|ligion[*is*] a[*c*] tr[*i*|*umfat*]ori[1] orbis.

*In Numidia, loco dicto El Casae, ubi fuit municipium Madher (VIII 4326 descripsit solus Poulle auctor accuratus, sed qui scripturam evanidam et difficilem lectu fuisse ait).* — 1) religion[is] a[dser]t[ori] *coniecit de Rossi.*

---

**753** imp. Caess. *(sic)* | d. n. Fl. Cl. Iuliano | p. f. victori ac triumf. | semp. Aug., p. m., imp. | VII, conss. III[1], bono r. p. | nato, patri patriie *(sic)*, | proconss.

*Sirmione ad lacum Benacum, columna miliaria (V 8024 vidit Mommsen). Eadem fere inscriptio legitur in miliariis eiusdem regionis V 8035. 8036. 8053, similis in miliariis duobus rep. prope Innsbruck III 5983. 5984.* — 1) *Consul tertium Iulianus fuit a. 361, quartum a. 363, ut lapides positi sint a. 361 aut 362. In miliariis duobus rep. prope Innsbruck est* consuli IIII, *hi ergo positi sunt anno 363.*

---

**754** domino totius orbis | Iuliano Augusto | ex Oceano Britannico vis per | barbaras gentes | strage resistenti|um patefactis adus|que Tigridem una | aestate transvec|to, Saturninius | Secundus v. c. [*praef.*] praet. [*d.*] n. m. [*q.*][1]

*Ancyrae (III 247 descripserunt Mordtmann aliique),* — 1) Secundus vota.| raet. n. ao *vel* Secundus ... v. c. | praet in mo *exempla; emendavit Mommsen usus titulo urbano huius Saturninii Secundi, quem dabimus infra.*

---

**755** [*o*]b[1] insignem singula|remque erga rem publicam | suam faborem | d. n. Iulianus invictissimus prin|ceps, remota provincialibus cura, | cursum fiscalem breviatis mutationum spa|tiis fieri iussit, | disponente Claud[*i*]o Mamertino v. c. per Ita|liam ac Inlyricum praefecto praetorio[2], | curante Vetulenio Praenestio v. p. corr. | Venet. et Hist.

*Concordiae (V 8987).* — 1) ab *lapis.* — 2) *Mamertinus praefectus praetorio fuit ab a. 362 ad a. 365 testibus rescriptis multis et Ammiano; rescripta Iuliani ad Mamertinum de cursu publico extant cod. Theod. 8, 5, 12.*

---

**756** pro beatitudine felicium temporum d. n. Fl. Ioviani v .....
Clodio Octaviano v. c. proconsule p. A.[1], Ulpius Faventinus v .....

*Thagorae in parte Numidiae attributa provinciae Africae proconsulari (VIII 4647 bis descripta).* — 1) *Octavianum proconsulem Africae ordinavit Iulianus a. 363, teste Ammian. Marc. 23, 1, 4 (cf. 29, 3, 4). Eiusdem sunt tituli IX 1577. 2566.*

**757** d. n. Fl. Iov[*i*]ano | victori ac tri|umfatori sem|per Augusto, | b. [*r.*] p. n.[1] | XV.

*Veronae in museo, columna miliaria (V 8037).* — 1) *Bono rei publicae nato.*

---

**758** [*memoria*]e felic[*issimae* | *viro atq*]ue per omn[*ia saecula* | *cel*]ebrando, Gra[*tiano*[1] *patri*] | dd. principumque [*nostrorum*] | Valentiniani et V[*alentis no*]bilium ac triumfat[*orum semper Au*]|gustorum, iuxta C[*apitolium*][2] | statuam dedicav[*it Antonius*] | Dracontius v. c., [*v. a. p. p.* | *p*]er Africanas [*provincias*][3], | curante Valerio . . . . . | v. e. sacerdotale.

*Cirtae sive Constantinae (VIII 7014 vidit Wilmanns).* — 1) *Supplevit Renier. Cf. Symmachus laud. Valent. 1, 3; Amm. Marc. 30, 7, 1.* — 2) *Capitolium Cirtae memoratur etiam VIII 6981. 6983/4.* — 3) *Idem Antonius Dracontius vices agens praefectorum praetorio posuit Valentiniano titulum infra N. 763; rexisse Africam vicaria potestate a. 365 intellegitur ex cod. Theod. 10, 1, 5. 11, 1, 11.*

---

**759** i[*mpp. Au*]gg. | dd. nn. | Valentiniano | et Valente sen|per[1] Augg., | insignem | ortus felicem | imperium eo|rum.[2]

*Non longe ab Udine rep., columna miliaria (C. I. L. suppl. Ital. 1 1061 vidit Pais).* — 1) *Errore scripta quaedam inter* sen *et* per *expunxit quadratarius.* — 1) '*Qui dictavit videtur laudare voluisse insigne et originis felicis imperium Augustorum duorum*' *(Mo.).*

---

**760** dd. nn. Fl. Valentini[*a*]|no et Fl. Valenti divinis | fratribus et semper | Augustis, devota Ve|netia conlocavit.

*Inter Veronam et Brixiam, nunc Brixiae, columna (V 8031). Similes columnae praeterea prodierunt V 7993. 8020. 8029. 8032. 8044.*

---

**761** dd. nn. | Fl. Valenti|niano et Fl. | Valentino[1] Augg.

*Prope Sitifim Mauretaniae, columna miliaria (VIII 10352 cf. eph. ep. 5, 1148, vidit Schmidt). In eadem columna est titulus imp. Severi, VIII 10351.* — 1) *Similem errorem vide supra N. 717.*

---

**762** imperatores Caesares dd. nn. | Valentinianus [*e*]t Valens fratres | concordissimi victores maximi | ac triumphatores [*s*]emperque Augusti | muros cum tur[*r*]ibus horum castrorum a rudimentis fundamento|rum consurgere imperarunt, dispo|nente Equitio v. c., comite, mag. equitum | peditumque[1], curante Augustiano *! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !*[2] pr., v. p.[3] et duce Val. limitis[4] |, numini clementieq. eorum dicatissimis.

*Gran (Salvae) ad Danuvium rep. (Eph. ep. 2, 718 vidit Mommsen).* — 1) *Flavius Equitius, consul ordinarius a. 374 (Flavii nomen praebet titulus ap. de Rossi bull. crist. 1871 p. 75), passim memoratur ab Ammiano. Magister militum videtur factus esse a. 365 (Amm. Marc. 26, 5, 11; cod. Theod. 7, 1, 8). Ad munitionem limitis Illyriciani ab eodem per hos annos factam spectant etiam tituli paullo post hunc positi infra N. 774/5. Hic titulus positus est ante d. 24 Aug. 367, quo Gratianus collega factus est patris patruique.* — 2) *Litterae nonnullae erasae, fortasse solo lapsu quadratarii hic positae (Mo.).* — 3) *Praeposito (sic legit Mo. dubitans), viro perfectissimo.* — 4) *De duce limitis Valeriae cf. Notit. Occ. p. 23. 94.*

---

**763** clementissimo | principi ac to|tius o[*rbi*]s Aug., | [*d.*] n. Valenti-ni|[*a*]no, procons. | [*I*]ul. Festi[1] v. c. simul | cum Antonio Dra|contio v. c. ag. v. p. p.[2] | ordo Furnita|nus consecravit.

*In Africa, loco dicto Henchir Msa'adîn ubi fuit Furni (Eph. ep. 5, 518). —* 1) *Proconsulatu Iuli Festi (de hoc Festo cf. N. 768 et praeterea ad titulum ipsi positum in urbe Roma infra editum). —* 2) *Dracontius vices agens praefectorum praetorio, i. e. vicarius per Africam, posuit etiam titulum supra N. 758, ubi cf.*

---

**764** felicitati perpetui[1] tempo|ris d. n. Valentiniani | victoris ac trium|-fatoris semper Aug. | Avianius Valentinus | v. c. cons. Camp., | devotus numini | maiestatique eius.

*Puteolis rep., nunc Neapoli (X 1656). —* 1) *Scr.* perpetuae.

---

**765** legum domino Roma|narum, iustitiae ae|quitatisque rectori, | domitori gentium | barbarum[1], conserva|tori libertatis, d. n. Fl. | Valenti-niano fortissimo | invictissimoque principi | semper Augusto, | Fl. Maximus v. p. praef. vig. | d. n. m. q. eius.

*Romae olim ad circum maximum (VI 1180 saepius descripta saec. XVI). Una repertus est titulus similis Gratiani (VI 1181). —* 1) barbarum *exempla pleraque,* barbararum *nonnulla.*

---

**766** votis | decennalibus | domini nostri | Valentiniani max. | victoris ac triumf. | semper Augusti.

*Romae rep. in Tiberi, non multum a N. 769 (Eph. epigr. 4, 779 descripsit Schmidt).*

---

**767** largitas d. n. Valentiniani Augusti.

*In clipeo argento rep. a. 1721 prope Genavam in Arva fl., est Genavae (XII 5697, 5 vidit Mommsen).*

---

**768** bellis strenuo | optimoque consiliis | d. n. Fl. Valenti victori ac | triumfatori semper Aug., | Iulius Festus v. c. | pro consule p. A.[1] | vice sacra cognoscens.

*Carthagine (Eph. epigr. 5, 1227). —* 1) *Cf. N. 763.*

---

**769** imp. Caesari d. n. | Fl. Valenti max. p. f. victori ac | trium-fatori semper Aug. | s. p. q. R. | ob providentiam, quae illi semper | cum inclyto fratre communis est, | instituti ex utilitate urbis aeternae | Valen-tiniani pontis atq. perfecti[1], | dedicandi operis honore delato iudicio princip. maximor. | L. Aur. Avianio Symmacho v. c. ex praefectis urbi.[2]

*Romae rep. ad pontem vulgo dictum Sixti, olim, ut ex hoc titulo apparet, Valentinianum (Eph. ep. 4, 800). —* 1) *Recensetur pons Valentinianus inter pontes urbis Romae in mirabilibus quae dicuntur (ap. Iordan top. II p. 617); sed ubi fuerit, ignorabatur. —* 2) *Pontem operis magnifici Romae factum ac dedicatum esse a Symmacho narrat Ammianus 27, 3, 3; dedicatum esse ab eo non in praefectura urbis a. 364, quo ducunt verba Ammiani, sed postea, speciali principum mandato, docet hic titulus. De Symmacho cf. supra N. 726 et praeterea infra ad titulum ipsi dedicatum.*

---

**770**

[*d. n. invictissimus princeps Fl. V*]alens victor maximus triumfator[1]
[*semper Aug., in fidem recepto rege Athan*]arico[2], victis superatisque Gothis,
[*ingruente item in victorias illa*]s tempore feliciter quinquennaliorum[3]
. . . . . . . . . . . . . [*hunc burgum*] ob defensionem rei publicae extruxit
[*labore* . . . . . . . . . . . *devotissi*]morum militum suorum primanorum[4]
[*et* . . . . . . . . . . . . .. *commissor*]um cure Marciani trib. et Ursicini pp.[5] semp. vestri.[6]
. . . . . . . . . . [*ordinante Fl. Ste*]rcorio viro clarissimo, duce.

*Rep. non longe a Hirsova ad Danuvium in ruderibus castelli Romani, cui nomen Hassarlik, nunc Bucaresti in museo (III S. 7494). — Supplementa sunt Mommseni (cf. Herm. vol. 17 p. 523 seq.). —* 1) *Notabile titulum positum esse nomine solius Valentis, omissa fratris mentione; qua de re cf. Mo. l. c. —* 2) *Significatur pax quae convenit post bellum trium annorum inter Athanaricum et Valentem a. 369 (Amm. Marc. 27, 5, 9; Zosim. 4, 11, 4). —* 3) *Quinquennalia celebravit Valens sine dubio initio quinti anni imperii, id est mense Mart. 368; sed titulus positus esse potest aliquanto post quinquennalia. —* 4) *Significatur aut legio prima Iovia aut prima Italica. —* 5) *Praepositi. —* 6) *Cf. supra N. 659 not. 2; pluralis positus propter Valentinianum (cf. Mo. l. c. p. 540 seq.).*

---

**771** domini nostri imperatores Caesares | Fl. Valentinianus pius felix maximus victor ac triumf. semper Aug., pontif. maximus, | Germanic. max., Alamann. max., Franc. max., Gothic. max., trib. pot. VII, imp. VI, cons. II[1], p. p. p.[2], et | Fl. Valens pius felix max. victor ac triumf. semper Aug., pontif. maximus, | Germanic. max., Alamann. max., Franc. max., Gothic. max., trib. pot. VII, imp. VI, cons. II[1], p. p. p.[2], et | Fl. Gratianus pius felix max. victor ac triumf. semper Aug., pontif. maximus, Germanic. max., Alamann. max., Franc. max., Gothic. max., trib. pot. III, imp. II[1], cons. primum, p. p. p.[2] | pontem felicis nominis Gratiani in usum senatus ac populi Rom. constitui dedicarique iusserunt.

*Romae in ponte hodie dicto S. Bartholomaei, quo insula Tiberina cum dextra Tiberis ripa coniungitur, legebatur titulus ab utraque parte transeuntis, hodie (inde ab a. 1849) tantum a dextra (VI 1175 cf. eph. ep. 4, 801). —* 1) *Valentinianus imp. factus mense Febr. 364, Valens mense Mart. 364 si in tribunicia potestate numeranda antiquum morem retinuerunt, septimam tribuniciam potestatem inchoaverunt d. 10 Dec. 369, non multum ante tertium consulatum, quod susceperunt k. Ian. 370; ut titulus positus sit exeunte a. 369. Sed si ita est, Gratianus, Augustus appellatus d. 24 Aug. 367, appellari debuit* trib. pot. IIII, *non* trib. pot. III. *Ergo hic certe numerus corruptus est. —* 2) *Pater patriae, proconsul.*

---

**772** Gratiani triumfalis principis pontem aeternitati Augusti nominis consecratum in usum senatus populique Romani ddd. nnn. Valentinianus Valens et Gratianus victores maximi ac perennes Augusti incohari perfici dedicariqu[*e iusserunt*].

*Romae in eodem ponte, in quo N. 771, in lateribus exterioribus sub pluteo, supra arcus (VI 1176 cf. eph. ep. 4, 802).*

**773** salvis ddd. nnn. Valentiniano Valente et Gratiano | victoriosissimis semper Aug., dispositione Iuli | v. c. com.[1], magistri equitum et peditum, fabri|catus est burgus ex fundamento mano devo|tissimorum equitum VIIII Dalm.[2], s. c.[3] Vahali trib., | in consulatum[4] d. n. Gratiani perpetui Aug. iterum | et Probi v. c.[5]

*Loco dicto Umm-el-Djemâl provinciae Arabiae (III 88 descr. Waddington).* — 1) *Idem videtur esse Iulius memoratus ab Ammiano 31, 16, 8.* — 2) *Equites Nono-Dalmatae recensentur in Notitia Or. c. 4 'sub dispositione viri illustris magistri militum praesentalis'.* — 3) *Sub cura.* — 4) *Scr.* consulatu. — 5) *A. 371.*

---

**774** ddd. nnn. Valentiniani Valenti|s et Gratiani perennium Augustor|um saluberrima iussionem, hunc | burgum a [*f*]undamentis, ordinante | viro clarissimo Equitio[1] comite et | utriusquae militiae magistro, i|nsistente etiam Leontio pp.[2], mili|tes auxiliares Lauriacenses[3] cu|re eius conmissi, consulatus | eorundem dominorum prin|cipumque nostrorum tertii[4], ad | summam manum perduxserunt | perfection[*i*]s.

*Ips ad Danuvium, ubi videtur fuisse Fafiana, rep. a. 1508, et Vindobonam translata, saepius descripta saec. XVI, post periit (III 5670 a).* — 1) *Vide N. 762 et 775.* — 2) *Sine idonea causa hunc Leontium praepositum eundem esse putavit Borghesius atque Leontium praefectum praetorio Illyrici, a quo nescio quo tempore aedificatam esse Thessalonciae aedem sancti martyris Demetrii tradit Photius bibl. cod. 255.* — 3) *De Lauriaco (hodie Lorch prope Enns) cf. Mo. C. III p. 689.* — 4) *Tertio consules fuerunt Valentinianus et Valens a. 370.*

---

**775** iudicio principali dominorum nostrorum | Valentiniani Valentis et Gratiani | principum maximorum, dispositione etiam | illustris viri utriusque militiae magistri | Equiti[*i*][1] comitis, Foscanus[2] praepositus | legionis primae Martiorum[3] una cum | militibus sibi creditis hunc burgum, | cui nomen Commercium, qua causa et factus | est, a fundamentis et construxit et | ad summam manum operis in diebus XXXXVIII | consulatus d. [*n.*][4] Gratiani Augusti bis | et Probi viri clarissimi[5] fecit pervenire.

*Ad Danuvium prope Gran (provinciae Pannoniae) (III 3653 semel descripta saec. XV).* — 1) equitis *traditur. De Equitio cf. supra ad N. 762. Ab eo Illyricum iniquissimis tributorum exactionibus adflictum esse ad eum ipsum annum, quo hic titulus positus est (371), scriptum est in codicibus quibusdam Chronici Hieronymiani, sed non ab ipso Hieronymo (cf. Mommsen Herm. 24 p. 400).* — 2) *Nomen fortasse corruptum.* — 3) *Legio Martiorum recensetur in Notitia Or. c. 8 inter legiones comitatenses octo, quae erant sub dispositione viri illustris magistri militum per Illyricum.* — 4) divi nostri *traditur, compendio male soluto.* — 5) *A. 371.*

---

**776** forum populo Romano suo [*dono dederunt*] domini et principes nostri [*imppp. Caesss.*] Valentinianus Valens et [*Gratianus Auggg.*], curante Flavio Eupraxi[*o*] v. c., [*praef. urbi*].[1]

*Romae 'in foro Palatino' vidit, qui solus descripsit, auctor vetustae syllogae servatae in codice Einsidlensi (VI 1177).* — 1) *Eupraxius praefectus urbi fuit a. 374 (cod. Theod. 11, 29, 5. 11, 30, 36. 11, 36, 21).*

---

**777** dd. nn. impp. | Flavio Valente et | Fl. Gratiano Caess. | victorr. ac tri|ump. semp. Augg.[1]

*Ferrariae, columna miliaria (V 8008 vidit Mommsen).* — 1) *A. 375, mortuo Valentiniano (d. 17 Nov.), nondum audito vel nondum confirmato Valentinianum iuniorem Augustum nuncupatum esse.*

---

**778** virtute inclyto, | pietate pacifico, d. n. Gratiano feli|[c]i semper Augusto | [*S*]extius Rusticus | Iulianus[1] v. c. procon|[*s*]ule p. A. numini eius | dicatissimus sac|[*r*]ae maiestati cons|tituit.

*In provincia Africa, ibi ubi fuit colonia Carpis (Eph. 7, 146).* — 1) *Proconsul memoratus et in aliis titulis Africanis (VIII 1447. Eph. 5, 643) et in codice Theodosiano, ex quo intellegitur Africam rexisse a. 371—373.*

---

**779** divina stirpe | progenito | d. n. Valentinia|no Aug.[1], | fortissimo | principi, Fel. | Vivius[2] Bene|dictus [*v.*[3] *p.*[4]] | preses p. T.[5], nu|mini maiesta|tiq. eiius sem|per devotus.

*Gigthi in ora provinciae Tripolitanae (VIII 10489, nuper bis descripta). Plane eadem inscriptio extabat Lepti magna eiusdem provinciae (VIII 12 semel descripta saec. XVIII).* — 1) *Significari Valentinianum iuniorem ostendit divina stirps.* — 2) *Sic apographum utrumque*, Fevivius *apographum lapidis gemelli Leptitani.* — 3) *Vix hic Benedictus memoratus a Symmacho ep. 4, 53. 9, 1.* — 4) v. p. *(vir perfectissimus) supplevi ex lapide Leptitano.* — 4) *Provinciae Tripolitanae.*

---

**780** inclytae venerande|que memoriae viro | Flavio Theodosio[1], | genitori domini | nostri invictissimi | perennisque principis | Theodosi perpetui Aug., | cuius virtute felicita|te iustitia et propaga|tus terrarum orbis et | retentus, statuam | equestrem subaura|tam Apuli et Calabri | pro voto et devotio|ne posuerunt, | curante ac perficien|te Flavio Sexione[2] | viro perfectissimo, | correctore Apuliae | et Calabriae.

*Canusii (IX 333 vidit Mommsen).* — 1) *Theodosius pater Theodosii imperatoris saepe memoratur apud Ammianum propter res gestas in Britannia et in Africa; occisus est, teste Hieronymo chron., a. 376.* — 2) *Cf. Symmach. ep. 2, 43.*

---

**781** imperatores Caesares ddd. nnn. Gratianus Valentinianus et Theodosius[1] pii felices semper Auggg. arcum ad concludendum opus omne porticuum maximarum aeterni nominis sui pecunia propria fieri ornariq. iusserunt.

*Romae 'in arcu proximo ponti Petri' descripsit auctor syllogae vetustae (cf. supra p. 28 ad N. 107) codicis Esinsidlensis (VI 1184).* — *Tituli hic et N. 782 positi inter annum 379, quo Theodosius imperator declaratus est, et a. 383, quo interfectus est Gratianus.*

---

**782** dominis omnium Gratiano Valentiniano et Theodosio imperatorib. Aug[*ustis*] | L. Val. Sept. Bass[*us*] v. c., praef. urb., maiestati eorum dicavit.

*Romae in foro rep. a. 1872 (VI 1184 a).*

---

**783** domino nostro | Fl. Theodosio | Augusto | Faltonius Probus | Alupius v. c. praef. urbis.[1]

*Romae in Vaticano, fortasse rep. in amphitheatro Flavio (VI 1185). — 1) Alypius praefectus urbis fuit a. 391 (cod. Theod. 14, 2, 2); cf. praeterea de eo Seeck Symm. p. XCVIII.*

---

**784** d. n. Theodosius perpet. Aug. ob diem felicissimum X[1].

*Prope Emeritam Lusitaniae rep., est Matriti, clipeus argenteus, in quo repraesentati sunt imperator diademate ornatus (Theodosius) cum duobus filiis, quorum alter (Arcadius) sceptrum et globum tenet, alter (Honorius) globum tantum; inscriptio legitur in margine circuitus (II 483 cf. Huebner antike Bildwerke in Madrid p. 213 n. 472). — 1) Decennalium. — Decennalia celebravisse putandus est Theodosius ineunte anno 388, utpote imperator factus d. 19 Ian. 379.*

---

**785** ddd. nnn. | FFF[*lll.*] Valentin. | Theodosio et | Arcadio [*p*]iis fe[*li*]|cibus victoribus | et triumfatori|bus semper Aug., | ad solacium la|vori[*o*]sae festi|nationis.[1]

*Assi rep. (III S. 7080, descr. Sterret). Tituli hic et N. 786 positi inter annum 383 quo Arcadius Augustus dictus et Gratianus interfectus est, et a. 392, quo interfectus est Valentinianus iunior. — 1) Quid significetur, nescio (fortasse verba non bene expressa ex Graeco). [Opifices taedium festinati laboris compensant honorantes eo absoluto principes (Mo.)].*

---

**786** [*aureo saeculo ddd. nnn. Valen*]tiniani[1] Theodosi et Arcadi perp. [*Auggg.*] . . . . . . . . . . . . . m flaminum perpetuorum.

*In provincia Africa loco dicto Henchir Ain Tarf esch Schna, ubi fuit municipium Apisa maius (VIII 782). — 1) Valentiniani nomen consulto erasum esse ex ectypo notavit Huebner (vol. VIII p. 979); factum id esse putat Mommsen temporibus Eugenii (cf. N. 790 1); eum etiam in Africa agnitum esse inde intellegi.*

---

**787** Quinto fl. p. p., sac. prov.[1]— ‖ Salvis ac toto orbe vin[*cen*]tibus[2] | dddd. nnnn. FFFFllll.[3] | Valentiniano Theodosio | Arcadio et Maximo[4] semp. August.[3], | ob meritum magnifice legati|onis quam pro voto totius | provinciae executus est et [*per*|*eg*]it Quintus vir laudabilis | sacerdotalis: huic cupiens | conpetentibus meritis | respondere totius pro|vinciae consilio ad. | decreto ord. | n. | i. po. | s. p. p.[5]

*Henchir Djorf bu Grara in ora provinciae Tripolitanae, ubi fuit Gigthis (VIII 27 vidit Wilmanns). — 1) Quinto flamini perpetuo, sacerdotali provinciae. — 2)* vintibus *lapis. — 3) Quattuor dominis nostris Flaviis. — 4) Maximi nomen erasum. Maximus est, qui a. 383 Gratianum interfecit et a. 388 a Theodosio victus et interfectus est. Hunc non solum collegam dici voluisse Theodosii sed ab ipso Theodosio per aliquod tempus pro collega agnitum esse tradit Zosimus 4, 37 confirmatque hic titulus. — 5) Litterae singulares, teste Wilmannsio data opera relictae ex inscriptione antiquiore erasa, ut legendum sit: consilio ad(que) decreto ord(inis) n(ostr)i pos(ita) p(ecunia) p(ublica).*

---

**788** dd. nn. | Magno Maximo et F[*l.*][1] Vic|tori invic|tis et perpetuis | Augus|tis, b. r. p. n.[2] | IIIIII.

*Prope Brixiam rep., lapis miliarius (V 8030 vidit Mommsen). Similiter inscripti lapides prodierunt in Italia superiore complures (cf. C. V p. 1162), prope*

*Bononiam unus (Reines. 3, 63), nonnulli in Lucania (IX 6069 = X 6974) et Apulia (IX 6062 = X 6968) et in agro Vestinorum (IX 5961). Praeterea leguntur nomina Maximi et Victoris in columna agri Tolosani XII 5673, item in lapide miliario rep. in Africa ad viam Carthagine Theveste ducentem (Eph. ep. 7, 588).* — 1) Fil. *lapis Brixianus,* Fl. *reliqui similes omnes.* — 2) *Bono rei publicae natis.*

---

**789** extinctori tyrannorum | ac publicae securitat[*is*] | auctori, domino nostro Arcad[*io*] | perpetuo ac felic[*i*] | semper August[*o*] | Ceionius Rufius Albi[*nus v. c.*][1] | praef. urbi, ite[*rum*] | vice sacra iudicans, d. n. m. [*q. eius*].

*Romae rep. in foro a. 1874 (VI 3791 b). Eodem loco saec. XVI visus est plane similis titulus dedicatus Valentiniano iuniori (VI 3791 a), extitit sine dubio tertius dedicatus Theodosio. Tituli positi sunt anno 389, quo Albinus praefecturam urbi suscepit (cod. Theod. 16, 5, 18 cet. cf. Seeck Symm. p. CLXXXI not. 922) aut paullo post; tyranni igitur intellegendi sunt Maximus et Victor.* — 1) *Idem memoratur saepe apud Macrobium, ubi tamen vitio codicum plerumque appellatur Furius Albinus (cf. Seeck l. c.).*

---

**790** [*salvis domini*]s et imperatoribus nost-
[*ris Fl. Theodo*]sio Fl. Arcadio et [*F*]l.[1] Eugenio[2]
[*Auggg.*], . . . . . . te conlabsam iussu viri cl.
[*et inlustris Arboga*]stis[3] comitis et instantia v. c.
. . . . . . . . . . [*co*]mitis domesticorum ei.
. . . . . . . . . . . . . s ex integro opere faciun-
[*dum* . . . . . *cura*]vit magister Pr. Aelius.

*Coloniae Agrippinae (Brambach 360 qui descripsit).* — 1) El *lapis.* — 2) *A. 392—394.* — 3) *Arbogastes comes (Zos. 7, 33, 10), cuius iussu interfectus Valentinianus iunior et purpura circumdatus Eugenius.*

---

**791** [*basilicam Ale*]XANDRIANAM B[*arbarorum*]
[*incursione f*]OEDATAM SALVIS D[*dd. nnn.*]
[*Theodosio A*]RCADIO ET E[*ugenio*][1]
[*invictissimis princip*]IBV[*s*]. . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Neapoli in museo, Puteolis ut videtur reperta (X 1695).* — 1) *A. 393. Supplevit Rossi bull. crist. 1868 p. 66. — Ab altera parte lapidis extat titulus anni 394/5 (X 1694).*

---

**792** pro beatitudine temporum | felicitatemque *(sic)* publici status imp. | ddd. nnn. Theodosi Arcadi et Honori | perennium Augustorum, | ripam macelli[1] dextra lebaque | ad gratiam splendoremque | civitatis Puteolanae instructum *(sic)* | dedicavit Fabius Pasiphilus v. c. | agis *(sic)* vicem praefectorum praetorio | et urbi.

*Puteolis rep., est Neapoli (X 1692). Titulus scriptus non solum post Honorium Augustum dictum (a. 393), sed etiam post mortem Eugenii (6 Sept. 394), ante mortem Theodosii (17 Ian. 395) (cf. Borghesi opp. 8 p. 413).* — 1) *Ad idem opus pertinent tituli X 1690/1.*

---

**793** dd. nn. Arcadius et Honorius [*invicti et*] perpetui Augg. theatrum Pompei, [*collapso*] exteriore ambitu, magna etiam [*ex parte*] interior[*e*]

r[*uen*]te[1], convulsum, [*ruderibus*] subductis et excitatis invice[*m fabricis* | *novis, restituerunt*].

*Romae, servavit vetus codex Einsidlensis (VI 1191). — Tituli hic et qui sequuntur positi inter annum 395, quo mortuus Theodosius senior et a. 402, quo Augustus dictus est Theodosius iunior.* — 1) interior virtute *traditur.*

---

**794** imperatoribus invictissimis felicissimisque | dd. nn. Arcadio et Honorio fratribus | senatus populusque Romanus, | vindicata rebellione | et Africae restitutione laetus.

*Romae rep. in foro Romano saec. XVI medio (VI 1187 ad exemplum potissimum Smetii; particula superest Neapoli cf. eph. ep. 4, 805). Pertinet titulus ad victoriam anno 398 de Gildone reportatam.*

---

**795** [*imperator. Caesaribus domi*]nis nostris Flaviis Arcadio et [*Honorio fratribus victor*]ibus ac tri[*umfatoribus sem*]per Au[*gustis, quod obsecuti* | *optimis providentissimisque*] consiliis inlustris et praecla[*ri viri Fl. Stiliconis com*]itis et magi[*stri utriusque mil*]itiae, parentis su[*i, reliqua ex* | *veneranda antiquitate Ro*]mana r[*e*]i publicae monumenta, u[*niversa bona quae capta sunt*] a Gildone h[*o*]ste p[*ub*]lico [*donan*]do, formas ad Anienis fl[*uenta,* | *quorum aqua non modo nocebat f*]ossa[*e*] urbanicianae sed et vas[*titatem urbis per immen*]sa spatia gignebat [*o*]b squ[*alore*]s ac pernic[*iem ext*]endendo, | [*instaurari, paludesque pe*]r in[*via*] meatu novo, iuvante etiam [*praef. urb. Quintilio*[1] *L*]aeto dispositione [*egregia*], averti oport[*ere iu*]sserunt.

*Prope Anienem, ab urbe Roma XXXVI mil. pass., ubi fuit diverticulum viarum Valeriae et Sublacensis memoratum a Frontino de aq. 7 (IX 4051 cf. p. 682. 698 descripsit Stevenson, composuit et supplevit Mommsen). Arcam aquaeductibus urbis Romae destinatam auctam esse ex bonis confiscatis Gildonis ex titulo quamvis fracto conclusit Mommsen indeque supplementa formavit.* — 1) *Nomen gentilicium sumpsit Mommsen ex titulo una rep. et ad idem opus pertinente (IX 4051, 8).*

---

**796** d. n. Fl. Arcadio | pio felici victori | ac triumfatori | semper Augusto | Caecina Decius Albinus[1] v. c. | praefectus urbi vice | sacra iudicans, devotus | numini maiestatique eius.

*Romae rep. in monte Aventino, est Florentiae (VI 1192). Titulus positus est sine dubio una cum simili titulo Honorii, qui periit.* — 1) *Hic est Decius ad quem Symmachus dedit epistulas 7, 35 seq. (cf. Seeck Symm. p. CLXXXII), Decius Albini filius memoratus a Macrobio sat. 1, 2, 3. Praefectus urbi fuit a. 402 (cod. Theod. 7, 13, 15).*

---

**797** s. p. q. R. | impp. Caess. dd. nn. invictissimis principib. Arcadio et Honorio victorib. ac triumfatorib. semper Augg., | ob instauratos urbi aeternae muros, portas ac turres[1], egestis immensis ruderib., ex suggestione v. c. | et inlustris, com. et mag. utriusq. militiae Stilichonis, ad perpetuitatem nominis eorum | simulacra constituit, | curante Fl. Macrobio Longiniano v. c. praef. urb., d. n. m. q. eorum.

*Romae olim supra portam Praenestinam, nunc lapides exempti ex loco antiquo collocati inveniuntur iuxta eam portam (VI 1189). Idem titulus legitur hodie*

*quoque supra portam Tiburtinam (VI 1190), legebatur supra porta Portuensi (diruta anno 1643) quamdiu stetit (VI 1188) nisi quod in hoc nomina Stilichonis et Longiniani erasa vel certe rasura temptata fuisse tradunt auctores, in exemplo portae Tiburtinae funditus excisa sunt verba* ex suggestione v. c. et inlustris com. et mag. utriusq. militiae Stilichonis, *et mox* curante Fl. Macrobio Longiniano. *Factum id esse apparet a. 408, post caedem Stilichonis et Longiniani. — Longinianus idem est ad quem Symmachus dedit epistulas 7, 93—101; Stilichonis titulos dabimus infra inter senatorios. — Titulus positus est, cum ob metum belli Gothici muri urbis Romae restituerentur (Claudian. de VI cons. Hon. 529 seq.), anno ut videtur 401 vel 402, certe non multo post, cum Theodosius alter ad imperium evectus a. 402 non commemoretur.* — 1) *De hac murorum ab Aureliano conditorum restitutione conferendus est Iordan top. I 1 p. 341.*

---

**798** imppp. clementissimis felicissimis toto orbe victoribus, ddd. nn[*n*]. Arcadio Honorio Theodosio Auggg.[1] ad perenne indicium triumpho[*rum*], quod Getarum nationem in omne aevum doc[*u*]ere exti[*ngui*][2], arcum cum simulacris eorum tropaeisq. decora[*tum*] s. p. q. R. totius operis splendore . . . . . .

*Romae in arcu quodam: semel descripta ante saec. IX, quod apographum exhibent et codex Einsidlensis saec. IX et ex simili codice derivatum per Poggium multi codices saec. XV (VI 1196 cf. p. X).* — 1) *Theodosius iunior purpura indutus est d. 2 Feb. 402, Arcadius mortuus a. 408.* — 2) docere exti *traditur.* — *Pertinet titulus ad victoriam a. 405 a Stilichone de Radagaiso reportatam.*

---

**799** fidei virtutiq. devotissimorum | militum domnorum nostrorum | Arcadi Honori et Theodosi | perennium Augustorum, | post confectum Gothicum | bellum felicitate aeterni | principis domni nostri Honori, | consiliis et fortitudine | inlustris viri comitis et | *(versus duo scalpro abrasi)*[1] | s. p. q. R., | curante Pisidio Romulo v. c.[2] | praef. urbi vice sacra | iterum iudicante.

*Romae rep. a. 1880 in foro ibi prope ubi fuerunt Rostra (Eph. ep. 4, 849 descr. Henzen). In margine sunt litterae ad hanc inscriptionem non pertinentes* ΧΑΛΦ. — 1) *Erasa sunt nomina honoresque Stilichonis.* — 2) *Idem praefectus memoratur in titulo Stilichonis infra edito; videtur esse idem cum Romulo ad quem Symmachus litteras nonnullus dedit (cf. Seeck Symm. p. CXCVIII). Titulus pertinet ad victoriam a. 405 de Radagaiso reportatam.*

---

**800**




*Honori, Maria, Stelicho, Serena, vivatis!*
*Stelicho, Serena, Thermantia, Eucheri, vivatis!*

*In bulla aurea rep. Romae a. 1544 prope ecclesiam S. Petri Vaticanam in sarcophago porphyretico, qui continebat ossa mulieris regiae (Mariae uxoris Honorii), postea adservabatur Mediolani (Mazzuchelli La bolla di Maria moglie di Onorio nel museo Trivulzio, 1819; Labus apud Orellium syll. 4999; cf. de Rossi Bull. cristiano 1863 p. 53 seq.). — Mariam Stilichonis et Serenae filiam Honorius uxorem duxit a. 397 vel 398, eadem nescio quo tempore defuncta sororem eius Thermantiam a. 408. Eucherius filius est Stilichonis, occisus paullo post patrem a. 408. Hoc cimelium recte puto credunt fuisse Mariae et cum corpore eius in sarcophago conditum. Ipsum quoque Honorium maritum Mariae sepultum esse Romae 'iuxta beati Petri apostoli martyrium in mausolaeo' narrat Paulus Diaconus hist. Rom. 13, 7 (p. 197 ed. Droysen) (qui tamen in eo errat quod mortuum quoque Romae Honorium narrat, cf. Tillemont 5, 654).*

---

**801** reparatori rei publicae [*et*] | parenti invictissimo[*rum*] | principum [*Fl.*] Co[*n*]s[*tan*]t[*io*] | v. c. et inlustri, comiti [*et*] | magistro utriusq. [*militiae*], patricio et tertio c[*ons.*] | ordinario[1], Aur. Anicius | Symmachus[2] v. c. pr. urb. | vice sacra iudicans | dedicavit.

*Romae ut videtur, servavit codex aliquis Cyriacanus servatus Parmae (VI 1719 cf. de Rossi inscr. chr. I p. 263).* — 1) *Est Constantius maritus Placidiae, consul tertio a. 420, eo ipso anno aut insequenti (cf. Tillemont 5, 646; Holder-Egger Neues Archiv f. ält. deutsche Geschichtskunde 1, 1876 p. 305) Augustus renuntiatus ab Honorio, et mox defunctus (cf. infra N. 809).* — *De titulo quodam, qui videtur ab hoc ipso Constantio positus inter anno 417 et 420 cf. de Rossi inscr. chr. 1 p. 264.* — 2) *Idem eodem fere tempore Honorio posuit titulum VI 1193. Qua parentela iunctus fuerit cum Symmacho oratore, non constat (cf. Seeck Symm. p. LIII). Eiusdem Symmachi praefecti urbis habemus relationes ad Honorium et hunc ipsum Constantium missas de turbis exortis Romae anno 418 exeunte post mortem Zosimi episcopi, quae duraverunt usque in a. 419 (edidit relationes ex collectione q. d. Avellana post alios W. Meyer ind. lect. Gotting. 1888/9).*

---

**802** [*Fulgida conscendens*] terra[*e*]ni sidera regni
[*imperiu*]m de[*dic*]ans armorum fulmina [*co*]ndit
[*Placidiae*] gra[*ndis t*]utela Valentinianu[*s*]:
[*pace fruens doctam exerc*]et Theodosius artem.[1]

*Sitifi in Mauretania (VIII 8481 p. 972 descripsit Delamare, partem vidit Wilmanns). Supplementa adscripsit de Rossi, probavit Mommsen. Pertinet epigramma, iudice Rossio, ad tempus, quo Placidus Valentinianus Placidiae filius iussu Theodosii iunioris purpura indutus est (factus autem est Caesar a. 424, Augustus a. 425).* — 1) *Alludit epigramma ad studia litterarum Theodosii II, quem notum est armis neglectis codicibus describendis vacavisse et ita meruisse agnomen Calligraphi (Rossi).*

---

**803** d. n. Valentiniano florentissimo Caesari Anicius Acilius [*G*]la[*b*]r[*io*][1] Faustus v. c. iterum praefectus urbi[2] repara[*vit*].

*Romae sub Aventino (VI 1677 servavit Io. Bembus in codice scripto a. 1536).* — 1) Clarus *traditur.* — 2) *Faustum praefectum urbi fuisse a. 425 intellegitur ex cod. Theod. 16, 5. 62, quo anno hunc titulum positum esse Valentiniano nondum Augusto apparet. Alios titulos ab hoc Fausto positos, item titulum ipsi positum dabimus infra inter senatorios.*

**804** d. n. Placidus Valentin[*ianus, providen*]|tissimus omnium retr[*o principum*], | salvo adque concordi [*d. n. Fl. Theo*]|dosio invictissimo Au[*g., ad decus no*]minis sui Neapolitana[*m civitatem*], | ad omnes terra mari[*que*| *incursus*] | expositam et nulla [*securitate*] | gaudentem, ingenti [*labore atque*] sumptu muris turrib[*usq. munivit*].

*Neapoli rep. a. 1745, dudum periit vel latet (X 1485). Tituli N. 804. 805 positi sunt inter annos 425, quo Valentinianus III imperator factus est, et a. 450, quo Theodosius II vivere desiit.*

---

**805** salvis dd. nnris. | Theodosio et Placido | Valentiniano | pp. AAuugg.[1] | Fl. [*Al*]exander Cresconius | v. c., praef. ann. urb. Rom., | ad ornatum porticus | Placidianae[2] posuit.

*In Portu Romano (XIV 140). — 1) Perpetuis Augustis. — 2) Ad eandem porticum Placidianam pertinet etiam fragmentum epistylii XIV 141.*

---

**806** salvis dd. nn. | Theodosio et | Valentiniano | p. f. v. ac triump[*h.*] | semper Aug. XV [*et IV*] | cons.[1], vir. inl. | Auxiliaris prf. | praeto. Gallia[*rum*] | de Arelate Ma[*ssil.*] | miliaria poni s[*tatuit*]. | M. p. I.

*Arelate rep. columna miliaria (XII 5494 descr. Hirschfeld). — 1) Piis felicibus victoribus ac triumphatoribus, semper Augustis, decimum quintum [et quartum] consulibus, i. e. a. 435.*

---

**807/8** domino rerum humanarum Vale[*n*]tiniano Augusto Petronius Maximus[1] v. c., fori condito[*r*], | post quat|tuor praefecturas et duos ordinarios consulatus[2], auctori sibi tot honorum, loca[*vit*].

*Romae, semel descripta saec. superiore (VI 1198; similis tituli reliquias vide VI 1197). — 1) De hoc Maximo cf. N. 809. — 2) Iteratos honores Petronii Maximi memorat Sidonius Apollinaris ep. 2, 13, 5. Quattuor praefecturae eius videntur fuisse duae urbanae (priore functus est a. 420, cf. cod. Theod. 5, 1, 6 et infra N. 809), duae praetorianae (cf. de Rossi ann. inst. arch. 1849 p. 337); consul ordinarius fuit a. 433 et a. 443.*

---

**809** Petroni Maximi. | Ddd. nnn. invictissimi principes Honorius | Theodosius et Constantius[1] censores | remuneratoresque virtutum | Petronio Maximo[2] v. c., praef. urb., ad petitione(m) | senatus amplissimi populiq. Romani statuam, | meritorum perenne monumentum, in foro | Ulpio constitui iusserunt; cuius a proavis | atabisq. nobilitas parib. titulorum insignib. | ornatur; qui primaevus in consistorio | sacro tribunus et notarius meruit nono decim. | aetatis anno; sacrarum remunerationum | per triennium comes; post praef. urbis anno et sex | mensib., hasque omnes dignitates intra vice|simum quintum adsecutus aetatis annum | publicum in se testimonium et aeternorum | principum iudicium provocavit.

*Romae, nunc Florentiae (VI 1749). Commentatus est de titulo Cantarelli Bull. com. 1888 p. 47 seq. — 1) A. 420 vel 421 (cf. supra N. 801). — 2) Est Petronius Maximus qui, imperator appellatus post caedem Valentiniani a. 455, post paucos menses occisus est.*

**810** dd. nn. Leone | et Iul. Maiori | ano[1] pp. Aagg.[2] — Caecina Deci | us Basilius | p. p.[3] fecit.

*Venetiis, tabella aenea versiculis argento incrustatis, cuius generis tabellae a nonnullis habentur exagia solidorum, sed res est incerta (cf. Borghesi opp. 7 p. 291; de Rossi Mitth. d. röm. Inst. 1886 p. 125/6) (V 8119, vidit Mommsen).* — 1) *Leo imperavit Constantinopoli ab a. 457 ad a. 473, Maiorianus in Occidente ab a. 457 ad a. 461.* — 2) *Perpetuis Augustis.* — 3) *Praefectus praetorio Basilius fuit a. 458 (novell. Maiorian. 2. 6. 7). Idem consul fuit a. 463, idemque memoratur a Sidonio Apollinari ep. 1, 9.*

---

**811** salvis dd. nn. | Leone et Libio | Severo[1] pp. Aug. — Celius Aconiu[s] | Probianus[2] prae. | praet. fecit.

*Tabella eiusdem generis, Romae ut videtur in aedibus Barberinis (Maffei mus. Veron. p. 254, 6).* — 1) *Livius Severus regnavit a. 461—465.* — 2) *Videtur esse Probianus consul ord. a. 471; cf. etiam Bruzza Bull. com. 1878 p. 137.*

---

**812** salvis dd. | nn. Leone | et Antemio[1] — Publi . . .[2] | Rufini . . . | Valeri . . .

*Tabella eiusdem generis, olim in Hungaria in museo Wiczay (Mus. Wiczay vol. II add.).* — 1) *Anthemius regnavit ab a. 467 ad a. 472.* — 2) *Non integros esse hos versiculos, quamquam ut integri exhibentur, apparet.*

---

**813** salvis dd. nn. | et patrici | o Ricimere[1] — Plotinus Eus | tathius v. c. | urb. pr. fecit.

*Tabella aenea eiusdem generis, Neapoli venit Berolinum in nummophylacium (X 8072, 4; J. Friedländer Zeitschr. f. Numism. 9, 1882 p. 1).* — 1) *Ricimer decessit a. 472, paullo postquam Anthemio substituerat Glycerium.*

---

**814** salvo d. n. | Iulio Nepote[1] | pp. Aug. — Audax v. c.[2] | praefectus | urb. fecit

*Tabella eiusdem generis, Belgradi rep. (III 6355); similis olim extitit Romae (Doni 102, 156 ex schedis bibl. Vat.; Sirmondus ad Sidonii ep. 8, 7).* — 1) *Nepos regnavit a. 474.* — 2) *Ad hunc Audacem data est epistula Sidonii 8, 7. Castalius Innocens Audax qui in praefectura urbis posuit titulum VI 1663, num idem sit, incertum.*

---

**815** b. f. s.[1] | dd. nn. Leonis et | Anthemi Augg.[2]

*Tarracone, tabula marmorea (II 4109 descr. Huebner).* — 1) *Incertae significationis litterae; bonum factum, saluti, proposuit Huebner.* — 2) *A. 467—472.*

---

**816** d. n. Placidus Valentinianus pius felix Aug. dedicavit aedes sci. ac beatissimi martyris Laurentii.[1]

*Ravennae fortasse (sed locus non indicatur), semel descripta ante saec. p. Chr. nonum ab ignoto auctore, cuius apographum servavit Scaliger (de Rossi inscr. christ. 2, 1 p. 8 n. 13).* — 1) Laurentis *traditur.*

---

817 reges terrae et omnes populi, principes et omnes iudices terrae, laudent nomen domini.

Sanctae ecclesiae Hierusalem Valentinianus Placidia et Honoria Augusti votum solverunt.

*Romae in ecclesia quae dicitur S. Crucis in Hierusalem: solus descripsit Petrus Sabinus professor Romanus c. a. 1500 (de Rossi inscr. chr. 2, 1 p. 435 n. 107). De tempore tituli cf. ad N. 818.*

---

818 *1.*

sancto ac beatissimo apostolo Iohanni Evangelistae Galla Placidia Augusta cum filio suo Placido Valentiniano Augusto et filia sua Iusta Grata Honoria Augusta liberationis periculum maris votum solvent.[1]

*2.*

Galla Placidia Augusta pro se et his omnibus votum solvit

*3.*

d. Constantinus
d. Theodosius
d. Arcadius
d. Honorius
Theodosius nep.[2]

*4.*

d. Valentinianus
d. Gratianus
d. Constantinus
Gratianus nep.
Ioannes nep.[2]

*5.*

d. n. Theodosius, d. n. Eudocia.[3]

*6.*

d. n. Arcadius, d. n. Eudoxia Aug.[3]

*Ravennae olim in ecclesia S. Iohannis Evangelistae, quam votam esse a Galla Placidia matre Valentiniani III narrat Agnellus in libro quem scripsit a. 839 de vitis episcoporum Ravennatium (c. 42; Mon. German., Scr. rerum Langobard. et Italic. p. 307), inscriptiones opere museo expressae: servavit inscriptiones plerasque libellus nescio qua aetate scriptus de ecclesia illa, una traditus cum libro Agnelli, inscriptionem 1 etiam ipse Agnellus exhibet (XI 276). Inscriptiones quo modo dispositae fuerint per parietes ecclesiae, quaesivit Quast die altchristl. Bauwerke von Ravenna (Berol. 1842. fol.) p. 6 seq. (Dedi eam tantum partem inscriptionum quae spectat ad imperatores, omisi sententias sumptas ex bibliis sacris aliaque.) Factae sunt inscriptiones non ante a. 425, quo Valentinianus III imperator factus est, vix post a. 434, quo anno Honoria palatio expulsa est.* — 1) *Sic traditur.* — 2) *D(ivus?) Theodosius sine dubio imperator est, pater Placidiae, Arcadius et Honorius filii eius, fratres Placidiae, Gratianus et Valentinianus (II) filii Valentiniani senioris ideoque avunculi Placidiae (nam huius mater Galla fuit et ipsa filia Valentiniani senioris), Theodosius nep. fortasse est filius Placidiae ex Athaulpho (Olympiodorus ap. Photium, Müller fr. hist. Gr. IV p. 62, 26). Gratianus et Ioannes possunt esse filii Theodosii defuncti infantes (Gratianum filium Theodosii mortuum vivo patre, memorat Ambrosius de obitu Theodosii c. 24, cf. Tillemont 5 p. 192). Sed cur nep(otes?) hi dicantur, incertum. Item incertum duo Constantini qui sint. Fortasse altero loco reponendum* Constantius; *vix enim potest abesse Constantius maritus Placidiae, pater Valentiniani III. (Stemma propositum C. XI l. c. perturbatum est.)*

— 3) *Dominus noster Theodosius et domina nostra Eudocia sine dubio sunt imperator Orientis Theodosius iunior et coniunx eius Eudocia; d. n. Arcadius et d. n. Eudoxia vix sunt ii qui antea Constantinopoli regnaverunt, ii enim supra inter imperatores defunctos enumerari debuerunt, et enumeratur ibi Arcadius, sed videntur esse Theodosii iunioris liberi, ex quibus Arcadius sine dubio infans defunctus raro memoratur, sed tamen memoratur in carmine in codicibus nonnullis praemisso centoni Probae (Schenkl, poetae christiani minores I p. 568 cf. p. 515; cf. etiam Teuffel Lit.*[5] *§ 422, 3; nam quod credunt illo carmine appellari non Theodosium imperatorem, sed patrem eius Arcadium, et nomine Arcadii minoris significari ipsum Theodosium nondum natum, id plane incredibile est), Eudoxia eadem est quae nupsit Valentiniano III a. 437.*

---

**819** Theodosius pater Eudocia cum coniuge votum
cumque suo supplex Eudoxia nomine[1] solvit.

*Romae in ecclesiae S. Petri in vinculis: servavit codex Laureshamensis (nunc Vaticano-Palatinus) saec. IX (de Rossi inscr. chr. 2, 1 p. 110, 66). — Intelleguntur Theodosius iunior et Eudocia coniux eius (cf. supra N. 818, 3) eorumque filia Eudoxia. Inscriptio facta sine dubio iussu Eudoxiae — nam Theodosius et Eudocia Romam non viderunt — post nuptias factas cum Valentiniano III (a. 437), fortasse non multum post nuptias, cum anno 439 vel 440 Romae moraretur (cf. Monsacrato de catenis S. Petri p. XXI). Votum memoratum v. 1 num sit votum Eudociae narratum a Socrate hist. eccl. 7, 47 (ut voluit Monsacratus), non diiudico.* — 1) *Non intellego; fortasse scr.* coniuge, *ut intellegatur Valentinianus III.*

---

## Tituli imperatorum Constantinopolitani.

**820** Fortunae | reduci ob | devictos Gothos.[1]

*Constantinopoli in basi columnae (III 733 descr. Mordtmann).* — 1) *Significari victoriam Constantini de Gothis et reditum imperatoris in urbem a. 332 exposuit Mommsen l. c.*

---

**821**

*1.*

difficilis quondam, dominis parere serenis
iussus et extinctis palmam portare tyrannis[1] —
omnia Theodosio cedunt subolique perenni —
ter denis sic victus ego domitusque diebus
iudice sub ⟨Proclo⟩[2] superas elatus ad auras.

*2.*

κίονα τετράπλευρον, ἀεὶ χθονὶ κείμενον ἄχθος,
μοῦνος ἀναστῆσαι Θευδόσιος βασιλεὺς
τολμήσας ⟨Πρόκλος⟩[2] ἐπεκέκλετο· καὶ τόσος ἔστη
κίων ἠελίοις ἐν τριάκοντα δύω.

*Constantinopoli, in basi obelisci qui extat in hippodromo Turcis dicto Atmeidan (III 737 descr. Mordtmann). Erectus est obeliscus in circo Constantinopolitano a. 390, teste Marcellino chron.* — 1) *Intelleguntur Maximus et Victor (cf. supra N. 787—789) paullo ante a. 390 victi.* — 2) *Nomen Procli in utroque carmine erasum est et postea restitutum. Illud factum est anno 392 quo anno Proclus,*

*praefectus urbi Constantinopolitanae inde ab a. 389, capite punitus est (Zos. 4, 52 al. cf. Tillemont 5, 358 seq.), hoc a. 393, quo memoria eius in integrum restituta est (cf. cod. Theod. 9, 38, 9). — Pro Πρόκλος requiritur Πρόκλῳ, idque fuit sine dubio in lapide ante rasuram.*

**822** d. n. Ael. Eudoxiae semper Augustae | v. c. Simplicius praef. urb. dedicavit.

[Κίο]να πορφυρέην καὶ ἀργυρέην βασίλειαν
δέρκεο, ἔνθα πόληι θεμιστεύουσι ἄνακτες·
οὔνομα δ' εἰ ποθέεις, Εὐδόξια· τίς δ' ἀνέθηκεν;
Σιμπλίκιος, μεγάλων ὑπάτων γόνος, ἐσθλὸς ὕπαρχος.

*Constantinopoli in basi columnae quam Eudoxiae, Arcadii uxori, dicatam esse a. 403 iuxta ecclesiam S. Sophiae auctores tradunt, nunc basis in opere posita est, non longe a loco antiquo, in ecclesia S. Irenae (III 736 descr. Frick, qui repperit, et Mordtmann). — De turbis factis cum dedicaretur haec statua, quae Iohanni Chrysostomo causa fuerunt exilii a. 404, cf. Tillemont 5, 470.*

**823** Theodosii iussis, gemino nec mense peracto,
Constantinus ovans haec moenia firma locavit.
Tam cito tam stabilem Pallas vix conderet arcem.
+ Ἤμασιν ἑξήκοντα φιλοσκήπτρῳ βασιλῆι
+ Κωνσταντῖνος ὕπαρχος ἐδε[ίμ]ατο τείχει τεῖχος.

*Constantinopoli supra portam hodie dictam Mevlewihane Jeni Kapu (III 734 cf. p. 990). — 1) A. 447 intra tres menses urbis Augustae muros olim terrae motu conlapsos, Constantino praefecto praetorio operam dante, reaedificatos esse tradit Marcellinus comes.*

**824** [*pr*]incipis hanc statuam Marciani | cerne torumque |
[*praef*]ectus vovit quod Tatianus[1] | opus.

*Constantinopoli in basi columnae vulgo dictae Kyss-Tasch i. e. columna virginis (III 738 ad exemplum accuratum Ioannidis). — 1) De Tatiano praefecto urbis Constantinopolitanae a. p. C. 451 cf. Tillemont 6, 243. 292.*

## Tituli regum Gothorum.

**825** salvis domi[*no n. . . . . .*][1] | Augusto et gl[*oriosissimo rege*] Theoderico, Va . . . . | ex com. domest[*icorum*] . . . | in atrio liber[*tatis*][2] . . . . | quae vetus[*tate*] . . . . .|[*q*]ue confect[*a erant* | *re*]fecit.

*Romae in ecclesia S. Hadriani ad forum (VI 1794 ad unicum apographum Cittadinii; cum eiusdem falsis supplementis Orell. 1134). — 1) Periit nomen aut Anastasii aut Iustini. Ceterum in hoc solo titulo una cum Theoderico memoratur imperator Orientis. — 2) Cf. Mommsen Herm. 23 p. 631.*

**826** rex Theodericus, favente d(e)o et bello gloriosus et otio, fabricis suis amoena coniugens, sterili palude siccata, hos hortos[1] suavi pomorum fecunditate ditavit.

*Ravennae (XI 10 semel descripta ab ignoto auctore ante saec. IX, cuius exemplum servavit Scaliger). — 1) Hortos hos Ravennates plenos arboribus pomiferis memorat (ut olim Mommsenum monuit per litteras Gutschmidius) Iordanes Get. 22, 150.*

**827** d. n. gl(o)r(io)s(issi)mus adq. inclyt. rex Theodericus[1] vict. ac tri|umf. semper Aug., bono r. p. natus, custos liberta|tis et propagator Rom. nom., domitor g(en)tium, Decenno|vii viae Appiae[2], id e(st)[3] a Trip(ontio) usq(ue) Tarric(inam) it(er) et loca, quae | confluentib(us) ab utraq. parte palud(ibus) per omn(es) retro princip(es) | inundaverant, usui pub(l)ico et securitate viantium, ad|miranda[4] propitio deo felic(ita)te, restituit: operi | iniuncto naviter insudante adq. clementissimi | princip(is) feliciter deserviente p(rae)coniis ex prosa|pie Deciorum Caec(ina) Mav(ortio) Basilio Decio v. c. et in|l., ex p(raefecto) urbi, ex p(raefecto) p(raetori)o, ex cons. ord., pat(ricio)[5], qui ad perpetu|andam tanti domini gloriam per plurimos | qui ante non[6] albeos deducta in mare aq|ua, ignotae atavis[7] et nimis antiquae red|didit siccitati. Ᵽ[8]

*In via Appia prope Tarracinam, bases duae rep. a. 1743 (X 6850/1, praeterea tertiae similis fragmentum extat Tarracinae, quarta innotuit saec. XV et repetita est in lapide novicio, X l. c.).* — 1) Thedericus *altera basis.* — 2) *Decennovium appellabatur tractus viae Appiae milium passum decem et novem, qua per paludes Pomptinas tendit, stratus a Traiano (X 6833—5. 6839), cum antea, Augusti certe temporibus, navibus iter fecissent usi fossa quae et ipsa Decennovium appellabatur (Procop. Goth. 1, 11); cf. etiam Mommsen C. X p. 684; Nissen ital. Landesk. I p. 326 seq.* — 3) id, 4) admirandam *altera basis.* — 5) *Conferendae sunt epistulae regis Theoderici nomine scriptae a Cassiodorio ad senatum urbis Romae (var. 2, 32) et ad Decium virum illustrem, patricium (ib. 33), ex quibus apparet, Decium promisisse paludes Pomptinas exsiccare, sed ea condicione ut agri exsiccati ipsius essent. Consul ordinarius videtur Decius fuisse a. 486 (cf. de Rossi inscr. chr. I p. 492).* — 6) *Insere* fuerant. — 7) ataviis *altera basis.* — 8) *De hoc signo explicationis incertae post Bruzzam ann. inst. arch. 1877 p. 58 seq. dixit J. Friedländer Zeitschr. f. Num. 6, 1879 p. 267.*

---

**828** reg. d. n. Theode|rico, bono Rome.

**828**[a] reg. d. n. Theode|rico, felix Roma.

*Tegulae reperiri solitae in urbe Roma (XV 1665. 1669).*

---

**829** + d. n. Atalaricus rex + | gloriosissimus has | sedis spectaculi, anno | regni sui tertio[1], fieri | feliciter precepet.

*Ticini (V 6418 vidit Mommsen).* — 1) *A. 528 Sept.—529 Aug.*

---

**830** fines | inter | Vanda|los et | [*Go*]thos | . . . . . . .

*Lilybaei (Marsalae) (X 7232 descripsit saec. XVII Gualterus). — Theodericum Amalefridae sorori cum nuberet Trasamundo regi Wandalorum (496—523), dono dedisse καὶ τῶν Σικελίας ἀκρωτηρίων ὄντων ἕν, ὃ δὴ καλοῦσι Λιλύβαιον narrat Procopius bell. Vand. I. 8.*

---

## Tituli imperatorum Orientis reperti in Occidente.

**831** . .[1] nutu divino feliciss. temporib. piissimor. dom|minor. *(sic)* nostror. Iustiniani et Theodorae | Augg., post abscisos ex Africa Vandalos | extinctamque per Solomonem, gloriosiss. | et excell. magistro militum, ex

consul., praefect. | Libyae ac patricio[2], universam Maurusiam gentem, | provi[*dentia eius*]dem aeminentissimi viri The|veste [*civitas*] a [*f*]undament. aedificata est.[3]

*Theveste in arcu, extructo in honorem Severi et Iuliae Domnae, quo usi sunt aevo Byzantio cum nova moenia fierent (VIII 1863, cf. Eph. epigr. 5, 647).* — 1) *Initio periit signum crucis praemitti solitum inscriptionibus imperatorum inde a Iustiniano.* — 2) *De Solomone cf. Procop. Vandal. 2, 10—13. 19. 20; occisus est a. 543 (ib. 2, 21).* — 3) *Ad restitutiones moenium civitatium Africanarum sub Iustiniano spectant praeterea tituli VIII 101. 102. 259. 700. 1259. 2095. 4677. 4799. 8483. 8805. Eph. ep. 5, 799, in quorum plerisque nominatur idem Solomo.*

---

**832** ☧ imperante d. n. piissimo ac triumphali semper Iustiniano p. p.[1] Aug., ann. XXXVIIII[2], | Narses vir gloriosissimus, ex praeposito sacri palatii, ex cons. | atque patricius, post victoriam Gothicam, ipsis eorum regibus | celeritate mirabili conflictu publico superatis atque prostratis, | libertate urbis Romae ac totius Italiae restituta, pontem viae Salariae us|que ad aquam a nefandissimo Totila tyranno distructum, purgato fluminis alveo | in meliorem statum quam quondam fuerat, renovavit.

[3]Quam bene curbati directa est semita pontis,
atque interruptum continuatur iter!
Calcamus rapidas subiecti gurgitis undas,
et libet iratae cernere murmur aquae.
Ite igitur faciles per gaudia vestra, Quirites,
et Narsim resonans plausus ubique canat.
Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes,
hic docuit durum flumina ferre iugum.

*Prope Romam in ponte Salario super Anienem strato (VI 1199 saepe descripta, primum ab auctore syllogae Einsidlensis, donec periit a. 1798).* — 1) *Perpetuo.* — 2) *A. 565 post kal. April. (ante nuntiatam mortem Iustiniani, qui decessit eo ipso anno d. 11 Nov.).* — 3) *Hic quoque a nonnullis auctoribus exhibetur signum crucis.*

---

**833** ☧ A ω salvis dominis nostris χristianissimis | et invictissimis imperatoribus | Iustino et Sofia Augustis[1], hanc munitionem | Tomas excellentissimus prefectus feliciter aedificavit.

*Thibursici Bure (Tebursuk) provinciae Africae (VIII 1434 vidit Wilmanns).* — 1) *A. 565/578.*

---

**834** *Χριστὸς Ἰουστίνῳ Σο[φίῃ θ᾽ ἁγνῇ βασιλίσσῃ]*
*Τιβερίῳ*[1] *τ᾽, ἐπὶ τοῖσιν ὁλ[ῆς χθονὸς ἔτραπε κῦδος]*
*νεῦσεν ἀναστῆσαι τάδε [τείχεα, κάλλος ἄμετρον].*
Obtullit imperio praefectus . . . . . .

*In Byzacio, non longe a vico maritimo M'hares, ubi fortasse fuerunt Macomades minores (VIII 10498 Tissot descripsit ad ectypum). Versiculos Graecos explevit Wilamowitz.* — 1) *Intellegitur Tiberius Constantinus, Caesar a Iustino dictus a. 574.*

---

**835** *(crux, cum litteris adscriptis* S R Q A*)* quisquis ardua turrium miraris culmina | vestibulumq. urbis duplici porta firmatum, | dextra levaq. binos porticos arcos, | quibus superum ponitur camera curva convexaq.[1]: | Comenciolus[2] sic haec iussit patricius, | missus a Mauricio Aug. contra hostes barbaros, | magnus virtute magister mil. Spaniae |

Sic semper Hispania tali rectore laetetur, |
Dum poli rotantur dumq(ue) sol circuit orbem. |

Ann. VIII Aug.[3] ind. VIII.[4]

*Carthagine nova (II 3420 descr. Huebner).* — 1) *Portam, quae cum turribus iuxta positis hic describitur, non multum diversam fuisse a portis oppidorum ex Romana aetate superstitibus recte notavit Huebner.* — 2) *Hic vir passim memoratur apud Theophylactum Simocattam (inde sua habet Theophanes chronogr., I p. 253 seq. ed. de Boor cf. II p. 639); occisus est una cum Mauricio a. 602. De expeditione eius Hispanica praeterea nihil traditur.* — 3) *Annus octavus Mauricii Augusti fuit 13 Aug. 589/590.* — 4) *Indictio octava, quae sola incidit in Mauricii regnum, est 1 Sept. 589/590.* — *Titulus videtur incisus ante finem anni 589, si vere Comenciolus eo anno in Thraciam missus est (cf. Clinton fast. Rom. II p. 152).*

---

**836**

[*imp. Caesar*] . . . . . Gipid. pius fel. incl. vict. a[*c triumf. semper Aug.*]
. . . . . . . . . . . . fuisse ad necessariam in . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . [*a*]quaeductuum eiusd. civi[*tatis*] . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . [*co*]nstituta Smaragdum[1] v . . . . . . . . . . . .

*Ravennae (XI 11 vidit Bormann).* — 1) *Smaragdus exarchus Ravennae fuit ab a. 583 usque ad a. 588, iterumque ab a. 602 ad a. 609 (cf. Paulus hist. Lang. 3, 18. 26. 4, 25. 28. 32), imperator igitur, cuius nomine titulus positus est, aut Mauricius fuit aut Phocas. Ad illum revocavit titulum Bormann propterea quod illum appellatione Gepidici usum esse constat ex epistula eius ad Childebertum regem Francorum (edita a Duchesnio hist. Franc. script. I p. 872 et postea ab aliis), cuius hoc est initium: in nomine domine dei nostri Iesu Christi imperator Caesar Flavius Mauricius Tiberius fidelis in Christo mansuetus maximus beneficus pacificus Alamannicus Gothicus Anticus Alanicus Vandalicus Herulicus Gipidicus Africus pius felix inclytus victor ac triumphator semper Augustus Childeberto viro glorioso regi Francorum.* — *Ceterum exiguam tantum tituli partem superesse apparet.*

---

**837** + optimo clementiss[*imo piissi*]moque | principi, domino n. F[*ocae*[1] *imperat*]ori | perpetuo, a d(e)o coronato, [*t*]riumphatori | semper Augusto, | Smaragdus ex praepos. sacri palatii | ac patricius et exarchus Italiae[2], | devotus eius clementiae, | pro innumerabilibus pietatis eius | beneficiis, et pro quiete | procurata Ital. ac conservata libertate, | hanc sta[*tuam maiesta*]tis eius | auri splend[*ore fulgen*]tem huic | sublimi colu[*m*]na[*e ad*] perennem | ipsius gloriam imposuit ac dedicavit, | die prima mensis Augusti, indict. und.[3], | p. c.[4] pietatis eius anno quinto.[5]

*Romae in foro in basi columnae omni tempore visae, sed basis cum inscriptione ruderata est anno demum 1813 (VI 1200). Qui nuper inscriptionem repositam esse in locum antiquioris erasae affirmavit indeque conclusit, in columna olim alii dedicatam iussu Smaragdi statuam Phocae collocatam esse, Nicholsius (Archaeologia*

*vol. 52, 1890 p. 185/6), videtur erravisse (Huelsen Roem. Mitth. 1889 p. 242).* — 1) *Phocas imperavit Constantinopoli ab a. 602 ad a. 610.* — 2) *De Smaragdo cf. ad N. 836.* — 3) *Significatur d. 1 Aug. 608.* — 4) *Post consulatum.* — 5) *Phocas consul processit a. 604 (cf. Clinton fast. R. vol. II p. 158); cum autem tempus inscriptionis positae certum sit ex indictione, apparet connumerari ipsum annum consulatus, de qua consuetudine cf. de Rossi inscr. chr. I p. XLII et ad n. 1117, item Mommsen Neues Archiv f. ält. deutsche Gesch. 16, 1891 p. 55 not. 4. 5.*

*Ad hanc inscriptionem nostris temporibus incisus est titulus VIII 10529, cui originem Africanam attribuit falsarius (cf. Eph. epigr. 5, 1224).*

---

**838** . . . . . . . . . . . . . [*o*]peribus magnis ex inmine-
[*nti*] . . . . . . . . . . . s fortis qua de re introitus
. . . . . . . . . . . . . . . . . . dimus laudes felicissimis
[*temporibus dominorum nos*]trorum Eraclio et Eraclio[1]
. . . . tino et Eudocia
. . . . . . . . . . samiei.

. . . . . . . . . . . . . . . . . .
Agust . . . . . . . . . . . .
tissimus . . . . . . . . . . .
cum eius co . . . . . . . . .
m perducxit . . . . . . . . .

*Prope Theveste duo fragmenta eiusdem lapidis (VIII 10681/2 cf. Eph. ep. 5, 660).* — 1) *Intellegitur Heraclius (610—641) cum filio Heraclio iuniore Constantino et filia Eudocia.*

---

**839** + in temporibus Constantini imperatori[*s, F*]l.[1] Gregorio patricio[2], | Ioannes dux de Tigisi[3] offeret domum dei. + Armenus.[4]

*Thamugadi (VIII 2589 vidit Wilmanns).* — 1) imperatori bel *lapis.* — 2) *Gregorius patricius Africae qui memoratur etiam in annalibus ecclesiae propterea, quod coram eo habita est disputatio quaedam de natura Christi (Mansi act. concil. 10 p. 709 seq.), cum descivisset ab imperatore a. p. Chr. 646, anno insequenti ab Arabibus victus et interfectus est teste Theophane chronogr. (p. 343 ed. de Boor). Similia narrantur a Fredegario qui dicitur chron. 4, 81 et in annalibus quibusdam Arabum. Cf. Morcelli Africa christ. 3 p. 370 seq.; Tauxier revue africaine 1885 p. 284 seq. Sub nomine Constantini intellegendus igitur est is qui plerumque vocatur Constans, Heraclii nepos, qui regnavit ab a. 641 ad a. 668. Eiusdem patricii Gregorii nomen legitur etiam in bullis plumbeis repertis in Africa (VIII 10965).* — 3) *De Tigisi oppido Numidiae cf. C. VIII p. 960.* — 4) *Non intellegitur (ad Ioannem trahit Tauxier l. c. p. 288).*

## CAPVT III.

# TITVLI REGVM ET PRINCIPVM NATIONVM EXTERARVM.

---

**840** regi Iubae[1] re[*gis*] | Iubae filio, regi[*s*] | Iempsalis n., regis Gau[*dae*][2] | pronepoti, regis Masiniss[*ae*] | pronepotis nepoti[3], | IIvir quinq.[4], patrono, | coloni.

*Carthagine nova (II 3417 descr. Huebner).* — 1) *Est rex Mauretaniae litteratissimus, filius eius Iubae qui victus est ad Thapsum a. 708.* — 2) *Gauda hic filius fuit Mastanabalis, nepos Masinissae (Sallust. Iug. 65 Dio fr. 89, 4).* — 3) *Abnepos Masinissae non dicitur, quoniam abnepotis vocabulum illis temporibus nondum excogitatum erat a iuris auctoribus (Mommsen).* — 4) *Iubam Carthagine nova duovirum quinquennalem fuisse praeterea testes sunt nummi ap. Eckhel 4, 158, L. Mueller numism. de l'Afrique 3 p. 111 n. 108; fuit duovir etiam Gadibus, teste Avieno ora marit. 284.*

---

**841** [*r*]egi Ptolemae[*o*] | reg. Iubae f.[1], | L. Caecilius Rufus | Agilis f., honoribus | omnibus patriae | suae consummatis, | d. s. p. f. c. et consacravit.

*Algerii, ubi fuit Icosium (VIII 9257 vidit Wilmanns).* — 1) *Ptolemaeus Iubae filius regno et vita privatus est a Caligula a. p. Chr. 40.*

*Liberti Iubae et Ptolemaei, Iulii plerique appellati, occurrunt non solum in titulis Africanis (VIII 9344 seq.; Eph. ep. 5, 1012—1021) sed etiam Romae (VI 20409).*

---

**842** Seraspadanes, Phraatis | Arsacis régum régis f., | Parthus. |
Rhodaspes, Phraatis | Arsacis régum régis f., | Parthus. |

*Romae (VI 1799 saepius descripta saec. XVI).* — *A Phraate quattuor filios Seraspadanem Rhodaspem Phraatem Vononem Titio praesidi Syriae traditos esse narrat Strabo 16, 1, 28 p. 748. Horum duos Romae diem obiisse hic titulus ostendit; Vonones Phraatesque postea Parthis remissi sunt. Cf. Mommsen mon. Ancyr.² comm. p. 141.*

---

**843**

[*imp. Caesar divi Traiani Parthici fil. divi*] Nervae nepos Traianus
[*Hadrianus Augustus pont. max., trib*]unic. potest. VI[1], cos. III
[*fanum quod . . . . . Phraatis regis regu*]m Parthórum fil. Arsacides
[*fecerat, vetustate collaps*]um restituit.

*In Nemore Dianae (Nemi) rep. fragmentum epistylii marmorei (XIV 2216). Supplevit Henzen.* — 1) *A. 122.*

**844** [*Γάϊος Ἰούλ*]*ιος Γαΐου Φαβ.*[1]
[*Ἀρταβάσδη*]*ς Ἀρταβάσδου*
. . . . . [*υ*]*ἱὸς, βασιλέως*
[*Ἀριοβαρζάν*]*ου υἱωνός*
. . . . . [*ἔζησ*]*εν ἐνιαυτ. λθ*
[*C. Iulius C. f. Fab.*] Artabasdes
[*Artabasdis fili*]us, regis Ariobarzanis
[*nepos . . . . . vix*]it annos XXXVIII.

*Romae, duo fragmenta eiusdem tabulae marmoreae (Huelsen bull. dell' Inst. 1884 p. 206 qui composuit; Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. 1674). — Narrat Augustus (mon. Anc. 6, 11) Ariobarzanem regis Artavasdis filium, regis Ariobarzanis nepotem, a se datum esse regem Medis, petitum a legatione eius gentis. Pater eius Ariobarzanis, Artavasdes, supplex ad Augustum confugerat, ut ipse paullo ante narravit (mon. Ancyr. 6, 1) a. 723 vel 724 (Dio 51, 16). Ex hac stirpe apparet oriundum esse hunc Artabasdem. Alter homo eiusdem stirpis fuit* [Ἰού]λιος Ἀριοβαρζάν[ης . . . . β]ασιλέως Ἀριοβα[ρζάνου υἱὸς *vel* υἱωνός] *memoratus in fragmento Romae rep. (Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. 989). — Cf. de his regibus Medis Mommsen mon. Ancyr.*[2] *comm. p. 110 seq. (ubi pars huius tituli quae tum sola innotuerat, relata est ad ipsum regem Artavasdem).* — 1) *Reges vel homines regiae stirpis ab Augusto civitate donati, ideoque C. Iulii dicti, tribum quoque videntur adepti esse imperatoris, scilicet Fabiam (cf. Kubitschek de tribuum origine ac propagatione p. 116): vide N. 845 et C. I. Gr. 4511.*

---

**845**

*2.*
C. Iulius C. f.
Fab.[1] Antio-
chus Philo-
pappus, cos.,
frater Ar-
valis, alle-
ctus inter
praetori-
os ab imp.
Caesare
Nerva Traia-
no Optu-
mo Augus-
to Germa-
nico Da-
cico[2]

*4.*
*Βασιλεὺς*
*Ἀντίοχ-*
*ος Φιλό-*
*παππος*
*βασιλέ-*
*ως Ἐπι-*
*φάνους*
*τοῦ Ἀν-*
*τιόχου*

*1.*
*Βασιλεὺς Ἀντίοχος*
[*βασιλέως Ἀν-*
[*τιόχου*

*3.*
*Φιλόπαππος*
[*Ἐπιφάνους*
[*Βησαιεὺς*

*5.*
*Βασιλεὺς Σέλευκος*
[*Ἀντιόχου Νι-*
[*κάτωρ*

*Athenis in colle Musarum, qui est e regione arcis, in monumento trium aedicularum, quarum duae (cum titulis 1. 2. 3) hodie quoque extant, tertia visa a Cyriaco extabat saeculo XV (III 552. C. I. Gr. 362. C. I. Att. 3, 557). Dicatum fuit monumentum, teste Pausania 1, 28, 6 homini alicui ex Syria, scilicet ei sub cuius statua legebatur titulus 3 et ad quem pertinebant nisi fallor etiam tituli 2 et 4 iuxta positi ab utraque parte aediculae mediae; videtur enim his tribus titulis idem homo nominari, in t. 3 more Atheniensi, in t. 2 more Romano, in t. 4 more domus regiae ex qua erat oriundus. Fuit autem oriundus, ut viderunt multi, ex stirpe regum Commagenes, filius Epiphanis sive regis Epiphanis (regem eum appellat Tac. h. 2, 25), memorati a Tacito l. c. et a Iosepho ant. 19, 9, 1. 20, 7, 1. bell. 7, 7, 1—3, nepos Antiochi qui ultimus, a Claudii temporibus usque ad a. p. Chr. 72, regnum Commagenes tenuit (cf. Mommsen Mitth. des arch. Inst. in Athen I p. 36 seq.). Idem est Philopappus memoratus a Plutarcho quaest. symp. 1, 10, 1. Idem posuit titulum nuper rep. Lycosurae in Arcadia (Ἀρχαιολ. Δελτίον 1890 p. 45) ubi appellatur Βασιλεὺς Ἰούλιος Ἐπιφανὴς Φιλόπαππος. Eidem positus est Athenis C. I. Att. 3, 78 (cf. praeterea C. I. Att. 3, 738 d. 1020). Regis vocabulo ei licuisse uti notabile est. — T. 1 videtur spectare ad Antiochum avum Philopappi (cf. supra), t. 5 ad Seleucum notissimum regem Syriae, a quo per Laodiceam Antiochi Grypi filiam descendebant reges Commagenes (cf. Mo. l. c. p. 27 et stemma propositum ib. p. 39). Ceterum vix potest dubitari quin Philopappus extructo hoc monumento imitari voluerit atavum suum Antiochum, temporibus Luculli et Pompeii regem Commagenes, qui monumentum in Tauro monte extructum statuis titulisque maiorum suorum exornavit (Puchstein Sitzungsber. der Berl. Akad. 1883 p. 49; Humann et Puchstein Reisen in Kleinasien u. Nordsyrien p. 232 seq.).* — 1) *De tribu Fabia cf. ad N. 844 not. 1.* — 2) *Traianus cum appelletur Optimus, non appelletur Parthicus (cf. supra N. 293. 297), titulus incisus est inter annos 114—116.*

---

**846** Sitalces divi | Augusti | opses Thracum. | Iulia Phyllis, | soror eius.

*Romae (VI 26608 descripsit Bormann).*

---

**847** Staio Esdragass. f. Voben.[1] | principi Trumplinorum, praef. | [c]ohort. Trumplinorum | [s]ub C. Vibio Pansa[2] legato pro | [*pr., ite*]m[3] Vindol., i[*m*]munis Caesaris | . . . . . . et suis. Messava Veci f. uxor.

*Bovegni in valle Alpina Trumplinorum (Val Trompia), supra Brixiam, rep., est Brixiae (V 4910 vidit Mommsen). — Trumplini memorantur inter gentes Alpinas devictas ab Augusto in inscriptione Tropaei Alpium facti a. 747 vel 748 (Plin. h. n. 3, 136). Hic titulus pertinet ad principem aliquem eius gentis, auxiliis gentis suae a Romanis praepositum, et insuper ab imperatore immunitate (a tributis puto) donatum.* — 1) *Pagum aliquem Trumplinorum significari putat Mo.* — 2) *C. Vibius Pansa non potest esse is, ut adnotat Mo., qui periit in consulatu a. 711, sed fortasse filius eius praeterea ignotus.* — 3) *Supplevit Mo.*

---

**848** M. Iul. Cott[*i*] reg.[1] | l.[2] Paris t. f. i.[3] | sibi et | M. Iul. Eleuthero l. | e[*t*] Iul. . . . asilae | p.

*Segusione rep., nunc Taurinis (V 7296). — 1) De Cottio rege cf. supra N. 94. — 2) Libertus. — 3) Testamento fieri iussit.*

---

**849** Iulia Tyndaris, | C. Iuli regis | Rhoemetalcaes[1] l., | fecit sibi et suis et | libertis libertabus | posterisque eorum. | In fr. p. XII, in agro p. XII.

*Romae ut videtur rep., nunc Perusiae (VI 20718 vidit Bormann). — 1) Fortasse ultimus rex Thraciae defunctus a. 46.*

---

**850** ex voto | Matri deum mag. | Diacritamenae | [*I*]ulia Tigranis[1] | regis [*l.*][2] Ammia | [*a*] solo fecit idemque | dedicavit.

*In agro Faleriorum rep. (XI 3080 descr. Garrucci). — 1) Videtur significari aut is Tigranes qui ab Augusto (Mommsen ad mon. Ancyr.*[2] *p. 116) aut is qui a Nerone Armeniae praepositus est (Tac. ann. 14, 26); ille occisus est Romae a. 36 (Tac. ann. 6, 40). — 2)* f. *traditur; correxit Mo.*

---

**851** regem Ti. Iul. Sau romaten[1], ami|cum imp. popu liq. R.[2] praestan|tissimum, c. I. f. S.[3] | [*e*]x d. d.

*Panticapaei (Kertsch) rep., est Odessae (III 783). — 1) Testibus nummis regnavit ab anno p. Chr. circiter 92/3 usque ad a. 124 (Koehne musée Kotschoubey II p. 237 seq.; Imhoof-Blumer Porträtköpfe auf Münzen hell. Völker p. 37). Eidem regi positi sunt tituli Graece scripti C. I. Gr. 2123. 2124, memoratur C. I. Gr. 2130; etiam in his titulis (cf. not. 2) appellatur φιλοκαίσαρ καὶ φιλορώμαιος. — 2) Amicum imperatoris populique Romani. — 3) Colonia Iulia felix Sinope.*

---

**852** P. Aelio Rasparagano | regi Roxolanorum[1] | v. v. f.[2]

*Polae rep., postea Tergeste, arca magna (V 32 cf. p. 1016 vidit Mommsen). — 1) Nomina P. Aelii ostendunt hunc regem, quem captivum vel exulem Polae vixisse statuendum est, vixisse sub Hadriano. Hadrianum cum rege Roxolanorum pacem composuisse narrat vit. Hadr. 6 (Mo. l. c.). — 2) Vivus vivo fecit.*

---

**853** P. Aelius Peregrinus, reg[*is*] | Sarmatarum Rasparagani | f., v. f. sibi et Attiae Q. f. Procillae, lib. l[*iber*]|tabusq. posterisq. eorum.

*Polae, arca (V 33 vidit Mommsen).*

---

**854** d. m. | Ziai, | Tiati fil., | Dacae, uxori | Piepori regis | Coisstobocensis[1], | Natoporus et | Drilgisa aviae | cariss. b. m. fecer.

*Romae (VI 1801 descripsit solus Accursius). — 1) Coisstobocenses vix diversi sunt a Costobocis memoratis potissimum propter incursionem quam fecerunt in Graeciam temporibus M. Aurelii (vit. M. Ant. 22; Pausan. 10, 34, 5; Iulii Iuliani praefecti praetorio Commodi titulus infra edendus). His temporibus hic titulus non multum videtur recentior esse.*

---

**855** d. m. | memoris[1] | Eili[2] Aureli | Canarthae, | principis gentium | Baquatium[3], | qui vixit | ann. XVI.

*Romae (VI 1800 vidit de Rossi). — 1) Scrib.* memoriae, *2)* Aeli *(potius quam* Memoris fili*). — 3) De Baquatibus populo Mauretaniae cf. C. VIII 9663.*

---

**856** d. [*m.*] | Sept. Aistomodio, | reg. Germ.[1], | Septimii Philippu[*s*] | et Heliodorus | fratri incompar.

*Carnunti (Petronell) rep. (III 4453 vidit Mommsen).* — 1) *Regulus gentis Germanicae praeterea ignotus, a Septimio Severo civitate donatus.*

---

**857** d. m. | Abgar[1] | Prahates[2] | filius, rex | principis[2] Orrhenoru, | Hodda | coniugi bene | merenti fec.

*Romae (VI 1797 vidit Henzen).* — 1) *Henzeno videtur hic esse Abgar (Αὔγαρος) Osrhoenae rex, a Severo comiter Romae receptus (Dio 79, 16; Herod. 3, 9, 2), a Caracalla in vincula coniectus (Dio 77, 12), Gutschmidio (Untersuch. über d. Geschichte des Königreichs Osroene, Mém. de l'Académie de St. Petersbourg XXXV, 1887 p. 45) Abgar is, quem in regnum avitum restitutum esse sub Gordiano docent nummi (Eckhel 3,516); eum tamen umquam Romae fuisse mera est coniectura.* — 2) *Nisi plura turbata sunt, videtur legendum esse* Phraatis *et principis vocabulum delendum (Mo.). (Gutschmidio videtur Abgar, qui et Phraates, dici rex Osrhoenorum, idem filius principis; patrem enim eius, Mannum dictum in nummis, regis nomine abstinuisse).* — *Ad eiusdem domus regiae homines spectat alter titulus Romae repertus, scriptus versibus Graecis, ap. Kaibel ep. Gr. 583 = Inscr. Gr. Ital. Sicil. 1315.*

---

**858** Numidarum prima mulierum |
Plancina, genere regio, |
bona mater, bona coniunx, |
hic sum sepulta multis |
[*l*]acrimis meorum amaris, |
matrona honesta praeter alias femina[*s*], |
hic sum sepulta exorta genere regio, |
ter denos annos et ter ternos functa cura |
bonarum feminarum. Q. [*A*]rruntius Mas. fi[*l.*[.

*Prope Siccam Veneriam provinciae Africae rep. (Eph. ep. 5, 633 Schmidt vidit ectypum).*

---

**859** pro sal. et incol. reg. Masunae gent. | Maur. et Romanor.[1], castrum. edific. a Mas|givini[2] pref. de Safar.[3] * iidir.[4] proc. cast|ra Severian.[5], quem Masuna Altava posuit | et Maxim. proc. Alt. perfec., p. p. CCCCLXVIIII.[6]

*In Mauretania loco dicto Hadjar er-Rûm, iam Lamoricière, ubi fuit Altava, rep. a. 1877 (VIII 9835 cf. p. 975 vidit Wilmanns).* — 1) *Μασσωνᾶς regulus Maurorum, quem narrat Procopius (bell. Vand. 2, 13) anno 535 Romanis se iunxisse, fortasse idem est, ut vidit Mommsen, atque hic Masuna. Eo tempore, quo hic titulus positus est (cf. not. 6), cum Vandali Carthagine dominarentur, sive eum ipsum, sive alium eiusdem nominis et condicionis, appellatum esse regem gentium Maurarum (sive Maurorum) et Romanorum, valde notabile est.* — 2) *Idem sine dubio Maurum nomen occurit, ut monuit Mommsen, apud Corippum Iohann. 4, 954.* — 3) *Safar videtur fuisse oppidum Mauretaniae vicinum Altavae, cf. C. VIII p. 838.* — 4) *Vocabulum obscurum. Villefossius legit* Ildir, *putans Ildericum aliquem una cum Masgivine castrum aedificasse.* — 5) *Castra Severiana et ipsa oppidum fuerunt Mauretaniae.* — 6) *Positum (?) provinciae (anno) 469, i. e. anno p. Chr. 508. (De aera provinciae Mauretaniae cf. C. VIII p. 1062).*

**860** + Geilamir rex Vandalorum et Alanorum.

*Prope Feltriam rep., vas argenteum (Eph. ep. 5, 826). — Feltriam venisse vas coniecit Mommsen (Archiv der Gesellsch. f. ältere deutsche Geschichte VIII 1883 p. 353) ex praeda Hipponiensi.*

---

**861** + condidit Antigonus | haec moenia fortia Poenis, |
surgentemq. dedit | raviem contemnere ponti. +

*Sidone (III 6037 delineavit de Saulcy). Scriptum esse saec. p. Chr. quinto vel sexto iudicat Saulcy; idem vidit celebrari hoc titulo Antigonum Philippi filium, Alexandri Magni ducem, Phoenices per magnam partem annorum ante Chr. 318—301 dominum.*

---

## CAPVT IIII.

# TITVLI VIRORVM ET MVLIERVM ORDINIS SENATORII.

---

**862** C. Poplicio L. f. Bibulo aed. pl.[1], honoris | virtutisque caussa senatus | consulto populique iussu locus | monumento, quo ipse postereique | eius inferrentur, publice datus est.

*Romae in monumento, cuius frons superest ad bivium viarum dictarum Marforio et Macel de' Corvi (I 635. VI 1319; Ritschl tab. LXXXIII). Idem titulus repetitus erat in latere nunc maxima ex parte tecto.* — 1) *Incertum num hic sit C. Poblicius Bibulus tribunus (non aedilis) plebis a. 545 (Liv. 27, 20). Monumentum certe factum esse aliquanto postea quam ille vixit, septimo fere a. u. c. saeculo, litterae inscriptionis indicant. (L. Publicius Bibulus tribunus militum a. 538 memoratur a Livio 22, 53; L. Poblici Bibuli alicuius libertus est VI 9694.)*

---

**863** Ser. Sulpicius Ser. f.
Galba cos.
ped. quadr. XXX.

*Romae in fronte monumenti eruti a. 1885 sub Aventino ad montem Testaceum (Gatti Röm. Mitth. 1886 p. 62 cf. p. 71). Pertinet aut ad consulem anni 610 aut ad consulem a. 646. Cf. X 6523.*

---

**864** Italicei | L. Cornelium Sc[*ip*]i[*one*]m[1] | honoris causa.

*Halaesae in ora Siciliae (I 535. X 7459 bis descripta ut videtur, saec. XVI et a Gualterio, saec. XVII ineunte).* — 1) SCHIZIAM *vel* SCFIIZIVM *apographa. Mommsenus rettulit ad L. Scipionem fratrem Africani, consulem a. 564, qui fuit praetor Siciliae a. u. c. 561 (Liv. 34, 54. 55; Cicero de orat. 2, 69, 280).*

---

**865** [*L. Licinium L. f.*] Lucullum pro q.[1] | p[*opulus Athe*]niensis et Italicei et | Graece[*i que*]i insula negotiantur.

*Deli rep. basis fragmenta (III S. 7237).* — 1) *Pro quaestore Lucullus Asiae praefuit ab a. circiter 667 ad a. 674 (Cic. acad. pr. 2, 1, 1; Plut. Luc. 4 cf. etiam supra N. 60).* — *Graecos titulos eidem Lucullo pro quaestore Asiam regenti positos affert Mo. l. c.*

---

**866** A. Terentium A. [*f. Varronem*][1] Italicei et Graecei quei [*Deli consistunt.* | *Α*]ὖλον Τερέντιον Αὔλου υἱὸν Οὐ[άρρωνα στραγηγὸν | Ῥ]ωμαίων, Ἰταλικοὶ καὶ Ἕλληνες οἱ κατ[οικοῦντες . . . . .

*Deli rep. in plintho statuae (III S. 7249). — 1) Mommsenus l. c. refert ad Varronem eum qui a. 679 ex Asia provincia repetundarum accusatus est (Pseudo-Asconius in div. 7, 24 p. 109 Or.).*

---

**867** Q. Caecilio C. f. Metelo | imperatori Italici | quei Argeis negotiantur.

*Argis (I 595. III 531; Ritschl tab. LXXa). — Mommsenus rettulit ad Q. Metellum cos. a. 685, devictorem Cretae a. 686—688, ex qua rettulit Cretici agnomen et triumphavit a. 692. Eiusdem est titulus Atheniensis C. I. Att. 3, 565.*

---

**868** Q. Maarcium Q. [*f. Regem*][1] | Italicei quei negotian[*tur Argeis*] | *Κόιντον Μαάρκιο*[*ν*][2] *Κοίν*]*του υἱὸν Ῥῆγα Ἰταλ*[*ικοί*].

*Argis (III 532 III S. 7265 descr. Lebas). — 1) Consul a. 687. — 2)* MAARKIO .... *lapis (cum* R *Latina).*

---

**869** Q. Pompeius Q. f. Ruf. | cos.

**869[a]** L. Cornelius L. f. Sulla procos.

*Deli rep., bases statuarum (III S. 7238. 7234 Mommsen vidit ectypa). — Q. Pompeius et L. Sulla consules fuerunt a. 666; ille occisus est in ipso consulatu. Titulos positos esse putat Mommsenus ineunte a. 667, antequam Sulla, victis in Graecia Mithridatis copiis, imperator acclamatus esset.*

---

**870** L. Cornelio L. [*f.*] | Sullae Feleici | imperatori | publice.

*Suessae rep. (X 4751 descr. Zangemeister). — Titulus videtur positus antequam Sulla dictator creatus esset, id est ante finem anni 672. Suessanos Sullae Campaniam occupanti inter primos sese dedidisse intellegitur ex Appiano b. civ. 1, 85.*

---

**871** L. Cornelio L. f. | Sullae Feleici | dictatori | leiberteini.[1]

*Traiecti in ora Campaniae, ubi fuerunt Minturnae, sed eo advecta fortasse ex urbe Roma medio aevo (I 585. VI 1298. X 6007 vidit Mommsen). — 1) Mommseno videntur intellegendi esse Cornelii libertini, de quibus Appianus b. c. 1, 100. 104.*

---

**872** L. Cornelio L. f. | Sullae Felici | dictatori | vicus laci Fund.

*Romae in Quirinali rep., nunc Neapoli (I 584. VI 1297; Ritschl tab. LXIXa).*

---

**873** L. Cornelio L. [*f.*] | Sullai Feelic[*i*] | dic.

*Clusii (I 586. XI 2102; Ritschl tab. LXIXb).*

---

**874** L. Cornelio L. f. Sul[*lae*] | Felici, dictato[*ri*], | publice statuta.

*Albae ad lacum Fucinum rep. (IX 3918 vidit Mommsen).*

---

**875** Cn. Calpurnius | Cn. f. Piso, | quaestor pro pr. ex s. c. | provinciam Hispaniam | citeriorem optinuit.[1]

*Romae (I 598. VI 1276 descr. Smetius aliique). — 1) Piso hic est Catilinae socius propter suspicionem urbanae coniurationis, cum quaestor esset (a. 689), ultro in Hispaniam missus, in qua occisus est (Sallust. Cat. 18, Suet. Caes. 9. Asconius p. 66. 94 Or., Dio 36, 27).*

---

**876** Cn. Pompeio Cn. f. | Magno | imper. iter.[1]

*Clusii (XI 2104 vidit Bormann cf. I 616). — 1) Pompeium ut ter triumphavit (Cic. pro Balb. 6, 16), etiam ter imperatorem appellatum esse constat ex titulis*

*Iliensi C. I. Gr. 3608 et Pompeiopolitano Bull. de corr. hell. 1888 p. 427; videtur igitur hic titulus positus ante tertium eius triumphum (a. 693).*

---

**877** [*Cn. P*]ompeio Cn. [*f.* | *Ma*]gno imp., cos. ter[1], | [*pa*]trono, publice.

*Auximi (I 615. IX 5837; Ritschl tab. LXXXVI c).* — 1) *Consul fuit Pompeius a. u. c. 684. 699. 702.*

---

**878** L. Afr[*a*]nio A. f. | cos.[1] | consc[*r*]ip. et c[*ol.*] | col. Vale[*nt*].[2]

*In vico Piceni Cossignano inter Asculum et Cupram maritimam (I 601. IX 5275; Ritschl tab. LXXXVI b).* — 1) *Consul a. u. c. 694, notus potissimum ex historia belli gesti inter Caesarem et Pompeium.* — 2) *Mommseno videtur intellegenda colonia Valentia Hispaniae citerioris, cuius decuriones sive conscripti et coloni Afranio titulum posuerint in villa eius Picena. Cf. etiam Borghesi op. 8 p. 100.*

---

**879** M. Favonio M. f.[1] | leg. | popul. Agrigent.

*Tarracinae (X 6316 semel descripta saec. XV).* — 1) *Mommseno videtur esse amicus M. Catonis, qui legatione suscepta in Siciliam aliquo modo de populo Agrigentino bene merere potuit; Tarracina fortasse fuit oriundus.*

---

**880** L. Caecilio L. f. Rufo q., tr. pl., pr. pro cos.[1] *(ab alio latere)* dis manibus L. Caecili Rufi.

*Marini in agro Albano (I 639. XIV 2464 servavit Iucundus).* — *Videtur esse L. Caecilius Rufus (cognomen ponit solus Asconius in Mil. p. 48 Or.), frater uterinus P. Sullae, tr. pl. a. 691, praetor a. 697, saepius memoratus a Cicerone.* — 1) *Cf. N. 883 not. 2.*

---

**881** Caeciliae | Q. Cretici f. | Metellae[1] Crassi.[2]

*Prope Romam in via Appia in sepulcro magno rotundo vulgo Capo di Bove (VI 1274; Ritschl tab. LXXXIV d).* — 1) *Filia Q. Caecilii Metelli Cretici consulis a. 685.* — 2) *Maritus Crassus ignotus est.*

---

**882** P. Claudius P. f. | Ap. n. Ap. pron. | Pulcher q., quaesitor[1], pr., augur.

*Romae rep. vas ex alabastro, nunc Parisiis (VI 1282; Ritschl tab. LXXXV f).* — *Est filius P. Clodii inimici Ciceronis (memoratus a Val. Max. 3, 5, 3) cf. Borghesi opp. 2, 176; Mommsen ap. Ritschl l. c. enarr. p. 75.* — 1) *De hoc munere cf. Mo. Staatsr. II³ p. 586 not. 2.*

---

**883** M. Coelio M. f. Viniciano[1] | pr. pro cos.[2], tr. pl., q., | Opsilia uxor fecit.

*Prope Tusculum (I 641. XIV 2602. Ritschl tab. LXXXIX c).* — 1) *Memoratur a Caelio ap. Cic. ad fam. 8, 4, 3 et a scriptore belli Alex. c. 77. Tribunus plebis videtur fuisse a. 701; a. 707 a Caesare cum duabus legionibus Ponto praefectus est, quod munus omittitur in inscriptione.* — 2) *Mommseno videntur in hoc titulo et aliis eiusdem aut non multum diversae aetatis (N. 880. 902) non duo diversi honores significari, proconsulatus et praetura, sed solus honor praetoris provincialis appellatione proconsulis ornati (C. I p. 188, Staatsr. II³ p. 650 not. 2), ut Vinicianus fuerit praetor pro consule.*

---

**884** [*L. Non*]io L. fil. | [*Asp*]renati prop[*r.* *c*]oloni et incolae | patrono.

*Valentiae (Valence) prov. Narbonensis (XII 1748 descr. Allmer qui et v. 2 supplevit). Iudice Hirschfeldio pertinet ad L. Nonium Asprenatem, qui pro consule a. 708 et 709 in exercitu Caesaris bellis Africano et Hispaniensi interfuit (Caesar bell. Afric. 80, Hispan. 10, cf. Catull. carm. 52, Plinius h. n. 37, 81).*

---

**885** L. Staio Sex. f. | Murco.[1]

*Prope Sulmonem in vico dicto Introdacqua (IX 3080 vidit Dressel).* — 1) *Videtur L. Staius Murcus (praenomen habent Cicero Phil. 11, 12, 30 et Dio 47, 27. 48, 19; gentilicium plerique codices mutaverunt), legatus Caesaris dictatoris a. 708 (Caes. b. c. 3, 15), postea praetor et imperator (Vell. 2, 69), saepius memoratus a. 710 et insequentibus, interfectus a Sex. Pompeio. — Ceterum eiusdem nominis miles videtur memorari ap. Tac. hist. 1, 43.*

---

**886** L. Munatius L. f. L. n. L. pron. | Plancus cos., cens.[1], imp. iter., VIIvir | epulon., triump. ex Raetis[2], aedem Saturni | fecit de manibis[3], agros divisit in Italia | Beneventi[4], in Gallia colonias deduxit | Lugudunum et Rauricam.[5]

*Prope Gaetam loco antiquo in mausoleo quod vulgo dicitur Torre d'Orlando (X 6087).* — 1) *Consul fuit a. 712, censor a. 732.* — 2) *29 Dec. 711 (fast. Cap.; fast. Barb.).* — 3) *Cf. supra ad N. 41.* — 4) *Beneventum fuit inter oppida a triumviris rei publicae constituendae a. 712 militibus destinata (Appian. l. c. 4, 3; de colonia Benevento cf. Mo. IX p. 136).* — 5) *A. 710 vel 711 cum proconsule Galliam comatam regeret; de Lugduno condito cf. praeterea Dio 46, 50; Hieronymus chron. ad a. 1992.*

---

**887** L. Memmius C. f. Gal.[1] q., tr. p[*l.*][2], | frumenti curator ex s. c.[3], | praefectus leg. XXVI et VII | Lucae ad agros dividundos[4], | pontifex Albanus. | Memmia filia testamento suo fieri iussit.

*Romae (VI 1460 XIV 2264 vidit Henzen).* — 1) *Tribu Galeria. Nota tribum usurpatam ab homine ordinis senatorii, cum cognomine careret. Similiter alii Memmii, quorum alter fortasse huius Memmii fuit avus, nummis a se cusis inscripserunt* L. Memmi Gal. *et* L. C. Memies L. f. Gal. *(Mommsen Röm. Münzen p. 575. 597).* — 2) *Incertum num exciderit mentio praeturae.* — 3) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ 672 not. 2.* — 4) *Aut post bellum Philippense, aut post Actiacum (cf. Mommsen Herm. 16, 171).*

---

**888** L. Cornelio L. [*f.*] | Balbo cos.[1], patr[*ono*], | d. c. d.[2]

*Capuae (X 3854; Ritschl tab. LXXXV e).* — 1) *Consul suffectus fuit a. 714.* — 2) *De conscriptorum decreto.*

---

**889** C. Calvisius C. f. | Sabinus cos., | imp.[1] | XCVI.

*Inter Casinum et Teanum rep. loco dicto Monte Rotondo, columna miliaria viae Latinae (X 6901 vidit Mommsen; columnae ab hac non diversae, praeterquam numero milium, sunt X 6895. 6897—6900).* — 1) *Consul fuit a. 715, triumphavit ex Hispania a. 726 (tab. triumph. Barberin.). Viam Latinam refecit e manubiis (cf. Suet. Aug. 30; Mommsen mon. Ancyr.² comm. p. 87).*

---

**890** Ap. Claudio C. f. Pulchro | cos.[1], imp., | Herculanenses post mort.

*Herculanei rep. in theatro, basis statuae (X 1424 descripta saec. XVIII, nunc latet).* — 1) *Consul fuit a. 746. — In eodem theatro extabat titulus ab eodem positus, in quo appellabatur* cos., imp., VIIvir. epulon. *(X 1423).*

---

**891** cives Romani qui | Mytileneis negotiantur | M. Titio[1] L. f.[2] procos., | praef. classis, | cos. desig., patrono, | honoris causa.

*Mytilenis (III 455. III S. 7160 servavit Cyriacus).* — 1) *Consul fuit suffectus a. 723. Eiusdem videtur esse titulus Auximas IX 5853.* — 2) *De praenomine patris cf. Mo. ad C. IX 4191.*

---

**892** M. Acilio M. f. Canino | q. urb., | negotiatores ex area | Saturni.[1]

*Romae, rep. dicebatur Ostiae (I 636. XIV 153; Ritschl tab. XCI l).* — 1) *Iudice Mommseno titulus antiquior est anno u. c. 726, quo cura aerarii Saturni quaestoribus adempta est.*

---

**893** T. Statilio | Tauro imp. III, cos. II, | patrono. — *Ilici (Elche) provinciae Tarraconensis (II 3556 descr. Huebner).*

**893[a]** [*T. Sta*]tilio T. f. Tauro | [*a*]uguri, cos.[1] iter., imp. ter, | [*cu*]rioni maximo. — *Volceiis (Buccino) in Lucania (X 409 semel descripta saec. XVI).* — 1) . . . ugurico cos. *exemplum, praeterea accuratum.*

*T. Statilius Taurus consulatu functus est a. 717 et a. 728; imperator sine dubio appellatus est in Africa, quam Caesari subiecit (Dio 49, 18), cum ex ea etiam triumphaverit, a. 720 (fast. Cap.); iterum imperator fortasse appellatus est, ut coniecit Huebner, in Dalmatia (cf. Dio 49, 38), tertium in Hispania a. 725 (Dio 51, 20). Complura sacerdotia eius significat Velleius 2, 127.*

---

**894** Sex. Appuleio Sex. f. | imp., cos.[1], auguri, | patrono.

*Aeserniae (IX 2637 vidit Mommsen).* — 1) *Videtur esse consul a. u. c. 725 (potius quam is qui fuit consul a. 767/14 p. C.). Imperator appellatus est sine dubio in Hispania, ex qua etiam triumphavit (a. 728, fast. Cap.; tab. triumph. Barb.). Idem memoratur in titulo Pergami reperto hoc (Jahrb. der preuss. Kunstsamml. 1882 p. 85):* Ὁ δῆμος ἐτίμησεν Ὀκταουίαν τὴν Καίσαρος μὲν ἀδελφὴν [μ]ητέρα δὲ Σέξτου Ἀπολήιου τοῦ σωτῆρός τε καὶ εὐεργέτου.

---

**895** C. Nonio C. f. M. n. IIIIvir. | quinq., M. Nonius Gallus | imp.[1], VIIvir epul., filius | posuit.

*Aeserniae (IX 2642 vidit Dressel).* — 1) *Nonius Gallus a. 725 Treviros domuit (Dio 51, 20).*

---

**896** M. Nonio M. f. | Balbo pr. pro cos.[1] | Herculanenses.

**896[a]** M. Nonio M. f. Balbo | procos. | Nucherini municipes sui.

**896[b]** Volasenniae C. f. | Tertiae Balbi | decuriones et pleps | Herculanenses.

*Herculanei rep. (X 1426. 1429. 1435, hae descriptae a solo Fabio Giordano, illa translata in museum Neapolitanum).* — *Nonius Balbus, cuius praeterea eodem loco alii quoque tituli reperti sunt (X 1425. 1427. 1428. 1430 seq.), potest fuisse is qui tribunus plebis fuit a. 722 (Dio 50. 2).* — 1) *Cf. N. 885 not. 2.*

---

**897** A. Terentio A. f. Varr. | Murenae[1] | Ptolemaiei Cyrenens. | patrono, *διὰ πρεσβευτῶν Ἰτθαλλάμμονος τοῦ Ἀπελλᾶ, Σίμωνος τοῦ Σίμωνος.*

*Lanuvii rep., nunc Romae in museo Capitolino (XIV 2109).* — 1) *Aut consul a. 731 (cf. C. I p. 450 ad a. 731, VI 1324), aut pater eius (Cic. ad fam. 16, 12, 6; Caes. b. c. 3, 19).*

---

**898** M. Claudio C. f. Marcello[1] | patrono.

*Pompeiis in foro triangulari, basis statuae (X 832).* — 1) *Videtur esse gener Augusti defunctus in aedilitate a. u. c. 731.*

---

**899** P. Silio | P. f. procos.[1] | patron. | d. d.

*Aenonae in Dalmatia (III 2973 cf. Eph. ep. 5, 391 descripserunt Cyriacus et saec. XVII Gliubavaz Zarensis).* — 1) pr. cos. *pars codicum Cyriacanorum (cf. Mo. l. c.).* — *Consul fuit Silius a. 734, proconsul Illyrici a. 738 cf. Dio 54, 20, antequam ea provincia a senatu ad Caesarem transferretur a. 743. Eiusdem est titulus rep. Carthagine nova II 3414.*

---

**900** L. Calpurnio | L. f. Pisoni | pontif., cos.[1] | . . . .

*Veleiae rep., nunc Parmae (XI 1182).* — 1) *Consul a. 739. Cf. Henzen act. fratr. Arv. ind. p. 180.*

---

**901** . . Fonteio Q. f. | q.[1] | mancup. stipend.[1] | ex Africa.

*Prope Romam rep. ad quintum miliarium viae Latinae, sed loco non suo (Lanciani bull. arch. com. 1882 p. 160 n. 559).* — 1) *Titulum quaestori posuerunt mancipes stipendiorum provinciae Africae.*

---

**902** M'. Cordi M'. f. | Rufi[1] | pr. pro cos.[2], | aed. lustr., mon. sacr.[3]

*Tusculi (XIV 2603).* — 1) *M'. Cordius Rufus is qui fuit triumvir monetalis a. 705 vel paullo post testibus nummis (cf. Mommsen R. Münzwesen p. 651. 657; Cavedoni in Borghesii opp. I p. 269 not. 5), ab hoc non videtur diversus esse.* — 2) *Cf. N. 883 not. 2.* — 3) *Tusculi, unde erat oriundus (cf. Borghesi l. c. p. 270), Rufus fuit aedilis lustralis et monitor sacrorum (cf. Mommsen mus. Rhenan. 1864 p. 458).*

---

**903** Cn. Baebio Cn. [*f.*] | Tampilo Válae | Numoniano[1] |, q., pr. pro cos., | IIIvir. a. a. a. f. f., | viro.

*Prope Romam rep. inter viam Appiam et Latinam, extat ad viam Appiam (VI 1360).* — 1) *Vix est idem, ut voluit Wilmanns, atque C. Numonius Vaala, cuius nomen legitur in nummis aureis aetatis Caesarianae, nam hic videtur fuisse quattuorvir, non triumvir aere argento auro flando feriundo; potest fuisse eius filius.*

---

**904** C. Clodio C. f. Vestali[1] | procos., | Claudienses ex praefectura | Claudia urbani, | patrono.

*In colle S. Liberati prope Bracciano, ubi fuit Forum Clodii, rep. a. 1886 (XI 3310 a).* — 1) *Eiusdem sine dubio sunt nummi inscripti* C. Clodius C. f. *et ex altera parte* Vestalis *(quod vocabulum coniungendum esse cum C. Clodii nomine nunc demum intellectum est). Eos nummos non anno 711, ut vulgo putabatur, sed potius inter annos 717 et 738 cusos videri exposuit Mommsen Zeitschr. f. Num. 15, 1887 p. 204. Idem coniecit Vestalem non conditorem fuisse Fori Clodii sive praefecturae Claudiae (cf. Plin. h. n. 3, 52), nam ea aetate qua hic vixit nova municipia non appellabantur praefecturae, sed ex posteris conditoris.*

---

**905** Q. Sanquinius | Q. f. Stel.[1] | q., tr. pl., pr. | pro cos.

*Prope Romam rep. ad viam Aureliam (I 640. VI 1323; Ritschl tab. XCI m).* — 1) *M. Sanquinius Q. f., triumvir monetalis a. 737, testibus nummis (Eckhel 5, 299. 300), huius Q. Sanquinii potest fuisse frater vel, id quod voluit Borghesius opp. 1, 244, filius.*

---

**906** C. Appulleius | M. f. Tappo | pr., aed., tr. pl., q., | iudex | quaestionis[1] | rerum capital.[2]

*Aquileiae rep. (V 862 descripta saec. XVIII a duobus viris doctis).* — 1) quaesitionis *alter ex auctoribus.* — 2) *De hoc munere cf. Mo. Staatsr. II³ p. 586. 589 not. 3; in fine collocatur post consuetos honores utpote extraordinarium.*

---

**907** Ofania C. f. | Quarta uxor. | C. Papirius | C. f. Vel. Masso | tr. mil., aed. pl., | q. iud., cur. fru.[1]

*Romae in museo Vaticano (VI 1480).* — 1) *Quaesitor iudex, curator frumenti (cf. Mommsen Herm. vol. 4 p. 364 not. 2, Staatsr. II³ p. 586 not. 2 fin.).*

---

**908** T. Titius T. f. Ser. Tappo, XXVIvir. | T. Titius T. f. Ser. Poppalenus pater, | Gessia M.' f. mater, Titia T. f. Rufa soror. |

Parcitis heredi et vos insentibus dedite morti.[1] |

Si quid mortui habent, hoc meum erit, cetera liq(ui). |

Arbitratu Q. Umbrici Q. f. Cla. Flacci. | H. m. h. n. s.

*Nomenti rep., est Romae (XIV 3945 vidi ipse).* — 1) *Explicare temptavit Mo. C. XIV l. c.*

---

**909** C. Papirius C. f. Clu. Carbo tr. mil., | XXVIvir, q. pro pr. | Antullia Q. f. uxsor.

*Romae in aedibus privatis (VI 1317 vidit Henzen).*

---

**910** M. Herennius M. f. | Mae. Rufus | praef. Cap. Cum.[1], q.

*Alsii (Palo) in ora Etruriae (XI 3717).* — 1) *Praefectus Capuam Cumas.*

---

**911** P. Numicio | Pícae Caesianó[1] | praef. equitum[2], | VIvir.[3], q. pro pr. | provinc. Asiae, tr. pl. | provincia Asia.

P. Numício Pícae | Caesiano[1] praef. eq.[2] |, VIvir.[3], q. pro pr. provinc. Asiae, | tr. pl. | P. Cornelius Rufinus, C. Autronius Carus, | L. Pomponius Aeschin., Sex. Aufidius Euhodus | Q. Cassidienus Nedym., T. Manlius Inventus, | C. Valerius Albanus, Sex. Aufidius Primigen. | patrono.

*Romae rep. a. 1873 trapezophora duo marmorea eleganter sculpta (VI 3835). Temporum fere Augusti esse titulum ipsae litterae indicant (cf. Henzen mus. Rhen. 33, 1878 p. 488).* — 1) *Filius puto Minuci (scr. Numici) Picae memorati a Varrone r. r. 3, 2, 2.* — 2) *Fuit praefectus alae alicuius; qua militia, postea equitibus Romanis reservata, sub Augusto etiam senatorii ordinis adulescentes fungebantur (Suet. Aug. 38; cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 548).* — 3) *Significatur seviratus turmarum equitum Romanorum.*

---

**912** M. Arrio M. f. | Maximo | IIIvir. cap., praef. equ.[1], | q. pro pr., aed. cu[r] . . .

*Anagniae (X 5911 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. N. 911 not. 2.*

**913** T. Mussidio Polliano | cos., pr., procos. provinc. | Gall. Narbon., tr. pl., q., | Xvir. stl. iudic., cur. viarum, | praef. frumenti dandi ex s. c.

*Romae (VI 1466 aliquoties descripta saec. XVI/XVII). — Titulum non certum, sed probabile est esse temporum Augusti (cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 669 not. 5 fin.).*

---

**914** Q. Propertius Q. f. Fab. |

C. Propertius Q. f. T. n. Fab. Postumus | IIIvir cap. et insequenti anno pro | IIIvir.[1], q., pr. desig. ex s. c. viar. cur.[2], pr. | ex s. c. pro aed. cur. ius dixit[3], procos. |

Q. Properti . . .

*Romae (VI 1501 bis descripta saec. XVIII).* — 1) *Propertius videtur iterum functus triumviratu (cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 676 not. 4), cum candidati deessent, id quod sub Augusto interdum accidisse narrat Dio 54, 26 sub a. 741.* — 2) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 669 not. 5.* — 3) *Iurisdictionem aedilium saepius praetoribus mandatam esse testatur Dio 53, 2 sub a. 726 (cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 676 not. 1).*

---

**915** P. Paquius, Scaevae et Flaviae filius, Consi et Didiae nepos, Barbi et Dirutiae pronepos, | Scaeva[1], quaestor, decemvir stlitibus iudicandis ex s. c.[2] post quaesturam, quattuorvir | capitalis ex s. c.[2] post quaesturam et decemviratum stlitium iudicandarum, tribunus plebis, | aedilis curulis, | iudex quaestionis[3], | praetor aerarii, | pro consule provinciam Cyprum optinuit, | viar. cur. extra u. R. ex s. c. in quinq.[4], procos. iterum extra sortem auctoritate Aug. Caesaris | et s. c. misso[5] ad componendum statum in reliquum provinciae Cyprí, fetialis, | consobrínus ídemque vir Flaviae Consí filiae, | Scapulae neptis, | Barbí proneptis, simul cum eá conditus.

Flavia[1], Consi et Sinniae filia, | Scapulae et Sinniae neptis, | Barbi et Dírutiae | proneptis, consobrína eademque uxor P. Paquií Scaevae, fílií Scaevae, Consi | nepotis, Barbi pronepotis, | simul cum eó condita.

*Histonii, ingens sarcophagus duplex, in quo duo tituli perscripti (IX 2845/6 vidit Mommsen).* — 1) *Ad hunc P. Paquium Scaevam et uxorem eius Flaviam praeterea pertinent tituli urbani VI 1483. 1484. Stemma eorum dedit Mommsen IX l. c.* — 2) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 674 not. 1.* — 3) *Cf. supra N. 906 not. 2.* — 4) *Viarum curator extra urbem Romam ex senatus consulto in quinquennium (cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 669).* — 5) *Scr.* missus.

---

**916** Cn. Pullio [. . *f.* . . .] | Pollioni, feti[*ali, Xviro*] | stlitib. iud. ex s. c., tr. pl., prae[*tori*], . . . . | procos. [*pr*]ovinciae Narb., [*leg. imp. Caes.*] | Augus[*ti i*]n Gallia Comat[*a itemque*] | in Aquita[*nia*], Athena[*s ivit ab imp. Caes.*] | August[*o*] legatus in [*Achaiam*], IIvir. quinquenna[*li . . .*] | Claudie[*nses*].

*Prope Bracciano ad S. Liberati, ubi fuit Forum Clodii (cf. N. 904), rep. (Mommsen revue de philologie 1890 p. 129 supplevit et commentario illustravit).*

---

**917** C. Cestius L. f. Pob. Epulo pr.[1], tr. pl., | VIIvir epulonum. | *(Infra)* opus apsolutum ex testamento diebus CCCXXX | arbitratu | [*L.*] Ponti P. f. Cla. Melae heredis et Pothi l.

*Romae ad viam Ostiensem in pyramide marmorea (cf. Bunsen Beschr. Roms 3, 1 p. 435 seqq.), sub Aureliano inclusa moenibus urbis (VI 1374).* — 1) *Fortasse hic est C. Cestius praetor a. u. c. 710 (Cic. Phil. 3, 10, 26). Quisquis fuerit, mortuus est ante Agrippam, id est non post a. 742, ut colligitur ex N. 917a.*

**917a** M. Valerius Messalla Corvinus, | P. Rutilius Lupus, L. Iunius Silanus, | L. Pontius Mela, D. Marius | Niger, heredes C. Cesti, et | L. Cestius quae[1] ex parte ad | eum fratris hereditas | M. Agrippae munere per|venit, ex ea pecunia, quam | pro suis partibus receper. | ex venditione Attalicor., | quae eis per edictum | aedilis in sepulcrum | C. Cesti ex testamento | eius inferre non licuit.

*Romae prope sepulchrum C. Cesti (N. 917) rep. bases duae gemellae (VI 1375 vidi ectypa).* — 1) *Sic utraque basis, requiritur* qua.

**918** . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

[*r*]egem, qua[1] redacta in pot[*estatem imp. Caesaris*]
Augusti populique Romani senatu[*s dis immortalibus*]
supplicationes binas ob res prosp[*ere gestas, et*]
ipsi ornamenta triumph[*alia decrevit*];
pro consul. Asiam provinciam op[*tinuit; legatus pr. pr.*]
divi Augusti iterum[2] Syriam et Ph[*oenicen optinuit*].

*Tibure rep. fragmentum, est Romae (XIV 3613). Pertinere videtur ad P. Sulpicium Quirinium consulem ord. a. 742 (Mommsen mon. Ancyr. comm.² p. 161 seq.).* — 1) *Intellegenda est gens Homonadensium a Quirinio devicta testibus Tacito ann. 3, 48 et Strabone 12 p. 569; rex, cuius mentio praecedit, Amyntas est rex Galatiae ab illis interfectus.* — 2) *A. p. Chr. 6.*

**919** Paullo Fabio Maxi[*mo*] | cos.[1], pontif., patron. | coloniae.

*Prope Hadriam Piceni (Eph. ep. 8, 207 descr. Barnabei).* — 1) *Cos. a. u. c. 743.*

**920** L. Cornelio P. f. | Sullae cos.[1], pr., | VIIvir epul., clientes | pos.

*Romae (VI 1390 ad exemplum relatum saec. XV exeunte a Iucundo).* — 1) *Consul fuit suffectus a. 749.*

**921** M. Plautius M. f. A. n. | Silvanus[1] | cos., VIIvir. epulón. | Huic senátus triumphália | órnámenta décrévit | ob rés in Ilyrico | bene gestás. |
Lartia Cn. f. uxor. |
A Plautius M. f. | Urgulánius | víxit ann. IX.

*Prope Tibur ad pontem Anienis dictum ponte Lucano ante monumentum Plautiorum (XIV 3606; titulus primarius extat praeterea repetitus in fronte ipsius mausolei, sed mutilus, XIV 3605).* — 1) *Silvanus cos. fuit a. 752, ornamenta triumphalia meruit Tiberii bello Pannonico a. 763 (p. C. 10) cf. Vell. 2, 112, 4. Dio 55, 34. 56, 12. 17.*

**922** M. Herennio | M. f. Picentí cos., | múnicipes múnicipí | Augustí Veientis | intrámúraní, | patrono |.

*Veiis rep., est Romae (XI 3797 vidit Bormann).* — *Consul suffectus fuit a. 754 (fast. Cap., Eph. ep. 3 p. 11). Idem videtur proconsul Asiae, notus ex titulo Ephesio (Herm. 4 p. 195).*

**923** L. Volusio [*L. f.*] Saturni[*no*] | cos., auguri, [*sodali*] | August., s[*odali*] | Titio, | leg. divi Aug[*usti, leg.*] | Ti. C[*aesaris* | *divi Aug*]usti f., | [*pa*]trono. — *Nonae in Dalmatia, ubi fuit Aenona (III 2975 vidit Mommsen). Alterius tituli eidem Volusio eodem loco positi fragmentum est III 2976.*

**923a** L. Volusio [*L. f. Saturnino*] | cos., aug., so[*dali Augustali*] | sodali Titio, [*leg. pro pr. divi Aug.*], | leg. pro pr. Ti. C[*aesaris Augusti*]. — *Venetiis, videtur oriunda ex oppido aliquo Dalmatiae (III 2974 vidit Mommsen).*

*L. Volusius Saturninus, consul a. p. Chr. 3, mortuus a. 56 annorum nonaginta trium (Tac. ann. 13, 30 cf. Plin. h. n. 11, 223), Dalmatiae praefuit extremo tempore Tiberii et primo Caligulae (cf. etiam III 2882. Eph. ep. 4, 366).*

---

**924** Licinia Cornelia | M. f. Volusia | Torquata | L. Volusi cos., | auguris.

*Romae rep. ibi ubi N. 240. 934/5 (Stevenson Bull. dell' Inst. 1885 p. 25). — Uxor L. Volusi qui praecedit, memorata apud Plinium h. n. 7, 62 et in titulis nonnullis servorum gentis Volusiae, cf. C. VI p. 1045.*

---

**925** Pietati | [*C.*] Calvisi C. f. Sabini | patroni, cos., | VIIvir. epul., cur. max. | . . . .

*Prope Spoletium rep. (XI 4772, nuper descripta a Montirolio architecto). — Vix pertinet ad C. Calvisium C. f. Sabinum cos. a. u. c. 715, quem imperatorem appellatum esse supra vidimus (N. 889), sed aut ad filium eius eiusdem nominis consulem a. 750, aut ad nepotem consulem a. 779 (p. Chr. 26).*

---

**926** C. Plautio C. f. | Rufo[1], leg. pro [*pr.*], | ceivitates Sicilia[*e*] | provincia defen[*sa*].

*Auximi in Piceno (IX 5834 vidit Mommsen).* — 1) *Idem, iudice Borghesio opp. 2, 21, C. Plotius Rufus, qui fuit triumvir monetalis sub Augusto et postea in eundem coniuravit (Suet. Aug. 19).*

---

**927** Calpurniae Asprenatis[1], L. Pisonis [*f.*], matri L. Noni Asprenatis et Asprenatis Calpurni Ser[*r*]ani et Asprenatis Calpurni Torquati.

*Romae (VI 1371 semel descripta saec. XV exeunte).* — 1) *Asprenas Calpurniae maritus videtur esse, ut coniecit Henzen, L. Nonius Asprenas consul a. p. C. 6 (cf. supra N. 151), L. Piso pater eius consul a. 739, L. Nonius Asprenas filiorum natu maximus consul a. p. C. 29. Ad eandem stirpem pertinent Calpurnius Asprenas, Tac. hist. 2, 9; L. Nonius Torquatus Asprenas cos. ord. a. 94; Torquatus Asprenas consul iterum a. 128.*

---

**928** L. Aquillio C. f. Pom. Flóro | Turciano Gallo[1] | Xvir. s[*t*]l. iud., tribúno mil. leg. VIIII | Macedonic.[2], quaestór. imp. Cáesar. Aug., | próquaest. provinc. Cypri, tr. pl., pr., procos. Achaiae | ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πά|γου καὶ ἡ βουλὴ τῶν X κα[ὶ] | ὁ δῆμος Λ. Ἀκύλλιον Φλῶρον Τουρκιανὸν Γάλλον ἀνθύπατον εὐνοίας ἕνεκεν | τῆς πρὸς τὴν πόλιν. Ἐπὶ ἱερίας Ἱπποσσθενίδος τῆς Νικοκλέ|[ους Π]ειραιέως θυγατρός.

*Athenis (III 551 cf. p. 985; C. I. Att. 3, 578).* — 1) *L. Aquillius Florus triumvir monetalis a. 734 vel paullo post (Eckhel 5, 142) diversus fuit ab hoc decemviro*

*stlitibus iudicandis. — 2) Legio nona Macedonica, praeterea non memorata, fortasse non diversa est a legione nona Hispana (Mommsen mon. Ancyr.[2] p. 69 not. 4).*

---

**929** Q. Articuleio | Regulo | pr., procos., leg. | imp. Caesaris Aug. p. p.[1], | patrono.

*Canusii (IX 331 vidit Mommsen). — 1) Titulus positus inter annum 752 (cf. ad N. 96 not. 2) et 767.*

---

**930** P. Tettio P. f. Rufo | Tontiano | q. tr. pl., pr., legio XX.[1]

**930**[a] P. Tettio P. [*f.*] Rufo Tontiano q., tr. pl., pr., Atinates urbani patrono d. d.

*Atinae in Campania (X 5059 vidit Mommsen, 5060 semel descripta saec. XVI). — 1) Titulum homini privato positum a legione crediderim esse temporum Augusti.*

---

**931** T. Trebelleno L. f. | Cla.[1] Rufo | q., tr. pl., legato[2] | Caesaris Augusti | plebs.

**931**[a] T. Trebelleno L. f. | Cla.[1] Rufo | q. urb., | legato[2] imp. | Caesaris Augusti, | tr. pl. | P. Octavius T. f.

*Concordiae (V 1878 vidit Mommsen; Bertolini Notizie 1886 p. 108). — Trebellenus Rufus, praetura functus, tutor datus a Tiberio liberis Cotyis regis Thraciae (Tac. a. 2, 67. 3, 38), periit a. 35 (Tac. a. 6, 39). Hi tituli positi sunt ante eius praeturam, vivo etiam Augusto. — 1) Claudia tribus Concordiensium, unde videtur originem habuisse Rufus. — 2) Notabile hoc munus diverso loco collocatum esse in duabus inscriptionibus.*

---

**932** Q. Vário Q. f. | Gemino[1] | leg. dívi Aug. II[2], | procos., pr., tr. pl., | q., quaesít. iudic.[3], | praef. frúm. dand., | Xvir. stl. iúdic., | curatori aedium sacr. | monumentor. que public. | tuendorum. | Is primus omnium Paelign. senator | factus est et eos honores gessit. | Superaequani publice, patrono.

**932**[a] Q. Vario Q. f. | Ser. Gemino[1], q., | pagus Vecellanus.

*Castelvecchio Subequo rep., ubi fuit oppidum Paelignorum Superaequum (IX 3305/6 vidit Dressel; litterae multo pulchriores sunt in N. 932a quam in N. 932). — 1) Varius Geminus, memoratus saepius a Seneca rhetore, fortasse idem est. — 2) Legatus videtur fuisse duarum provinciarum, quarum nomina non sunt posita. — 3) Cf. N. 906 not. 2.*

---

**933** Cn. Asinio | Pollionis et Agrippae nepoti[1] | Puteolani patrono, publice.

*Puteolis rep. a. 1602 (X 1682 servavit Capaccius). — 1) Filius fuit P. Asinii Galli et Vipsaniae Agrippinae, de quibus cf. N. 165.*

---

**934** L. Nonius Quintili|anus L. f. Sex. n.[1], C. Sosi | cos., triumphal.[1], pronep., | augur, salius Palat., | vix. ann. XXIIII.

*In agro Sabino rep. prope vicum Bocchignano (IX 4855 vidit Stevenson). — 1) Avus videtur fuisse Sex. Nonius Quinctilianus cos. a. p. Chr. 8. — 2) C. Sosius triumphavit a. u. c. 720 ex Iudaea (C. I. L. I p. 461. 478), consul fuit a. 722.*

---

**935** [*Sex.*] Appuleio Sex. f. | Gal. | Sex. n. Sex. pron., | Fabia Numantina[1] | nato, ultimo gentis | suae.

*Lunae (XI 1362 descr. Carolus Promis).* — 1) *Fortasse Numantina, uxor Plautii Silvani praetoris a. 24 et ab hoc repudiata (Tac. a. 4, 22), quae postea potest nupsisse Sex. Appuleio cos. a. p. Chr. 14 (Borghesi opp. 5 p. 309).*

---

**936** L. Livio L. f. Ocellae[1] | q.[2], | Segobrigenses.
L. Livio L. f. Ocellae | Sussetanei.[3]

*Romae (VI 1446 semel vel bis saec. XVI descripta).* — 1) *Fortasse pater Liviae Ocellinae, novercae imp. Galbae (Suet. Galb. 4; cf. Borghesi opp. 5 p. 145, Mommsen Herm. 3 p. 65 n. 2).* — 2) *Quaestori.* — 3) *Iidem sine dubio Suessetanei sunt memorati a Livio 25, 34, 6. 28, 24, 4. 34, 20, 1. 39, 42, 1.*

---

**937** M.' Vibio M.' f. | Vel. Balbino | tr. mil., pr. fabr.[1], pr. | eq.[2], q., aed. pl., praet. | aerari, leg. | divi Aug. et | Ti. Caesaris Aug., | procos. provinc. | Narbonensis.

*Treiae in Piceno (IX 5645 vidit Mommsen).* — 1) *Praefecti fabrum senatorii ordinis nulli innotuerunt praeter hunc et N. 978.* — 2) *Cf. N. 911 not. 2.*

---

**938** P. Cornelio Dolabellae cos.[1] | VIIviro epuloni, | sodali Titiensi, | leg. pro pr. divi Augusti | et Ti. Caesaris Augusti[2] | civitates superioris | provinciae Hillyrici.[3]

*Ragusae in Dalmatia, ubi videtur fuisse Epidaurum (III 1741, partem vidit Mommsen).* — 1) *Consul ord. a. p. C. 10.* — 2) *Legatus fuit a. 14 p. Chr. et sequentibus (cf. Vell. 2, 125).* — 3) *Significatur provincia postea dicta Dalmatia, maritima pars Illyrici dicta a Velleio l. c., paullo ante a reliqua parte Illyrici sive provincia Pannonia seiuncta.*

---

**939** [*L. Apronius L. f. Caesian*]us VIIvir [*epulonu*]m | . . . . . . . . . . . . . [*Vene*]ri Erucinae [*d.*] d.

[*A patre hic missus Libyae procon*]sule bella
[*prospera dum pugnat, cecidit Maurus*]ius hostis.

Felicem gladium [*tibi qui patrisque dicavit*]
Aproni effigiem, [*natus belli duce*] duxque
hic idem fuit: hic i[*usto certamine vi*]ctor,
praetextae positae [*causa pariterque re*]sumptae,
septemvir puer han[*c, genitor quam rite r*]o[*g*]arat,
Caesar quam dedera[*t, vestem tibi, sancta, rel*]i[*q*]ui[*t*].

Divor[*um*] . . . . . . .
mut[*ua*] . . . . .
filius Aproni maio[*r quam nomine factis*]
Gaetulas gentes q[*uod dedit ipse fugae*],
effigiem cari genitor[*is, diva, locavit*].
Aeneadum alma paren[*s, praemia iusta, tibi*]
armaque quae gessit: scuto [*per volnera fracto*]
quanta patet virtus! ens[*is ab hoste rubet*]

caedibus attritus, consummatque [*hasta tropaeum*]
qua cecidit [*f*]os[*s*]u[*s*] barbar[*us ora ferus*].

Quo nihil est utrique magis venera[*bile signum*],
hoc tibi sacrarunt filius atqu[*e pater*]:
Caesaris effigiem posuit p[*ar cura duorum*]:
certavit pietas, su[*mma in utroque fuit*].
[*Curante*] L. Apronio [*L. l.*] .......

*In monte Eryce tabellae fragmenta duo, alterum rep. a. 1616, quod dudum periit, alterum vidit Mommsen (X 7257 = Eph. ep. 2 p. 264 seq.; coniunxit fragmenta Mo., supplevit Buecheler). Titulus positus est a L. Apronio Caesiano qui consul fuit ordinarius a. 39, adhuc adulescentulo, cum a. p. Chr. 20 patrem proconsulem Africae comitatus prospere adversus Numidas pugnasset (Tac. ann. 3, 21). Is videtur his carminibus dedicasse Veneri praetextam suam sacerdotalem (v. 6 seq.), effigiem patris armaque quae gesserat in pugna illa Africana (v. 13 seq. cf. v. 3), denique una cum patre effigiem Tiberii (v. 19 seq.).*

---

**940** P. Cornelio Len[*tulo*] Scipioni cos.[1], pr. aerari, legato Ti. Caesaris Aug. leg. VIIII Hispan.[2], pontif., fetiali, d. d.

*Brixiae (V 4329 bis ut videtur descripta saec. XVI ineunte).* — 1) *Consul videtur fuisse suffectus a. p. Chr. 24 cum C. Calpurnio Aviola (fast. fratr. Arv., ap. Henzen act. Arv. p. CCXLIV).* — 2) *Legatus legionis fuit in Africa a. 22 (Tac. ann. 3, 74), quo legio nona Hispana propter seditionem Taefarinatis transportata erat (Tac. ann. 4, 23).*

---

**941** L. Asprenati L. f. cos., au[*guri*][1] . .

*Romae rep. a. 1877 in turre portae Flaminiae (Eph. ep. 4, 818 vidit Henzen).* — 1) *Videtur esse L. Nonius Asprenas consul a. p. Chr. 29 (nam pater eius L. Asprenas consul a. 6 non augur fuit, sed septemvir epulonum, cf. supra N. 151).*

---

**942** C. Pontio C. [*f.*] | Paeligno trib. m[*il.*] | leg. X Gem., q., cur. | locorum public. | iterum[1], aed. cur., legato pro pr. iter. | ex s. c. et ex auctorit. | Ti. Caesaris[2], d.

*Brixiae (V 4348 partem vidit Mommsen).* — 1) *Memoratur C. Pontius Paelignus inter curatores locorum publicorum iudicandorum VI 1266.* — 2) *Cf. Mommsen mon. Ancyr.² comm. p. 181, Staatsr. II³ p. 674 not. 1.*

---

**943** Q. Caerellius Q. f. | Qui., IIIvir cap., quae. | pro pr., tr. pl., legato[1] | pro pr. ter[2], pr., praef. | frum. ex s. c. s.[3], | leg. Ti. Caesaris Aug., | procos., | ex testamento

Q. Caerellio M. f. | Qui. patri, tr. milit., | quae., tr. pl., praetori, | leg. M. Antoni[4], procos.

*Romae (VI 1364 vidit de Rossi).* — 1) *Scr.* legatus. — 2) *De legatione ter suscepta cf. Mommsen mon. Ancyr. comm.² p. 181.* — 3) s. *littera videtur esse delenda.* — 4) *Nomen M. Antonii, quamvis erasum in fastis Capitolinis aliisque, tamen in iisdem mox est restitutum, anno certe p. Chr. 20 fuisse in fastis colligitur ex Tacito ann. 3, 18.*

**944** ..... *viacure* .. | ... [*tr. p*]*l., pr., leg.* | [*imp. C*]*aesaris Augusti* | [*i*]ter. per *commendation.* | Ti. Caesaris *Augusti* | ab senatu *cos. dest.*[1], | *patrono.*

*Allifis in Samnio (IX 2342 particulam vidit Mommsen, reliqua servavit Ant. Augustinus, ea dedi litteris inclinatis).* — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 925 not. 1.*

---

**945** Sex. Papinio Q. f. | Allenio | tr. mil., q.[1], leg. | Ti. Caesaris Aug., | tr. pl., pr.[2], leg. | Ti. Caesaris Aug. | pro pr., cos.[3], XVvir. | sacr. fac., | d. d.

*Patavii, postea Lodi vel prope Lodi in villa quadam (V 2823 descripta et saec. XV exeunte et postea saepius).* — 1) *Tribunus militum fortasse fuit in Syria, quaestor provinciae Africae, cf. Plin. h. n. 15, 14, 47 et Borghesi opp. 7 p. 596.* — 2) *Fuit praetor peregrinus a. 27 (fast. Arv. ap. Henzen act. Arv. p. CCXLV).* — 3) *Consul fuit ordinarius a. 36.*

---

**946** Sex. Palpellio P. f. Vel. | Histro[1] | leg. Ti. Claudi Caesaris Aug., | procos., | pr., tr. pl.[2], Xvir. stl. iudic., tr. mil. | leg. XIIII Geminae, comiti | Ti. Caesaris Aug. dato ab divo Aug., | C. Precius Felix Neapolitanus | memor benefici.

*Polae (V 35 descripserunt Veneti duo, Sanutus a. 1483 et Ioh. Bembus a. 1505).* — 1) *Postea Palpellius Hister fuit consul suffectus (a. 43, C. VI 2015, Plin. h. n. 10, 35) et legatus Pannoniae (a. 50, Tac. a. 12, 29).* — 2) *Mentio quaesturae excidit.*

---

**947** Post. Mimisius C. f. Sardus[1] | tr. mil., q., aed. pl., pr., legatus | Ti. Caesaris Aug., procos., prae[*f.*] | frumenti dandi ex s. c.

*Tibure rep., est Romae in museo Vaticano (XIV 3598).* — 1) *Homo origine Umber Asisinas, cf. C. I 1412.*

---

**948** L. Antistio C. f. | Veteri pont., pr., | Xvir. stl. iud.[1], q. | Ti. Caesaris Augusti, | decuriones[1] et populus múnicipes Gabíní, | praefectura | Sex. Márci Teris et C. Váríni Canacis.

*Gabiis rep., nunc in insula maiore Balearium (XIV 2802 vidit Huebner).* — 1) *Nota decemviratum collocatum inter praeturam et quaesturam.*

---

**949** Paullo Aemilio | Paulli f. Pal. | Regillo[1] XVvir. sacris faciendis, | praefecto urb. | iuri dicundo[2], | quaestori | Ti. Caesaris Aug., | patrono.

*Sagunti (Murviedro) (II 3837 saepenumero descripta inde a saec. XV usque ad huius initium, quo periit).* — 1) *Homo praeterea ignotus, oriundus sine dubio ex antiqua Aemiliorum stirpe, teste ipso nomine (cf. Mommsen R. Forsch. I p. 55). De tribu Palatina Aemiliorum patriciorum (nam etiam Paullus Aemilius Lepidus consul a. u. c. 720 fuit tribu Aemilia) cf. Mommsen Sitzungsber. d. preuss. Akademie 1889 p. 967 not. 1.* — 2) *Scilicet feriarum Latinarum causa.*

---

**950** memoriae | Torquati Novelli P. f. | Attici[1] Xviri stlit. iud., | [*tr.*] mil. leg. I, trib. vexillar. | [*leg. q*]uattuor I V XX XXI[2], q., aed., | [*praet.*] ad hast., cur. loc. public., | [*leg. a*]d cens. accip. et dilect. et | [*proco*]s. provinciae Narbon., | [*in cui*]us honoris fine | [*annum*] agens XXXXIIII | [*For*]o Iulii decessit.

*Tibure olim, saec. XVI bis vel semel descripta (XIV 3602).* — 1) *Est Novellius Torquatus quem sub Tiberio vel paulo post Tiberium praetura et proconsulatu functum*

*esse scimus ex Plin. h. n. 14, 22, 144 (Borghesi opp. 5 p. 8).* — 2) *Quattuor legiones tendentes in Germania inferiore.*

---

**951** [*Paullus Fa*]bius Persicus ponti[*fex,* | *sodalis Aug*]ustális, fráter Arvál[*is*], | . . . . . . .[1]

*Ephesi rep. (III 6073. III S. 7429 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Consul a. 34, cf. Henzen act. Arv. p. 186.*

---

**952** [*Rub*]elliae | [*Bla*]ndi[1] f. Bassae | Octavi Laenatis, | Sergius Octavius | Laenas Pontianus[2] | aviae optimae.

*Tusculi rep. (XIV 2610 vidi ipse).* — 1) *Rubellius Blandus progener Tiberii Caesaris (Tac. ann. 6, 27).* — 2) *Consul ord. a. p. Chr. 131 (cf. Borghesi opp. 4 p. 489).*

---

**953** Antonia A. f. Furnilla Q. Marcii | Q. f., C. n., C. et Gemini Artori | pronepotis, Bareae Surae.[1]

*Romae rep. ad Tiberim a. 1880 (Bull. com. 1880 p. 136).* — 1) *Antonia Furnilla et maritus eius Q. Marcius Barea Sura parentes sine dubio fuerunt Marciae Furnillae, quam Titus postea imperator uxorem duxit nondum quaestorius (Suet. Tit. 4).*

---

**954** M. Licinius | M. f. Men. | Crassus Frugi[1] | pontif., pr. urb.[2], | cos.[3], leg. | Ti. Claudi Caesaris | Aug. Ge[*r*]manici | in M[*auretani*]a[4] . . . . . .

*Romae rep. ad viam Salariam una cum N. 240 (Bull. dell' Inst. 1885 p. 9).* — 1) *De hoc Crasso Frugi cf. Mommsen eph. 1 p. 145.* — 2) *Praetor urbanus fuit a. p. Chr. 24 (fast. Arv., ap. Henzen act. Arv. p. CCXVLIV).* — 3) *Consul fuit ordinarius a. 27.* — 4) *Supplevit Henzen, cogitans de una ex expeditionibus, quibus Mauretania imperio Romanorum subiecta est (quamvis inter duces earum Crassus non memoretur a Dione 60, 8. 9); eo bello parta esse videri priora ornamenta triumphalia Crassi, quae memorat Suet. Cl. 17.*

---

**955** Cn. Pomp[*eius*] | Crassi f. Men. Magnus[1] | pontif., quaest. | Ti. Claudi Caesaris Aug. | Germanici | soceri sui.

*Romae rep. ad viam Salariam una cum N. 240. 954 (Bull. dell' Inst. 1885 p. 9).* — 1) *Filius Licinii Crassi Frugi N. 954, frater Pisonis Liciniani N. 240.*

---

**956** dis | manibus | Liciniae, Crassi | Frugi pontificis f., | Magnae[1], | L. Pisonis pontificis uxor.[2]

*Romae olim in aedibus privatis, nunc in museo Vaticano (VI 1445; Ritschl tab. LXXXIXh).* — 1) *Filia Licinii Crassi Frugi N. 954.* — 2) *Maritus videtur L. Calpurnius Piso consul a. 57 (Mommsen eph. ep. 1 p. 148).*

---

**957** [*L. Iunius M.*] f. M. n. Sílanu[*s Torquatus*[1]]
[*honoratus an*]n. XVIII [*triumphalib. ornam.*[2],]
[*q., pr. inte*]r civis e[*t peregrinos*[3], *gener*]
[*Ti. Claudi C*]aesaris Augus[*ti*[4]].

*In agro Tusculano (XIV 2500 ter descripta saec. XVII/XVIII). Supplevit Mommsen eph. ep. 4 p. 63 et illustravit.* — 1) *Eiusdem est titulus Atheniensis C. I. Att. 3, 612.* — 2) *Cf. Tac. ann. 12, 3, Suet. Cl. 24, Dio 60, 31.* — 3) *Tac. ann. 12, 4* — 4) *Tac. ann. 12, 3. Suet. Cl. 24. 27.*

---

**958** Cornelia | Gaetúlici f.[1] | Gaetulica.

*Romae rep. in sepulcro Scipionum (cf. supra N. 1), est in museo Vaticano (VI 1392).* — 1) *Videtur significari Cn. Cornelius Lentulus Gaetulicus cos. a. p. Chr. 26.*

---

**959** M. Iunius Silanus | D. Silani f.[1]. Gaetulici | nepos[1], Cossi pron.[2], | Lutatius Catulus Xvir | stlitib. iudic., salius Collin., vixit | annis XX mensibus VIIII.

*Romae rep. in sepulcro Scipionum, est in museo Vaticano (VI 1439).* — 1) *Pater huius Silani Lutatii Catuli, D. Silanus, a Borghesio opp. 5, 215 creditur esse Gaetulicus cooptatus in collegium aliquod sacerdotale a. 63 (VI 2002, 12), avus Gaetulicus creditur ab eodem Cn. Cornelius Lentulus Gaetulicus cos. a. 26 (cf. ad N. 952), proavus Cossus Cornelius Lentulus cos. a. u. c. 753.*

---

**960** C. Pontilio | Fregellano | cos., patrono, | d. d. | publice.

*Salonis rep. a. 1885 (Bulič Bull. Dalmato 1886 p. 65).* — *Pontius (sic traditur) Fregellanus, quem narrat Tacitus ann. 6, 48, senatu motum a. 37, fortasse idem est, scilicet restitutus sub Caligula et ad consulatum provectus, certe eiusdem stirpis.*

---

**961** . . . . . . . . . . . o M. f. Ter. Celeri
. . . . . . [*Xvir. stli*]tibus iudican., q.
. . . . . . . . . . . . lli[1] cos.. legatus missus
. . . . . . . . . . . [c]um A. Plautio[2] in Apulia
. . . . [*ad servos to*]rquendos[3], aed. Cerialis.
. . [*leg.*] . . . . . . aunculi sui provincia
. . . . . *leg.* . . . . Camilli in provincia
. . . ., [*procos. pro*]vinciam Cretam et Cyrenas
[*obtinuit, legatus Ma*]rciani consobrini sui in provincia
[*Hispani*]a ulteriore

*In agro Allifano (IX 2335 vidit Mommsen).* — 1) *L. Rubellii, qui consul fuit a. 29, nomen supplevit Hirschfeld ap. Mommsen Staatsr. II[3] p. 1075 not. 3; ego propter v. 7 cogitaverim de Camillo aliquo (fortasse consule a. 32).* — 2) *Devictor Britanniae, consul suff. a. 29.* — 3) *Supplevit Mommsen; cf. Staatsr. l. c. (not. 1).*

---

**962** [*P. Memmio P. f.*] Regulo cos., procos.[1], legat. Augu[*storum*[2] . . . | . . . *fra*]tri Arvali, sanctissimo et iustissimo . . . . . | . . . patrono semper de se merito . . . . . | [*curante*] Potamone . . . . .

*Pergami (III S. 7090 Mommsen vidit ectypum).* — *De P. Memmio Regulo, consule suff. a. 31 p. Chr., cf. Henzen act. Arv. ind. p. 191.* — 1) *Proconsul Regulus fuisse videtur Asiae; id quod alibi non memoratur.* — 2) *Legatio intellegenda est Moesiae Macedoniae Achaiae, quam suscepit Regulus a. 36 (Dio 58, 25).*

---

**963** . . . . . [*Aesculapio?*] . . . . .[1] d. d.
[*q. prov. Cretae et Cyren*]arum, trib. pl..
. . . . . . . [*XVvir s*]acr. fac., sodalis
[*Augustalis*]. . . . . . . leg. Caésarum
[*D*]almatiáe et exercitús
[*Illyrici, procos.*] provinc. Asiae.

? A. D. Gen

*Epidauri in Peloponneso (III S. 7267 descr. Wolters). — 1) Nomen dedicantis periit. — Titulus scriptus est sine dubio sub Iuliis Claudiisve imperatoribus. De P. Memmio Regulo cogitavit Mommsen, qui supplementa adscripsit.*

---

**964** P. Plautius | Pulcher | triumphalis[1] filius, | augur, IIIvir a. a. a. f. f., q. | Ti. Caesaris Aug. V consulis[2] |, tr. pl., pr. ad aerar., comes Drusi fili | Germanici[3], avonculus Drusi | Ti. Claudi Caesaris Augusti fili | et ab eo censore[4] inter patricios | lectus, curator viarum sternendar. | a vicinis lectus ex auctoritate | Ti. Claudi Caesaris Augusti Germanici, | procos. provinciae Siciliae. |

Vibia Marsi f., | Laelia nata[5], | Pulchri.

*Prope Tibur ante sepulcrum Plautiorum (cf. ad N. 921), ter descripta saec. XV, dudum periit (XIV 3607). — Pertinet ad filium M. Plautii Silvani cos. a. 752. — 1) Triumphalis dicitur Silvanus pater Pulchri propter ornamenta triumphalia quae acceperat. — 2) A. 31 p. C. — 3) Ante a. 31, quo hic Drusus in vincula conieetus est. — 4) A. 48. — 5) Praeter patrem Vibiae, Vibium Marsum (consulem suff. a. p. Chr. 17, de quo cf. Henzen act. Arv. p. 200) adicitur etiam mater casu sexto, more Etrusco (Bormann).*

---

**965** M. Cusinius M. f. Vel. | aed. pl., aerario praef.[1], pr. |
M. Cusinius . . f. Vel. pater. |
Fictoria C. f. mater. |
Cusinia M. f. soror.

*In agro Tusculano (XIV 2604 bis descripta saec. XVII). — Optimae aetatis, cum cognomina absint. — 1) Videtur munus extraordinarium, non praefectura aerarii Saturni instituta a Nerone. Cf. Mommsen Staatsr. II[3] p. 558 not. 1.*

---

**966** . . [*Do*]mitio T. f. Vol. Decidio[1], | [*III*]viro capitali, | [*elect*]o a Ti. Claudio Caesare | [*Augus*]to Germanico qui primu[*s* | *quaes*]tor per triennium citra | [*sorte*]m praeesset aerario Saturni[2], | praetori.

*Romae (VI 1403 servavit Gutenstenius). — 1) Socer Agricolae (Tac. Agr. 6 cf. Borghesi opp. 4, 148). — 2) A. 44 (Tac. a. 13, 29. Dio 60, 24 cf. Mommsen Staatsr. II[3] 559).*

---

**967** L. Coiedio L. f. Ani. | Candido | tr. mil. leg. VIII Aug., IIIv. | capital., quaest. | Ti. Claud. Caes. Aug. Ger., | quaest. aer. Satur.[1], cur. tab. p.[2] | Hunc Ti. Cl. Caes. Aug. Germ. | revers. ex castr. don. m[*il.*] don.[3] | cor. aur. mur. val. hast. [*p*]ura, | eund. [*q.*] cum ha[*be*]r. inter suos q(uaestores), | eod(em) ann(o) [*e*]t a[*e*]r(arii) Sat(urni) q(uaestorem)[1] esse ius(sit). | Pub[*lice*].

*Suasae in Umbria (Bormann ungedruckte Inschr. p. 19). — 1) Cf. Mo. Staatsr. II[3] 559 n. 3. — 2) Cf. ib. p. 558. — 3) Dona militaria meruit tribunus militum legionis octavae Augustae, in Britannia ut videtur (cf. Henzen bull. dell' Inst. 1872 p. 100).*

---

**968** . . . . . . . . | Ma . . . . . o | a Ti. Cla[*u*]dio Caesare | Augus[*t*]o Germanico | censor[*e a*]dlecto in | senatum et inter | tribuni[*cio*]s relato | ab eodem, adscito in | numerum saliorum[1], | Salonia mater | filio [*pie*]ntissimo | viva fecit.

*Vicetiae (V 3117 vidit Mommsen). — 1) Sic excepit qui titulum saec. XVII descripsit Caldogni, . .* alioru . . *agnovit Mommsen. Offendit saliorum vocabulum nude usurpatum, cum aut Palatini aut Collini dici debuerint.*

---

**969** . . Martio L. f. Pom. | [*Mac*]ro[1] trib. mil. leg. II, IIIIvir. v[*iar.* | *cur., q.,*] aed. cur., pr., leg. Ti. Claudi Caes[*aris* | *Aug. pr.*] pr. provinc. Moesiae leg. IV Scyt[*hic.* | *et leg.*] V Maced.[2], procos. prov. Achai[*ae* | *citr*]a sor[*t*]em, ex d. d. p.

*Arretii (XI 1835 vidit Bormann). — 1) Nomen supplevit Borghesi opp. 5 p. 183, coniciens eundem Martium Macrum nominari apud Tac. hist. 2, 23. 35. 36. 71. — 2) De munere legati provinciae Moesiae et duarum legionum in ea tendentium dixit Domaszewski mus. Rhen. 1890 p. 1 seq.*

---

**970** A. Didius G[*allus le*]gatus [*Ti.*]
Claudi Caes[*aris*] Aug. Ger[*mani*]-
ci[1], tr[*i*]umphal[*ibus o*]rnamentis,
[*XVvir*] s. f., proco[*s*]. . . . . . e[2] et Sicilia[*e*],
. . . . . . . . . siae[3], pr[*aefectu*]s equitat.[4] . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . [*impe*]ratoris i[*ussu*]
[*dedit*][5]

*Olympiae rep. (III S. 7247 descr. Purgold). — 1) A. Didius Gallus sub Claudio, ante a. 49, copias Romanas duxit trans Danuvium (Tac. a. 12, 15) legatus ut videtur Moesiae, qua in legatione puto hunc titulum positum esse. Postea etiam factus est legatus Britanniae (Tac. ann. 12, 40 Agr. 14). — 2) Fuit* Asiae *vel* Africae. — 3) *Hoc loco Mo memoratam fuisse putat legationem Moesiae; sed potest hoc loco fuisse memoria quaesturae vel legationis provinciae Asiae. — 4) Supplevit Mo.; videtur Gallus militiam iniisse temporibus Augusti, sub quo adulescentes senatorii ordinis militiam auspicabantur non solum a tribunatu legionis, sed etiam a praefectura alae (cf. supra N. 911 not. 2). — 5) Supplevit Mo.*

---

**971** *ciu . . . . id . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
regi sac[*ror.*]. flam. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
patric., leg. Caesaris pro[*vinciae . . . . ., comiti divi*]
Claudi in Britannia, ad . . . . . . . . . . [*legato*] . . .
[*p*]ro pr. in Hiberia ad sel . . . . . . . . . . . . . .
ornamenta triumph . . . . . . . . . . . . . . . . . . .[1]

*Histonii (IX 2847 semel descripta saec. XVII, a Phoebonio). — 1) Videtur is, cui hic titulus positus est, missus a Claudio vel a Nerone in Hiberiam ad turbas in hoc regno ortas (cf. Tac. ann. 13, 37) componendas, postea ornamentis triumphalibus honoratus esse.* [*V. 5* sel . . . *fortasse supererat ex vocabulo* sedandas *(Mo.)*].

---

**972** C. Ummidio C. f. Ter. Durmio | Quadrato cos., XVvir. s. f., | leg. Ti. Caesaris Aug. prov. Lusit.[1], | leg. divi Claudi in Illyrico, eiusd. et | Neronis Caesaris Aug. in Syria[2], procos. | provinc. Cypri, q. divi Aug. et Ti. Caesaris | Aug.[3], aed. cur., pr. aer.[4], Xvir. stlit. iud., curat. | tabular. publicar., praef. frum. dandi ex s. c.

*Casini (X 5182 vidit Mommsen).* — 1) *A. 37 cf. supra N. 190.* — 2) *A. 51 seq. (Tac. a. 12, 45), in qua legatione defunctus est (Tac. a. 14, 26).* — 3) *A. p. Chr. 14.* — 4) *A. p. Chr. 18 (C. VI 1496).*

---

**973** P. Tebanus P. f. Quir. | Gavidius Latiaris[1] | quaestor | divi Claudii, tr. pl., pr., | per omnes honores | candidatus Augustor., | Feroniae.

*Prope Aquilam agri Amiternini, est Aquilae (IX 3602 vidit Dressel).* — 1) *Idem fortasse nominatur IX 4518. Notat Mommsenus ad l. c. nomina ex parte redire in filia Herodis Attici et Regillae Marcia Claudia Alcia Athenaide Gavidia Latiaria (Archäolog. Ztg. 1877 p. 103/4).*

---

**974** . . . . . . . [*trib.*] mil. leg. V Alaudae, | [*donis*] militarib. donató á Ti. Claudio [*Caes. Aug.*, | *q.*, *t*]r. pl., pr., testament. fieri iuss[*it*].

*In vico agri Vestinorum Capestrano (IX 3380 vidit Dressel).*

---

**975** M. Helvio L. f. Fal. | Gemino IIIvir. a. a. a. | f. f., salio Palatino, trib. | milit. leg. XVI Germaniae, | q. Caesaris, praet., leg. Maced. | pro pr., leg. Asiae pro praet., | adlecto inter patricios a | divo Claudio.

*Ephesi rep. (III 6074 Mommsen vidit ectypum).*

---

**976** L. [*A*]rru[*nti*]o L. f. S[*criboniano*][1], | Pompei Magni a[*bnepoti*], | Ani.[2], praef. urb.[3], au[*g.*], . . . . Prymness. et c. R. [*qui ibi nego*]|tiantur, cura[*m agente*] | C. Caecillio *(sic)* L. f. M . . . . . . . . . | Ὁ δῆμος καὶ ο[ἱ κατοικοῦν]|τες Ῥωμαῖοι Λε[ύκιον Ἀρρούν]|τιον Λευκίου υἱὸν, Ἀνι.,] | Πομπηίου Μ[άγνου ἀπόγο]|νον, Σκριβων[ιανὸν, ἔπαρ]|χον Ῥώμ(ης), αὔ[γουρα].

*In Asia in oppido Afiûn-Karahissar, prope rudera Prymnessi (III S. 7045 repperit Ramsay, ectypum vidit Mommsen).* — 1) *Homo praeterea ignotus (nisi ad eum pertinet fragmentum Romae rep., eph. ep. 4, 830:* . . . . . . Scribonianus, cos., augur., fetialis*); fuisse eum filium M. Furii Camilli Arruntii Scriboniani, qui consul fuit a. 32 et occisus est in Dalmatia a. 42, nuper coniecit Mommsen (C. III l. c.).* — 2) *Mira tribus commemorata hoc loco.* — 3) *Intellegitur praefectura urbis feriis Latinis.*

---

**977** [*T.*] Helvio T. f. Basilae | aed., pr., procos., | legato Caesaris Augus[*t.*][1], | qui Atinatibus HS ↈↈↈↈ[2] | legavit, ut liberis eorum | ex reditu, dum in aetate[*m*] | pervenirent, frumentu[*m*] | et postea sesterti[*a*] | singula millia darentur. | Procula filia posuit.

*Atinae (X 5056 vidit Mommsen). Eodem loco extat alter titulus eidem viro positus X 5057.* — 1) *Caesaris Augusti nudis vocabulis interdum etiam Claudius (VI 5559) et Nero (VI 8943) appellantur; horum alterum hic significatum esse puto, cum Procula filia Helvii Basilae uxor fuerit viri defuncti in flore aetatis a. 69 (infra N. 983).* — 2) *Sestertium quadringenta millia; ex hac summa, usuris quincuncibus (5 %), quotannis Atinatibus redire debebant sestertium vicena millia.*

---

**978** C. Iulio C. f. Cla. | Montano[1] | tr. mil. leg. V | Macedonicae, | praef. fabr.[2], Xvir. | stlitibus iudicand., | quaestori destinato, | Iulia C. f. Nobilis | patri.

*Rignani in agro Capenate (XI 3884, aliquoties descripta saec. XV et XVI). — 1) Videtur Iulius Montanus quem, honoribus destinatum, mori adactum esse a Nerone a. 56 narrat Tacitus 13, 25 cf. Suet. Ner. 26, Dio 61, 9 (monuit Hirschfeld C. l. c.). — 2) Cf. supra N. 937 not. 1.*

---

**979** . . . . . . | auguri, leg. pro | pr. exerc[*it.*] Germ. | infer., leg. pro pr. | provinciae Aqui tanicae, [*p*]raetori | . . . . . . .

*In agro Vasionensi (XII 1354 semel descripta). — Recte relatum est fragmentum a Reniero (revue de philol. 2 1878 p. 60) ad L. Duvium Avitum, quem ut legatum provinciae Aquitaniae memorat Plinius h. n. 34, 37, ut legatum Germaniae inferioris Tac. ann. 13, 54 seq. (sub a. 58). Consul suffectus fuit a. 56.*

---

**980** M. Arruntio | M. f. Ter. Aquilae | IIIviro a. a. a. f. f., | quaest. Caesaris, | trib. pl., pr., cos.[1], | XVviro sacr. fac., | filio.

*Patavii (V 2819 vidit Mommsen). — 1) Fortasse consul suffectus a. 66 (cf. act. fratr. Arv.).*

---

**981** C. Caesio T. f. Cl. | Apro, praef. coh. | Hispanor. equi|tatae[1], trib. milit., | quaestori pro pr. | Ponti et Bithyniae, | aedili pleb. Cer., pr., | legat. pro pr. pro|vinciae Sardiniae, | d. d.

*Sestini in Umbria (Bullett. Inst. arch. 1856 p. 141). — 1) C. Caesium Aprum cohorti secundae Hispanorum praefuisse a. p. Chr. 60 legitur in diplomate militari, quod infra repetivimus. Apparet Aprum post militiam equestrem ad senatorium ordinem transiisse.*

---

**982** Iovi o. m. | pro salute | et victoria L. | Vergini Rufi[1] | Pylades saltuar. | v. s.

*Rep. in regione dicta Brianza inter Mediolanium et lacum Larium (V 5702 vidit Mommsen). — 1) De L. Verginio Rufo cf. potissimum Plin. ep. 2, 1. Hic titulus scriptus est a. 68, quo tempore Rufus victo Vindice imperium credebatur capessiturus. Cf. Mommsen Herm. vol. 6 p. 127.*

---

**983** C. Dillio A. f. Ser. Voculae[1] trib. milit. leg. I, IIIIviro viarum curandar., q. provinc. Ponti et Bith[*y*]niae, trib. pl., pr., leg. in Germania[2] leg. XXII Primigeniae. Helvia T. f. Procula[3] uxor fecit.

*Romae, semel descripta ante saec. IX, quod exemplum referunt vetus codex Einsidlensis et ex simili codice Poggius (VI 1402). — 1) Cf. de eo Tac. hist. 4, 24—59. — 2) Non raro in titulis legatorum et tribunorum locus adicitur ubi legio tetendit (cf. N. 975. 986. 1039); sed hic fortasse is qui titulum scripsit admonere voluit legentes rerum a Dillio in Germania gestarum. — 3) Cf. N. 977.*

---

**984** . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

[*leg. divi Clau*]di pro pr. provin[*c. Moe*]-
[*siae*[1], *cur. census*] Gallici, praef. urb[*i*]
[*iterum.*[2] *Huic*] senatus auctór[*e*]
[*imp. Caes. Vesp*]asiáno fratre
[*clupeum po*]suit vádimon[*is*]
[*honoris cau*]sá dilatis, [*fu*]-

[*nus censorium*[3]] censuit, sta[*tuam*]
[*in foro divi*] Augusti [*ponen*]-
[*dam decrevit.*]

*Romae rep. in capite fori Romani (Bull. com. 1883 p. 224). Titulum pertinuisse ad Flavium Sabinum Vespasiani fratrem occisum Romae exeunte a. 69 apparet. Quomodo conceptus fuerit, ostendunt supplementa adiecta a Mommseno.* — 1) *Cf. Tac. hist. 3, 75.* — 2) *Cf. Tac. hist. 1, 46. 3, 75. Plut. Otho 5.* — 3) *Tac. hist. 4, 47.*

---

**985** . . [*Tampio F*]lavi[*ano*]
[*co*]s., procos. p[*rov.*]
[*Africae, leg. Au*]g. pro pr. Pann[*o*]-
[*ni*]arum
[*huic triu*]mphalia ornamen[*ta*]
. . . . . . . . . opsidibus a Tran[*sdanu*]-
[*vianis acceptis, lim*]itibus omnibus ex[*ploratis,*]
[*hostibus ad vectig*]alia praestanda [*adactis*]
. . . . . . . . . . . . . L. Tampius Rufus . . .

*Fundis (X 6225, vidit Mommsen; idem supplementa adscripsit).* — *Tampius Flavius memoratur a Tacito hist. 2, 86. 3, 4. 3, 10. 5, 26.*

---

**986** Ti. Plautio M. f. Ani.[1] | Silvanó Aeliano, | pontif.[2], sodali Aug., | IIIvir. a. a. a. f. f., q. Ti. Caesaris, | legat. leg. V[3] in Germaniá, | pr. urb., legat. et comiti Claud. | Caesaris in Brittannia[4], consuli[5], | procos. Asiae[6], legat. pro praet. Moesiae[7], | in qua plura quam centum mill. | ex numero Transdanuvianor. | ad praestanda tributa cum coniugib. | ac líberís et principibus aut régibus suís | tránsdúxit; mótum orientem Sarmatar. | compressit, quamvís parte magná[8] exercitús | ad expeditionem in Armeniam misisset; | ignótos ante aut infensos p. R. réges signa | Rómána adorátúros in ripam, quam tuebatur, | perduxit; régibus Bastarnárum et | Rhoxolánorum filios, Dácorum[9] fratrum | captos aut hostibus éreptos remisit; ab | aliquis eórum opsides accépit; per quem pácem | próvinciae et confirmavit et prótulit[10]; | Scythárum quoqué régem[11] a Cherrónensi, | quae est ultrá Borustenen[12], opsidióne summóto. | Primus ex ea próvincia magnó tritici modo | annónam p(opuli) R(omani) adlevavit. Hunc légátum in | in[13] Hispániam ad praéfectur. urbis remissum[14] | senatus in praéfectura triumphalibus | ornamentis honóravit, auctore imp. | Caesare Augusto Vespásiano, verbis ex | órátióne eius q(uae) i(nfra) s(cripta) s(unt): |

Moésiae ita praéfuit, ut non debuerit in | me differri[15] honor triumphálium eius | ornámentórum; nisi quod látior ei | contigit mora[16] titulus praéfecto urbis. |

Hunc in eadem praéfectúra urbis imp. Caesar | Aug. Vespásianus iterum cos. fécit.[17]

*Prope Tibur, ante mausoleum Plautiorum, cf. N. 921 (XIV 3608 vidi ipse). — Plautium Aelianum cum stirpe M. Plautii Silvani, qui mausoleum aedificavit, nescio quo modo coniunctum ex scriptoribus memorat solus Tacitus hist. 4, 53.* — 1) Ani. *vocabulum dudum periit, servatum apographis factis saec. XV.* — 2) *Cf. Tac. l. c.* — 3) *Significatur legio dicta Alaudarum.* — 4) *A. 43 et 44.* — 5) *Consul suffectus fuit a. 45 (X 825; Eph. ep. 3 p. 204).* — 6) *Proconsul Asiae videtur fuisse primis temporibus Neronis.* — 7) *Legatus Moesiae videtur fuisse et fines provinciae protulisse (cf. infra not. 10) a. 57, quo tempore Tyranos provinciae Moesiae accessisse constat (cf. supra N. 523 not. 8).* — 8) *Scr.* partem magnam *(aut paullo post* missa*). Pars exercitus missa in Armeniam aut legio quarta Scythica fuit initio ut videtur principatus Neronis, aut quinta Macedonica paullo ante a. 62 e Moesia in Armeniam translata.* — 9) *Cogitatione supplendum:* regi *(vel* regibus*); pro* fratrum *scr.* fratrem *(vel* fratres*).* — 10) *Dicere voluit qui haec scripsit, rebus illis gestis ab Aeliano et pacem provinciae confirmatam et fines prolatos esse.* — 11) *Scr.* rege *(aut paullo post* summovit*).* — 12) *Significatur Heraclea Chersonesus. De rebus ab Aeliano in Moesia gestis a Tacito ne verbum quidem fieri notabile est.* — 13) in *bis positum, errore quadratarii.* — 14) *Videtur significari, Aelianum missum in Hispaniam legatum pro praetore, revocatum esse ad praefecturam urbis.* — 15) *Notanda in oratione Vespasiani insectatio Neronis.* — 16) *Morâ (casu sexto).* — 17) *Iterum consul fuit suffectus a. 74 (tessera edita ab Henzeno ann. inst. arch. 1859 p. 5).*

---

**987** [*A. Larcio A. f. Lepido*[1] | *sevi*]r. equit. Rom., [*trib. mil. leg. .. Ad*]iut., Xvir. | [*st*]litib. iudic., quaes[*t. pr. p*]r. provinciae | [*C*]retae et Cyrenar[*um, leg. i*]mp. Vespasiani | [*C*]aesaris Aug. leg. X Freten[*s., donato*] donis mili-[*taribus* | *a*]b imp. Vespasiano Caesar[*e Augusto et*] T. Caesare Aug. f. | [*b*]ello Iudaico corona murali vallari aurea hastis puris | [*duab. v*]exillis duobus, tr. pl., leg. provinc. Ponti et Bithyniae, | [*C*]aecinia A. f. Larga uxor et | [*La*]rcia A. f. Priscilla filia fecerunt.

*Antii rep. saec. superiore (X 6659, solus descripsit Marinius).* — 1) *Supplevit Re[illegible] Iournal des savans 1867 p. 95 seq., item Mémoires de l'académie des inscrip-[illegible]t belles-lettres vol. 26, I (1867) p. 269—324, adhibito loco Iosephi bell. Iud. 6, 4, [illegible]bi inter duces a Tito Hierosolyma obsidente ad consilium convocatos nominatur [illegible]rcius Lepidus legatus legionis decimae.*

---

**988** . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

hic in omn[*ibus honoribus candidatus*]
Caesarum [*fuit*].
hunc imp. T. Caes[*ar Vespasianus*]
triumphaturus [*de Iudaeis donavit*]
coronis[1] muralib[*us II coronis vallaribus II*]
[c]oronis aure[*is II hastis puris . . . totidemque*]
vexill[*is*].

*Carthagine (Letaille gazette archéol. 1887 p. 60 cf. Schmidt mus. Rhen. 1889 p. 483).* — *Ad Sex. Vettulenum Cerealem, legatum legionis quintae Macedonicae bello Iudaico (Ioseph. b. Iud. 3, 7, 32. 6, 4, 3. 7, 6, 1 cf. 3, 7, 34. 4, 9, 9; Mo. Eph. ep. 4 p. 499), refert Schmidt, probabiliter.* — 1) *Dona militaria accepit non solita, sed duplicia, fortasse propter res antea gestas in Armenia, ubi legio quinta Macedonica paullo ante fuerat (vide N. 986 not. 8) (Mommsen).*

**989** [*C.*] Calpe[*tano*] | Rant[*io*] | Quirinal[*i* | *Va*]lerio P. f. Pomp. F[*esto*[1] | *IIII*]vir. viar. curand., t[*r. mil.* | *le*]g. VI Victr., quáestori, se[*viro* | *equ*]it. Romanor., tr. pleb., prae[*tori,* | *soda*]li August., leg. pro praet. ex[*ercit.* | *Afri*]cae[2], cos.[3], donato ab imper[*atore* | *hastis*] puris IIII vexillis IIII co[*ronis* | *IIII v*]allari murali classica a[*urea,* | *cura*]tori alvei Tiberis et ripa[*rum*[4], | *pon*]tif., leg. Aug. pro pr. provinc[*iae* | *Pan*]noniae[5] et provinc[*iae*] | Hispaniae[6], | patrono, | plebs urbana.

*Tergeste (V 531 vidit Mommsen).* — 1) *Homo notus etiam ex Tacito et Plinio, apud quos appellatur Valerius Festus, et compluribus aliis inscriptionibus (cf. infra).* — 2) *Legatus exercitus Africae fuit a. 69. 70 (Tac. hist. 2, 98. 4, 49. 50 cf. Plin. ep. 3, 7, 12).* — 3) *Consul suff. a. 71 (XIV 2242).* — 4) *A. 72/3 (VI 1238).* — 5) *A. 76 (titulus Carnuntinus arch. ep. Mitth. 5 p. 216).* — 6) *A. 79/80 (supra N. 254. C. II 4799. 4802. 4803. 4838. 4847).*

---

**990** Cn. Domitio[1] Sex. f. Volt. | Afro Titio Marcello | Curvio[2] Lucano | cos., procos. provinciae Africae[3], | legato eiusdem provinciae Tul[*li*] | fratris sui[4], septemviro epulonum, i[*tem?*][5] praetorio legato provinciae Afr[*i*]c[*ae*] | imp. Caesar. Aug.[6], praef. auxiliorum omnium | adversus Germanos[7], donato ab imp. Vespasiano Aug. et T. Caesar Aug. f.[8] coronis | murali vallari aureis[9] hastis puris III | vexillis III, adlecto inter patricios[10], praetori, | tr. pl., | quaest. propraetore provinciae Afric[*ae,* | *tr.*] mil. leg. V Alaud., IIIIvir. viarum curandar., patrono | optimo | d. d.

**991** [*Cn. Domitio*[1] *Sex. f. . . . . . . Curvio*[2] *Tullo cos., procos. provinciae Africae*[3]], fetiali, praef. au[*xilior. omnium*] adversus Germanos[7] — qui cum esset | candidatus Caesar. pr. desig., missus est ab | imp. Vespasiano Aug. legatus pro praetore ad | exercitum qui est in Africa[6] et apsens inter | praetorios relatus —, donato ab | [*im*]p. Vespasiano Aug. et Tito Caesare Aug. f.[8] coronis | murali vallari aureis[9] hastis puris III vexillis III, | adlecto inter patricios[10], tr. pl., quaest. Caesar. Aug., | [*t*]r. mil. leg. V Alaud., Xvir. stlitib. iudicandis, patrono optimo | d. d.

*Fulginiis in Umbria (XI 5210. 5211, vidit Bormann).* — 1) *Domitii Lucanus et Tullus fratres, noti ex Plinii epistulis (cf. Mo. ind. Plin. p. 409), Martiali, inscriptionibus operis fictilis (cf. Dressel C. XV p. 266 seq.).* — 2) *Curvii fratres dicuntur etiam a Martiali 5, 28, 3 (cum emendatione Friedlaenderi); id nomen iis videtur fuisse primum; Domitii dici coepti sunt cum hereditatem adissent Domitii Afri (Plin. ep. 8, 18, 5).* — 3) *Consules suffecti fuerunt aut Vespasiani extremis aut Titi aut primis Domitiani temporibus, proconsules Africae (nam Tullum quoque proconsulem Africae fuisse constat ex N. 990 cf. not. 4) sub Domitiano (ante a. 94, quo Lucani mortem recentem memorat Martialis 9, 51).* — 4) *Legatus provinciae Africae proconsulatu Tulli fratris Lucanus fortasse fuit eo anno qui insecutus est ipsius proconsulatum; similiter A. Vitellius fratri minori succedenti sibi in proconsulatu Africae factus est legatus (Suet. Vit. 5).* — 5) *Supplevit Bormann.* — 6) *Significatur legatio exercitus Africani a praetoriis administrari solita; Tullus tamen ad eam promotus est praetor designatus.* — 7) *Auxiliis exercitus Germanici fratres praefuerunt, postquam inter patricios adlecti sunt, id est non ante annum 73 (cf. not. 10); non recte igitur cogitavit Wilmanus de bello Civilis, recte*

*fortasse Bormann de expeditione Germanica memorata infra N. 997.* — 8) *Donis militaribus donati sunt fratres non antequam auxiliis exercitus Germanici praefuissent, sed postea, sine dubio propter operam praestitam in expeditione Germanica, Tullus reversus demum ex Africa. (Apparet hanc partem honorum fratrum scriptam esse non inverso ordine, ut reliqua, sed recto). Ceterum mirum est Vespasianum et Titum non dici divos, licet tituli positi sint sub Domitiano.* — 9) aureis *uterque titulus; expectaveris* aurea. — 10) *Inter patricios adlecti sunt a Vespasiano a. 73 vel 74, si recte creditur Vespasianus in censura tantum patricios creasse (Mo. Staatsr. II³ 1101 not. 4), certe non ante censuram susceptam a Vespasiano.*

---

**992** T. Clodio M. f. Fal.[1] | Eprio Marcello | cos. II[2], auguri, | curioni maximo, | sodali Augustali, | pr. per.[3], procos. | Asiae III[4], | provincia Cypros.

*Prope Capuam rep., est Neapoli in museo (X 3853).* — *De Eprio Marcello cf. Tac. ann. 16, 22 seq. hist. 4, 7 cet. dial. 5, 8, et ex recentioribus Borghesi opp. 3, 285 seq.* — 1) *Tribus Campanorum, unde Marcellus erat oriundus (Tac. dial. 8).* — 2) *Primum consulatum gessit sub Nerone, consul iterum fuit suffectus a. 74 (dipl. IX).* — 3) *Praetor peregrinus fuit a. 48 uno die, cf. Tac. ann. 12, 4.* — 4) *Proconsul Asiae videtur fuisse a. 70—73.*

---

**993** C. Helvidio | C. f. Arn. | Prisco.[1]

**994** Plautiae | Quinctiliae A. f. | P. Helvidi | Prisci, et | P. Helvidi Prisci.[2]

*In agro Romano ad viam Praenestinam XVIII millibus passum ab urbe, nunc Romae in museo Vaticano (XIV 2844. 2845; Huebner ex. scriptur. epigr. 315. 316).* — 1) *Tribus Arniensis argumento est fuisse hos homines ex eadem stirpe cum noto Helvidio Prisco praetore a. 70, occiso sub Vespasiano (Suet. Vesp. 15); eum enim fuisse tribu Arniensi, probabile est propter ea quae Tacitus hist. 4, 5 tradit de origine eius collata inscriptione IX 2999. Fieri potest ut hic C. Helvidius C. f. sit ipse Priscus praetor a. 70, honoribus omissis quod mortuus est in exilio.* — — 2) *Verba* et P. Helvidi Prisci *postea adiecta sunt; scilicet cum titulus positus esset Quinctiliae P. Helvidii Prisci uxori, postea, mariti quoque ossibus sub eo conditis, huius mentio addi debuit.*

---

**995** Flaviae T. [*f.*] | Sabinae | Caesenni Paeti.[1]

*In agri Romani vico Zagarolo (XIV 2830 ad exempla nonnulla facta saec. XVII).* — 1) *Caesennius Paetus potest fuisse is qui fuit consul a. 61 et mox Armeniae praepositus (Tac. ann. 15, 6 seq.), postea legatus Syriae sub Vespasiano (Ioseph b. Iud. 7, 3, 4. 7, 7, 1) et proconsul Asiae sub Domitiano (Lebas 3, 358. Eckhel 2, 519. 557 cf. Waddington fastes prov. Asiae n. 107) (si quidem hic non diversus fuit a consule a. 61). Uxorem Flaviam Sabinam fuisse ex stirpe Flaviorum qui regnaverunt ipsum nomen videtur ostendere.*

---

**996** M. Fabius | Fabullus[1] | trib. militum | leg. XIII Gem., | leg. Aug.[2] provinc. | Africae pr. pr., | leg. Aug. leg. XIII Gem., | sacr. Nym.

*Topliczae in agro Poetovionensi (III 4118) rep.* — 1) *Incertum num idem sit Fabius Fabullus qui caput Galbae circumtulit (Plut. Galb. 27), legatus legionis quintae Alaudarum eo ipso anno (Tac. hist. 3, 14).* — 2) Aug. *vocabulum Mommsenus adiectum credit errore; nam legatus Augusti pro praetore exercitus Africani vix potuit fieri Fabullus ante legationem legionis tertiae decimae Geminae.*

---

**997** Cn. Pinarius L. f. Pap. Cor[*nelius Clemens* . . . . . . . . . . .
legat. pro pr. exercitus qu[*i est in Germania sup., cur. aedium*
sacrarum locorumq. publ[*icorum* . . . . . . . . . . . . . . . . .
triumphalibus ornament[*is* . . . . . . . . . . . . . . . *ob res*
in Germa[*nia prospere gestas*

*Hispelli (XI 5274 vidit Bormann). — Cn. Pinarius Cornelius Clemens legatus Germaniae superioris fuit a. 74 (dipl. IX C. III p. 852; XII 113; cf. Zangemeister Westd. Zeitschr. III p. 249).*

---

**998** Cn. Pompeio | Collegae[1], | patrono co[*l.*], | d. d.

*Antiochiae in Pisidia (III S. 6817, descr. Sterrett).* — 1) *Legatus Galatiae sub Vespasiano testibus nummis Ancyranis et lapide miliario a. 75 (III 306).*

---

**999** P. [*G*]l[*iti*]o[1] P. f. . . . . . . ano cos., | IIIvir. a. a. a. [*f. f.*], sal. Palat.[2], | quaestor[*i T. C*]ae[*s*]aris[3], praetori[4], | flamini Augu[*stal*]i[5], hasta pura donato | per censuram[6] [*a*]b imp. Vespasiano | Ca[*e*]sare Aug. p.[7] et [*Ti*]to imp. Caesare | [*A*]ug. f.[8] Loc. public. dat. d. d.

*Faleriis, tabula in plures partes fracta (XI 5098 descr. Michaelis et Garrucci).* — 1) CL . . . IIO *apographum Michaelis; Glitii nomen ibi fuisse coniecit Garruccius, confirmat XI 5097.* — 2) *Igitur patricius fuit Glitius.* — 3) *Sic supplevit Mommsen cf. Staatsr. II³ p. 570 not. 2.* — 4) *Praetor factus est omisso tribunatu vel aedilitate, utpote patricius (not. 2); cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 555.* — 5) *Cf. Eph. ep. 3 p. 221 seq.* — 6) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 399 not. 3.* — 7) *Patre.* — 8) *Augusti filio.*

---

**1000** . . . . . . . . . [*T*]i. f. Pom. Firmo | . . . . . c., tr. mil. leg. IIII | [*Scyth*]ic., leg. Aug. Vesp., q. Aug., orn. | [*p*]raetoricis a senatu auctorib. | [*i*]mperatorib. Vesp. et Tito adlect.[1], | [*ab eisd. i*]mperator. d. d. coron. III aur. | [*mur.? classic*]a, hast. pur. III, praetor., | [*d.*] d.

*Arretii (XI 1834, descripsit Bormann).* — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 457 not. 1, p. 467 not. 1.*

---

**1001** . . . . . [*inter praetorios allecto* | *ab i*]m[*p. Cae*]s. V[*espasi*|*a*]no Aug. et Tito | imp. Aug. f., sacerdoti fe|tiali, praef. aerarii | militaris, cos. ex Afric[*a* | *p*]rimo[1]. Pactume[*i*]a Vev| . . . . m . . . mo . .

*Cirtae (VIII 7058, descripsit Delamare auctor accuratus).* — 1) *Titulum ad P. Pactumeium Frontonem cos. a. 80 (act. Arv.) refert Borghesi opp. 8 p. 559.*

---

**1002** [*P. Tullio Varroni*] | Xvir. stlitib. [*iudicand.*], | tr. mil. leg. VIII bis August.[1], | q. urbano, pro q. provinc. | Cretae et Cyrenarum, | aedili pl., pr., legato divi | Vespasiani leg. XIII Geminae, | procos. provinc. Macedoniae, | P. Tullius Varro[2] optimo patri.

*Viterbii (XI 3004 vidit Bormann).* — 1) *Si vere bis Augusta hic dicitur legio nona, illo tempore iterum appellatione Augustae ornata est. Factum id esse coniecit Bormann cum Nerone imperante in Moesia rem gereret contra Sarmatas et Roxolanos, quo tempore legatus eius Numisius Lupus consularibus ornamentis donatus est; cf. Tacitus hist. 1, 79. 3, 10.* — 2) *Eiusdem est titulus Tarquiniensis infra N. 1047 (unde etiam patri cognomen Varronis fuisse apparet).*

---

**1003** [*Sex. Appio*][1] Sex. filio Volt. | Severo | [*IIIIvir*]o viarum curandarum, | [*tribu*]no milit. leg. III Gallicae, | [*sodal*]i Titio, quaestori | [*T. Ves*]p. Caesaris Augusti fili, | patri piissimo, | [*Appia Sex.*][1] fil. Severa Ceioni Commodi.[2]

*Prope Romam rep. ad viam Cassiam, nunc in museo Vaticano (VI 1348 descr. Henzen). — 1) Nomina suppleta ex N. 1004. — 2) Intellege: uxor.*

---

**1004** Appiae Sex. f. Severae | Ceioni Commodi cos.[1]. | VIIvir. epulorum.

*Prope Romam rep. cum N. 1003 (VI 1349 vidit Henzen). — 1) Consul ordinarius a. 78.*

---

**1005** L. Funisuláno | L. f. Ani. Vettoniáno[1] | trib. mil. leg. VI Vict., quaes|tóri provinciaé Siciliaé, | trib. pléb., praet., leg. leg. IIII | Scythic.[2], práef. aerári Satur|ni, curatóri viae Aémiliae, cos., | VIIvir. epulónum, leg. pro pr. | próvinc. Delmatiae item pro|vinc. Pannoniae[3] item Moesiae | superioris, donato [*ab* | *imp. Domitiano Aug. Germani*|*co*][4] bello Dacico coronis IIII | murali vallári classica aurea | hastis puris IIII vexlis *(sic)* IIII, | patrono | d. d.

*In Croatia loco dicto Lukavecz, ibi prope ubi fuit Andautonia civitas Pannoniae superioris (III 4013 vidit Mommsen). — 1) Eiusdem alter extat titulus Foropopiliensis XI 571 sed mutilus et confusus. — 2) A. 62 (Tac. ann. 15, 7). — 3) A. 84. 85 (dipl. mil. III p. 855; Eph. ep. 5 p. 93). — 4) Haec erasa.*

---

**1006** . . . . eliae[1] | Appi Maximi | bis cos., | confectoris | belli Germanici.[2]

*Romae ante portam Flaminiam (VI 1347 ter quatterve descripta saec. XV/XVI). — 1)* . . . . eliae *(vel* . . . . lliae*) superest ex nomine uxoris Appii Maximi. — 2) Significatur seditio Antonii Saturnini legati Germaniae superioris a. 88 quam L. Appius Maximus Norbanus oppressit (Dio 67, 11). De Maximo cf. Mommsen ind. Plin. p. 401. Ex tegulis quibusdam nuper repertis in finibus Lingonum atque etiam in Aquitania, inscriptis* leg. VIII Aug. L. Appio leg., *videtur colligi posse eum ipsum postea factum esse legatum Germaniae superioris (Mommsen Herm. 19 p. 438).*

---

**1007** C. Rutilio Gallico[1] cos. II[2], | T. Flavius Scapula.

*Taurinis (V 6988 vidit Mommsen). — 1) Ad hunc Statius dedit carmen receptum in silvas 1, 4; memoratur etiam a Iuvenali 13, 157. Origine videtur fuisse Taurinensis (cf. Stat. l. c. v. 60). Sodalis Augustalis est cooptatus a. 68, defunctus a. 92 (VI 1984). Ad filium eius eiusdem nominis videtur spectare titulus Corfiniensis IX 3181. — 2) Consul bis fuit suffectus, nescimus quibus annis.*

---

**1008** Minicia[*e*] | L. f. Paetinae | uxori | Rutili Gallici | Leptitani[1] publice. |

*Taurinis (V 6990 vidit Mommsen). — 1) Gallicus in Africa videtur fuisse ad census accipiendos (Stat. silv. 1. 4, 84), unde explicatur Leptitanos uxori eius statuam posuisse (Borghesi).*

---

**1009** G. Bellicus Natalis Tebanianus cos.[1]
XV vir Flavia li um[2]

*Pisis in campo sancto, sarcophagus ornatus (XI 1430 vidit Bormann; Huebner ex. scriptur. epigr. 529). — 1) Consul suffectus a. 87 (act. Arv.). — 2) Tebanianus videtur fuisse quindecimvir sacris faciundis, et sodalis Flavialis (cf. Eph. ep. 3 p. 213 not. 1).*

---

**1010** A. Didius Gallus | [*F*]abricius Veiento[1] cos. | III[2], XVvir sacris faciend., | sodális Augustál., sod. Flavial., | sod. Titiális, et Attica eius, | Nemeton. v. s. l. m.[3]

*Moguntiaci rep., tabella aenea (Korrespondenzblatt der Westdeutschen Zeitschr f. Gesch. u. Kunst 1884 p. 86). — 1) Fabricius Veiento memoratur a Tacito ann. 14, 50, Dione 61, 6, Plinio ep. 9, 13, 13. 9, 19, 20 et ab aliis (cf. Mo. ind. Plin. p. 410 et Korrespondenzbl. l. c. p. 104). — 2) Tertium consulatum Veientoni a Traiano datum esse coniecit Mommsen, qui confert Plin. paneg. 61: des quam plurimis tertios consulatus. — 3) Moguntiacum venisse et Nemetonae sacrum fecisse Veientonem inter legatos, qui a. 97 Traiano in Germania superiore degenti nuntium attulerunt adoptionis, coniecit Mo.*

---

**1011** [*C. Salv*]io C. f. Vel. Liberali | [*Nonio*] Basso[1] cos., procos. provin|[*ciae* | *Ma*]cedoniae, legato Augustorum | [*iuridi*]c. Britann.[2], legato leg. V Maced., | [*fratri A*]rváli[3], allecto ab divo Vespasiano | [*et divo Ti*]to inter tribunicios, ab isdem | [*allecto*] inter praetorios, quinq. IIII, p. c.[4] Hic sorte | [*procos. fac*]tus provinciae Asiae se excusavit.

*Prope Urbem Salviam (Urbisaglia) rep. (IX 5533 vidit Mommsen). — 1) Cf. Borghesi opp. 3, 179; Mommsen ind. Plin.; Henzen act. fratr. Arv. p. 196. — 2) Supplevit Gsell mélanges d'archéologie de l'école fr. de Rome 8, 1888 p. 69 (cf. N. 1015). — 3) Memoratur in actis Arvalium ab anno 78 ad a. 101. — 4) Quinquennali quarto, patrono coloniae.*

---

**1012** Vitelliae | C. f. Rufillae[1] | C. Salvi Liberalis cos., | flamini[2] Salutis Aug., matri | optumae, | C. Salvius Vitellianus vivos.

*Urbisagliae (IX 5534 vidit Mommsen). — 1) Uxor eius qui praecedit. — 2) Expectaveris* flaminicae.

---

**1013** Herenniae M. f. | Helvidiae Aemilianae[1] | L. Claudi Proculi | Corneliani cos., | reginae suae, h. c.[2] posuit | Ti. Claudius Ti. f. Qui. | Liberalis Aebutianus[3] | equo publico, praef. fabr., | trib. mil. leg. III Cyrenaicae, | dec. Caes. cos. pr.[4], cum | Claudia Nectarea | uxore.

*Tibure rep. a. 1886 (XIV 4239 vidit Gatti). Titulus saeculo p. Chr. primo non, aut non multo recentior (cf. not. 3). — 1) Eidem mulieri positus est titulus Caralitanus X 7828. — 2) Honoris causa. — 3) Cum Aebutio Liberali, ad quem Seneca libros dedit de beneficiis, hic Claudius Liberalis Aebutianus aliqua parentela videtur fuisse coniunctus. — 4) Decurialis Caesarum consulum praetorum (cf. Mo. Staatsr. I³ 544 not. 3).*

---

**1014** Q. Pomponius P. [*f. R*]ufus cos., pont., so[*dalis . . . ., leg. Aug.*] pro pr. provinc[*iarum M*]oesiae, Da[*l*]mati[*ae*][1] . . . . . . .

*Lepti magna (VIII 15 cf. p. 979 non plus semel puto descripta).* — 1) *Legatus Dalmatiae fuit a. 93, Moesiae inferioris a. 99 (dipl. mil. C. III p. 859. 865).* — *Pomponius Rufus memoratus a Plinio ep. 3, 9, 33. 4, 9 fortasse idem est.*

---

**1015** C. Octavio | Tidio Tossia|no Iaoleno | Prisco[1], l. leg. IV Flav., leg. leg. III Aug., iuridic. provinc. Brittaniae, leg. | consulari provin[c.] Germ. superioris[2] |, legato consulari provinc. Syriae, | proconsuli provinc. Africae[3], pontifici | P. Mutilius P. f. Cla. [*C*]rispinus t. p. i.[4] | amico carissimo.

*Nadin, ubi fuit Nedinum Dalmatiae, rep. (III 2864 p. 1062 descripsit Glavinič).* — 1) *Est L. Iavolenus Priscus notus auctor iuris (Teuffel Lit. § 342, 3; Mommsen eph. ep. 5 p. 653).* — 2) *Germaniam superiorem rexit a. 90 (dipl. mil., Eph. ep. l. c.).* — 3) *Omissos esse honores urbanos omnes ipsumque consulatum, in eius vicem ad legationes Germaniae et Syriae adscriptum esse vocabulum consularis, notat Mommsen.* — 4) *Testamento poni iussit.*

---

**1016** T. Iúlio Sex. f. Volt. Maximo Ma .... | Broccho Serviliàn. A. Quadrón[*io*] | L. Servilio Vatiae Cassio Cam ... | lég. Aug. leg. IIII Fláviae, lég. Aug. leg. I Adiút[*r., leg. Aug.?*] | iúridico Hisp. citeriór. Tarracónéns., pr., a[*ed. cur.* (?), *q.*] | próvinciae Hisp. ulterióris Baeticae. don[*ato*] | bello Dácico corónis múrali et vallárí h[*asta pura*] | véxillo[1]. trib. míl. leg. V Macedonic., séviro [*equitum*] | Róm. turm. I, Xviro stlítibus iúdic[*andis,*] | Calagurritání | ex Hispánia citerióre patr[*ono*].

*Nemausi (XII 3167 vidit Hirschfeld).* — 1) *Dona haec accepit tribunus militum legionis quintae Macedonicae a Domitiano ut videtur, nam Traiani nomen enuntiaretur.*

---

**1017** ..... | P. f. Stel. Sosp[*i*]ti[1] | fetiali, leg. Aug. | pro pr. provinc. Gal. | Pisid. Phryg. Luc. Isaur. | Paphlag. Ponti Galat. | Ponti Polemoniani | Arm.[2], leg. leg. XIII Gem., | donat. don. militarib. | expedit. Suebic. et Sarm.[3] | cor. mur. cor. vall. cor. | aur. hast. pur. trib. ve|xill. trib., curat. colo|nior.[4] et municipior., prae. | frum. dand. ex s. c., praetori, | aed. curul., q. Cret. et C[*yr.*], | trib. leg. XXIII[5] Primigen., | IIIvir. a. a. a. f. f., | Thiasus lib.

*Antiochiae in Pisidia (III S. 6818 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Antea edebatur* So[ller]ti *titulusque putabatur esse Bellicii Sollertis infra N. 1031 aut patris eius.* — 2) *Galatiam cum regionibus finitimis Sospes rexit praetorius.* — 3) *Videtur intellegenda expeditio Suebica et Sarmatica Domitiani circa a. 90, cf. Mo. Hermae vol. 3, 115.* — 4) *Scr.* coloniar. — 5) *Scr.* XXII.

---

**1018** Sex. Quinctilio | Sex. f. Ani. Valerio | Maximo[1], lato clavo exornato a divo Aug. | Nerva, quaestori Ponti | et Bithyniae, patrono | coloniae, pontifici, II|viro, praef. fabrum, | IIviralib. et sacerd. ornam. honor. | d. d., | vic. X.[2]

*Alexandriae Troadis rep. (III 384 descr. Kiepert).* — 1) *Idem ut videtur Maximus, ad quem Plinius scripsit ep. 8, 24 (cf. § 7), unde apparet eum post hunc titulum*

*positum factum esse praetorem et missum in Achaiam ad ordinandum statum liberarum civitatium; idem memoratur ab Arriano diss. Epictet. 3, 7 (cf. Mo. Staatsr. II³ p. 857). — 2) Alexandriae vici numeris distincti erant (III 386); hunc lapidem posuit vicus decimus.*

---

**1019** . . . . [*misso a*] | divo Nerva ad agros dividendos[1], . . . . . . [*comiti imp.*] | Caesaris Nervae Traiani Aug. Germ. Dacic . . . . . . [*dum*] | exercitus suos circumit[2], leg. pro pr. provinc. Belgic[*ae, adlecto inter*] patricios ab imperatorib. divis Vespasiano et [*Tito*] . . . .

*Romae rep. saec. XVI (VI 1548 ad exemplum accuratum Metelli amicive eius). — 1) De agris divisis a Nerva Mommsenus confert Dionem 68, 2 et Plinium ep. 7, 31, 4. — 2) Iter quo Traianus exercitus suos circumiit, intellegitur a. 98, quo Traianus imperator factus in Germania inferiore inde per superiorem perrexit ad provincias Danuvianas et inde demum a. 99 ad urbem accessit (Mo.).*

---

**1020** . . . . . *legato* | *imper. Cae*[*s.*] *Nervae*[1] Aug. Germ. leg. XVI | *Flaviae Firmae et* legato imp. Nervae | *Traiani Caesaris* Aug. German, Dacici | *leg. VI F*[*e*]*r*[*rat*]*ae*[2], *so*dali Flaviali, praetori | *aerari militaris*[3], legato imp. Nervae | *Traiani Caesaris* Aug. Germanici Dacici | *provinciae Lugdu*nensis, consuli, legato | *imp. Nervae Traiani* Caesaris Aug. Germanic. | *Dacici ad cen*sus accipiendos, | *colonia Pia Flavia* Constans Emerita | [*Helv*]*etio*[*r*]*um*[4] foederata | *patro*no.

*Aventici (Mommsen inscr. Helv. 175 qui descripsit partem dimidiam, reliqua sumpsit ex apographo facto saec. XVI). — 1) Hic et per totum hunc titulum inclinatis expressi ea quae perierunt. — 2)* Firmae *traditur. — 3) Praetor aerarii militaris alibi non memoratur. — 4)* impia Aetiopum *traditur.*

---

**1021** [*Q. Glitio P.*] fil. Stel. | [*Atilio*] Agricolae | [*cos., VII*]viro epulon., | [*lega*]to pro praetor. | [*im*]p. Nervae Caes. Aug. | provinciae Belgicae, | legat. leg. VI Ferratae, | leg. citerioris Hispan.[1], | praetori, aedili cur[*ul.*], | q. divi Vespasiani, [*tr. mil.*] | leg. I Italic., Xv[*iro stlitib.*] | iudic., sev[*iro equitum*] | Roma[*norum*], . . . . .

**1021**[a] [*Q. Glitio*] P. f. Stel. | [*Atilio*] Agricolae, cos. II, | [*VII*]viro epulonum, sodali | Augustali Claudiali, legat. pro pr. | imp. Nervae Caes. Traian. Aug. Ger. Dacici | provinc. Pannon., donato ab eodem | bello Dacico donis militaribus corona | murali vallari classic. aurea hast. | puris IIII vexillis IIII, legato pro pr. | provinc. Belgic. divi Nervae, leg. | leg. VI Ferrat., leg. Hispan. c[*iterior.*][1], | praetori, [*aedili curuli, q.*] di[*vi Vespasiani, trib. mil. leg.* | *I Italicae, Xviro stlit. iud., seviro eq. R.*] . . . .

*Taurinis (V 6974. 6977 vidit Mommsen). — Eidem homini praeterea positi sunt Taurinis, unde fuit sine dubio oriundus (teste etiam tribu Stellatina) multi alii tituli, V 6975 seq. (ex quorum numero non minus quattuordecim, comminuti sane, servati sunt). Pars certe titulorum dedicata fuit a civitatibus provinciarum, quas Agricola rexerat (cf. C. V 6984 seq.). Titulus N. 1021 positus est imperante Nerva, sub quo fuit legatus provinciae Belgicae, N. 1021 a post secundum consulatum quem gessit a. 105 cum M.' Laberio Maximo (dipl. XXI, C. III p. 864). Post hunc titulum*

*positum pervenit etiam ad praefecturam urbis (V 6980). — 1) In Hispania fuit legatus iuridicus.*

---

**1022** . . . . . . . . . [*cum?*] imp. Caesar Nerva Traianus [*Aug. Germanicus*] | Dacicus gentem Dacor. et regem Decebalum | bello superavit; sub eodem duce leg. pro pr.[1], ab | eodem donato hastis puris VIII vexillis VIII coronis muralib. II vallarib. II classicis II | auratis II[2], leg. propr. provinciae Belgicae, leg. leg. I | Minerviae, candidato Caesaris in praetura | et in tribunatu pleb., quaestori provinciae | Achaiae, IIIIviro viarum curandarum. | Huic senatus auctore imp. Traiano Aug. | Germanico Dacico triumphalia ornament. | decrevit statuamq.[3] pecun. public. ponend. censuit.

*Romae, rep. esse dicitur in Caelio monte (VI 1444 vidit Henzen). — Ad Licinium Suram, amicum Traiani, qui fuit consul iterum a. 102, consul tertium a. 107, rettulit Borghesius opp. 5 p. 55 seq., probabiliter. — 1) Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 855 not. 5. — 2) Bis videtur donis donatus esse, scilicet post utrumque bellum Dacicum, nam ob expeditiones singulas IIII hastis IIII vexillis IIII coronis plura non dabantur. — 3) Cf. Dio 68, 15.*

---

**1023** . . . . . . . . . . . . . . . | potes . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | senatus supplicationes dis immortalib.. i[*psi aute*]m a[*u*]c[*tore*] | imp. Caes. Nerva Traiano Aug. Germ. Dacic. senatus ornament. | triumphal. decr. statuamq.[1] in foro Aug. ponendam censuit.

*Romae, fragmentum basis (VI 1386 ad exempla duo non optima saec. XVII). — Ad Cornelium Palmam, qui, cum esset legatus Syriae, a. fere 107 Arabiam ad imperium Romanum adiunxit, rettulit Borghesius ann. inst. 1846 p. 312, opp. 5 p. 31. — 1) Cf. Dio 68, 16.*

---

**1024** C. Iulio P. f. Hor . . . | Cornuto Tertul[*lo*][1] | cos.[2], proconsuli provinci[*ae Asiae*], | proconsuli provinciae Narbo[*nensis*], | legato pro praetore divi Traiani [*Parthici*] | provinciae Ponti et Bith[*yniae*][3], | eiusdem legato propr[*aetore*] | provinciae Aquitani[*ae*] c[*e*]nsu[*um*] | accipiendorum[4], cu[*ra*]to[*ri viae*] | Aemiliae, praefecto aerari Sa[*tu*]r[*ni*][5], | legato pro praetore provinc[*iae*] | Cretae et Cyrenarum, a[*dl*]e[*cto*] | inter praetorios a divis Ves[*pasiano*] | et Tito censoribus, aedili Ce[*riali*], | quaestori urbano, | ex testamento | C. Iulius Pla[*n*]cius[6] Varus Cornutus . . .

*In agro Romano prope vicum La Colonna (XIV 2925 semel descripta saec. superiore). — 1) Est Cornutus Tertullus saepe memoratus a Plinio iuniore (cf. Mommsen ind. Plin. p. 414). — 2) Consul fuit suff. a. 100 una cum Plinio. — 3) In hoc munere videtur fuisse successor Plinii cf. Mommsen Herm. 3 p. 97 not. — 4) Cf. Mo. Staatsr. II³ p. 1092 not. 3. — 5) Praefectus aerarii factus est a Nerva, una cum Plinio (Plin. ep. 5, 14, 5, paneg. 90). — 6)* Pl. Anicius *traditur (correxit Cichorius, cf. Tac. hist. 2, 65).*

---

**1025** L. Roscio M. f. Qui. | Aeliano Maecio | Celeri | cos.[1], procos. provinc. | Africae, pr., tr. pl., quaest. | Aug.[2], Xvir. stlitib. iudic., | trib. mil. leg. IX Hispan. | vexillarior. eiusdem | in expeditione Germanica[3], | donato ab imp. Aug. | militarib. donis corona | vallari et murali, vexillis |

argenteis II, hastis puris II, | salio[4], | C. Vecilius C. f. Pal. Probus | amico optimo. | L. d. s. c.[5]

*Tibure rep. (XIV 3612 descr. Henzen et Mommsen). — 1) Consul fuit suff. a. 100 (C. VI 451). — 2) Quaestor fuit Domitiani, cuius nomen hic et infra consulto tacetur. — 3) Praefuit vexillariis e legione nona Hispana ad expeditionem Germanicam deputatis. Intellegitur expeditio Domitiani in Chattos (cf. Mommsen hist. Rom. 5 p. 136). — 4) Salius fuit Tibure, ubi salii saepius memorantur. — 5) Locus datus senatus (Tiburtini) consulto.*

---

**1026** L. Iulio L. f. Fab. Marin[*o*] | Caecilio Simplici IIIIviro | viarum curandarum, tr. mil. | leg. IIII Scythicae, q. pro pr. pro|vinciae Macedoniae, aedili pleb., | praetori, leg. pro pr. provinciae Cypri, | leg. pro pr. provinciae Ponti et | Bithyniae proconsulatu patris sui, | curatori viae Tiburtinae, fratri Arvali[1], | leg. Aug. leg. XI C. p. f., leg. imp. Nervae Traiani | Aug. Germ. provincia *(sic)* Lyciae et | Pamphyliae[2], procos. provinciae Achaiae, | cos.[3]

*Prope Cures Sabinos rep., est Pisauri (IX 4965 vidit Bormann). — 1) Memoratur in actis fratrum Arvalium, a. 91 et a. 101 et in fragmentis incertis. — 2) Cf. C. I. Gr. 4238 c. — 3) Consul fuit cum L. Arruntio Stella suffectus (VI 1492) anno ut videtur 101 vel 102 (cf. Stobbe Philol. 26, 77; Mo. Herm. 3 p. 123).*

---

**1027** M. Eppuleio | Proculo L. f. | Claud. | Ti. Caepioni | Hisponi[1] cos., pont., | procos. provinc. Asiae | et Hispaniae Baeticae, | praef. aerari militar.

*Ravennae (XI 14 descripsit saec. XVI Accursius). — 1) Hic videtur esse Caepio Hispo memoratus a Plin. ep. 4, 9, 16 seq. Consul videtur fuisse c. a. 104 (Dig. 40, 5, 26, 7 cf. Mo. ind. Plin.). Eiusdem videtur esse titulus mutilus V 5813.*

---

**1028** Q. Licinio | Q. f. Silvano | Graniano | Quadronio | Proculo III|viro ad mo|netam, trib. | mil. leg. VI Vic. | p. f.[1], ex d. d.

*Baetulone prope Barcinonem (II 4609 descr. Huebner). — 1) Consul fuit postea suffectus a. 106 (VI 2016; X 5670).*

---

**1029** L. Min[*icius L. fil. Gal. Na*]talis[1] cos.[2], procos. | provinc. [*Africae, sodalis Augus*]tális, lég. Aug. pr. pr. divi Traiá|ni Par[*thici et imp. Traiani Ha*]driáni Aug.[3] provinc. Pan|nonia[*e . . . ., curator a*]lvei Tiberis et ripárum et | cloacar[*um urbis, leg. divi Tra*]iání Parthici leg. III Aug.[4], leg. di|vi Traia[*ni Parthici leg. . . . . . doni*]s donátus expeditióne Dácic[*a*] | prima a[*b eodem imperatore*] corónà vállári múráli aurea | has[*tis puris III vexillis III, l*]ég. pr. pr. provinc. Africae, pr., | trib. pl., q. p[*rov . . . . . . . . . ., IIIIvi*]r. viárum curandarum, et | L. Minicius L. f. [*Natalis Quadro*]nius Vérus f.[5], augur, trib. plébis | desig., q. Aug. et [*eodem tempore leg. p*]r. pr. patris provinc. Africae, tr. | mil. leg. I Adiut. p. f., l[*eg. XI Cl. p. f., leg. XIIII Ma*]rt. Vic., IIIvir monetalis a. a. a. f. f., | balineum c[*um port*]icibus solo suo et | du[*ctus aquae*] fécerunt.

*Barcinone (II 4509 et denuo paullo plenius, rep. a. 1879 novo frustulo, II S. 6145, descr. Huebner). — 1) Ad hunc L. Minicium Natalem pertinent praeterea titulus*

*urbanus, editus ab Huelseno Mitth. des arch. Inst. in Rom. 1888 p. 84, Africani VIII 2478. 4676, tegula incertae originis VIII 10962 = X 8045, 12.* — 2) *Consul fuit suffectus a. 106 (VI 2016; X 5670).* — 3) *A. 117.* — 4) *Legatus legionis tertiae Augustae fuit a. 104 vel 105 (VIII 2478).* — 5) *Filius (de hoc cf. N. 1061).*

---

**1030** d. m. | Miniciaé Marcellae | Fundaní f.[1] v. a. XII m. XI d. VII.

*Prope Romam rep. in colle Vaticano, ubi dicitur mons Marius (VI 16631 descr. Dressel).* — 1) *Huius puellae mortem deflet Plinius ep. 5, 16 anno 105 vel 106. Pater ei fuit Minicius Fundanus consul suff. a. 107, proconsul Asiae sub Hadriano (Euseb. h. eccl. 4, 9).*

---

**1031** Claudiae | Ti. f. | Marcellinae | Bellici Sollertis[1] | cos., | M. et Q. Hortensi | [*P*]aulinus et Firmus.

*Veronae (V 5338 vidit Mommsen).* — 1) *Extant tegulae inscriptae nominibus Claudiae Marcellinae et L. Bellici Sollertis (XV 934—936. 887). Sollers videtur idem esse qui memoratur a Plinio ep. 5, 4. Ex titulis Veronensibus C. V 5337. 5356 apparet eum filium fuisse Ti. Claudii Augustani et antea, scilicet ante quam adoptaretur a Bellicio quodam Sollerte, dictum fuisse Claudium Alpinum.*

---

**1032** . . . . . . . . . . .[1] | divi Traiani Aug. prov. | Britanniae, curat. aquar. | urbis, pr., trib. mil. leg. XII Ful|minat., salio Palat., quaest. Aug., curat. actorum sena|tus[2], adlecto inter patric. | ab divo Vespasiano, IIIvir. | a. a. a. f. f., | ex testamento Vettillae eius.

*Saepini in Samnio (IX 2456 vidit Dressel).* — 1) *Principium inscriptionis abrasum non ob memoriam viri damnatam, sed cum lapis nescio quo tempore in alios usus verteretur (Mo.). Inscriptionem Borghesi ann. inst. arch. 1852 p. 20 = opp. 5 p. 359 probabiliter tribuit L. Neratio Marcello, quem legatum sub Traiano (a. 103) Britanniae fuisse constat (dipl. mil., C. III p. 864) et cuius fratri Prisco item Saepini positi sunt tituli N. 1033. 1034; consul iterum ordinarius fuit a. 129. Ab eodem videtur Saepini dedicatus esse a. 130 Hadriano titulus, cuius fragmentum est Eph. ep. 8, 108.* — 2) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 901.*

---

**1033** L. Neratio L. f. | Vol. Prisco[1] | praef. aer. Sat., cos., | leg. pr. pr. in prov. | Pannonia, | scribae quaéstori | et munere functi, | patrono.

**1034** L. Neratius L. f. [*Vol. Priscus*[1]]
praef. aer. Sat., cos., l[*eg. pr. pr. prov.*]
Pannonia.
L. Neratius L. f. Vol. Pr[*iscus? f., cos.*]
VIIvir. epul., leg. Aug. pr. pr. P[*annonia*]
inferiore et Pannonia [*superiore.*]

*Saepini in Samnio (IX 2454. 2455 vidit Mommsen).* — 1) *Est Neratius Priscus auctor iuris (cf. Teuffel hist. litt. § 342, 1) et consiliarius Traiani (Dig. 37, 12, 5) et Hadriani (vita c. 4). Legatus Pannoniae fuit ante provinciam divisam, id est ante annum 107, fortasse a. 98 (cf. Borghesi ann. inst. 1852 p. 9 = opp. 5, 349).*

---

**1035** Q. Roscio Sex. f. | Quir. Coelio Murenae | Silio Deciano Vibullo[1] | Pio Iulio Eurycli Herclano | Pompeio Falconi cos., | XVvir. s. f., procos. provinc. Asiae, leg. pr. pr. | imp. Caes. Traiani Hadriani Aug.

provinc. | Brittanniae, leg. pr. pr. imp. Caes. Nervae | Traiani Aug. Germanici Dacici[2] | [*pr*]ovinc. Moesiae inferior., curatori | [*via*]e Traianae et[3] leg. Aug. pr. pr. provinc. | [*Iudaeae e*]t leg. X Fret., leg. pr. pr. prov. Lyciae | [*et Pamphyl*]iae, leg. leg. V Macedonic. | [*bello Dacico, donis militari*]bus donato | . . . . . . . . . . . . . . . a | . . . . . . . .

*Prope Tarracinam rep., est Romae (X 6321 vidit Henzen).* — 1) *Scr.* Vibullio. — 2) *Expectaveris* divi Traiani. — 3) et *interpositum contra usum.*

**1036** Q. Roscio Sex. f. Qui. Coelio Po[*m*|*p*]eio Falconi decemviro stli[*tibu*]s iudicandis, trib. mil. leg. X F[*ret.*, | *q*]uaestori, trib. pleb., pr. inter civ[*es* | *et*] peregrinos, leg. Aug. leg. V Maced., | [*le*]g. Aug. pr. pr. provin. Lyciae et Pam|[*ph*]yliae, leg. Aug. leg. X Fret. et leg. pr. pr. | [*pr*]ovinciae Iudaeae consularis[1], | XVviro sacris faciundis, curator. | viae Traianae, leg. Aug. pr. pr. prov. | Moes. inf. *Πομπέιον Φάλκονα* | *Αὖλος Λαβέριος Καμερῖνος καὶ* | *Λαβέριος Καμερῖνος υἱὸς αὐτοῦ* | *ἑκατοντάρχης λεγ. ε' Μακεδονικῆς,* | *τὸν ἴδιον φίλον καὶ εὐεργέτην, ἐκ τοῦ* | *ἰδίου, τειμῆς ἕνεκεν.*

*In Cilicia ad rivum Pyramum loco dicto Budrum, ubi fuit Hierapolis Castabala (Hicks Journal of hell. studies 1890 p. 253).* — 1) *Merus error videtur quadratarii scribendis Latinis titulis vix adsueti; debuit esse omnino* cos.

*Q. Pompeius Falco (sic plerumque appellatur) amicus fuit Plinii iunioris (Plin. ep. 1, 23. 4, 27. 7, 22. 9, 15) et imp. Antonini (Fronto ad Marc. 2, 11) cf. Mommsen ind. Plin. p. 422. Nomina Roscii Coelii sumpsisse videtur a M. Roscio Coelio, qui fuit legatus legionis vicesimae a. 69 (Tac. hist. 1, 60) et consul suffectus a. 81 (act. Arv.), nomina Iulii Euryclis Herclani a C. Iulio Eurycle Herclano, ad quem hominem ex nobili stirpe Spartana oriundum, pertinent tituli Lebas 2, 245 b, C. I. Gr. 1306, Vibullii Pii nomina communia habuit cum consule anni 137 (infra N. 1063). Titulus N. 1035 honores Falconis recenset ordine solito id est inverso, N. 1036 ordine recto. Tribunus plebis (cf. Plin. ep. 1, 23) fuit Falco a. 97 vel paullo post, legatus Iudaeae (quo spectare videtur epistula Plinii 7, 22) circa a. 107, si recte Mommsenus (Herm. vol. 3 p. 36. 51) statuit de tempore epistularum Plinianarum; legatum Moesiae inferioris fuisse eum a. 116 exeunte vel a. 117 apparet ex titulo Tomitano III S. 7537. Titulum uxoris habes N. 1037, titulos filii infra N. 1104. 1106.*

---

**1037** Sossiae Póllae[1] Pompeius | Falcó procós. Asiae | sanctissimae uxori.

*In insula Samo (III S. 7163 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Uxor eius qui praecedit, filia Q. Sossii Senecionis consulis a. 99 et 107 (cf. infra N. 1105).*

---

**1038** . . nio[1] L. f. Stel. | Gallo Vecilio | Crispino Mansuanio | Marcellino Numisio | [*S*]abino leg. Aug. pro pr. | provinciar. Galatiae Pisid. [*P*]aphlagoniae, sodali Flaviali, procos. prov. Sard., | leg. legionum I Italicae et | [*I*]I Traianae Fortis[2], praef. frum. | dandi, curatori viar. Clodiae | Cassiae Anniae Ciminiae Tra|ianae novae, praetori, trib. pl., | quaestori provinc. Ponti et | [*B*]ithyniae, leg. Asiae, IIIvir. capital., | [*trib.*] milit. leg. XXI Rapacis.[3]

*Antiochiae in Pisidia (III S. 6813 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Gentilicium videtur fuisse Nonius aut Annius.* — 2) *Legio secunda Traiana fortis non multum*

*postquam instituta est, certe iam anno 109, tendens in Aegypto, ab equitibus Romanis praefectorum vocabulo regebatur, non a legatis. Hunc Gallum praefuisse ei crediderim primis eius temporibus, ante annum 109.* — 3) *Certa mentio legionis XXI Rapacis non superest post Domitianum, creduntque eam dimissam esse post rebellionem Antonii Saturnini (cf. Marquardt Staatsverw. II² p. 450 not. 8). Hoc si verum est, tribunus militum Gallus fuit ante annum 92, plerosque honores adeptus est sub Traiano.*

**1039** .......... | leg. Aug. pro pr. provinc. Galat. Phryg. | Pisid. Lycaon. Paphlag., item ad census Pa|phlag.[1], leg. leg. I M. p. f. in Germ. infer., praeto|ri candidato imp. Traiani Aug. Germ. Da|cici Parth.[2], trib. pleb. candid. eiusdem, [*XV*]|vir. sac. fac., ad acta senatus[3], q., V[*Ivir*] | eq. R., trib. leg. XXII P. p. f., Xvir. stli[*tib. iudi*]|candis | et[4] .......

*Antiochiae in Pisidia (III S. 6819, descripsit Ramsay).* — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ 1092 not. 5.* — 2) *Ita Traianus appellabatur a. 116 et 117 (cf. supra N. 297), unde de tempore tituli positi constat.* — 3) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 901.* — 4) *Periisse videtur nomen alicuius una cum hoc honorati.*

**1040** C. Iulio M. f. Volt. | Proculo cos., XVvir. | sacris faciundis, fetiali, cur. | operum publicorum, leg. Aug. | p. p. ad census[1] provinciae Lug|dunensis, leg. Aug. p. p. region. | Transpadanae[2], legato leg. VI Ferrat., praet., trib. pl., ab actis | imp. Traiani Aug., tr. leg. IIII Scy|thic., q. Augustor., IIIviro a. a. a. f. f., | Antiates publice | patrono.

*Antii (X 6658 vidi ipse).* — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 1092 not. 5.* — 2) *Cf. Mommsen Eph. ep. 7 p. 397 not. 7.*

**1041** C. Atilio Cn. f. .... | ....... o[1] Iuliano Cl. R[*ufi*]no | cos. II, procos. provinc. | Afr[*ic*]ae, | leg. Aug. pr. p[*r. provi*]nciae Syriae et pro|vinciae Cappad[*ociae*] et Armeniae maior. | et minor.[2], VIIvir. epu[*lon., d*]onis militaribus | donato a divo Tra[*iano*] corona mur[*ali*] | vallari navali[3] h[*astis puris IIII vexill*]is IIII, pr. urb., | praef. aerarii Sat[*urni, praef. aerar. m*]ilitar.[4], leg. | [*leg. . . Ge*]m. p. f., cu[*r. viar.* .....]iae, praef. | [*frumenti*] dandi e[*x s. c., seviro eq. Rom. turm*]ae II, | [*trib. pl., qua*]est[*ori pro pr. provinciae*] Asiae.

*Antii (X 8291 descripsit de Rossi).* — 1) *Hic Cuspii nomen suppleverunt Rossius et Mommsenus, titulum pertinere putantes ad Cuspium Rufinum, qui fuit consul a. 142. Sed hic Cuspius (ut ipse monuit Mo.) a. 142 non iterum consul videtur fuisse, sed primum.* — 2) *Legatus Cappadociae et Armeniarum duarum fuit sub finem regni Traiani, cum Armenia maior in provinciam redacta esset.* — 3) *Desiderari mentionem coronae aureae notat Mo.* — 4) *Praetura si refertur loco suo Atilius praefectura aerarii Saturni et praefectura aerarii militaris functus est ante praeturam; quod vix credi potest. Potius statuendum cum Henzeno (X p. 1018) praeturam relatam esse loco non suo.*

**1042** Senecioni | Memmio Gal. | Afro cos.[1], proc. | Sicil., leg. pr. pr. | provinc. Aquitan., | L. Memmius Tuscillus | Senecio | patri optumo.

*Tibure (XIV 3597 descripsi).* — 1) *Senecio Memmius Afer consul suffectus fuit sub Traiano (C. XIV 2243 v. 5).*

**1043** Cn. Pinario Cn. f. . . . . . . . .
Severo consuli, auguri, regi sa[*crorum, praet., quaest. cand.*] imp. Caesaris Nervae Traiani Aug., salio Col[*lino*] . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Cornelia Manli . . . . . . . .

*Tibure rep., nunc Romae (XIV 3604 descr. Henzen).*

---

**1044** P. Manilio P. f. | Gal. Vopisco | Vicinillian[*o*] | L. Elufrio Severo Iul[*io*] | Quadrato Basso cos.[1], | pontif., flamin.[2], praet.[3], | quaestori divi Traiani | Parthici, trib. mil. leg. | IIII Scythic., IIIvir. a. a. a. | f. f., salio Collino, curat. | fani Herc. Vict.[4], | N. Prosius Platanu[*s*] | cum Manilia Eutych[*ia*] | uxore et Vibia Vicinill[*a*] | et Manilis | Vopisciano et Attico libe[*ris*] | suis.

*Tibure rep. a. 1887 (XIV 4242 vidit Hirschfeld).* — 1) *Consul ordinarius a. p. C. 114 (XI 3614, ubi dicitur P. Manilius Vopiscus), filius puto Manilii Vopisci, cuius villam Tiburtinam Statius carmine III libri I silvarum descripsit, villaeque illius heres.* — 2) *Praeter usum omissum Dialis (vel Martialis vel Quirinalis) vocabulum.* — 3) *Ad praeturam pervenit ex quaestura, utpote patricius (cf. supra N. 999 not. 4).* — 4) *Curator fani Herculis Victoris fuit Tibure.*

---

**1045** Q. Caecilio Q. f. | Arn. Marcello[1] | q. prov. Narbonesis, | tr. pl., pr., in utroq. | honore candidato | divi Traiani Aug., leg. | pro pr. prov. Narbon. et | prov. Baeticae, procos. | prov. Siciliae.

*In agro Tusculano (XIV 2498 aliquoties descripta saec. XVI).* — 1) *Titulus filii est infra N. 1096.*

---

**1046** [*D. Te*]rentio | Gentiano[1] | trib. militum, | quaestori, trib. pl., pr., | leg. Aug., consuli, ponti[*f.*], | cens. provinc. Mace[*d.*][2], | colonia Ulpia Tra[*ian.*] | Aug. Dac. Sarmizege[*tusa*] | patrono.

*Ex ruderibus Sarmizegetusae sine dubio prodiit saec. sup., mox periit (III 1463 descr. Ariostus auctor accuratus).* — 1) *Idem ut videtur Terentius Gentianus cui rescripsit Hadrianus (coll. leg. Mos. et Rom. 13, 3, 1). Praenomen supplevi ex N. 1046 a.* — 2) *Cf. Mo. Staatsr. II³ p. 1092.*

**1046 a** vidi Pyramidas sine te, dulcissime frater,
et tibi, quod potui, lacrimas hic moesta profudi,
et nostri memorem luctus hanc sculpo querelam.
Sit nomen Decimi [*G*]entia[*n*]i[1] pyramide alta,
pontificis comitisque tuis, Traiane, triumphis,
lustra sex intra censoris[2], consulis, esse[3]
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*In Aegypto, in pyramidum una (III 21 p. 967 = III S. 6625 descripta a peregrinatore quodam saec. XIII). Titulus incisus vel scariphatus a sorore eiusdem D. Terentii Gentiani, cum Aegyptum lustraret (cf. Friedlaender Sittengesch. II⁵ p. 244).* — 1) Centianni *traditur.* — 2) *Significatur munus censitoris provinciae Macedoniae.* — 3) esse *corruptum; deinde non pauca deesse apparet.*

---

**1047** P. Tullio | Varronis fil. | Stel. Varroni[1] cos., | auguri, procos. provinc. | Africae, leg. Aug. pro pr. | Moesiae superior., curat. | alve

Tiberis et riparum | et cloacarum urbis, praef. | aerari Saturn., procos. prov. | Baeticae ulterioris Hispa|niae, leg. leg. XII Fulminatae | et VI Victricis p. f., | praetori, aedil. Ceriali, | quaestori urb., tribuno | milit. leg. XVI Fl., Xviro stlitibus | iudicand., praetori Etruriae, quin|quennali Tarquinis, | P. Tullius Callistio | posuit.

*Tarquiniis (XI 3364 vidit Bormann). — 1) Idem sine dubio, qui patri posuit titulum supra N. 1002. Memoratur etiam XI 3366. Filii titulum habes infra N. 1081.*

---

**1048** L. Aemilio M. f. Vol. | Honóráto | IIIvir. capitálí, q. pró pr. | próvinc. Ponti et Bithyniae, | lég. eiusdem próvinc.[1], aed. pléb., pr., | praef. frumenti dandí ex s. c., | sacerdótí fetiáli, prócos. próvinc. | Crétae et Cyrénárum. | Hic hós honórés benefició optumi princip.[2] | matúrius quam per annós permitti solet, | gessit.

*Nemausi (XII 3164 descripsit Hirschfeld). — 1) Legatus fuit proconsulis Ponti et Bithyniae; a proconsulibus Bithynia regebatur non solum usque ad tempora Traiani (cf. Marquardt Staatsr. I² p. 352) sed etiam aliquando sub Antonino Pio (cf. infra ad N. 1079 not. 1). — 2) Significari Traianum (cf. Hirschfeld l. c.) non est certum.*

---

**1049** Ser. Cornelio | Ser. f. P. nep. P. pro|nep. P. abnepoti | Dolabellae Meti|liano Pompeio Mar|cello[1] IIIvir. a. a. a. f. f., | salio Palat., quaestori | divi Traiani Parthici, | sevir. equit. Rom. turm. | III, pr., cos., flam. Quir., | Corfinienses publice | patrono.

*Corfinii (IX 3154 vidit Dressel). — 1) Ad eundem pertinet fragmentum item Corfiniense IX 3155.*

---

**1050** . . . . . cius T. f. Cl. Dexter Augus[*tanus* | *Alpin*]us Bellicius Sollers Metilius . . . . | . . . . us Rutilianus[1] Xvir. stlit. [*iudican*]dis, trib. mil. leg. III Aug., [*sevir. eq.* | *turm*]a[*r.*], VIIvir. epulon., sodalis . . . . . *quaest*]or, trib. plebis, praetor fideico[*missar.*, *leg. le*]g. III Scythicae, leg. Aug. pr. pr. pro[*vinciae*] | Ciliciae.

[Εἴτε Σ]εληναίην εἴτ᾽ Ἄρτεμι[ν | εἴτε σ]ὲ, δαῖμον,
πύρφορον [ἐν | τρι]όδῳ τὴν σεβόμεσθ᾽, Ἑκ[άτη]ν,
εἴτε [Κ]ύπριν Θήβης λαὸ[ς] | θυεέσσι γεραίρει
[ἢ] Δηὼ, Κού|ρας μητέρα Φερσεφόνης[2],
κλῦ|θι, καὶ ἡγεμονῆα τεὸν σῶόν τε | φύλασσε
καὶ κλεινὴν ὕπατον | πέμψον ἐς Εἰταλίην.
Λεύκιος εἰητὴ[ρ] | τόδε σοὶ βρέτας οὗ ἑτάροιο
Δέξ|τρου καὶ τούτους ὀκτὼ ἔδωκε | τύπους.

*In Cilicia ibi ubi N. 1036, in ruderibus Hieropolis Castabalae (Journal of hell. studies 1890 p. 251, Hicks descripsit ectypum). — 1) Propter nomina, quorum partem traxit ab homine aetatis Traianae supra N. 1031 communemque habuit, ut monuit Hicks, cum consule a. 169 (infra N. 1104), videtur hic Dexter Rutilianus vixisse temporibus Hadriani vel Antoninorum; Rutilianus praeses nescio cuius provinciae a. 215 (cod. Iust. 9, 43, 1; cf. Mommsen Zeitschr. d. Savignystift f. Rechtsg. 1891 p. 149 sep.), vix idem fuit. — 2) Restituerunt Kaibel et Wilamowitz (v. 2. 3*

*traditur Εκ.. πνει τε σν πριν, v. 3. 4 γεραιρειν): Θήβης λαός videntur dici Cilices cf. Strabo 14, 5, 21 p. 676.*

**1051** L. Fulvio C. fil. Popin. | Aburnio Valenti[1] | pontifici, praefect. | urbi feriarum Latinar. | facto ab | imp. Hadriano Aug. II cos.[2], | IIIviro a. a. a. f. f., quaest. Aug., | tribuno plebis designato | candidato Aug., | eq. publ.[3] | c. i.[4] | d. d.

*Romae nunc Florentiae (VI 1421 vidit Henzen).* — 1) *Videtur esse Aburnius Valens auctor iuris, ex cuius libris fidei commissorum complura recepta sunt in Digesta (cf. Teuffel hist. litt. § 350, 4).* — 2) *A. 118.* — 3) *Cf. Mommsen Staatsr. III p. 470 not. 4.* — 4) *Clarissimo iuveni (videtur postea additum).*

**1052** A. Platorio A. f. | Serg. Nepoti | Aponio Italico | Maniliano | C. Licinio Pollioni | cos., auguri, legat. Aug. | pro praet. provinc. Bri|tanniae[1], leg. pro pr. pro|vinc. German. inferior., | leg. pro pr. provinc. Thrac., | leg. legion. I Adiutricis, | quaest. provinc. Maced., | curat. viarum Cassiae Clodiae Ciminiae novae | Traianae, candidato divi | Traiani[2], trib. mil. leg. XXII | Primigen. p. f., praet., trib. | pleb., IIIvir. capitali, | patrono | d. d.

*Aquileiae rep. (V 877 vidit Mommsen).* — *Consul fuit Platorius Nepos a. 119 (Henzen act. Arv. p. CLV), ut amicus Hadriani memoratur vit. Hadr. 4. 23.* — 1) *A. 124 (dipl. mil. XXX).* — 2) *Apparet haec verba loco suo mota esse. Ceterum totus ordo honorum minorum in hoc titulo perturbatus est.*

**1053** P. Metilio P. f. Cla. Secundo Pon . . . . .[1] [*cos.*][2], | fratri Arvali[3], leg. Augusti pro [*pr.*] . . . . ., | curatori operum locorumq. public., [*legato*] | imp. Caesaris Traiani Hadriani Aug. [*pro pr.*] | leg. III Aug. et exercitus Africani[4], leg[*ato*] | Aug. leg. [X]I Cla. p. et f., pr[*a*]eto[*r*]i, trib. [*pleb., quaest.*] | imp. Caesaris Nervae Traiani Aug. G[*e*]rmanic[*i Dacici*], | seviro equitum Romano[*r., trib*]uno m[*ilitum leg.* | *VII*] Geminae p. f., tri[*umviro*] . . .

*Pali, ubi vetus fuit Alsium (XI 3718, bis descripta saec. XVII).* — 1) Pon... *superesse ex cognomine, non ex pontificis vocabulo monuit J. Klein.* — 2) *Consul fuit a. 123 vel paullo post (VIII 10114).* — 3) *Memoratur in actis fratrum Arvalium a. 117. 118. 122.* — 4) *Ut legatus legionis III Augustae saepe memoratur in miliariis viae Carthagine Theveste ducentis et in aliis titulis Numidiae; functus est eo officio a. 123 (VIII 10048. 10081. 10114. Eph. ep. 7, 574. 582).*

**1054** [*C.*[1] *Eggio* . .] f. Cor. Ambibulo | Pom[*ponio Lon*]gino Cassiano L. Mae|cio Pos[*tumo cos.*], flam. Claud., salio Collino, pr. | candidato[2], [*leg. pro*]v. Macedoniae, q. candidato | divi Traian[*i Part*]hici, ab eodem adlecto inter patri|cios, seviro eq. [*Rom., tr. mil.*] leg. XI C. p. f., Xviro stlitibus iudicandis, IIvir. q[*q. item pa*]t. col., p. d. d.

*In vico Bonito, prope Aeclanum Hirpinorum oppidum (IX 1123 duo fragmenta, vidit et composuit Mommsen).* — *Ad Eggium Ambibulum, qui consul ordinarius fuit a. 126, rettulit Borghesius.* — 1) *Praenomen extat VI 970.* — 2) *Omisit tribunatum plebis, utpote patricius (cf. ad N. 999).*

**1055** A. Larcio A. filio Quirina Prisco[1] VIvir. equitum | Romanor., Xvir. stlitib. iudicand., quaestor. | provinciae Asiae, leg. Aug. leg. leg. III[2] Scythicae, | ped.[3] leg. consulare provinciae Syriae, trib. pleb., | praetori, praef. frumenti dandi ex s. c., leg. pro|vinciae Baeticae Hispaniae, procos. provin|ciae Galliae Narbon., leg. Aug. leg. II Aug., leg. | Aug. pr. pr. exercitus provinciae Afric., VIIvir. | epulonum, cos. desig., patrono col., d. d. p. p.

*Thamugade (Eph. epigr. 5, 696; Villefosse bull. épigraphique de la Gaule 4 p. 159; vidi ipse).* — 1) *Filius puto A. Larcii Lepidi N. 987 (nam quod in huius titulo sepulcrali non memoratur, potest fuisse qualiscumque causa nobis ignota).* — 2) *Sic lapis; requiritur omnino* leg. Aug. leg. IIII. — 3) *Sic lapis; requiri videtur (quod edidit Poulle)* pro.

---

**1056** [*Cn.*] Minicio Faustino | [*Sex.*] I[*uli*]o . . [*f*]il. Serg. Severo[1] | [*se*]v[*iro*] t[*u*]rma[*e*] V eq. [*R.*, *I*]IIIviro | [*v*]iarum c[*ura*]nd[*ar*]um, XVviro | [*s.*] f., [*tr*]ib. m[*il. leg.*] . . II Geminae, | [*q*]uaestor. pro[*vin*]cia[*e*] Macedoniae | [*c*]andida[*t*]o div[*i Tr*]ai. [*P*]artici, trib. p[*le*]b. | candidat[*o ei*]usdem, praetor., leg. | leg. XIIII Gemin[*ae, l*]eg. | pr. pr. imp. Traiani | Hadria[*n*]i Aug. p[*r*]ovinciae | Dacia[*e*], cos., leg. pr. p[*r.*] provinciae | Moesia[*e*] inferioris, leg. pr. pr. pro|vinciae Brittaniae. leg. pr. pr. | [*pr*]ovinciae Iudeae[2], [*l*]eg. pr. pr. | [*provi*]nciae Suriae. Huic | [*senatus a*]uctore [*imp.* | *Tra*]iano Hadrian[*o Au*]g. | ornamenta triu[*mp*]halia | decrevit ob res in [*Iu*]dea | prospere ge[*st*]as.[2] | [*D.*] d.

*Kistanje in Dalmatia, ibi prope ubi fuit Burnum (III 2830 p. 1059 primus descr. Mommsen cf. Hirschfeld arch. ep. Mitth. 9 p. 50).* — 1) *Hic est Sex. Iulius Severus consul suffectus a. 127 (dipl. XXXI), Iulius Severus memoratus a Dione 69, 13. Adoptatus videtur esse a Cn. Minicio Faustino consule suffecto a. 116 (dipl. XXVII).* — 2) *De rebus a Iulio Severo in Iudaea gestis cf. Dio 69, 13. (Alius est Severus memoratus a Dione propter administrationem eius Bithynicam, cuius habemus titulos Ancyranos C. I. Gr. 4031. 4032).*

---

**1057** . . . . . | leg. A[*ug.*] pr. pr. | provinc. Syriae, | leg. Aug. pr. pr. | provinc. Brittaniae, | leg. Aug. pr. pr. pro|vinciae German. | inferioris, praef. | aerari Saturni, | leg. leg. XXX Ulpiae, | praetor., tribuno | plebis, quaestori | Aug., tribuno lati|clav[*i*]o leg. X Freten|sis, triumviro | a. a. a. f. f., | Aequenses | municipes.

*Citluk prope Sign, ubi fuit colonia Claudia Aequum Dalmatiae, rep. (III 2732 bis descripta saec. XVIII).* — *Ante repertum titulum N. 1056 hunc titulum esse Iulii Severi memorati a Dione 69, 13 coniecit Borghesius opp. 4 p. 169; et est omnino, ut recte vidit Borghesius, temporum Hadriani vel Antonini.*

---

**1058** T. Haterio Nepoti | Atinati Probo | Publicio Mateniano[1] | cos., pontif., triumphalib. | [*ornamentis honorato*] . . . . . . . . . . .

*Fulginiis (XI 5212).* — 1) *T. Haterius Nepos, memoratus inter fratres Arvales a. 118. 120 (Henzen act. Arv. p. 187), consul suff. a. 134, legatus Pannoniae superioris a. 138, ab hoc non videtur diversus esse. T. Haterii Nepotis praefecti Aegypti a. 121 et 124, cuius titulum edimus infra, fuit aut frater aut filius.*

---

**1059** C. Oppió C. f. Vel. | Sabinó Iulió Nepoti | M.' Vibió Sollemni Sevéro[1] | cos., | adlectó a sacratissimó imp. | Hadriano Aug. | inter tribunicios, pr. peregr. | candidato Aug., | leg. prov. Baeticae, cur. viár. | Clodiae Anniae Cassiae | Ciminae trium Traianarum | et Amerinae, leg. legion. XI | Cl. p. f., leg. Aug. pr. pr. | provinc. Lusitaniae, | procons. prov. Baeticae, | patróno col., | Leonas lib. | adcensus patroni, | et in dedic. statuae | colonis cenam dedit.

*Auximi (IX 5833 vidit Mommsen).* — 1) *Fortasse filius C. Oppii Sabini cos. a. 84.*

---

**1060** C. Iavoleno Calvino | Geminio Kapitoni | Cornelio Pollioni | Squillae Q. Vulkacio | Scuppidio Vero cos., | procos. prov. Baetic., leg. Aug. | pro pr. prov. Lusitan., leg. leg. III | Gallic., pr. cand. divi Hadriani, | trib. pl. cand., q. prov. Afric., trib. | mil. leg. V Mac., Xvir. stlitib. iud.

*In agro Tusculano (XIV 2499 descr. de Rossi).*

---

**1061** L. Minicio L. f. Gal. Natali | Quadronio Vero[1] cos., procos. | prov. Africae, auguri, leg. Aug. | pr. pr. provinciae Moesiae infer., | curatori operum publicorum | et aedium sacrar., curat. viae | Flamin., praef. alimentor.[2], leg. | Aug. leg. VI Victr. in Britannia, | praetori, trib. pleb. candidato, | quaestori candidato divi | Hadriani et eodem tempore legato | prov. Afric. dioeceseos Carthaginien. | proconsulis patris sui, trib. mil. leg. I | Adiut. p. f. item leg. XI Cl. p. f. item leg. | XIIII Gemin. Martiae Victric., IIIviro | monetali a. a. a. f. f., patrono municipii, | curat. fani Herc. V.[3], decuriones Tiburt. | ex aere collato, q. q.[4] maximi exempli. *(In latere)* curante | M. Tullio Blaeso.

*Tibure (XIV 3599 vidi ipse).* — 1) *Filius L. Minicii Natalis N. 1029, in quo titulo et ipse memoratur. Ad eundem pertinent praeterea tituli Tiburtini XIV 3554. 3600. C. I. Gr. 5977, Etruriae XI 2925. 30002, Barcinonenses II 4510. 4511, Africanus VIII 4643, Megarensis eph. ep. 4 p. 251, Olympius arch. Zeitung 3, 1878 p. 39 n. 119. Natus erat Barcinone (II 4511); praetorius vicit Olympiae curru Olympiade CCXXVII i. e. a. 129 (arch. Zeitung l. c.), consul videtur fuisse paullo post, proconsul Africae a. 139 (VIII 4643).* — 2) *Cf. Mo. Staatsr. II³ p. 1080 not. 1.* — 3) *Curator fani Herculis Victoris,* 4) *item quinquennalis fuit Tibure.*

---

**1062** [*T. Statilio*] | Maximo[1] . . . . .[2] | trib. leg. IIII Sc[*yth.*]., | donis milit. a divo | Trai. d[*o*]n., quaest. u[*rb.*], | ab acti *(sic)* senat., tr[*ib.* | *p*]leb., praet., curat[*o*]|ri viae Aurel., leg. | leg. I Ad., iuridic[*o*] | pr. pr. utriusqu[*e*] | Pannoniae[3], leg. p[*r.*] | pr. Pannoniae infe[*r.*], | cos.[4], sodali Augus[*ta*]|li, curat. aed. sacra[*r.*][5], | canabens.[6] pu[*b.*]

*Stuhlweissenburg Hungariae (Eph. epigr. 4, 425).* — 1) *Nomen suppleri potuit ex titulo memorato infra not. 5.* — 2) *Periit mentio vigintiviratus.* — 3) *Hoc munere, quod praeterea non memoratur, functus est Maximus anno 136 vel 137 sub Aelio Caesare, utramque Pannoniam proconsulari imperio regente, cf. supra ad N. 514 (Hirschfeld).* — 4) *Consul fuit ordinarius a. 144 (XIV 490).* — 5) *Curator operum publicorum fuit a. 146 (VI 1008).* — 6) *Canabenses hi dubitat Mo. (eph. l. c.),*

*utrum intellegendi sint cives Romani consistentes Aquinci, an vicani vici illius ubi titulus repertus est.*

**1063** P. Coelio P. f. | Ser. Balbino | Vibullio Pio | Xviro stlitib. iudic., | VIviro equit. | Roman. | turm. quint., tr. mil. leg. | XXII Primig. p. f., adlecto | inter patric. ab imp. Caes. | Traiano Hadriano Aug., | salio Collino, quaest. | Aug., flamini Ulpiali, pr. de fidei commiss.[1], cos. | designato[2], | decuriones sua pecunia.

*Romae, sed videtur lapis eo adlatus esse ex municipio aliquo (VI 1383 saepius descripta saec. XVI). — 1) Cf. Mo. Staatsr. II[3] p. 103. 226. — 2) Cum Coelius Balbinus consul fuerit ordinarius a. 137, titulus positus esse videtur a. 136.*

**1064** L. Aemilio L. f. Pap. Arcano[1] | trib. mil. leg. XI[2] Gem. et trib. | mil. leg. I Minerv. item trib. mil. leg. II Aug., omnib. hono|ribus in colonia sua funct., | adlecto in amplissimum | ordinem ab imp. Caes. | Hadriano Aug., IIIIIvir. | equitum Romanor., curioni, | quaestori urbano, trib. | plebis, praetori designat., | L. Aemilius Moschus IIIIIvir | Aug. patrono optumo post | obitum eius, inlatis arcae | seviror. ob locum et tuitio|nem statuae HS n. IIII, | l. d. d. IIIIIviror.[3], et sportulis dedicavit X[4] III.

*Narbone (XII 4354 vidit Hirschfeld). — 1) Arcanus amicus Martialis origine Narbonensis ibique honoribus functus (Mart. 8, 72, 3) huius videtur fuisse pater (monuit Herzog). — 2) Scr. aut* VII *aut* X *aut* XIII *aut* XIIII. — 3) *Loco dato decreto sevirorum. — 4) Denarium.*

**1065** Q. Lollio M. fil. | Quir. Urbico cos.[1], | leg. Aug. provinc. Germ. | inferioris, fetiali, legato | imp. Hadriani in expedition. | Iudaica, qua donatus est | hasta pura corona aurea[2], leg. | leg. X Geminae, praet. candidat. | Caes., trib. pleb. candidat. Caes., leg. | procos. Asiae, quaest. urbis, trib. | laticlavio leg. XXII Primigeniae, | IIIIviro viarum curand., | patrono, | d. d. p. p.

*Tiddi in pago agri Cirtensis in Numidia (VIII 6706 vidit Wilmanns). — 1) Consul suffectus fuit anno incerto sub Hadriano, quo vivo titulum positum esse ostendit quod non appellatur divus. — 2) Nota dona exigua legato huic praetorio data. — Postea hic Lollius Urbicus factus est legatus Britanniae (VII 1041. 1125; vit. Pii 5), proconsul Africae (Apuleius apol. 2), praefectus urbi (VI 28. 10707. VIII 6705. Fronto ad amic. 2, 7 p. 194 Nab.; Eusebius hist. eccl. 4, 17).*

**1066** L. Burbuleio L. f. Quir. | Optato Ligariano | cos., sodal. Aug., leg. imperat. | Antonini Aug. Pii pro pr. prov. | Syriae in quo honor. decessit, leg. | eiusdem et divi Hadriani pro pr. prov. | Cappad., cur. oper. locor. q. publ., praef. | aerar. Saturn., procos. Sicil., logiste | Syriae, legat. leg. XVI Fl. Firm., cur. rei p. | Narbon. item Anconitanor. item | Tarricin., curat. viar. Clodiae Cassiae | Ciminae, pr., aed. pl., q. Ponti et Bithyn., | trib. laticl. leg. IX Hispan., IIIvir. kapit., | patr. col., | Rasinia Pietas nutr.[1] filiar. eius | s. p. p. L. d. d. d.

*In ruinis Minturnarum rep., nunc Neapoli (X 6006). Illustravit Borghesi opp. 4 p. 104—178. — 1) Nutrix.*

**1067** P. Pactumeio P. f. | Quir. Clementi | Xvirum stlitibus iudicand., | quaest., leg. Rosiani Gemini[1] | [*s*]oceri sui procos. in Achaia, | [*t*]rib. pleb., fetiali, legato divi | Hadriani Athenis Thespiis | Plataeis item in Thessalia[2], | praetori urbano, legato | divi Hadriani ad rationes | civitatium Syriae putandas[3], | legato eiusdem in Cilicia, | consuli[4], legato in Cilicia | imp. Antonini Aug., leg. Rosiani | Gemini procos. in Africa, | iuris consulto[5], | patrono IIII coloniarum[6], | d. d. p. p.

*Cirtae sive Constantinae (VIII 7059 vidit Wilmanns).* — 1) *Est alter ex T. Priferniis Paetis Rosianis Geminis memoratis XIV 246. 250 (cf. VI 1449).* — 2) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 858 not. 2.* — 3) *Cf. ib. p. 861 not. 4.* — 4) *Consul videtur fuisse in legatione Ciliciae, circa a. 138.* — 5) *Cf. Dig. 40, 7, 21, 1.* — 6) *Cf. N. 1068 not. 5.*

---

**1068** T. Caesernio . . f. Palat. Statio | Quintio Stat[*ia*]no Memmio Macrino cos., sod[*al*]i Augustali, leg. pr. pr. | provinciae Af[*ri*]cae[1], leg. leg. XIIII G. M. V.[2], | misso ad dilec[*tu*]m iuniorum a divo | Hadriano in r[*e*]gionem Transpada|nam[3], trib. pl.[4], quae[*st.*] candidato divi Hadriani, | comiti eiusdem in [*Ori*]ente, XVvirum *(sic)* stlitib. | iu[*dican*]dis, | d. d., pat[*rono IIII c*]olon.[5], p. p.

*Cirtae sive Constantinae (VIII 7036 vidit Wilmanns).* — 1) *Legatus Augusti pro praetore exercitus Africani fuit a. 141 (Eph. ep. 7, 338).* — 2) *Geminae Martiae Victricis.* — 3) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 850 not. 3.* — 4) *Praetura omissa videtur errore quadratarii.* — 5) *Patrono quattuor coloniarum (scilicet Cirtensium, cf. N. 439 not. 3).* — *Post hunc titulum positum Statianus factus est legatus Germaniae superioris a. 150 (tit. editus ap. Borghesium opp. 8 p. 105, et a Mowatio rev. arch. 1889 p. 373).*

---

**1069** [*T.*] Caese[*rnio Statio*] | Quincti[*o* | *Macedoni*] | Quinctia[*no cos.*][1], | sodali Aug., [*curat.*] | viae Appiae, p[*raef. alim.*], | legato legionis . . . . | piae fidelis, co[*miti imp.*] | per Orientem, [*praet. cand.*] | inter cives et [*peregr., trib.*] | plebis candidato, [*censitori*[2] *per*] | Africam Maur[*etaniasq., q.*] | candidato, tri[*buno mil.*] | legionis tr[*icesimae Ulpiae* | *Vi*]ctricis, t[*riumviro* | *au*]ro argen[*to aere f. f.*, | *pat*]rono co[*llegi fabr.*] | d. [*d.*] | Servi[*lius*] . . . | amic[*o*].

*Citta nuova Dalmatiae rep., postea Veronae, sed origine videtur esse Aquileiensis (V 865).* — 1) *Eiusdem consulis sunt tituli Aquileiensis V 866 et suburbanus XIV 2253 (ex hoc nomina suppleri potuerunt). Propter nomina frater eius qui praecedit magis mihi creditur quam filius.* — 2) *De supplemento cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 1090 not. 2. (dilectatori, suppleverat Renier mélanges d'épigr. p. 81).*

---

**1070** L. Novio Crispino | Martiali Saturnino | cos. desig., leg. Aug. pr. pr. | provinciae Africae[1], procos. Galliae | Narbonensis, leg. Aug. leg. I Italicae, | leg. Aug. iuridico Astyriae et Gallaeciae[2], | praetori, trib. pleb., quaestori pro praet. | provinciae Macedoniae, trib. mil. | leg. VIIII Hisp., IIIIviro viarum | curandarum, seviro eq. Romanorum, | veterani ⟨leg. III⟩[3] Aug., | qui militare coeperunt Glabrione | et Torquato[4], item Asiatico II et Aquilino cos.[5]

*Lambaesi (VIII 2747 contulit Wilmanns).* — 1) *Similis titulus huius legati est eph. ep. 7, 397; memoratur praeterea saepius in inscriptionibus Numidiae. Rexisse Numidiam a. 147 et 148 intellegitur ex VIII 2542. 2652; hic titulus positus est anno 150 (cf. not. 5).* — 2) *Scr.* Callaeciae. — 3) leg. III *repositum in litura (cf. supra N. 505 not. 4).* — 4) *A. 124,* 5) *a. 125. Milites veterani cum post quina et vicena stipendia dimitti solerent, recte conclusit Wilmanns hunc titulum positum esse a. 150.*

---

**1071** C. Popilio C. f. Quir. Caro | Pedoni cos., VIIviro epulon., sodali Hadrianali, legato | imp. Caesaris Antonini Aug. | Pii pro pr. Germaniae super. et exercitus in ea tendentis, curatori oper. publicor.[1], praef. aerari Satur., | curatori viar. Aureliae veteris et | novae, Corneliae et triumphalis, | legato legionis X Fretensis | a cuius cura se excusavit, praetori, | tribuno plebis, q. divi Hadriani Aug., | in omnibus honoribus candidato | imperator., trib. laticlavio leg. III | Cyreneicae, donato donis mili|taribus a divo Hadriano ob | Iudaicam expeditionem, Xviro | stlitibus iudicandis, patrono | municipi, curatori maximi exempli, | senatus p. q. Tiburs | optime de re publica merito.

*Tibure rep. (XIV 3610 vidit Henzen).* — 1) *A. 150 cf. C. VI 855.* — *Post positum hunc titulum Popilius Carus fuit etiam proconsul Asiae, cf. Waddington fastes des prov. asiat. n. 147.*

---

**1072** M.' Acilio M.' f. Gal. | Glabrioni | Cn. Cornelio Severo | cos.[1], | pontifici, IIIvir. a. a. a. f. f., | VIvir. turm. equit. Roman., | trib. mil. leg. XV Apollinaris, | salio Collino, leg. prov. | Cretae Cyrenar.[2], leg. prov. | Africae[2], quaest. imp. Caesar. | T. Aeli Hadriani Antonini Aug. Pii, | [*pr*]aetori[3], leg. Asiae, s. p. q. Tiburs | [*pat*]rono municipi, qq.[4] designato.

*Tibure rep. a. 1886 (XIV 4237 vidit Gatti).* — 1) *Consul fuit ordinarius a. 152.* — 2) *Legatus proconsulis Cretae et Cyrenarum et legatus proconsulis Africae videtur fuisse nondum quaestorius, extra ordinem.* — 3) *Praetor factus est statim ex quaestura, utpote patricius (cf. N. 999 not. 4).* — 4) *Quinquennali.*

---

**1073** Arriae L. f. Plariae | Verae Priscillae | flaminicae, | M.' Acili Glabrionis cos.[1], | d. d. | publice.

*Pisauri (Orell. 2228, descr. Bormann).* — 1) *Uxor fortasse eius qui praecedit. Flaminica videtur fuisse Pisauri.*

---

**1074** T. Flavio Longino | Q. Marcio Turboni | leg. Aug. pr. pr.[1] | Titius Crispus | cornicul. | eius.

*Tomis (Küstendsche) rep. (III 767 = III S. 7542 vidit Domaszewski).* — 1) *Eiusdem legati Moesiae inferioris eodem loco rep. est titulus Graecus, omnes eius honores recensens (arch. ep. Mitth. 8 p. 21). Legatus Moesiae fuit a. 155 (III S. 7449).*

---

**1075** M. Met[*i*]lio P. f. Cl. Aquillio | Regulo Nepoti Volusio | Torqua[*t*]o Fronton[*i*] | cos. ex ka[*l.*] Ian.[1], augur[*i, salio*] | Collino, so[*da*]li Flaviali, [*praet.*], | quaestori, [*tri*]umviro m[*onetali*] | a. a. a. f. f., p[*raef. feriar*]um La[*tinarum* | . . . . . . ad . . . . . .

*In agro Tusculano (XIV 2501 fragmenta disiecta composuit de Rossi qui partem vidit).* — 1) *Consul ordinarius (id significatur verbis* ex kal. Ian.*) fuit a. 157.*

---

**1076** L. Neratio C. f. | Vol. Proculo[1] | Xvir. stlitibus iudican., | trib. militum legion. | VII Gemin. Felic. et leg. | VIII Aug., quaest., aedil. | pleb. Cerial., praet., leg. | leg. XVI Flaviae fidel., | item misso ab imp. | Antonino Aug. Pio ad d[*e*]ducen|[*d*]as vex[*i*]llationes in Syriam ob | [*b*]ellum [*Par*]-thicum[2], praef. aerari | militaris, | cos., | municipes Saepinat.

*Saepini (IX 2457 vidit Dressel).* — 1) *Affinis sine dubio Neratiorum, cuius titulos Saepinates dedimus supra N. 1032—1034.* — 2) *Videtur indicari bellum motum a Vologaese sed priusquam ad arma ventum est compositum. Cf. Borghesi opp. 5 p. 376.*

---

**1077** L. Aemilio L. f. Cam. Karo[1] co[*s.*], | leg. Aug. pr. pr. provinciae Cappadociae, | leg. Aug. pr. pr. censitori provinciae Lugdunensis, | leg. Aug. pr. pr. provinciae Arabiae, | curatori viae Flaminiae, leg. leg. XXX U. V.[2], | praet., trib. pleb., quaest. Aug., | trib. militum leg. VIII Aug., | trib. militum leg. VIIII Hispanae, | Xviro stlitib. iudic., | sodali Flaviali, XVviro s. f., | C. Iulius Erucianus Crispus praef. | alae primae Ulpiae Dacorum | amico optimo.

*Romae (VI 1333 vidit Henzen).* — 1) *Videtur vixisse sub Antonino Pio (cf. Borghesi opp. 4 p. 159); memoratur etiam in titulis Coloniensi Brambach 334 et Dacicis III 1153. 1415. III S. 7771 (= arch. ep. Mitth. aus Oestr. 9, 246), ex quibus apparet eum post hunc titulum positum factum esse legatum trium Daciarum.* — 2) *Legatus legionis tricesimae Ulpiae Victricis.*

---

**1078** dis genitoribus[1] | L. Plotio C. f. Pol. Sabino, | praetori, sodali Titiali, | aedili cur., seviro eq. R., | quaestori urb., trib. laticl. | leg. I Miner. p. f., Xvir. | stl. iudic., habenti quoq. | salutation. secundam | imp. Antonini Aug. Pii.[2] | Sabinus praetor, magna res[3], Formis perit.

*Prope Romam in ruderibus mausolaei siti ad viae Tiburtinae lapidem VII, in praedio le Capanaccie (Tomassetti Bull. com. 1890 p. 103, Gatti Notizie 1890 p. 36).* — 1) *Dis genitoribus dedicatos titulos sepulcrales praeterea non habemus; sed extant complures tituli sepulcrales dedicati diis parentum vel etiam diis parentibus (cf. de his diis Iordan ap. Prellerum Roem. Myth. II³ p. 98 not. 2), a quibus, ut monuit Huelsen, dii genitores non videntur esse diversi.* — 2) *Cf. Huelsen Mitth. 1890 p. 301.* — 3) *Cf. Huelsen l. c. p. 302.*

---

**1079** L. Cóelio Festo | cos., praetóri, procos. | provinciae Ponti et Bithyn., | praef. aerári Saturni, | lég. [*i*]mp. Antonini Aug.[1] | Astu[*ri*]ae et Calláeciae, | praef. fr[*u*]menti dandi ex s. c., | adlect[*o i*]nter tribunicios, res publica Velleiát. | patrono,

*Veleiae rep., est Parmae (XI 1183 vidit Bormann).* — 1) *Imperator Antoninus non video cur non sit Antoninus Pius. Caracallam significari putant quippe a quo demum Asturia et Callaecia provincia instituta sit (Marquardt Staatsverw. I² p. 225 not. 3; cf. infra N. 1157 not. 2); sed hic fuit iuridicus, non legatus pro praetore. Proconsul Bithyniae, quam provinciam Antonini Pii temporibus a legatis rectam esse*

*putant (Marquardt Staatsr. I² p. 553), eisdem temporibus fuit etiam Q. Voconius Saxa Fidus (Bull. de corr. 1890 p. 643).*

---

**1080** M. Servilio Q. f. Ho[*r*.] | Fabiano Maximo[1], | leg. Augustorum pro prae|tore provinciarum Mysiae | superioris item Mysiae inferi|oris[2], curatori aedium sacra|rum, cos.[3], fetiali, praef. aer. S.[4], | leg. leg. III Gal., cur. viae Vale|riae, leg. pr.[5] provin. Asiae, prae[*t*.], | aed. cur., ab actis senatus, q. | urb., tr. mil. leg. I Minerv., | IIIIviro viar. curandar., | Licinii Fortis et Honoratu[*s*] | centurio leg. I . . . . . . . | ami[*co*].

*Romae (VI 1517 descr. Henzen).* — 1) *Hic ut videtur Servilius Fabianus qui fuit cos. suff. cum Q. Allio Basso d. 6 Iul. 158 (dipl. mil. in Hungaria rep., archaeologiai értesitö 6, 1886 p. 307); idem memoratur Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2545.* — 2) *Legatus Moesiae inferioris fuit a. 162 (arch. ep. Mitth. 14 p. 21).* — 3) *Cf. not. 1.* — 4) *Praefecto aerari Saturni.* — 5) *Scr.* pr. pr.

---

**1081** L. Dasumio P. f. | Stel. Tullio | Tusco[1] cos., ⟨comiti August.[2],⟩ | auguri, sodal. Hadria|nali, sodal. Antoni|niano[3], curat. operum | publicorum, | legato pr. pr. provinciar. | Germaniae superior. | et Pannoniae superior.[4], | praefecto aer. Saturni, | praetori, tribun. pleb., | leg. provinc. Africae, | quaest. imp. Antonini Aug. Pii[5], | trib. milit. leg. IIII Flaviae, | triumviro a. a. a. f. f. | P. Tullius Callistio | posuit.

*Tarquiniis (XI 3365 vidit Bormann).* — 1) *Genitus videtur a P. Tullio Varrone supra N. 1047, adoptatus a L. Dasumio qui consul sub Traiano auctor fuit senatus consulti Dasumiani de fideicommissariis libertatibus (Dig. 40, 5. 36; cf. Mo. Herm. 3 p. 45 not.) et ad quem referendum esse videtur testamentum lapidi incisum VI 10229.* — 2) *Quae uncis ⟨⟩ inclusi, litteris minoribus in margine adiecta sunt.* — 3) *Apparet Tuscum Antonino Pio, in cuius consecrati honorem instituti sunt sodales Antoniniani, supervixisse.* — 4) *Legatus Pannoniae superioris posuit titulum Poetovionensem III 4117.* — 5) *Expectaveris* divi Pii *(cf. not. 3).*

---

**1082** D. Fonteio Frontiniano | L. Stertinio Rufino | legato Augustorum | pr. pr.[1], cos. designato, | Sex. Terentius Saturninus 7 ⟨leg. III⟩[2] August.

*Lambaesi (VIII 2738 vidit Wilmanns).* — 1) *Legatus Numidiae fuit a. 160 (VIII 2694. 4203. 4204. Eph. ep. 5. 784)—162 (VIII 4589. Eph. ep. 5. 1276).* — 2) *Cf. supra N. 1070 not.* 3.

---

**1083** . . . . . . . . | Titiano c. f.[1] C. Maesi | Titiani et Fonteiae | Frontinae[2] consu|larium[3] filio, | patricio[4], ob hono|rem togae virilis | Clodius Rufus eques Romanus | amico suo incomparabili.

*Thermis in Sicilia (X 7346 vidit Mommsen).* — 1) *Expectaveris* c. i. *(clarissimo iuveni).* — 2) *Secundum stemma propositum a Mommseno eph. ep. 4 p. 134 hi homines vixerunt saec. p. Chr. altero fere medio. Ipsum nomen indicat Fonteiam Frontinam stirpe coniunctam fuisse cum D. Fonteio Frontiniano N. 1082.* — 3) *More Graeco dicuntur consulares maritus et uxor.* — 4) *Raro patricium aliquem fuisse in inscriptionibus adnotatur, nisi ipse adlectus fuit inter patricios.*

---

**1084** Q. Servilio | Q. f. Hor. | Pudenti[1] | trib. mil. leg. IIII Scy|thicae, quaest. pro|vinciae Siciliae, | trib. pl., praetori, | praef. frumen|ti dandi,

iuridi|co Aemiliae | [*et Fla*]mini|ae, [*pro*]cos. Cretae et Cyrenarum | . . . . . . . | [*Kala*]men[*es* | *patr*]on[*o*].

*Calamae in Numidia (VIII 5354 descr. Renier).*

**1085** Q. Servilio | Pudenti, | Q. Servili | Pudentis | procos.[1] filio, | patrono | municipii, | d. d. p. p.

*Bisicae (Hr. Bischka) in prov. Africa (Eph. ep. 7, 95 = VIII S. 12291).*

1) *Maritus Ceioniae Plautiae sororis L. Veri (supra N. 330). Postea ad consulatum pervenit ordinarium a. 166. — Titulos N. 1084/5 Mommsenus (ad Eph. 5, 298) positos putat Pudentibus paullo post a. 161 propter adfinitatem cum novo imperatore.*

---

**1086** Ti. Claudio | Saethidae | Caeliano, | Cl. Fronti[*ni*] | cos. f., X[*vir.*] | stl. iud., trib. mil. leg. | III Gallicae, [*q.*] provinc. | [*Sici*]liae candidato imp. | [*An*]tonini et Veri August[*or.*], | sodali Hadrianali, le[*g.*] ...., | [*trib.*] pleb., praet. fid. com[*m.*], | legato leg. XI Cl., aug[*ur.*], | patrono coloniae | d. d.

**1087** Ti. Claudi[*o*] Quir. Fronti|no Nicerato, Cl. | Frontini cos. f., | Xvir. stl. iud., | trib. laticlavio leg. | IIII [*Fl*]a[*vi*]ae, qua[*es*]|tori pro praet. [*pro*]|vinc. Achaiae, [*ab*] | actis senatus, a[*ed.*] | cur., praetori . . ., | patr. [*col., d. d.*].

**1088** Ti. Claudio Quir. Sa[*e*]thida[*e*] Cethego Frontino, Ti. Claud[*i*] Frontini legat. legionis filio, Ti. Claudi Frontini cos. nep., patrono col., d. d.

*Montorii inter Salernum et Abellinum rep. a. 1542 (X 1123. 1122. 1124 semel descriptae). — Ti. Claudius Saethida Caelianus et Ti. Claudius Frontinus Niceratus noti sunt praeterea ex compluribus titulis in Peloponneso repertis. Simul posuerunt L. Vero Messeniacum III 495, ille Marco Caesari Spartanum C. I. Gr. 1318; huic dedicati sunt Spartae et Argis tituli C. I. Gr. 1327. 1133. Frontini filius fuit Ti. Claudius Saethida Cethegus (N. 1088), qui memoratur etiam VI 16440. — A Pausania 4, 32, 2 memorantur, ut monuit Foucart (ad Lebas 2, 319), Aethidae complures Messenii, quod nomen fortasse ex Saethidae nomine corruptum est.*

---

**1089** d. m. | Corneliae | Procula et | Placida fecer. | L. Stertinio Quintiliano Acilio | Straboni Q. Corne|lio Rustico Apronio | Senecioni Proculo | proconsuli provin|ciae Asiae[1], patri bene | merenti.

**1090** d. m. | Corneliae | Procula et | Placida fecer. | Q. Cornelio Sene|cioni Proculo[2] | praetoricio le|gato provin|ciae Asiae, fra|tri bene meren|ti.

*Romae (VI 1387 in museo Vaticano. 1388 nunc Neapoli).* — 1) *Proconsul Asiae fuit Marco et Vero imperantibus (Dig. 48, 18, 1, 4 cf. Waddington fastes des prov. asiat. n. 150).* — 2) *Q. Cornelius Senecio Proculus videtur mortuus esse eodem fere tempore quo pater (N. 1089); certe titulus videtur eodem positus esse.*

---

**1091** Genio domus sacrum *(Infra, sub imagine Genii)* pro salute | Q. Antisti Adventi Postumi Aqui|lini[1], leg. Aug. leg. II Adiutricis, | et Noviae Crispinae[2] eius, et | L. Antisti Mundici Burri[3], et Anto|niae Priscae matris eius, et li|berorum et familiae eorum, | Agathopus lib. ex viso | d. d. *(In utroque latere)* Q. Antistius Agathopus ex | viso d. d. idemq. | dedicavit k. Mart. | Macrino et Celso cos.[4]

**1091**[a] Victoriae | Aug. sac. | pro salute | Antistior. Ad|venti et Bur|ri et liberor. | eorum Aga[*t*]ho|pus lib. d. d.

*Thibili (Annûna) in Numidia (Poulle Recueil de Constantine 24 p. 168, 25 p. 145; N. 1091 vidi ipse).* — 1) *Eidem positus est titulus Thibilitanus eph. ep. 5, 854.* — 2) *Filia videtur L. Novii Crispini supra N. 1070.* — 3) *Idem puto L. Antistius Burrus consul ord. a. 181, quem unum eundemque esse atque L. Antistium Burrum Adventum receptum inter salios Palatinos a. 178 (VI 1979) non est certum.* — 4) *A. 164.*

---

**1092** [*M. Stati*]o M. f. Cl. Prisco | [*L*]icinio Italico[1] leg. Augustorum | pr. pr. prov. Cappadociae[2], leg. Aug[*g*.] | pr. pr. prov. Brittanniae[3], leg. Aug[*g*.] | pr. pr. prov. Moesiae super., curato[*ri*] | alvei Tiberis et cl[*o*]acarum urbis, c[*os*.][4], | leg. Aug. prov. Daciae[5], leg. leg. XIII G. p. f., leg. leg. | [*X*]IIII Gem. Martiae Victricis, sacerdoti Titiali | [*Fl*]aviali, pr. inter cives et peregrinos, tr. pl., quaes[*t*.], | proc. Aug. XX hereditatium prov. Narbones. et Aquita[*n*., | *p*]r. eq. alae I pr. c. R.[6], tr. mil. leg. I Adiutr. p. f. et leg. X [*G*.] p. [*f*. | *e*]t leg. IIII[7] Gallicae, praef. coh. IIII Lingonum, vexillo mi[*l*. | *d*]onato a divo Hadriano in expeditione Iudaic[*a*] Q. Cassius Domitius Palumbus.

*Romae olim, descripserunt Smetius et Metellus (VI 1523).* — 1) *Hic est Statius Priscus a quo sub initium imperii Marci et Veri res prospere in Armenia gestas esse Artaxataque capta narrat vit. Marc. 9 cf. vit. Veri 7, Dio l. 71 ap. Suid.* — 2) *Ad hanc legationem pertinent quae narrant de eo auctores (not. 1), item III S. 7505.* — 3) *Ad hanc Prisci legationem rettulit Borghesius opp. 5 p. 249, quod in excerptis a Maio editis (Dio ed. Dindorf 5 p. 208) de Prisco quodam traditur, eum ab exercitu Britannico imperatorem salutatum recusasse.* — 4) *Consul fuit ordinarius a. 159.* — 5) *A. 157. 158 cf. dipl. mil. XL et lapides Dacici III 940. 1061. 1299. 1416.* — 6) *Alae primae praetoriae civium Romanorum.* — 7) *Scr.* III.

---

**1093** L. Pullaieno Gargilio | Antiquo, | Xv. stlitib. iudic., trib. laticl. | leg. III Gallic., quast. *(sic)* cand. Aug. |, trib. pl., pr., curat. viae Clodiae | Cassiae Ciminiae trium. Tra|ianar., legato leg. I Minerv., | leg. Augustor. pro pr. prov. | Thrac.[1], cos. designato, | Gaius Alexander et | Aelius Sacerdos et | Flavius Valens | corniculari.

*Perinthi (III S. 7394 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Legatus Thraciae fuit sub Pio et Marco et Vero (i. e. a. 161), testibus nummis complurium Thraciae civitatium.*

---

**1094** M. Pontio M. f. Pup. | Laeliano Larcio Sabino cos.[1], pon|tifici, sodali Antoniniano Veriano, | fetiali, leg. Aug. pr. pr. prov. Syriae, leg. Aug. | pr. pr. prov. Pannon. super., leg. Aug. pr. pr. Pan|non. infer.[2], comiti divi Veri Aug., donato donis | militarib. bello Armeniaco et Parthico | ab imp. Antonino Aug. et a divo Vero Aug. | [*coron.*] mu[*rali vallari clas*]sica aur[*ea* | *hastis puris IIII vexillis IIII* . . . .].

*Romae rep. in foro Traiani (VI 1497 descripsit Pighius).* — 1) *Consul fuit ord. a. 163; memoratur a Frontone ad Verum imp. 2, 1 p. 128 Nab. Filius videtur fuisse Pontii Laeliani legati Pannoniae superioris a. 148 (dipl. mil., ap. Mowat*

*Revue arch. ser. 3 t. 7, 1891 p. 216); cf. C. III 6182. — 2) De tempore horum honorum cf. Domaszewski mus. Rhen. 1890 p. 206.*

---

**1095** [*S*]plendidissima[*e*] | civitatis Ephesiorum | *τῆς πρώτης καὶ μεγίστης* | *μητροπόλεως τῆς Ἀσίας καὶ β νεωκόρου*[1] *τῶν Σεβαστῶν.* | A. Iunium P. f. Fabia | Pastorem L. Caesennium | Sospitem[2] leg. pr. pr. provinciae | Asiae, praetorem designatum, tr. | pleb., quaestorem Aug., tribunum | militum leg. XIII Geminae, trium|virum aere argento auro flando | feriundo, | seviro turmae equitum | Romanorum, rarissimo viro, | Sex. Iunius Philetus | et M. Antonius Carpus | honoris causa, | h. c.[3]

*Ephesi (III 6076 cf. p. 1285). — 1) Δὶς νεωκόρος Ephesus dicitur in nummis inde ab Hadriano usque ad Caracallam (Eckhel 2, 520). Ceterum non perspicitur quo pertineat Ephesi mentio. — 2) Eiusdem sunt tituli urbanus VI 1435 et Mogontiacensis Brambach 1052. Videtur esse Pastor qui cum Laeliano (N. 1094) fuit consul ordinarius a. 163. — 3) Videtur* honoris causa *bis positum, et perscriptum et notatum.*

---

**1096** Q. Caecilio Q. f. Arn. Mar|cello Dentiliano[1], Xviro stli|tib. iudic., trib. mil. leg. XI Cl. piae fid., | [*quaest.*] provinc. Afric., aed. cur. candi|dato divi Hadriani[2], pr. candidato eiusdem, leg. provinc. Hispan., procos. | provinc. Cṛetae Cyrenar., leg. leg. | XII Fulminatae, leg. Aug. pr. pr. pro|vinciae Galliae Aquitanicae, | col[*oniae*] patrono, | Thibiucenses aere conlato.

*In Africa in ruderibus oppidi Thibiucensis (Eph. ep. 7, 206 = VIII S. 14291). — 1) Consul suffectus a. 167 (dipl. mil. C. III p. 888). — 2) Hunc solum aedilem curulem candidatum principis adhuc inventum esse notat Mo.*

---

**1097** M. Cl. Ti. filio Quirin. | Frontoni cos.[2], leg. Aug.[4] | pr. pr. trium Dac. et Moes. sup.[5], | comiti divi Veri Aug.[6], donat. | donis milit. bello Armen. et Parth. ab | imp. Antonin. Aug. et a divo Vero August. | coron. mural. item vallar. item classic. | item aurea item hast. puris IIII item vexill.[7], | curator. oper. locorumq. public., leg. leg. I Min., | leg. leg. XI Cl., praetori, aedili curuli, ab actis | senatus, quaestori urbano, decemviro | stlitibus iudicandis, | col. Ulp. Traian. Aug. Dac. | Sarmiz., patrono, | fortissim. duci, amplissim. | praesidi.

*Sarmizegetusae (III 1457 descr. Mommsen).*

**1098** M. Claudio [*Ti.*] f. Q[*uir.*][1] | Frontoni cos.[2], | leg. Aug. pr. pr. próvinciárum Dáciárum et | super. simul leg. Aug. pr. pr. próvincia | Dáciar. leg. Augg. pr. pr. Moesiae super. | Daciae Apulesis[3], simul leg. Augg.[4] pr. pr. pro|vinciae Moesiae super.[5], comiti divi Veri | Aug.[6], dónátó donis militárib. bello Ar|meniacó et Parthicó ab imperátore Antóninó Aug. et á divo Vero Aug. coroná | murali item vallari item classica item | aureá item hastis puris IIII item v[*e*]xillis | IIII[7], curatóri operum locórumq. públicór., | missó ad iuventútem per Italiam legen|dam[8], lég. Augg. pr. pr. exercitus legiónarii | et auxiliór.[9] per Orientem in Armeniam | et Osrhoenam et Anthemúsiam[10] ducto|rum, leg. Augg. legioni primae Minervi|ae in ex-

speditionem Parthicam déducen|dae, leg. divi Antonini Aug. leg. XI Cl., prae|tóri, aedili curuli, ab áctis senatus, quae|stóri urbano, Xviro stlitibus iudicandis. | Huic senatus auctor[*e*] imperatore M.[11] Au|relió Antónino | Aug. Armeniaco Medico | Parthico maximo, quod post aliquot se|cunda proelia adversum Germanos | et Iazyges ad postremum pró r. p. fortiter | pugnáns ceciderit[12], armatam statuam [*poni*][13] | in foro divi Traiani pecunia publica cen[*suit*].

*Romae rep. in foro Traiani, descripsit solus Ligorius, notus falsarius (VI 1377). Hanc sinceram esse (exceptis paucis locis corruptis) ostendit titulus N. 1097.* — *Claudius Fronto, cui positi sunt N. 1097. 1098, N. 1097 cum esset legatus Daciarum, N. 1098 post mortem, videtur esse Fronto memoratus, teste Luciano quom. hist. conscr. sit 21, in aliqua historia belli Parthici L. Veri.* — 1) Claudio f. q. *traditur; corrigitur ex N. 1097.* — 2) *Consul fuit suffectus, anno ut videtur 166 vel paullo ante (cf. not. 7).* — 3) *Haec corrupta vel confusa esse apparet, Mommsenus coniecit fuisse in lapide* leg. Aug. pr. pr. provinciarum Daciarum trium, prov. Daciae Maluensis, prov. Daciae Porolissensis, pro. Daciae Apulesis *(de his tribus provinciae Daciae partibus cf. Marquardt Staatsv. I² p. 309).* — 4) *Recte dicitur legatus Augustorum duorum in titulo posito post mortem, si quidem Vero adhuc superstite Moesiam administrare coepit, item recte legatus Augusti in titulo posito ipsi vivo post mortem Veri, cum imperaret solus M. Aurelius.* — 5) *Legatus trium Daciarum et Moesiae superioris, in quarum provinciarum defensione occidit, videtur fuisse a. 169 (cf. not. 4) et a. 170 (cf. not. 12).* — 6) *Comes Veri (defuncti a. 169) videtur fuisse initio belli Germanici Sarmatici.* — 7) *Dona militaria accepit triumpho Marci et Veri a. 166, iam consularis, ut apparet ex numero quaternario horum donorum.* — 8) *Cf. Mo. Staatsr. II³ p. 850 not. 3.* — 9) *Legatio extra ordinem data, de cuius generis legationibus dixit Mo. Staatsr. II³ p. 853. Et hoc munus et id quod praecedit omittitur in inscriptione N. 1097.* — 10) *Anthemusia regio Mesopotamiae.* — 11) auctorem imperatorem *traditur.* — 12) *Occidisse Frontonem non ante a. 170 Borghesius inde collegit quod eo anno M. Claudius Fronto Neocydes filius ut videtur eius inter salios Palatinos receptus est (VI 1978), quod non fieri potuerit nisi utroque parente superstite. Videtur autem occidisse ipso anno 170; certe eo ipso anno reperimus eius successorem factum in Dacia Cornelium Clementem (N. 1099).* — 13) et *traditur (cf. N. 1100).*

---

**1099** Sex. Cornelio Sex. f. | Fal. Clementi cos.[1] | et duci trium Daciarum | . . Avidius Valens | . . . [*le*]g. VII Gem. . . . . .

*Caesareae (hodie Cherchel) Mauretaniae (VIII 9365 cf. Eph. epigr. 5, 967 vidit Schmidt).* — 1) *Consularis Daciarum fuit a. 170, post Claudium Frontonem (III S. 7505).*

---

**1100** . . . . . . . . . . . . . . . . [*comiti imp. Anto*|*n*]ini Aug. et divi Veri bello Germanic., | item comiti imp. Antonini Aug. Germanici Sar|matici, leg. leg. I Miner., curatori civit. Araus. | prov. Galliae Narb., praetori, trib. pleb. candidato | imp. divi Hadriani, ab act. senat., quaestori prov. | Narb., trib. mil. leg. VI Victr., cum qua ex Germ. in | Brittan. transiit[1], IIIIvir. viar. curandar. | Huic senatus auctore M. Aurelio Antonino Aug. | Armeniac. Medic. Parthic. maximo Germ. Sarmat. | statuam poni habitu civili in foro divi Traiani | pecunia publica censuit.

*Romae apud forum Traiani, bis vel ter descripta saec. XVI (VI 1549).* — 1) *Legionem sextam Victricem primum Castris Veteribus Germaniae, postea Eboraci tetendisse inscriptiones illis locis repertae docent (Brambach 223 c; C. VII p. 61).*

---

**1101** P. Mummio P. f. Gal. Si|sennae Rutiliano[1] cos., | auguri, procos. | provinc. Asiae, legato Aug. | pr. pr. Moesiae superioris, | praef. aliment. per Aemiliam, | praef. aer. Saturni, leg. leg. VI | Victric., praetori, tr. pl., quaest., | trib. leg. V Maced., Xviro stli|tib. iudic., patrono munici|pii, cur. fani H. V.[2], salio, Her|culanii Augustales, | l. d. s. c.[3] *(In dextro latere)* dedicata kal. Iun. Maximo | et Orfito cos.[4] *(in sinistro)* curantibus P. Ragonio Satur|nino et C. Marcio Marciano, q.[5] | ordinis Augustalium Tiburtium.

*Tibure rep., est Florentiae (XIV 3601 vidit Henzen). Eiusdem viri titulus alter ibidem repertus est XIV 4244.* — 1) *Hic est Rutilianus vir sui temporis primarius et apud Marcum imperatorem gratiosus, quem Lucianus pseudomanti c. 30 seq. narrat pravis artibus Alexandri Abonutichitae captum et obstrictum.* — 2) *Curatori fani Herculis Victoris (cf. supra N. 1044. 1061).* — 3) *Locus datus senatus consulto.* — 4) *A. 172.* — 5) *Quaestoribus.*

---

**1102** [*P. I*]ulio P. fil. Quir. | [*Ge*]minio Marciano | [*cos.*], sodali Titio, procos. provin|[*cia*]e Macedoniae, leg. Augg. pro pr. | [*pro*]vinciae Arabiae[1], leg. Augg. su|[*per*] vexillationes in Cappa|[*do*]cia[2], leg. Aug. leg. X Geminae, | [*leg.*] pro pr. provinc. Africae, | [*pr*]aetori, trib. pleb., quaestori, | [*tri*]buno laticlavio leg. X | [*Fr*]etensis et leg. IIII Scy[*th*]icae, IIIviro kapitali, | [*op*]timo constantissimo | . . [*D*]urmius Felix primi|[*pi*]laris leg. III Cyreneicae | [*st*]rator in Arabia maioris | [*te*]mporis legationis eius, | [*h*]on. causa d. d.

**1103** *Π. Ἰούλιον [Γ]εμίνιον | Μαρκ[ια]νόν, | πρεσβευτ[ὴ]ν Σεβα|στῶν ἀντι[στ]ράτηγον, | ὕπατον, ἡ [β]ουλὴ καὶ ὁ | δῆμος Ἀδ[ρια]νῶν Πετρα[ί]|ων, μητροπ[ό]λεως τῆς Ἀ|ραβίας, διὰ [Κλ]αυδίου Αἰνέ|ου πρεσβε[υτ]οῦ, εὐεργετη|θέντες ὑ[π' αὐ]τοῦ ἀνέθε|σ[αν].* *(In latere)* *Τόπος ἐδόθη | ψηφίσματι βουλῆς.*

**1103**[a] *Π. Ἰουλίῳ Γεμι|νίῳ Μαρκιανῷ, | πρεσβευτῇ Σε|βαστῶν ἀντιστρ[α]|τήγῳ, ὑπάτῳ, Ἀδρ[α]|ηνῶν πόλις ἡ | τῆς Ἀραβίας, διὰ | Δαμασέους Κοαίφου, πρεσβευ|τη* *(sic)* *Ἀδραηνῶν ἐ|παρχείας Ἀραβίας.* | Translata ab urbe secun|dum voluntatem Marcia|ni testamento significa|t(am).[3] | D. d.

*Cirtae (VIII 7030. 7031. 7032). Tractavit Renier mélanges d'épigraphie p. 99 seq.* — 1) *Ad legationem eius Arabicam pertinet etiam titulus Bostrensis III 96.* — 2) *Tempore belli Parthici M. Aurelii et Veri.* — 3) *Apparet hunc titulum scriptum fuisse sub statua ab Adrahenis Romae Marciano dedicata. — Post hos titulos scriptos Marcianus etiam proconsul Asiae factus est, sub Commodo (C. I. Gr. 2742 cf. Waddington fastes des prov. asiat. n. 158).*

---

**1104** Q. Pompeio Q. f. Quir. Senecioni | Roscio Murenae Coelio Sex. | Iulio Frontino Silio Deciano | C. Iulio Eurycli Herculaneo L. | Vibullio Pio Augustano Alpino | Bellicio Sollerti Iulio Apro | Ducenio Proculo Rutiliano | Rufino Silio Valenti Valerio | Nigro Cl. Fusco Saxae [*Am*]yn-

tiano[1] | Sosio Prisco[2] pontifici, sodali | Hadrianali, sodali Antoniniani *(sic)* | Veriani *(sic)*, salio Collino, quaestori | candidato Augg., legato pr. pr. Asiae, | praetori, consuli[3], proconsuli Asi|ae sortito, praefecto alimentor., | XXviro monetali, seviro, praef. | feriarum Latinarum; qq., patrono | municipii, salio, curatori fani H. V.[4] | s. p. q. T.[5]

*Tibure (XIV 3609).* — 1) Uryntiano *legit Borghesius, sed initium incertum est,* Amyntiano *commendatur lapide Pamphylio bull. de corr. 14 (1890) p. 643.* — 2) *Est filius Q. Pompei Falconis, supra N. 1035, pater Sosiae Falconillae N. 1105. Ei (praeter N. 1106) positi sunt tituli Tarracinensis X 6322 et Campanus X 5724; in his appellatur Q. Pompeius Q. f. Senecio Sosius Priscus, alibi Q. Sosius Priscus tantum. Nomina Q. Pompeii Roscii Murenae Coelii Silii Deciani Iulii Euryclis Herculanei Vibulli Pii communia habuit cum patre, Senecionis et Sosii nomina sumpsit ab avo materno Q. Sosio Senecione (cf. N. 1105 not. 3), Sex. Iulii Frontini a proavo (cf. N. 1105 not. 5), Augustani Alpini Bellici Sollertis a Bellicio Sollerte, consule temporibus Traiani (N. 1031; cf. etiam N. 1030).* — 3) *Consul fuit ordinarius a. 169.* — 4) *Cf. supra N. 1101 not. 2.* — 5) *Senatus populusque Tiburs.*

---

**1105** Sosiae Falconillae, | Q. Pompei Sosi Prisci cos.[1] fil., | Q. Pompei Falconis cos.[2] nep., | Q. Sosi Senecionis cos. II[3] pro.[4], | Sex. Iuli Frontini cos. III[5] abn., | quod oblatis publice | parenti eius Sosio Prisco c[*os.*] | statuis eiusdem Falconilla[*e*] | n. V[6], ipse una recepta circ[*a* | *re*]li[*q*]uas onus sumptus[*q.* | *omnes*] remiserit ordin[*i*] | . . . . . . . . .

*Cirtae (VIII 7066 aliquoties descripta, post periit). Cf. Borghesius Bull. inst. arch. 1853 p. 184 seq. = opp. 8 p. 364.* — 1) *Vide N. 1104.* — 2) *Idem cui positi sunt tituli supra N. 1035/6.* — 3) *Sosius Senecio consul fuit a. 99 et 107.* — 4) *Pronepti.* — 5) *Sex. Iulius Frontinus abavus Sosiae Falconillae, notus est scriptor, cos. tertium ordinarius a. 100.* — 6) *Numero quinque.*

---

**1106** Q. Pompeius Falco Sosius Priscus | c. v., pontifex, praetor designatus | Q. Pompeio Quirina Sosio Prisco[1] | proavo, qui vixit annis LXII | mens. VIII d. XIIII in Praesente II cos.[2], | sanctissimo viro et fortissimo, somnio | monitus pronepos piissimo et domus suae | conditori religiosissimo consecravit.

*Romae (VI 1490 bis descripta saec. XVI).* — 1) *De Q. Pompeio Sosio Prisco cf. N. 1104. Pronepos eius, qui titulum posuit, praeterea ignotus est.* — 2) *Videtur significari Priscum vixisse usque in Praesente(m) iterum consulem, i. e. usque ad annum 180, quo Bruttius Praesens (infra N. 1117) consul fuit iterum cum Condiano.*

---

**1107** M. Macrinio Avito M. f. Claud. Catonio | Vindici[1] cos., aug. p. R. Quiritium, leg. Aug. | pr. pr. prov. Moes. inf., leg. Aug. pr. pr. prov. Moes. | sup., cur. civitat. Arimin., p[*r*]oc. prov. Dac. Malu., | praef. alae contar., praef. alae III Thrac., | trib. mil. leg. VI Victr., praef. coh. VI Gall., donat. | donis mil. in bell. Germ. ab imp. M. Aur. Antonino Aug. hast. | pur. II et vexill. II corna *(sic)* mural. et vallar., | Iunia Flaccinilla marito karissimo et Macrinia Rufina patri piissimo. | Vixit annis XLII m. V.

*Romae in museo Vaticano (VI 1449 vidit Henzen).* — 1) *Incertum qua parentela hic Macrinius Catonius Vindex coniunctus fuerit cum Macrinio Vindice praefecto*

*praetorio M. Aurelii occiso a. 172 (cf. Hirschfeld Verw. I p. 227). Si filius fuit praefecti praetorio (ut putavit Borghesius opp. 3 p. 376), hic grandaevus in procinctu ceciderit necesse est.*

---

**1108** Tib. Cl. Pom|peiano[1] c. v., | bis consuli, | C. Val. Firmus | ɣ leg. I Ital.

*Troesmi (Iglitzae) rep., nunc Bucaresti (III 6176 cf. p. 1353).* — 1) *Est gener imperatoris Marci, consul iterum a. 173. De eo Borghesi 5, 436 seq.*

---

**1109** L. Aurelio L. fil. | Quir. Gallo cos.[1], | praef. aer. Sat., praef. | frum. dandi, procos. | provinc. Narbonensis, | legato Aug. leg. III | Gallic., curatori viae | Clodiae Anniae Cassiae | Ciminiae et novae Traianae, | legato provinc. Africae, | pr., tr. pl., quaest. provinc. Asiae, | M. Aemilius Alcima amicus.

*Romae (VI 1356 descr. saec. XVI Pighius).* — 1) *Consul fuit ordinarius a. 174 (Notizie 1889 p. 8).*

---

**1110** C. Memmio C. f. Quir. | Fido Iulio Albio cons., sodali | Titio, leg. Aug. pro pr. prov. Noricae, cur. | viae Flam., praef. Minic., procos. provin. | Baetic., leg. Aug. leg. VII Claudiae, iuridico per | Italiam reg. Transpadanae, praetori, leg. | pr. pr. prov. Afric.[1], aedil. Cerial., q. prov. | Asiae, trib. laticl. leg. II Augustae, | C. Annius Iulius Secundus ! ! !. !. !. !. ! | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![2] | amico rarissimo ob eximiam eius er|ga se benivolentiam sua pec. posuer. et d. | d. d.

*In provincia Africa loco dicto Henchir el-M'den, ubi fuit municipium Vina (VIII S. 12442).* — 1) *Hoc munere functum esse Memmium Fidum a. 175 vel 176 Schmidt collegit ex fragmento quodam reperto in ruderibus Uzappae.* — 2) *Erasum videtur nomen alterius amici (Schmidt l. c.).*

---

**1111** [*A.*] Iulius Pompilius A. fil. Cornelia Piso T. Vib[*ius Varus Laevillus*] | Berenicianus[1] Xvir stlitibus iudicandis, tri[*bunus militum leg. ...*] | item XV Apollinaris, quaestor urb., adlec[*tus inter tribunicios*[2], *praetor*] | candidatus Augustorum, legatus leg. XIII [*Geminae item IIII Flaviae*][2], | praepositus legionibus I Italicae et III[*I Flaviae*[2] *cum omnibus copiis*] | auxiliorum dato iure gladi, leg. August[*orum pro praetore leg. III Aug.*][3], | consul desig[*natus*].

*Lambaesi rep. in templo Aesculapii (VIII 2582 vidit Wilmanns).* — 1) *Idem memoratur in aliis titulis Africanis, ex quorum uno (VIII 2488) nomina suppleri potuerunt, nisi quod Vari cognomen sumpsi ex nominibus C. Iulii Lupi T. Vibii Vari Laevilli (Herm. 4 p. 192).* — 2) *Haec suppleta ex VIII 2745.* — 3) *Legatus exercitus Africani fuit a. 176 (VIII 2547) atque etiam postquam Commodus Augustus dictus est, i. e. a. 177 (VIII 2488).*

---

**1112** [*T. Pomponio Proculo* | *Vitrasio Pollioni*[1] *cos. II* | *amico*[2] *Aug*]ustorum, comit[*i M. Antonini* | *et L. Ver*]i Augg. expeditio[*nis* ....... | *Germ*]anicae, item comiti [*M. Antonini* | *et Com*]modi Augg. expedit[*ionis Germa*|*nicae Sar*]maticae, bis donis m[*ilitaribus do*|*nato, cor*]onis mura-

libu[*s II vallar. II* | *aur. II*] has[*tis puris IIII vexillis IIII,* | *procos. Asiae* . . . . . . . . *leg. Aug. pr. pr. Hispaniae,* | *leg. Aug. pro pr. Moesiae inf.*[3], | *pontif., s*]odali Antonin[*iano, praef. alimento*]rum, praetori, qu[*aestori, IIIviro* | *monetal*]i a. a. a. f. f., marito A[*nniae Fundaniae*[4] | *Faustinae*] imp. Caesaris M. [*Antonini Aug.* | *et div*]ae Faustinae Piae pa[*truelis, affini* | *domus*] Aug. | [*Huic senatus*] auctoribus im[*peratoribus* | *Antonino et*] Commodo Augg. G[*ermanicis* | *Sarmati*]cis statuas duas, u[*nam habitu* | *milita*]ri in foro divi Tra[*iani, alte*|*ram habi*]tu civili in pron[*ao aedis divi* | *Pii pon*]endas cen[*suit*].

*Romae rep. fragmenta duo basis marmoreae (VI 1540 vidit Henzen). In superficie superiore basis dicuntur esse litterae ad hanc inscriptionem certe non pertinentes* . . . . Cl. Caesa. — 1) *Ad T. Vitrasium Pollionem, qui consul fuit iterum ordinarius a. 176, titulum rettulit Borghesius ann. inst. arch. 1846 p. 348 = opp. 5 p. 57 cf. Rhein. Jahrb. 2 (1843) p. 104 propter ea quae infra leguntur de uxore eius, adhibito titulo iam tum noto N. 1114. Pomponii Proculi etiam nomina ei fuisse docuit postea titulus N. 1113.* — 2) *Amici vocabulum supplevit Wilmanns, fortasse recte; minus recte praefecti praetorio vocabulum suppleverat Borghesius.* — 3) *Proconsulem Asiae et legatum Hispaniae et Moesiae inferioris fuisse Pollionem intellegitur ex N. 1113. 1114. Cf. C. III 762. III S. 7420.* — 4) *Etiam Fundaniae nomen fuisse uxori Vitrasii Pollionis apparet ex tegula inscripta* ex pr. Fundaniae Faustinae et Vitrasi Pollio. *(C. XV 520). Filius quoque eorum appellabatur T. Fundanius Vitrasius Pollio (C. VI 1978).*

---

**1113** Nymphis | T. Pomponius | Proculus | Vitrasius | Pollio cos., | pontif., procos. | Asiae, leg. Aug. pr. | pr. provinciar. | Moesiae inf. et | Hisp. citer., | et Faustina eius | [*v. s. l. m.*].

*Legione (Léon) Hispaniae (Eph. epigr. 4, 23 = II S. 5679 semel descripta ab ignoto auctore, sed accurate).*

**1114** [*Annia Fundania M.*][1] | fil. Faustina | T. Vitrasi Poll[*i*]|onis cos. II, praet., | quaest. imp., pontif., | [*proc*]os. Asiae | uxor, | nymphis | Griselicis.

*Ad aquas Griselicas, hodie Gréoulx, provinciae Narbonensis (XII 361 vidit Hirschfeld).* — 1) *Cf. N. 1112 not. 4. Pater Faustinae videtur fuisse M. Annius Libo consul ordinarius a. 128 (de euius praenomine dixit Mo. C. III S. p. 1275).*

---

**1115** [*Vitras*]ia T. f. Faus[*tina*[1] | *P*]olionis cos., pon[*tif., f.,* | *Matri*] magnae sua pecu[*nia fecit*].

*Prope Cales rep., est Neapoli (X 4635).* — 1) *Supplevit Mommsen, referens ad filiam Pollionis N. 1112. Sane mirum est, ut ipse monuit Mo., eam dici Titi filiam et mox rursus Pollionis filiam. Cum Pollio dicatur consul, non consul iterum, titulus positus est ante a. 176. Eadem sine dubio Vitrasia Faustina occisa a Commodo (vit. Comm. 4).*

---

**1116** P. Vigellio Ra|io Plario Sa|turnino Atilio | Braduano Au|cidio Tertul|lo[1] leg. Aug., | ordo Troesmen. | ex decreto suo.

*Troesmi (III 775).* — 1) *Hic ut videtur Vigellius Saturninus qui proconsul Africae fuit a. 180 (Tertullian. ad Scapul. 3; act. martyr. Scillit., ap. Usener ind. lect. Bonn. 1881 aest.).*

---

**1117**

L. Fulvio C. f. Pom. . . . . . . . . . . . . . . . [*C.*]
Bruttio Praesenti Min . . . . . . . . . . . . . . . . .
Valerio Maximo Pompeio L. . . . . . . . . . . . . . . . .
Valenti Cornelio Proculo . . . . . . . . . . . . . . . . .
Aquilio Veientoni cos. II[1], pr[*ocos. prov. . . . . . . ., patri*]
[*C*]r[*i*]spinae Aug., socero[2] imp. [*Caes. Commodi Aug., sodali*]
Hadrianali, sodali Antonin[*iano item Veriano item*]
Marciano, comiti impp. Ant[*onini et Commodi Augg.*]
expeditionis Sarmaticae, p[*raet., trib. pleb., quaes-*]
tori Aug., tr. mil. leg. III Gallic[*ae, donis milit. donato*]
ab imp. divo Antonino Aug. P[*io*] . . . . . . . . . . . . . .

*Volceiis (Buccino) in Lucania (X 408 vidit Kaibel). — 1) C. Bruttius Praesens fuit iterum consul ordinarius a. 180 cum Sex. Quinctilio Condiano. — 2) Cf. vit. Marc. 27, 8.*

---

**1118** [*C.*] Arrio . . . [*f.* | *Q*]uir. Anto|nino prae[*f.*] | aer[*a*]ri Saturn[*i*], | iurid[*i*]co per Italiam [*re*]|gionis Transpadanae pr[*i*]|mo[1], fratri Arvali, praetori | cui primo iurisdictio pupilla|ris a sanctissimis imp. mandata | est[2], aedil. curul., ab actis senatus, se|viro equestrium turmar.[3], tribuno | laticlavio leg. IIII Scythicae, IIII|viro viarum curandar., qui pro|videntia maximorum imperat. mis|sus urgentis annonae difficuli|tates *(sic)* iuvit, et cosuluit securi|tati fundatis reip. opibus, ordo | Concordiensium patrono opt. ob innocentiam et labori *(sic)*.

*Concordiae in Venetia rep. (V 1874 vidit Mommsen).*

**1119** . . . . . . . . . . . . . . . . [*praet.*] | curatoribus et tutoribus dandis | primo constituto[2], curatori Nola|norum, fratri Arvali, augur., sodali Mar|ciano Antoniniano, iuridico regionis | Transpadaneae[1], curatori Ariminien|sium, curatori civitatum per Aemili|am, aedili curuli, ab actis senatus, se|viro equitum Romanorum, quaest. | urbano, tribuno leg. IIII Scythicae, | quattuorviro viarum curanda|rum, patrono IIII col.[4], | C. Iulius Libo trierchus *(sic)* classis no|vae Lybice, patrono, d. d. . . . . no f.

*Cirtae (VIII 7030 vidit Wilmanns). De C. Arrio Antonino, cui uterque titulus positus est, cf. Borghesi opp. 5, 383 seq. in commentario ad titulum priorem, et Henzen ind. frat. Arv. p. 177. Prior titulus est positus est ante mortem Veri (a. 169), alter post mortem Marci. — 1) Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 1085 not. 3. — 2) Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 226 not. 1. — 3) In altero titulo omissa est quaestura, errore. — 4) Cf. N. 1068 not. 5. 1147 not. 2.*

---

**1120** M. Atilio T. f. | Severo cos.[1], | [*VII*]viro epu|[*lo*]num, sodales | [*Her*]culani ob plu|[*rim*]a in se | [*be*]neficia.

*Prope Romam ad quartum lapidem viae Labicanae (Eph. ep. 7 p. 384 semel descripta saeculo superiore). — 1) Hic est Atilius Severus in exilium actus a Commodo (vit. Comm. 4, 11).*

---

**1121** [*L. Annio*] | L. f. Arn. Ravo | [*cos., pr*]aet., quaestori | [*candi*]dato imp. Caes. | [*M. Au*]reli C[*ommodi* | *Ant*]onini Aug. Pii | [*Feli*]cis, pontifici, | [*sal*]io Palatino[1], tri|[*um*]viro monetali | [*a. a. a.*] f. f., sodales | [*Hercu*]lani ob me|[*rita pat*]rono.

*Romae in museo Vaticano (VI 1339). Supplevit Borghesius opp. 3 p. 20.* — 1) *Salius esse desiit exauguratus anno 170, teste laterculo saliorum Palatinorum VI 1978.*

---

**1122** C. Matio C. f. | Collin. | Sabinio Sullin. | Vatinian. | Anicio Maximo | Caesulen. Martiali | Pisibano Lepido | allect. inter. quaest., | salio Palatin.[1], | IIIvir. monet. a. a. a. f. f., | seviro equit. Roman., | flam. Iulian.[2], patricio, | praetori candidat., cos., | curat. et patron. | d. d.

*Gemonae (V 1812).* — 1) *Salius esse desiit anno 186 (VI 1980).* — 2) *Fuit flamen Iulianus, id est divi Iulii cf. eph. ep. 3 p. 225.*

---

**1123** C. Sabucio C. f. Quir. Maiori | Caeciliano[1] cos., | sodali August. Claudial., procos. prov. | Acha., leg. Aug. pr. pr. prov. Belgicae, | praef. aerari mil., leg. iurid. prov. | Britanniae, iurid. per Flamin. et | Umbriam, curat. viae Salar. et | alimentorum, praet. candid., tr. pleb. | . . . . . . .

*Romae rep. a. 1808 in basilica S. Pauli, mox periit (VI 1509).*

**1123[a]** C. Sabucio | Maior[*i*] | Caecilian[*o*][1] | cons. m. v.[2] | C. Sabucius | Maio[*r*] Plotinus | Faustinus c. i. | nepos.

*Romae rep. ad thermas Caracallae (VI 1510 vidit de Rossi).* — 1) *Est ut videtur* C. Sab . . . *memoratus ut consul in actis Arvalium sub Commodo (a. 186 ut videtur; Henzen act. Arv. p. CXCII).* — 2) *Consularis memoriae viro.*

---

**1124** L. Ragonio L. f. Pap. Urinatio | Larcio Quintiano[1] cos., | sodali Hadrianali, leg. leg. | XIIII Gem., donis milit. donato ab | imp. ⟨Commodo⟩[2] Antonino Aug., | procos. prov. Sardin., iuridico | per Apul., praef. f. d.[3], praet., | aed. pl., q. pr. pr. provinc. | Africae, seviro, | Ti. Cl. Phaedimus | h. c.[4]

*Romae (VI 1502 vidit Henzen).* — 1) *Eiusdem viri tituli plane similes (nisi quod dedicati sunt ab aliis), sunt VI 1503 et V 2112, breviores V 1968—1970.* — 2) *Vocabulum abrasum et postea restitutum.* — 3) *Praefecto frumenti dandi.* — 4) *Honoris causa.*

---

**1125** L. Ragonio L. f. Pap. | Urinatio Tuscenio | Quintiano[1] | domino, ob honorem | togae virilis | Ofellius ser. ark.

*Romae (VI 1504 descripsit saec. XV Iucundus).* — 1) *Est filius eius qui praecedit (cf. VI 1503). Eiusdem titulus plane similis est V 2089.*

---

**1126** . . . . . . . [*XVviro sacris faci*]undis, praetori | candidato, legat. | provinc. Africae dioe|ceseos Hipponiensis, | adlect. inter. quaest. a | divo Commodo et in|ter patricios, trib. | laticl. leg. V Maced., | Xviro stlitib. iudic., | ob singularem erga pa|triam civisque adfec|tionem p. d. d.[1]

*Beneventi (IX 1592 descripta saec. XVII a Verusio Beneventano).* — 1) *Publice decreto decurionum.*

---

**1127** d. m. | M. Antonii Antii Lupi[1] pr., | patricii, auguris, quaest., sodal. Titii, trib. | mil. leg. II Adiutr. piae fidel., Xvir. stl. iud., praef. fer. | Lat., cuius memoriam per vim oppressi in | integrum secundum amplissimi ordinis | consultum restituta est.[2] Sepulchrum ab eo coeptum | Claudiae Regillae uxori et Antiae Marcellinae fil. | pietatis suae erga eum testificandae gratia et | nominis eius in perpetuum celebrandi perfecerunt adfines | M. Valerius Bradua Mauricus[3] pontif. et Antonia Vitellia, | amici | Q. Fabius Honoratus, T. Annaeus Placidus.[4]

*Romae extra portam Ostiensem in sepulchro diruto saec. XVI exeunte, descripserunt multi auctores saec. XV et XVI (VI 1343). —* 1) *Memoratur Antius Lupus inter occisos a Commodo, vit. Commodi c. 7. —* 2) *Vit. Pertin. c. 7: revocavit etiam eos qui deportati fuerant crimine maiestatis, eorum memoria restituta qui occisi fuerant. —* 3) *Cf. N. 1128. —* 4) *Infra insculpti fuerunt versus Graeci et Latini, quorum lacerae tantum partes descriptae sunt.*

---

**1128** M. Valerius Bradua Mauricus c. m. v.[1], cos.[2], pont., sodalis Hadrianalis, curator operum publicorum, curator aquarum sacrae urbis et Miniciae, censitor provinciae Aquetanicae, procos. provinciae Africae balneum quod vivos inchoaverat, Q. Vi[*r*]ius[3] Egnatius Sulpicius Priscus consularis, pontifex et flamen divi Severi, curator aquarum sacrae urbis et Miniciae eodemque tempore praefectus alimentorum, perfectum Albi[*n*]ga[*u*]nensibus a[*t*]signavit.

*Albingauni in ora Liguriae (V 7783 semel descripta saec. XV exeunte versibus non divisis). —* 1) *Clarissimae memoriae vir. —* 2) *Consul fuit ordinarius a. 191. —* 3) quieius *traditur; correxi ex titulo VI 1541, ubi Q. Virius Larcius Sulpicius aliquis memoratur cum eodem Bradua Maurico consule et pontifice, et X 8059, 154.*

---

**1129** M. Aufidio Frontoni, | pronepoti M. Corneli | Frontonis oratoris[1], consulis, magistri | imperatorum Luci et Antonini, | nepotis[2] Aufidi Victorini | praefecti urbi, bis consulis[3], | Fronto consul[4] | filio dulcissimo.

*Pisauri (Olivieri marm. Pis. p. 30, LXIX). —* 1) *Huius Frontonis titulum vide infra in capite de viris litteratis. Consul fuit a. 143. —* 2) *Scrib.* nepoti. — 3) *C. Aufidius Victorinus, Frontonis oratoris gener, consul iterum fuit a. 183. —* 4) *Est M. Aufidius Fronto consul ordinarius a. 199.*

---

**1130** C. Fufidio At|tico e. m. v.[1] | C. Fufidius At|ticus v. c. cos. fi|lius et Nerati|a Marullina | c. f. norus.

**1131** C. Neratio Fu|fidio Anniano | Fufidi Attici c. v. | q. des.[2] fil., | Nerati Prisci[3] cos. | nepoti, | Acci Iuliani cos. | pronepoti, | municipes Saepinat|es.

**1132** C. Neratio Fufi|dio Prisco, | Fufidi Attici | c. v. q. des.[2] fil., | Nerati Prisci[3] cos. | nepoti, Acci Iulia|ni cos. pronepoti, | municipes Saepi|nates.

*Saepini in Samnio (IX 2450. 2452 vidit Dressel. 2451 descr. Caraba). —* 1) *Egregiae memoriae viro; saeculo II exeunte vel tertio scriptos esse titulos hoc*

*et similia declarant. — 2) Quaestoris designati. — 3) Vix est auctor iuris N. 1033, magis filius eius.*

---

**1133** Aciliae M.' f. | Manliolae c. f.[1], | M.' Acili Glabrion. | sen. cos.[3] pronepti, | M.' Acili Glabrionis | cos. II[4] nepti, | M.' Acili Faustini | cos.[5] filiae, | ordo decurion.

**1134** Aciliae Gavini|ae Frestanae | C · ꟼ ·[2], | Cl. Acili Cleobolis[6] | fil., M.' Acili Faustini | cos.[5] nepti, Acili Gla|brionis bis cos.[4], IIvir. | q. q., pronep., Tib. Clau|di Cleobolis [s]en. cos.[6] | nep.

*Allifis (IX 2333 vidit Mommsen, 2334 descr. Accursius et Smetius). — 1) Clarissimae feminae. — 2) Clarissimae puellae. — 3) M.' Acilius Glabrio senior videtur is qui supra N. 1072, consul a. 152. — 4) M.' Acilius Glabrio iterum consul a. 186 ordinarius cum Commodo quintum. — 5) M.' Acilius Faustinus cos. ord. a. 210. — 6) Cleoboles uterque praeterea ignotus. Cf. stemma propositum a Mommsen l. c.*

---

**1135** [*Her*]cul[*i*] | Victori | P. Plotius Romanus[1] cos., sod. Aug. Cl., | leg. Aug. pr. pr. prov. Arab. item Gal., | praef. aer. Sat., leg. Aug. cens. acc. Hisp. cit., | iur. per Aem. Lig., cur. viae Labic., cur. Verc., | pr. urb., trib. pl., q. kand., VIvir. eq. R. tur. II, | trib. mil. legg. I Min. et II Adiut., IIIIv. v. cur., | aedem cum omni cultu consecravit.

*Romae extra portam Portuensem rep. (VI 322 vidit Bormann). — 1) Homo praeterea ignotus; videtur vixisse saec. II exeunte, certe non ante M. Aurelium, qui iuridicos instituit.*

---

**1136** Laberiae | Pompeianae c. f.[1], | coniugi M. [*Cl.*] Macrini | Vindicis Hermog[*e*]ni|ani[2] c. v. et consularis, | ob rarissimam praeci|puamque ac munificam | eius in se liberosque | adfectionem | pietatemque, | L. Gabinius Cosmianus[3] | pontif., pat. col. et a mi|litiis, consocer. | L. d. d. d.

*Venafri (X 4861 descripsit de Utris Venafranus). — 1) Clarissimae feminae. — 2) Iudice Borghesio (cf. ad C. X l. c.) filius M. Macrinii Vindicis praefecti praetorio M. Aurelii (cf. ad N. 1107). — 3) Huic Gabinio Cosmiano positus est titulus Venafranus X 4860.*

---

**1137** . . . . . . . . . [*adlecto inter* | *patr*]icios a divo Pertinace, IIIvir. a. a. a. f. f., | [*so*]dali Hadrianali, flamini Commodian.[1], | [*Pol*]ytimus lib. et proc.[2] patrono.

*Romae in museo Vaticano (VI 1577 vidit Henzen). — 1) Cf. eph. epigr. 3 p. 224. — 2) Libertus et procurator.*

---

**1138** M. Fabio M. f. Quir. Magno | Valeriano[1] Xvir. stlitib. | iud., trib. laticl. leg. XI Cl. | p. f., XVvir. s. f.[2], q. cand., VIvir. | turma V, tr. pl., pr., luperco, | cur. r. p. Velitrensium, | cur. viae Latinae, iur. | reg.[3] Tusciae et Piceni, leg. | Augg. leg. I Italicae, | splendidissimus ordo | Clusinorum patrono | optimo ob benivolen|tiam eius in se conla|tam.

*Clusii (XI 2106 vidit Bormann). — 1) Num hic sit Valerianus memoratus una cum Anullino (infra N. 1139) ut dux Severi (Dio 74, 7), id quod in mentem venit Henzeno (ann. inst. arch. 1863 p. 284), incertum. — 2) Memoratur Fabius*

*Magnus ut quindecimvir sacris faciundis in actis ludorum saecularium a. 204 nuper repertis.* — 3) *Iuridico regionis.*

---

**1139** P. Cornelio P. f. Gal. Anullino[1] | Iliber.[2], praef. ur[*b.*], cos.[3], procos. | prov. Africae[4], p[*ra*]et., trib. | pleb., q., leg. prov. Nar|bonens.[5], proco[*s. pro*]v. | [*Ba*]eti[*c.*], l[*e*]g. l[*e*]g. VII Gem. [*p. f.*, | *leg.*] Aug. pr. pr. pro[*v.*] ... | ...., curat. a[*l*]v[*e*]i[6] et [*rip.* | *Tiberis*] ...

*Granada (Iliberri) (II 2073 et melius II S. 5506 vidit Huebner).* — 1) *Hic est Anullinus qui a. 194 copiis Severi ad Issum praefuit (Dio 74, 7); memoratur etiam Dio 75, 3; epit. 20, 6.* — 2) *Iliberritano (praeterea vix umquam domus enuntiatur in titulis senatorum, cf. Mommsen Staatsr. III p. 887).* — 3) *Consul fuit suffectus anno incerto sub Marco aut Commodo; post hunc titulum positum factus est iterum consul ord. a. 199.* — 4) *A. 193 (supra N. 413).* — 5) *Apparet ordinem honorum confusum esse.* — 6) *Haec primus recte legit Huebnerus.*

---

**1140** ⟨Tib. Cl. Candido[1] cos.⟩[2] | XVvir. s. f., leg. Augg. | pr. pr. provinc. H. c.[3] | et in ea duci terra marique | adversus rebelles H. h. p. R.[4] | item Asiae item Noricae[5], | duci exercitus Illyrici | expeditione Asiana[6] item Parthica[7] | item Gallica[8], logistae civitatis | splendidissimae Nicomedensium | item Ephesiorum, leg. pr. pr. provinc. | Asiae, cur. civitatis Teanensium, | allecto inter praetorios item | tribunicios, proc. XX hered. per | Gallias Lugdunensem et Bel|gicam et utramq. Germaniam, | praeposito copiarum expediti|onis Germanicae secundae[9], | trib. mil. leg. II Aug., praefecto | cohrtis *(sic)* secundae civium | Romanorum, | Silius Hospes hastatus leg. X | Geminae, strator eius, | optimo praesidi.

*Tarracone (II 4114 vidit Huebner).* — 1) *Hic est Candidus memoratus inter duces Severi a Dione (cf. not. 6. 7).* — 2) *Quae uncis inclusi, in litura dicuntur reposita esse.* — 3) *Hispaniae citerioris.* — 4) *Sic excepit Huebner* (H. h. p. p. *alii); videtur significari: rebelles Hispaniae, hostes populi Romani (Mo. C. II p. 711).* — 5) *Asiae et Noricae, scilicet rebelles. Noricum sive provinciam Noricam Severi partibus vi demum coactam accessisse ex hoc titulo collegit Wilmanns (ex. 1201).* — 6) *A. 194 contra Pescennium Nigrum (Dio 74, 6).* — 7) *Intellegitur expeditio quae Pescennianum bellum secuta est (Dio 75, 2).* — 8) *Contra Albinum.* — 9) *M. Aurelii et Commodi adversus Marcomannos a. 178 seq.*

---

**1141** L. Fabio M. f. Gal. Ciloni Septi|mino Catinio Aciliano Le|pido Fulciniano[1] cos.[2], | comiti imp. L. Septimi Severi Pii | Pertinacis Aug. Arab. Adiab. p. p.[3], | sodal. Hadrianal., cur. Min.[4], leg. | Aug. pr. pr. provinc. Pann.[5] et Moe|siae sup., Bithyn. et Ponti, duci ve|xill.[6] per Italiam exercitus imp. | Severi Pii Pertinacis Aug. et M. | Aureli Antonini Aug., praepo|sito vexillation. Perinthi per|gentib.[7], leg. Aug. pr. pr. provin. Ga|lat., praef. aer. militar., procos. prov. | Narbon., leg. Aug. leg. XVI F. f., pr. urb., | leg. pr. pr. prov. Narb., trib. pl., quaest. | prov. Cret. Cyr., trib. mil. leg. XI Cl., | Xvir. stlit. iudic., cur. r. p. Nico|medensium, Interamna|tium Nartium, item Gravi|scanorum, Ti. Cl. Ambrelianus 7 leg. V | Macedonicae ob merita.

**1142** L. Fabio M. f. Gal. Ciloni | Septimino[1] cos.[2], praef. urb., | leg. Augg. pro pr. Pannon. | super.[5], duci vexill., leg. pro | pr. provinciar. Moesiae super. | Ponti et Bithyniae, | comiti Augg., leg. Augg. pro | pr. prov. Galatiae, praef. | aer. militaris, pro|cos. itemq. leg. prov. Narbonens., | leg. leg. XVI Fl. f. Samosate, | sodal. Hadrianal., | pr. urb., trib. pleb., q. prov. | Cretae, trib. leg. XI Cl., Xvir. stlitib. iudicandis, | Mediolanenses | patrono.

*Romae, bases duae nescio quo loco repertae (VI 1408. 1409 descr. de Rossi).* — 1) *Fabius Cilo vir primarius aetatis Severianae. Ei praeterea dedicati sunt tituli urbani VI 1410 et C. I. Gr. 5896.* — 2) *Consul suffectus fuit a. 193 (cf. vit. Comm. 20). Post hos titulos positos factus est iterum consul ordinarius a. 204.* — 3) *Severum comitatus est statim post legationem Galatiae ut ex N. 1142 intellegitur (apparet in N. 1141 comitis honorem, ut consulatum et sacerdotium, ex reliquorum honorum ordine exemptum perscriptum esse loco non suo).* — 4) *Curatori Miniciae (de curatoribus Miniciae, praefectis Miniciae, curatoribus aquarum et Miniciae cf. Hirschfeld Philol. 1869 p. 66).* — 5) *Memoratur in miliariis Pannonicis III 4617. 4622. 4638. 4640. 4642. Fuit legatus Pannoniae ab anno certe 198 ad a. 201.* — 6) *Hoc munere functus est, teste N. 1142, post legationes Bithynicam et Moesicam, ante Pannonicam; apparet in N. 1141 legationes a Cilone sub Severo administratas iunctas esse.* — 7) *Narrant auctores Nigrum occupato Byzantio Perinthum quoque voluisse occupare, sed plurimis de exercitu Severiano interfectis re infecta abiisse (vit. Sev. 8; Dio 74, 6). His copiis Severi videtur Cilo praefuisse; quamquam mire dicuntur vexillationes Perinthi pergentes.*

---

**1143** P. Porcio Optat[*o*] | Flammae c. p.[1], fil. | [*P.*] Porci Optati Flamma[*e*] | c. v. praetoris, inter tribuni[*cios*] | adlecti, quaestoris pro[*vin*]|ciae Baeticae, sacerdot[*io*] | Flaviali Titiali iudicio dom[*ini*] | n. sanctissimi et fortissi[*mi*] | imp. Caes. L. Septimi Sever[*i Per*]|tinacis Aug. Pii exor[*nati*], | legati ab amplissimo s[*enatu*] | ad eundem dominum | [*i*]mp. in Germaniam et [*ad*] | Antoninum Caes. | [*im*]p. destinatum[2] in Pannoni[*am*] | missi, ob debitam pietat[*em*] | memoriae eius | C. Volumnius Marcellus Ca[*eci*]|lianus eq. publ. exornat[*us*] | posuit.

*Constantinae rep. (VIII 7062 vidit Wilmanns).* — 1) *Clarissimo puero.* — 2) *A. 197 (cf. supra N. 446). Apparet ex hoc titulo Caracallam, qui a. 196 Viminacii ad Danuvium Caesar dictus est (vita Sev. 10), dum pater contra Albinum pugnaret, in Pannonia substitisse.*

---

**1144**

[*d.*] m.
[*Statilio*] . . Barbaro cos.,
. . . . . . . [*leg.*] Augg. Germ. super.,
. . . . . . . . . . [*l*]eg. Augg. prov. Thrac.[1],
[*donato donis mil. b*]ello Parth. Mesop.[2],
[*praet., . . . . . . . q.*] prov. Afric., tr. latic.
[*leg. . . ., Xvir. stli*]t. iudic., sevir. eq. Rom.
[*be*]nemerenti
. . . . . arciana c. f.

*Romae rep. cum ecclesia S. Pauli reaedificaretur (VI 1522). Tractavit Borghesius opp. 3 p. 263 seq.* — 1) *Legatus Thraciae fuit etiam a. 196 vel 197, teste titulo edito a Dumont inscr. de la Thrace n. 72 c.* — 2) *Significatur nisi fallor prior expeditio Severi Mesopotamica (Dio 75, 2). (Borghesius, nondum reperto titulo Thracico, cogitaverat de expeditione anni 197).*

---

**1145** Q. Hedio L. f. Pol. | Rufo Lolliano | Gentiano auguri, cos.[1], | procos. Asiae[2], censitori | prov. Lugd. item Lugdu|nensium, comiti Severi et | Antonini Augg. ter, leg. Augg. | prov. H. c.[3] item censit. | H. c.[3], cur. c. splend. Pu|teolanor. et Veliter|nor., quaest. cand., praet. | cand., leg. leg. X[X]II Pri|mig., trib. leg. VII G. p. f., III|viro a. a. a. f. f., | Fab. Marcellus . . . .

*Tarracone (II 4121).* — 1) *Lollianus Gentianus consul fuit ante a. 193 (vit. Pert. 7, 7).* — 2) *Proconsul Asiae fuit a. 203 (Bull. de corr. hell. 12 p. 66). Fuit etiam salius Palatinus (VI 1978).* — 3) *Hispaniae citerioris.*

---

**1146** [*P*]omponiae | Germanil|lae cl. f., con|iugi | Cl. Claudi|ani[4] cos. | duarum Pan|noniarum[6], | L. Cornelius | Restitutus | praef. clas|sis Flaviae | Pannonicae, | rarissimae | feminae | d. d.

**1147** Claudiae P. f. | Quir.[1] Gallittae | coniugi | Q. Austurni P. f. | Quir. Lappiani eq. | p. exor., aed., IIIvir. IIII col., | praef. III col.[2], duc. bis[3], | sorori | Ti. Claudi Claudiani[4] leg. | Auggg.[5] pr. pr., c. v., | consul. | provinc. et exerc. Pann. | inferior et superior.[6], | praepositi vexillation. | Daciiscar. *(sic)*, leg. leg. XIII Gem. | et V Macedonicae piae[7], | candidato[8] Auggg.[5] et | eis devotiss[*im*]o prae|tori tutelar[*io, sacer*]|doti septemv[*iro*] | epulonum, [*sacer*]do ti Laurent. Lavinat., | Q. Austurnius | Lappianus coniug. ra|rissimae s. p. p. d. d.[8]

*Rusicade (Philippeville) Numidiae (VIII 7977. 7978 vidit Wilmanns).* — 1) *Tribus mulieri tribuitur non raro in titulis Africae.* — 2) *Quattuor coloniae intelleguntur Cirtenses, scilicet ipsa Cirta, Rusicade, Milev, Chullu, tres coloniae eae ipsae excepta Cirta (cf. vol. VIII p. 618. 619).* — 3) *Ducenarius (procurator ut videtur) bis.* — 4) *Ipsi huic Claudiano dedicatus est titulus VIII 5349 Calamae in Numidia (cf. praeterea not. 6. 7).* — 5) *Tres Augusti sunt Severus, Caracalla, Geta; huius mentio postea deleta.* — 6) *Memoratur in lapidibus Pannoniae inferioris a. 197/8 (III 3387. 3745).* — 7) *Nota Claudianum praefuisse duabus legionibus tunc temporis in Dacia tendentibus; legatus legionis quintae Macedonice fuit a. 195 (III 905).* — 8) *A consuetudine recedit candidati vocabulum collocatum ante praetoris. Pro casu tertio hic et deinceps requiritur secundus.*

---

**1148** M. Nonio M. [*f.*] | Pob. Arrio | Mucian[*o*][1] | cos.[2], pr., XV[*viro*] | sac. f.[3], curat[*ori*] | et patrono r. [*p.*] | Veronens. | ob largitionem [*eius*] | quod at ther[*mas*] | Iuventia[*nas*] | perficiend. H[*S*] . . . . | rei public. d[*ederit*], | ordo . . . .

*Veronae (V 3342 vidit Mommsen).* — 1) *De hoc homine cf. Mommsen C. l. c. (V p. 339). Videtur fuisse origine Brixianus; qui evenerit, ut pro tribu Brixianorum Fabia Veronensium Publiliam adsciverit, ignoratur (Mo.).* — 2) *Consul*

*fuit ordinarius a. 201.* — 3) *Memoratur ut quindecimvir sacris faciundis in actis ludorum saecularium a. 204.*

---

**1149** M. Nummio | Umbrio Primo | M. f. Pal. Senecioni | Albino[1] cós.[2], pr. candidat., | leg. prov. Africae, leg. prov. Asiae, | q. candid. Augustór., pontif., | salio Palatino[1], VIvir. eq. R. turmae pr., | IIIviro monetali a. a. a. f. f., | M. Nummius Eulodus lib., nutritor et procurator. | L. d. d. d.

*Brixiae (V 4347 vidit Mommsen).* — 1) *Eiusdem praeterea sunt tituli urbanus VI 1475 et Hispanus II 3741.* — 2) *Consul fuit ord. a. 206.* — 3) *Salius Palatinus factus est a. 191, esse desiit propter pontificatum a. 199 (VI 1980 v. 14, 1982 v. 6). Post hunc titulum positum factus est etiam legatus Hispaniae Tarraconensis Augustorum duorum, aut Severi et Caracallae, aut Caracallae et Getae (II 3741).*

---

**1150** M. Nonio M. f. | Fab. Arrio Paulino | Apro[1] c. v., XVviro | sacris faciundis, quae[*s*]|tori candidato, praeto[*ri*] | urbano, curatori rei pu[*bl.*] | Nicomedensium et Nica[*een*]sium, curatori viae App[*iae*], | iuridico region. Tran[*spad.*], | coll. dendroph[*or.*], quod eius industria immuni[*t*]as collegi nostri sit confirma[*ta*], | patrono. L. d. d. d.

*Brixiae (V 4341 vidit Mommsen).* — 1) *De hoc homine cf. Mommsen C. V p. 339. Iudice Borghesio non diversus fuit ab Apro consule ordinario a. 207.*

---

**1151** M. An[*tio*] . . | Crescent[*i*] | Calpurniano[1] [*cos.*], | proc[*o*]s. prov. M[*aced.*], | XVvi[*ro s.*] f.[2], iurid. Brit. | vice leg.[3], leg. pr. pr. | prov. . . . . . . . [*cur.*] r. [*p.*] | Mars[*orum Marruvior.*], | pr[*aet.*], . . . .

*Romae rep. saec. XVII exeunte (VI 1336 bis descripta).* — 1) *Idem homo Ostiae fuit pontifex Volcani ab a. 194 certe usque ad a. 203 (XIV 324/5, unde nomen supplevi).* — 2) *Ut quindecimvir sacris faciundis memoratur in actis ludorum saecularium anni 204 nuper repertis.* — 3) *Nota iuridicum vice legati provinciae fungentem.*

---

**1152** Bonae Menti[1] ac r[*e*]|duci Fortunae red|hibita et suscepta | próvincia[2] | T. Flavius Secundus Philipp[*ia*]nus v. c. leg. Auggg.[3] próv. Lug[*ud.*], | leg. legg. I M. et XIIII Gem., allect. | inter praetorios tribunici|os quaéstorios, trib. militum | leg. VII Gem. cum Iulia Nepotit|ia c. f.[4] sua et T. Fl. Victórino Phi|lippiáno c. i.[5], trib. mil. leg. V Ma|ced., et T. Fl. Aristo Ulpiano c. p.[6], lec|to in patriciás familias, | aram constituit ac | dedicavit.

*Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 128).* — 1) *Initio litteras* . . . vi de . . ., *suppletas* Iovi depulsori *praemittit unus ex auctoribus, Millin, nescio num recte.* — 2) *Provincia intellegitur sine dubio ea in qua lapis positus est et cuius Philippianus fuit legatus, Gallia Lugdunensis; redhibita cur dicatur, obscurum est.* — 3) Auggg. *saepius adhibitum de Severo filiisque etiam ante Getam fratri aequiperatum (cf. N. 1153 not. 1), id quod videtur evenisse anno demum 209.* — 4) *Clarissima femina,* 5) *clarissimo iuvene,* 6) *clarissimo puero.*

---

**1153** C. Iul. Sept. Castinus cos. | desig., leg. Aug[*gg.*][1] pr. pr. | P. i.[2], leg. leg. I M.[3], ex praec. dom. | nn[*n.*][1] dux vexil. IIII | Germ.[4] VIII

Aug. XVIII[5] Pr. I | Min. XXX Ulp. adversus defectores | et rebelles[6], procos. Cretae et Cyr., | iurid. per Apul. Cal. Luc. Brut., | cur. viae Sal., cur. Ae[*c*]lan.[7], praet. | tutel., trib. pl., quaest., tr. mil. leg. | I Adi. item V Mac.

*Alt-Ofen (Aquinci) ara rep. a. 1889, simul prodierunt alii duo lapides eadem fere inscriptione inscripti (Fröhlich arch. ep. Mitth. 14, 1891 p. 71 cf. Domaszewski Korrespondenzbl. der westd. Zeitschr. 1890 p. 9, mus. Rhen. 1890 p. 205). — Initio potest aliquid periisse (fortasse indicatio numinis cui ara dedicata fuit).* — 1) *Duae* gg *(sed altera errore) ex* Auggg., *ultima* n *ex* nnn. *erasae, post caedem Getae sine dubio (de tribus Augustis cf. N. 1152 not. 2; in titulo item Aquincensi arch. ep. Mitth. l. c. p. 59 idem Castinus dicitur* leg. Augg.*).* — 2) *Pannoniae inferioris (in hac legatione posuit titulum Aquincensem III 3480).* — 3) *Ad curam legionis primae Minerviae spectat titulus Bonnensis Brambach 520 positus a. 205 aut 208.* — 4) *Dux vexillationum quattuor legionum Germanicarum Castinus videtur fuisse vel factus esse cum esset legatus unius ex iis, primae Minerviae.* — 5) *Scr.* XXII. — 6) *Domaszewskius cogitavit de factionibus Nigri et Albini; sed fieri potest ut significatur tumultus aliquis praeterea nobis ignotus.* — 7) ÆΣLAN *legitur in tribus lapidibus. — Post hunc titulum positum, adeptus consulatum Castinus factus est legatus Daciae (tit. Porolissensis arch. ep. Mitth. 3, 88 = C. III S. 7638), ex qua revocatus est a Macrino (Dio 78, 13).*

---

**1154** M. Aurelio | Cominio Cas|siano c. v. | leg. Augg.[1] pr. | pr., omnibus | virtutibus | abundan|ti viro, | Memmi|us Valeri|anus a IIII | militiis | v. e.[2]

*Lambaesi (VIII 2732 descr. Renier).* — 1) *Altera* g *erasa pertinens scilicet ad Getam. Cassianus videtur rexisse Numidium ab a. 208 usque ad a. 211 (cf. VIII 2611; Pallu de Lessert fastes de la Numidie p. 130 seq.).* — 2) *A quattuor militiis (i. e., functus quattuor militiis equestribus, cf. Mommsen Staatsr. III p. 543 not. 4), vir egregius.*

---

**1155** Terentiae Flavolae | sorori sanctissimae, | v. V. maximae[1], | Q. Lol[*l*]ianus[2] Q. f. | Poll. Plautius Avitus[3] | cos., augur, pr. cand. | tutel., leg. leg. VII | Gemin. piae felicis, | iuridic. Asturicae et | Callaeciae, leg. Augg.[4] prov. | Asiae, quaest. candidat., trib. | laticlav. legion. XIII Gemin., | triumvir monetalis a. a. a. | f. f., cum | Claudia Sestia Cocceia Sev[*e*]riana | coniuge et Lolliana Plautia Sestia Servil|la filia.

*Romae basis rep. in atrio Vestae (Lanciani bull. com. 1883 p. 216).* — 1) *Eiusdem Terentiae Flavolae virginis Vestalis maximae Caracallae temporibus (cf. VI 2130) alterum titulum dabimus infra inter titulos sacros et sacerdotum.* — 2) Lolllianus *lapis.* — 3) *Lollianus hic Avitus fortasse filius fuit Lolliani Gentiani supra N. 1145; cognomen Aviti sumpsit ab avo L. Lolliano Avito consule a. 144, vel a patruo L. Hedio Rufo Lolliano Avito, de quo cf. Borghesi opp. 4 p. 512. Fortasse idem est Avitus consul ordinarius a. 209.* — 4) Augg. *adiectum videtur errore quadratarii; nam sine dubio Avitus adhuc quaestorius non extraordinaria aliqua legatione iussu imperatoris in Asia functus est, sed comitatus est proconsulem Asiae.*

---

**1156** C. Iulio Aspro[1] | cos. designato, | curatori viae Appi|ae, sodali Augusta|li, praetori peregr., | trib. pleb., quaestor. | provinc. Africae, | curat. aedium sacrar., | prov. Mauretania | Tingitana patrono | optimo.

*Inter Romam et Tusculum ad XI lapidem viae Latinae rep. (XIV 2509 vidit Bormann). Eodem loco prodierunt multi alii tituli eidem Aspro positi (XIV 2505 seq.).* — 1) *Alteruter ex duobus C. Iuliis Aspris qui una consules fuerunt a. 212, alter iterum alter primum (cf. Borghesi opp. 7 p. 95).*

---

**1157** Iunoni regina[*e*], | pro salute [*a*]c im[*perii*] | diuturnitate [*imp.*] | M. Aurelli Antonin[*i*] | Pii Fel. Aug. et Iulia[*e*] | Piae Fel. Aug., matri[*s*] | Antonini Aug. ca[*s*]|trorum senatus ac | patriae, | C. Iul. Cerealis cos.[1], leg. | Aug. pr. pr. pr. H. n. c. Anton[*i*]|nianae[2], post divission. | provinc. primus ab eo m[*issus*].

*Legione (Léon) rep., est Valladolid (II 2661 vidit Huebner praeter paucas litteras). Alterius exempli huius tituli fragmentum nuper rep. est, II S. 5680 vidit Huebner.* — 1) *Non est Cerialis consul ord. a. 215 sed alius praeterea ignotus.* — 2) *Legatus pro praetore provinciae Hispaniae novae citerioris, Antoninianae a Caracalla dictae. Ceterum de hac divisione provinciae praeterea nihil compertum est, nec certum num duraverit. Legati Augusti Asturiae et Callaeciae iuridici fuerunt, neque umquam dicuntur pro praetore.*

---

**1158** P. Aelio Coerano | cos., procos. prov. Mac., | leg. leg. VIII Aug., iuridico | per Flaminiam et Umbri|am, praet. urb., trib. plebei | kand., quaest., IIIIvir. iur. dic.[1], | fr. Arvali[2], curat. civit. | Antiatium et Aquinatium, | patrono et flamini Diali Tib., | decuriones Tiburtes.

*Tibure (XIV 3586 vidi ipse).* — 1) *Quattuorvir iure dicundo fuit Tibure (nisi debuit esse* IIIIvir. viar. cur.*).* — 2) *Memoratur P. Aelius Coeranus in actis fratrum Arvalium a. 213 et a. 214 (ubi appellatur P. Aelius Coeranus iun.).*

---

**1159** C. Octavio App. S[*ue*]|trio Sabino[1] c. v., po[*n*]|tif. et auguri[2], cos. ordin[*ar.*][3], | legato Aug. pr. pr. Pannon. i[*nf.*][4], | elect. ad corrig. statum Ita[*l.*][5], praef. aliment., iudici ex dele[*g.*] | cognition. Caesarian.[6], legato [*Aug.*] | pr. pr. prov. Raet., praeposit. vexi[*ll.*] | Germ. expedit.[7], comit. Aug. n.[8], legat. l[*eg. II*] | et vicensim. Pr[*im*]ig., iur[*id*]ico per A[*em.*] | et Liguriam, curat. viae Latinae n[*ov.*][9], | curat. rei publicae Ocriculano[*r.*], | praet. de liberalib. causis[10], tribu[*n.*] | et quaestori candidato, | plebs Aquinatiu[*m*] | patrono rarissim.

*Aquini (X 5398 Mommsen vidit ectypum). Illustravit Mommsen eph. ep. 4 p. 130 seq.* — 1) *Eidem Sabino positi sunt tituli Casinas X 5178 et urbani VI 1476. 1477 sed mutili omnes; memoratur in compluribus aliis titulis et a Dione (cf. not. 4).* — 2) *Pontificatus et auguratus meliore aetate vix unquam in unum eundemque hominem privatum collati reperiuntur.* — 3) *Consul fuit a. 214.* — 4) *Ad legationem Pannonicam pertinent tituli Aquincenses III 3428. 3429. Eph. ep. 2, 677. Arch. ep. Mitth. 14, 1891 p. 69. Revocatus est e Pannonia a Macrino a. 217 (Dio 78, 13).* — 5) *De hoc munere disputat Mommsen eph. l. c. p. 140 cf. Staatsr. II³ 1086, Marquardt Staatsv. I² 229.* — 6) *Cf. Mo. Staatsr. II³ p. 986 not. 1.* — 7) *Significatur expeditio Germanica Caracallae a. 213, de qua cf. supra N. 451 not. 9.* — 8) *Comes Augusti fuit in hac ipsa expeditione (amicus Caracallae dicitur Sabinus a Dione 78, 13).* — 9) *Novae vocabulum supplevit Mommsen; ita dicta via propter viam Latinam veterem (cf. infra N. 1174 not. 4).* — 10) *Cf. Mo. eph. ep. I p. 133, Staatsr. II³ p. 226.*

**1160** C. Caerellio Fufidio | Annio Ravo C. fil. Ouf. | Pollittiano[1] sodali Marciano Aureliano | Commodiano Helviano | Severiano, IIIvir. monet. | a. a. a. f. f., trib. laticlavio | leg. III Cyr., VIvir. equit. Rom. | turmae primae, quaestor. | candid. | imp. Caesaris M. Aurelli | Antonini Pii Felicis Aug.[2], | trib. pl. candid., pr. hastar.[3], c. v.[4], | Fufidii Amycus et | Chrestina nutritores.

*Romae, nunc Florentiae (VI 1365 vidit Henzen).* — 1) *Filius videtur C. Caerelli Sabini et Fufidiae Pollittae, a quibus Apuli in Dacia positi sunt tituli C. III 1074—1076.* — 2) *Inter a. 212/217.* — 3) *Cf. Mommsen ad Borghesii opp. 5 p. 390, Staatsr. II³ p. 225.* — 4) *Clarissimo viro.*

---

**1161** Helvini. | C. Caerellio | Pollittiano[1] c. v., | procos. provinc. | Macedoniae, | Boncii Victorinus | Agentius et Brutto | patrono | incomparabili.

*Romae in museo Vaticano (VI 1367 vidit Henzen).* — 1) *Videtur esse idem qui N. 1160, postea proconsul Macedoniae factus. Similis eiusdem titulus est VI 1366, in quo tamen Helvini agnomen praetermissum est.*

---

**1162** M. Valerio Se|necioni[1] leg. | Aug. pr. pr. prae|sidi provin. Ger|man. infer., cos., | speculator. | et benefic. et quaestionari, | curante Agilio Felice quaes|tore.

*Lambaesi (VIII 2751 descr. Renier).* — 1) *Idem fuit legatus Numidiae sub Caracalla (VIII 2494. 2619).*

---

**1163** M. Flavio T. fil. | Quir. Postumo[1] | praef. aerari milit., | ordinato in Gal|lia at quinque fasces[2], | leg. leg. VI Ferratae, prae|tori, adlecto inter tri|bunicios ab | imp. Antonino Aug., cu|ratori coloniae Arde|atinorum, quaest., pat. IIII | col.[3], M. Paccius Rufinus | Q. Aemilius Pontianus P. No|nius Silvanus A. Publicius Ponti|anus C. Iulius Gargilianus, patr. op|timo . . . . . . .

*Cirtae (Constantine) (VIII 7044 vidit Wilmanns).* — 1) *Eiusdem est t. Minturnensis X 6008.* — 2) *Cf. Mommsen eph. ep. 1 p. 129.* — 3) *Cf. N. 1147 not. 2.*

---

**1164** Q. Herennio Silvio | Maximo c. v., legat. leg. | II Italicae[1] et alae Antoni|nianae[2], iurid. per Calabr. | Lucaniam Brittios, pr., aed. | Caer.[3], quaest. urb., curio|ni, sevir. turmae equit. Ro|manor. civi et patron. col., | colleg. fabrum tignuar. | quib. ex s. c. coire permis. est. | L. d. d. d.

*Telesiae in Samnio (IX 2213 vidit Mommsen).* — 1) *Ea legio Norico praesidebat.* — 2) *Antoninianae appellabantur legiones alaeque sub Caracalla solum et Elagabalo; unde de tempore et huius tituli et N. 1165 constat.* — 3) *Intellegitur aedilis plebis Cerialis.*

---

**1165** L. Mario Per|petuo cos. Dac. | III[1], leg. Aug. pro | pr. provinciae | Moesiae super., | curat. rerum pu|blicar. Urbis.[3] item | Tusculanor., [*p*]rae|sidi prov. Ara[*b*]iae, | leg. leg. XVI Fl., [*q*]uaes. | candid. Aug., trib. | latic. leg. IIII Scy[*th.*, *pr*]aes. | [*i*]ustiss., M. Ulp. Caius 7 | [*leg.*] III Ital. Antonini|anae.

*Apuli in Dacia (III 1178). — 1) Consulari Daciarum trium. — 2) Urbisalviensium (in Piceno).*

---

**1166** Mariae Au|rel. Violentil|lae, Perpetui | cons. viri[1] fil., | cons. femin.[2], | coiugi Q. Eg|nati Proculi | cos., | dec. et plebs | Ascul. ob sin[*g*.] | erga se amor.

*Asculi in Piceno (IX 6414 b misit Gabriellius). — 1) Videtur esse L. Marius Maximus Perpetuus Aurelianus, cos. iterum a. 222, cuius titulos dabimus inter titulos virorum in litteris clarorum. — 2) Consulari feminae (raro ita dicuntur uxores consularium, cf. Mo. Staatsr. III p. 468 not. 3).*

---

**1167** A. Egnatio A. f. Pal. Proculo cós., | praef. aer. Sat., praef. f. d.[1], leg. leg. | VIII Aug. p. f., leg. Aug. prov. Afr. dioeces. | Numid., cur. r. p. Concord., cur. r. p. Alb. Fuc., | cur. r. p. Bovian., coniugi carissimo, | et Egnatis Secundillae Procliano | IIIIvir. viar. cur. et Leoni filis, | Laberia C. f. Galla c. f. fecit.

*Romae in aedibus privatis (VI 1406 vidit Kiessling). — 1) Praefecto frumenti dandi.*

---

**1168** C. Aemilio Bere[*ni*]ciáno Maxim[*o*] | cos., VIIviró epulón., próc[*os.*] | splendidissimáe provinciá[*e*] | Nárbonénsis, lég. pró pr. próvin[*c.*] | Asiáe, práetori suprémár.[1], allecto | inter tribúnic. a divó Magn. Antó nino[2], q. urbáno, tribún. láticlavió | leg. IIII Scythicáe item VII Gemináe | iteráto tribunátu, Xviró stlitibus | iu[*d*]icandís | . . . . . . . .

*Nemausi (XII 3163 descripsit Hirschfeld. — 1) Idem qui alibi dicitur praetor fideicommissarius (Borghesi opp. 5 p. 390 cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 104 not. 1). — 2) Ita dictus Caracalla sub Elagabalo et Alexandro.*

---

**1169** Furiae L. f. | Caeciliae ma|tri piissimae | Furius | Octavianus[2] | cos., pontif., fil.

*Romae (VI 1423 bis descripta saec. XVII).*

**1170** Fortunae aeternae domus Furianae, pro [*s.*][1] C. Furi Octaviani[2] c. v., Furius Alcimus[2] et Pontius V[*er*]anus pecunia Octavian[*a*] faciendum cur[*a*]verun[*t*].

*Prope Gračanika Albaniae (III S. 8169 ad apographum indigenae cuiusdam). — 1) Pro salute (traditur* proc.*). — 2) C. Furius Octavianus memoratur etiam III S. 8238 et in albo ordinis Canusini a. 223 inter patronos clarissimos viros (IX 338), idem cum Alcimo liberto materno ab Ulpiano fragm. Vat. 220 (monuit Hirschfeld).*

---

**1171** L. Fulvio L. fil. Ouf. | Gavio Numisio Petronio | Aemiliano praetori | tutelario candidato | Augg., quaestori candid. | Augg., pontifici promagi|stro, salio Collino, praef. | feriar. Latinar., IIIvir. monetali a. a. a. f. f., VIvir. | turmae I equit. Romanor., | Attia Cervidia Vestina, marito.

*Romae in museo Vaticano (VI 1422).*

**1172** [*L. Fulvio L. f. Gavio N*]umisio Pe[*tr*]on. Aem[*i*]liano | [*c. v. praetori tutelar*]io candid[*a*]to Augg., cu[*r*]atori | [*rei publicae, quaestor*]i item ca[*n*]didato Au[*g*]ustorum, | [*pontif. promag., sodali F*]laviali, [*s*]allio *(sic)*

Col[*l*]ino, | [*IIviro a. a. a. f. f., praef. f*]eria[*ru*]m Latinar., IIIIIIvir. | [*turmae I equitum Roma*]no[*rum, Lugdunenses* | *patro*]no. — **1172**[a] [*C*]ervidiae Q. f. | Vestinae c. f., | [*L.*] Fulvi Aemiliani, | ex decreto de|curionum.

*Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 118. 125). (Memoratur Fulvius Aemilianus etiam in tertio titulo Lugdunensi, l. c. p. 123).*

**1173** L. Fulvio Gavio N . . . . . . . . . . . . . .
Aemiliano cos., I////[1] . . . . . . . . . . . . .
pontif., electo ab op[*timo imp. Severo*]
Alexandro[2] Aug. ad [*dilect. habend.*]
per regionem Tra[*nspadanam*],
praet. can[*did.*] . . . . . . . .
Lugdunen[*ses patrono*].

*Capuae (X 3856 vidit Mommsen).* — 1) *Periit vocabulum incipiens ab* I F N *similive littera (fortasse* fetiali *vel* fratri Arvali*).* — 2) *Nomen Alexandri in litura restitutum est (cf. supra N. 483).*

*Titulos N. 1171 et 1172 eiusdem hominis esse apparet; de N. 1173 res minus certa est. Fulvius Aemilianus aliquis praetor tutelarius fuit temporibus divi Marci (fragm. Vat. 189. 210); si ad hunc pertinent, ut pertinere videntur, tituli N. 1171/2, t. 1173 alterius hominis esse necesse est.*

---

**1174** L. Annio L. f. Quir. Italico | Honorato[1] cos., sodal[*i*] | Hadrianali, leg. Aug. pr. pr. | prov. Moes. inf.[2], cur. oper. | pub., cur. Neap. et Atell., praef. | aer. milit., leg. leg. XIII Gem.[3], iurid. per Fl. et Umbriam, | cur. viae Lavic. et Lat. veter.[4], | praetori qui ius dixit inte[*r*] | civ. et civis[5] et peregr., trib. | p., q. prov. Achaiae, sevir. | turmar. equ., IIIIvir. viar. | curandarum, | Fl. Severianus dec. alae | I Atectorum[6] Severianae | candidatus eius.

*Tomis rep., nunc Bukaresti (III 6154 cf. p. 1358 vidit Domaszewski).* — 1) *Diversus ab hoc fuit L. Annius L. f. Quir. Italicus . . .* *atus tituli urbani editi Bull. mun. 1885 p. 166.* — 2) *Moesiam inferiorem rexit a. 224 (III S. 7591).* — 3) *In hac legatione posuit Apuli in Dacia titulum III 1071.* — 4) *Vias Latinas aliquando fuisse duas, veterem et novam, ex hoc solo titulo et N. 1159 innotuit. Cf. Jordan Top. I, 1 p. 565 not. 37.* — 5) et civ. *errore videtur bis positum.* — 6) *Haec ala non videtur diversa esse ab ea quae alibi appellatur Atectorigiana (Mommsen Herm. 22 p. 547 not. 1; cf. infra inter titulos militares).*

---

**1175** Se[*r.*] Cal[*pu*]r[*nio*] | Dextro c. m. [*v.*[1], | *cos.*] ord.[2], XVvir. s. [*f.*[3], | *leg.*] prov. Asiae, c[*ur. rei p.*] | Minturnensium . . . . . . . . | item Calenorum, cur. via[*e*] Ae[*m.*] | et alimentorum[4], praet. tutel., | [*q*]ua[*est*]ori candidato, | triumviro monetali, | Calpurnia Rufria | Aemilia Domitia | Severa c. f.[5], filia, | patri piissimo | secundum voluntate eius.

*In agro Romano rep., inter vias Nomentanam et Tiburtinam, VIII mill. pass. ab urbe, est Romae (VI 1368. XIV 3993 vidit Henzen).* — 1) *Clarissimae memoriae viro.* — 2) *A. 225.* — 3) *Ut promagister quindecimvirum sacris faciundis memoratur in ara deae Circes (X 6422) quam infra dabimus inter titulos sacros.* — 4) *Cf. Mo. Staatsr. II*[3] *p. 1080 not. 1.* — 5) *Clarissima femina.*

**1176** Q. Atrio Clonio[1] | leg. Aug. pr. pr. | provinciarum | Thraciae Cappadociae | Syriae maioris | Hispaniae citerioris, | Claudius Iustus 7 | leg. VII Gem. p. f. | Severianae | Alexandrianae[2], | praesidi absti|nentissimo.

*Tarracone (II 4111 vidit Huebner).* — 1) *Videtur idem esse Atrius Clonius qui a. 200 cooptatus est in collegium aliquod sacerdotale (VI 2004) et ad quem rescripserunt Severus et Caracalla (Dig. 26, 10, 7, 2).* — 2) *Vocabulum quamquam consulto erasum clare legi testatur Hue.*

---

**1177** P. Iulio Iuniano Martialiano c. v., | cos., quaest. provinciae Asiae, trib. | plebei, praetori, curatori civitatis Ca|lenorum, curatori viarum Clodiae | Cassiae et Ciminiae, praefecto aerari mili|taris, proconsuli provinciae Macedoniae, | legato leg. III[1] Aug. Severianae Alexandrianae[1], | praesidi et patrono, res publica Cirtensium de|creto ordinis dedit dedicavitque.

*Cirtae (Constantine) (VIII 7049 vidit Wilmanns).*

**1178** P. Iulio Iuniano Martialiano c. v., cos., leg. [*Aug.*][1] pr. pr. provinc[*iae*] | Numidiae[2], procos. provinciae Macedoniae, praef. aerari mi|litaris, curatori viae Clodiae, praetoriae[3], tribuno plebei, | quaestori provinciae Asiae, patrono coloniae et muni|cipi, res publica coloniae Thamugadensium de|creto decurionum.

*Thamugade (VIII 2392 vidit Wilmanns).* — 1) *Quae punctis subiectis notavimus erasa sunt, sed pleraque legi potuerunt.* — 2) *Eiusdem praesidis Numidiae est titulus Lambaesitanus VIII 2742. Nota Martialianum in altero titulo dici legatum Numidiae, in altero legatum legionis tertiae Augustae.* — 3) *Scr.* praetori.

---

**1179** Cn. Petronio | Probato | Iu[*ni*]ori Iusto[1] c. v., | leg. [*l*]egion. duarum | XII[*II*] Gemin. et VIII Aug. | Se[*verianar. Alexandr*]i[*an.*][2], | procons. provinc. Cretae, | leg. provinc. Achaiae, | prae[*t.*] fideic[*om*]missar., | tribuno p[*le*]bi, | [*quae*]stori p[*rovi*]nciae | [*A*]fric[*ae*, | *cura*]tori r[*ei*] pu[*b*]licae | Ardeat[*i*]norum, | quattuorvir. viarum | curandarum, M. Terentius Aelianus | 7 l[*eg. V*]III Aug. | pr[*aesi*]di iustissimo.

*Nolae (X 1254 descripsit et recognovit Mommsen).* — 1) *Idem homo postea factus est etiam legatus Numidiae (VIII 8327).* — 2) *Litterae erasae.*

---

**1180** Q. Petronio Meliori viro | cos.[1], cur. r. p. Tarquiniens. | et Graviscanor., praefec|to frum. dandi, legat. leg. | XXX Ulpiae, curat. Pyrgens. | et Ceretanor., leg. leg. VIII Aug., praet., trib. pleb. | kandid.. quaest. prov. Nar|bon., quaest., sodali Aug. | Claudiali[2], sexvir. turm. | pr., trib. laticl. leg. pr. Min., | Xviro stlitib. iudicand., | ordo et cives Tarqui|niensium patrono op|timo, quod rem p. fove|rit et thermas resti|tuerit.

*Tarquiniis, hodie Corneto (XI 3367 descr. Bormann).* — 1) *Viro consulari, quod raro sic enuntiatur.* — 2) *Cooptatus est inter sodales Augustales Claudiales a. 230, teste albo huius sacerdotii VI 1984 (cf. eph. ep. 3 p. 75).* — *Pater huius videtur fuisse Q. Petronius Q. f. Melior procurator annonae, cuius titulum dabimus infra N. 1429.*

---

**1180**[a] d. m. | Q. Petro|ni Meli|oris | cos. m. v.[1]

*Florentiae rep. sarcophagus, nunc Parisiis (XI 1595 vidit Henzen).* — 1) *Consularis memoriae viro.*

---

**1181** L. Ti. Claud. | Aurel. Quir. | Quintiano[1] | triumviro mo|netali a. a. a. f. f., | quaestori can|did., praet., cos., | pontif., | Ti. Cl. Felix IIvir | amico incompar. | L. d. d. d.

*Prope Capuam (X 3850 vidit Mommsen).* — 1) *Consul ordinarius fuit a. 235 (cf. supra N. 466 not. 14).*

---

**1182** C. Caesonio C. f. Quir. Macro Rufiniano | consulari, sodali Augustali, comiti imp. | Severi Alexandri Aug., cur. r. p. Lanivinor. II, | procos. prov. Africae, cur. aquar. et Minic., | leg. Aug. pr. pr. German. superioris, cur. alvei | Tiberis, cur. r. p. Teanens., leg. Aug. pr. pr. prov. | Lusitan., cur. r. p. Tarracinens., procos. prov. | Achaiae, leg. leg. VII Claud., cur. r. p. Asculan., | leg. prov. Asiae, pr., leg. prov. Baetic., trib. pl., | quaestori prov. Narbon., trib. leg. I Adiutric., | donato donis militarib. a divo Marco, | IIIvir. capitali, | patri dulcissimo et incomparabili, | Caesonius Lucillus[1] filius | consularis.

**1183** Maniliae Lucillae c. f., | matri piissimae et | incomparabili | Caesonius Lucillus[1] | v. c. filius.

*In agro Tiburtino rep. (XIV 3900. 3901 saepius descriptae saec. XVI, illius particulam vidi ipse).* — 1) *Cf. N. 1186.*

---

**1184** [*qui dedit A*]eneadum fastis ex ordine consul[1]
[*nomi*]na, progenies Claudius Appiadum,
[*al*]ta Sabinillae dat dulci moenia natae
. . . . anus[2] genitor de rude coepta solo[3],
[*e quibus an*]nósó mea Claudia lucis in aevo
[*despicia*]t lepidam pulchra anus in subolem.

*Neapoli (X 1688 vidit Mommsen). Supplevit Buecheler.* — 1) *Inter consules ordinarios Claudios nomine Appii distinctus invenitur solus Ap. Claudius Iulianus cos. a. 224; ad eum carmen hoc rettulit Borghesius opp. 8, 529 supplens v. 4* [Iuli]anus, *quod tamen propter metrum ferri posse negat Buechelerus (proposuit* [germa]nus*). Fortasse progenies Appiadum dici potuit quivis nobilis Claudius, propter parentelam sive veram sive creditam cum Appiis Claudiis.* — 2) *Lapis admittit etiam* . . . mnus. — 3) *Apparet non in sepulcro titulum stetisse, sed in domo quam pater filiae aedificavit fortasse nubenti (Mo.).*

---

**1185** T. Clodio M. f. . . . | Pupieno Pulchro M[*aximo*][1] | c. v., cos., cur. aed. sacr. et[2] oper. p[*ublic.*], | cur. r. p. Benevent., electo iud. sacro ad [*census*] | accept. per prov. Velgicam, cur. r. p. Leptim. | et Tripolitanor., vice oper. publ., procos. | prov. Macedoniae, cur. r. p. Catinensium, | pr. urb., q. k., XVviro s. f., triumviro monetali, | patrono municipii, s. p. q. T.

*Tibure (XIV 3593 vidi ipse).* — 1) *Fortasse filius M. Clodii Pupieni Maximi, qui imperavit a. 238, praeterea ignotus (Borghesi opp. 8 p. 136 seq.), quem ad hos honores ante imperium patris pervenisse statuendum erit.* — 2) sacre. t *lapis.*

**1186** L. Caesonius C. fil. Quirina Lucillus | Macer Rufinianus cos., frater Arvalis[1], | praef. urbi, electus ad cognoscendas vice Caesaris | cognitiones[2], procos. prov. Africae, XXviros[3] ex senatus | consulto r. p. curandae, curator aquarum et Miniciae, | cur. albei Tyberis et cloacarum urbis, legatus prov. | Africae, eodem tempore vice proconsulis, curator r. p. | [*P*]uteolanorum, curator r. p. Suessanorum, | praetor kandidatus, quaestor kandidat., | electus in familiam patriciam, Xvir | stlitibus iudicandis.

*In agro Tiburtino rep. ibi ubi N. 1182, saepius descripta saec. XVI (XIV 3902). — 1) Memoratur act. Arv. a. 213. 218. — 2) Cf. Mommsen mem. dell' Inst. arch. 2 p. 313. — 3) Sic vel* XXviro *apographa; requiritur* XXvir. *Vigintiviros rei publicae curandae senatus creavit a. 238, ut Italiam contra Maximinum tuerentur (vit. Gord. 10 cf. c. 14; Zos. 1, 14; Herodian. 8, 2, 3. c. 5, 5).*

---

**1187** C. Luxilio C. f. Pompt. Sabino Egnatio | Proculo c. v., cur. rer. | publicar. Pisaur. et Fanest., | leg. leg. X Gem. Gordian., | iur. reg. Transpad., cur. | viar. et praef. aliment.[1] | Clodiae et coherent.[2], | leg. prov. Achaiae, praet., | aedili Ceriali, quaest. | pr. pr. prov. Cretae Cyr., | trib. laticl. leg. IIII Flav., | patrono coloniarum | Pisaur. et Fanest.

*Pisauri (Orell. 3143 vidit Henzen). — 1) De praefectura alimentorum coniuncta cum cura viarum cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 1080. — 2) Cohaerentes vias intellege Cassiam, Anniam, reliquas enumeratas una cum Clodia in titulis supra N. 1038. 1032. 1059. 1066. 1095. 1109.*

---

**1188** . . . . . . . . . . . . . | [*ceterisque dis de*]abu[*sque omnibus* | *pro*] sa[*lu*]te a[*tque* | *incolumitate*] et victo[*riis imp. Caes.* | *M. Antoni G*]ordiani Pii [*Felicis Aug.* | *et Furiae S*]abiniae Tranqu[*illinae Aug.* | *totiusq.*] d. d. eorum | . . . . . us L. f. Fab. Annian[*us* | *Xvir stli*]tibus iudicandi[*s, trib. mil. leg.* . . . | . . *et I*] Min. Gordianarum, in [*quibus* | *vi*]c. leg. sustinuit, q. pr. [*pr.*] | . . . . tiam[1], c. c. civit. admi. Li . . | . an. Haliq.[2] . . . . . a . . itan . ., | [*V*]Ivir. turm. I eq. [*Rom.*], ad. . . | . . . n.[3], praef. fr. dan[*di*] . . . . . ro . . . . | . . . n. et missus ad v . . . . p. p. *inae . . | . . ad tir. legend. et arm. fabr. in | [*Ital. Me*]diol.[4], iurid. per Cal[*a*]briam | [*Luc*]an. et Bruttios, leg. leg. XXI[*I* | *Pri*]mig. p. f. Gordianae, vo|tum solvit kal. Iul. | [*Atti*]co et Praetextato cos.[5]

*Mogontiaci rep. a. 1887 (Ihm ann. antiquar. Rhenan. 84, 1887 p. 89, cuius sunt pleraque supplementa). — 1) Quaestor pro praetore per . . . . . tiam, intellegit Ihm p. 92; sed ex provinciis senatoriis nulla habet nomen quod exeat in* -tia. *Quae sequuntur, plane obscura; curator coloniis civitatibus administrandis, quod volunt, parum probabile. [Mommseno in mentem venit:* [ad senten]*tiam (i. e.: ad ius dicendum) cum cura civitatium]. — 2) De civitate Siciliae cui nomen fuit Halicyae cogitavit Ihm, in eis quoque quae antecedunt supplens nomina civitatum Sicularum. —* 3) ad[*lectus inter tribu*]n. *supplevit Ihm. — 4) Mediolani mentio debetur Kellero Korrespondenzbl. d. Westd. Zeitschr. 1887 p. 48. — 5) A. 242.*

---

**1189** [*D. S*]imoni Proculi Iuliani[1] c. [*v.*], . . . . [*leg. Aug.*]
[*Sy*]riae Coeles, Daciarum III[2], p . . . . . . . . . .
[*iur*]idico per Transpadum, pr . . . . . . . . . . . .
. . . . ti hii qui centum iugera agri non . . . . . . .

*Romae in ecclesia S. Martini de Montibus (VI 1520 semel descripta saec. XVI). — 1) Idem homo fuit etiam praefectus urbi, teste inscriptione modii Medicei (Orell. 4347), ante a. 254, cum desit nomen eius in laterculo praefectorum a. 254—354 (fortasse ut putavit Borghesius opp. 3, 483. 5, 404, sub Gordiano). — 2) Cf. III 1573:* Herculi sanc|to Simonius | Iulianus v. c. | praeses Da|ciarum.

---

**1190** L. Valerio L. f. Cl. Poplico[*lae*] | Balbino Maximo cos. o[*rd.*][1], | pr. k. tut., q. k., leg. prov. As[*iae*], | cur. reipubl. Laur. Lavin[*atium*], | item cognoscenti ad sac[*ras*] | appellationes, XVvir. sac. [*fac.*], | seviro equitum Rom[*anor.*], | amico incompara[*bili*], | L. Iun. Septim. Hermogenes | pontif. L. L.[2], trib. coh . . . . ., | ob eximium eius erga se in omn[*ibus*] | honorem.

**1191** . . . . . . . . . | Balbino Maximo cos. ord.[1], | pr. k. tut., q. k., leg. prov. Asiae, | cur. r. p. Laur. Lavinat., item | cognoscenti ad sacras app., | cur. aquar. et Miniciae, praef. | alimentor. viae Flaminiae, | XVvir. sacr. fac., IIIviro ka[*p*]., | seviro equit. Romanor., | Iun. Septim. Verus Hermogenes | sexagenaria procuratione | suffragio eius ornatus.

*Romae rep. (VI 1531. 1532; hanc Florentiae vidit Henzen). — 1) Fortasse Maximus is quem fasti recensent sub a. 256, ei enim L. Valerii nomina fuisse titulus Pisaurensis Notizie 1880 p. 261 ostendit; sed pari iure potest cogitari etiam de uno ex Maximis qui saec. III fasces gesserunt et de quorum reliquis nominibus nihil certi compertum est, scilicet de altero consule unius ex annis 232. 233. 234. 253 (de huius Maximi gentilicio cf. XI 4999). — 2) Pontifex Laurentium Lavinatium.*

---

**1192** M. Aelio Aurelio | Theoni v. c., | iurid. de infinito per Flam. | et Umbriam Picenum, sodali | Hadrianali, praetori, tribun. plebis, | adlecto inter quaestorios, trib. | militum laticlavio leg. XI Claud., | item tribuno militum laticl. | leg. XII Fulm[*i*]natae, decem|vir. sclitibus[1] iudicandis, | ob singularem abstinentiam | industriamq. exhibitae iudicat.[2] | ordo Ariminensium | patrono.

*Arimini (XI 376 semel descripta saec. XV). — 1) De scriptura* sclitibus *cf. Mo. Herm. vol. 4 p. 365 not. 2. — 2) Iudicationis.*

**1193** Ael. Aurel. Theoni leg. | Augg. pr. pr., cos. desig., | optiones 7 7[1] leg. III Kur.[2] | Valerianae Gallianae[3] rarisi|mo et per omn[*i*]a iustissimo *cosiic.[4]

*Bostrae (III 89 descripserunt Waddington aliique). — 1) Optiones centurionum. — 2) Intellege: Cyrenaicae. — 3) Scr.* Gallienae. *— 4)* cos. fec. *scribendum fuisse coniecit Mo.*

*Eiusdem Aelii Aurelii Theonis est alter titulus Bostrensis III 90.*

---

**1194** I. o. m. | ceterisq. diis deabusq. immortalib. | C. Macrinius Decianus v. c., legat. | Augg. pr. pr. prov. Numidiae et No|rici[1], Bavaribus[2], qui adunatis IIII | regibus in prov. Numidiam in|ruperant, primum in

regione | Millevitana, iterato in confi|nio Mauretaniae et Numidi|ae, tertio quinquegentaneis[2] | gentilibus Mauretaniae Cae|sariensis, item gentilibus Fraxi|nensibus[3] qui provinciam | Numidiam vastabant, cap|to famosissimo duce eorum, | caesis fugatisque.

*Lambaesi (VIII 2615 vidit Wilmanns).* — 1) *Legatus Norici fuit sine dubio non eodem tempore, quo Numidiae, sed aut antea, aut postea, scilicet paullo ante hunc titulum positum in Noricum translatus.* — 2) *Bavares et Quinquegentanei sive Quinquegentiani memorantur saepius aetate Diocletiani et Maximiani (laterculus gentium barbararum adiectus catalogo provinciarum Veronensi; Vict. Caes. 39, 22. Eutrop. 9, 22. 23; cf. supra N. 628. 645). Incursionis Bavarum factae a. 260 meminit etiam titulus Auziensis VIII 9047 Q. Gargilii Martialis (infra inter militares exhibendus); eiusdem fere aetatis videtur hic titulus esse.* — 3) *Fraxinenses praeterea non memorantur; fortasse nomen traxerunt a Faraxene rebelli, memorato in titulo Auziensi Q. Gargilii Martialis.*

---

**1195** divum sodalis[1], consul e[*t*] | verno die[2],
et post Sicanos[3], | postque Picentis v[*iro*]s[4], |
ac mox Hiberos Ce[*lt*]as[5], | Venetos[6], Delmatas[7].
. . . . . . . . . . . . na regna[8], post feros I[*ap*]u|das
Germaniarum con|sularis Maximus.
paren[*s*] | adultae prolis gemina[*e*] | [*l*]iberum.
aram dicavit | [*S*]ospiti Concordiae, |
[*G*]ranno, Camenis, Mar|tis et Pacis Lari.
qui[*n*] | et deorum stirpe | genito Caesari.
. . Fulvius G. f. | Maximus leg. | Aug. pr. pr.

*Bonnae, ara rep. a. 1862 (Zangemeister mus. Rhen. 19, 1864 p. 50 cum imagine; Huebner ann. inst. arch. 1864 p. 223; Brambach inscr. Rhen. 484; Buecheler ind. schol. Gryph. 1870 aest. p. 5 n. VI).* — 1) *Fuit sodalis aut Augustalis Claudialis aut Flavialis Titialis aut Hadrianalis aut Antoninianus.* — 2) *Plerumque crediderunt significari consulatum suffectum, susceptum verno die, i. e. kalendis Martiis; sed veri similius videtur, significari fasces ordinarios (nam suffectum consulem se fuisse vix admonuisset legentes Maximus); nuper Mommsenus coniecit eum fuisse consulem ord. a. 263, postquam huius anni consuli alteri nomen fuisse Fulvii Maximi t. Narbonensis XII 4324 cf. p. 845 docuit.* — 3) *Proconsulem Siciliae,* 4) *iuridicum Picem Maximum fuisse videtur significari.* — 5) *Videtur indicari legatio Hispaniae Tarraconensis.* — 6) *Fortasse functus est legatione vel iuris dictione aliqua trans Padum (cf. Mo. Eph. ep. 7 p. 397 et supra N. 1040).* — 7) *Legatus fuit Dalmatiae.* — 8) [Libur]na *supplevit Zangemeister; eiusque vocabuli vestigia in lapide repperit Hettner catal. mus. Bonn. 67. Et Liburniae et Iapudiae mentio spectare videtur ad legationem Dalmatiae. Muneris novissime transacti recens memoria uberiorem hanc orationem videtur suggessisse (Bue.).*

---

**1196** L. Iul. Apronio Maenio | Pio Salamalliano[1] | trib. latic. leg. X Gem., ad|lecto inter qq.[2], prae|posito actis senat.[3], | aed. curuli, praeto|ri, leg. Aug. vice quin[*q*]ue fascium prov. | Belgi[*cae, le*]g. leg. | I Adiutric., leg. Au[*g.*] | pr. pr. provinc. Ga[*la*]|tiae item I . . . . . | pr. pr. c. v. . . .

*Lambaesi (Eph. ep. 7, 393 vidit Purgold).* — 1) *Idem videtur esse L. Apronius Pius VIII 8782, Eph. 5, 669, 7, 793, quem vixisse medio tertio saeculo opinio*

*est Schmidtii (ad Eph. 7, 793). Hunc non post Gallienum floruisse ostendunt tribunatus militaris et legatio legionis.* — 2) *Cf. Mommsen Staatsr. II*[3] *p. 941 not. 5,* 3) *ib. p. 901.*

**1197** M. Rubreno Vi|rio Prisco Pompo|niano Magiano | Proculo cos., c. v., pr. cos. Afric.[1], | cur. col. Minturnensium, | cur. col. Formianorum, | praet. candidato, quest. | candidato, Xviro, | salio Collino, civi | et patrono, | ordo et pleps Atinas | publice.

Iuniae Arriae | Rufinae c. f., | viri cos.[2] fil., | eius.

*Atinae in Campania (X 5058 vidit Mommsen).* — 1) *Verba* pr. cos. Africae *postea adiecta sunt.* — 2) *Cf. supra N. 1180 not. 1.*

**1198** ...ano cos., c. v., | [*cur. aq*]uarum et Mini|[*ciae*] e[*t*] alvei Tiberis, | [*praef.*] alimentorum, | [*XV*]viro s. f., X[II]viro | [*u*]rbis Romae[1], leg. Nu|midiae, praet. urbano | candidato, quaestori, | allecto in patricias | familias, triumviro | a. a. a. f. f., seviro turmae | e. e. q. q. R. R., patrono per|petuo, Aelius Felix et | Fabius Donatulus.

*Sufetulae in prov. Africa (VIII S. 11338 vidit Cagnat).* — 1) *Cf. infra N. 1249.*

**1199** C. Passienio C. f. Scap. | Cossonio Scipioni | Orfito c. v., auguri | publ. p. R. Quir., adlec. | inter patric., prae[*t.*] | candid., cur. r. p. S[*u*]|trinorum, q. urb., | Xvir. sclit.[1] iud., | seviro equit. Rom., | populus aere conl. d. d.

*Grumenti (Saponara) Lucaniae (X 211 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. N. 1192 not. 1.*

**1200** Fabatiae Luci | filiae Pollae | Fabiae Domi|tiae Gelliolae | consulari fe|minae[1], lampa|diferae[2], | M. Fabatius Do|mitius Pan|cratius li|bertus et | procura|tor patro|nae piissime.

*In ora Mauretaniae loco dicto Taksebt (VIII 8993 semel descripta, sed accurate).* — 1) *Cf. N. 1166 not. 2.* — 2) *Lampadiferae vocabulum apparet versum esse ex Graeco* δᾳδοῦχος; *Mommsenus coniecit significari sacerdotium huius nominis Eleusinium, et sane fuit, ut idem monuit, Aconia Paulina sacrata apud Eleusinam deo Iaccho Cereri et Corae (infra N. 1260).*

**1201** F. Val. Theopon|po Romano c. p.[1], | patricio nato[2], | questore (*sic*) kan|didato design|ato, filio dul|cissimo, paren|tes.

*Romae ad viam Latinam rep. sarcophagus marmoreus (VI 6995 vidit Henzen)* — 1) *Clarissimo puero.* — 2) *Videtur titulus scriptus esse eis temporibus, quibus, adlectionibus promiscue factis (cf. vit. Comm. 6, 9), plerique patricii non erant nati patricii, fortasse non multo ante Constantinum, cuius temporibus iam nullos fuisse natos patricios constat.*

**1202** L. Septimiae Pata|biniane Balbil|le Tyriae | Nepotille Odae|nathianae C. Ꟁ.[1] | Aur. Publiana | Elpidia nutrix | patronae dulcis|sime et amantissi|mae feliciter.

*Romae (VI 1516 descr. Henzen).* — 1) *Clarissima puella.* — *Originem videtur duxisse Septimia Odaenathiana ex eadem stirpe Palmyrena, ex qua fuit Odaenathus maritus Zenobiae.*

**1203** Secundini. | L. Crepereio | Rogato c. v. | pontifici | dei Solis[1], | septemviro | et insigni | luperco, | istarum | aedium | conditori.

**1204** L. Baebiae | Sallustiae | Crescen|tillae c. f., | veteris sanctitatis | matronae et | lectissimae | pudentissi maeque coniugi | Creperei | Rogati c. v.

*Romae in museo Vaticano (VI 1397. 1398). — 1) Pontifices dei Solis instituti esse creduntur ab Aureliano (vit. Aurel. 35).*

---

**1205** M. Aur. Victori | c. v., | praef. feriar. | Latin., sacerdoti | dei Solis | religiosissimo, | Iovinus Callidianus | condiscipul. patron. dignissimo.

*Romae (VI 1358 vidit de Rossi).*

---

**1206** L. Caesonio L. f. Quirina | Quinto Rufino Manlio | Basso[1] clarissimo viro, | salio Palatino, pontifici | maiori[2], praetori, | quaestori, L. | Caesonius Hedylus | proc. patris.

*Neapoli (X 1687 ad apographum factum saec. XVIII ab Alex. Symm. Mazochio). — 1) Filius nisi fallor L. Caesonii Lucilli Rufiniani supra N. 1186. — 2) Si recte creditur pontifices dici coeptos esse maiores institutis demum pontificibus Solis, tituli hic et N. 1207 non sunt positi ante Aurelianum.*

---

**1207** M. Tineio Ovinio | L. f. Arn. Casto Pulchro | c. v., pont. maiori[1], | q. urb., pr. k., cos., | s. p. q. T.[2] | filio patroni, | nepoti patronorum.

*Tibure (XIV 3614 vidi ipse). — 1) Cf. N. 1206 not. 2. — 2) Senatus populusque Tiburs.*

---

**1208** Hydriae Tertullae | c. f. coniugi amantissi|mae et Axiae Aelianae[1] | filiae dulcissimae | Terentius Museus | hoc sepulchrum | posuit.

*Arelate, sarcophagus ornatus anaglyphis (XII 675 vidit Hirschfeld). — Titulum tertio saeculo non recentiorem esse litterarum formae Hirschfeldio teste declarant. — 1) Ex nomine Axiae Aelianae apparet aliqua parentela coniunctam fuisse eam cum Axio Aeliano variis procurationibus sub Severo Alexandro functo (infra N. 1371). Christianae fidei deditos fuisse ipsam et parentes, anaglypha indicant (cf. Leblant inscr. chrét. de la Gaule II p. 255 n. 517).*

---

**1209** . . . . . an . . . . | Lupo c. v., consu[*l*]ari sacrae urbis | regionis IIII[1], cur. | Laurentum Lavin. | Val. Commagenus, | Pullaenius Martialis, | Aelius Benedictus, | Aemilius Eutycianus, | Aur. Fortunius, | Caesius Dulcitius vv. ee. | patrono dignissimo curr|r.

*Lavinii, hodie Pratica (XIV 2078 vidi ipse lapidem male habitum). — 1) Sic (vel* II *et) lapis (cf. de Rossi bull. comun. 1890 p. 286); de consularibus regionum urbis Romae cf. vit. Alex. 33; Mo. Staatsr. II³ p. 1061.*

---

***1210** . . [*Viri*]o Lupo c. m. v.
[*cos. ord.*], praef. urbi[1], pontif. d. S.[2],
[*iudici s*]acrarum [*co*]gnition.
[*per Asiam*] et per Ori[*e*]ntem. praes.
[*Syriae*] Coeles et Arabiae
. . . . . . . . . . . . . .

*Romae rep. in platea Cenci (Gatti bull. com. 1887 p. 225 qui supplevit).* — 1) *Virius Lupus praefectus urbi fuit a. 278—280, teste laterculo praefectorum urbis. Idem non videtur diversus esse a Lupo consule ord. a. 278.* — 2) *Pontifici dei Solis.*

---

**1211** L. Aelio Helvio | Dionysio[1] c. v., | iudici sacrarum cog|nitionum totius Orien.[2], | praesidi Syriae Coele[*s*], | correctori utriusque | Italiae[3], curatori aq. | et Miniciae[4], curator.[5] | operum publicoru[*m*][6], | pontifici dei Sol.[5], | collegium | fabrorum tignuar., | multis in se patrociniis co . . . . .

*Romae (VI 1673 ad exempla nonnulla non optima facta saec. XVII).* — 1) *Praef. urbi a. 301, ante quem annum hic titulus positus est.* — 2) *Cf. Mommsen mem. dell' Inst. 2 p. 313.* — 3) *De utraque Italia cf. Marquardt Staatsv. I³ p. 229 not. 11.* — 4) *Cf. supra N. 1141 not. 4.* — 5) *Singulos versus intercidisse in parte exemplorum adnotatur, nescio num recte.* — 6) *Cf. supra N. 621/2.* — *Ex rescripto aliquo Diocletiani et Maximiani proposito Carthagine a. 298, in quo memoratur Aelius Dionysius v. c. amicus Augustorum (fr. Vat. 41), collegit Borghesius opp. 3 p. 105, Aelium Dionysium fuisse eo anno proconsulem Africae; sed neque illa res certa est, neque utrum illo loco significetur hic Aelius Dionysius, an is qui est N. 1212.*

---

**1212** Fulviae | Augurinia|nae c. f., P. Helvi Aeli | Dionysi cons. viri, | corr. Campan.[1] uxori, | Formiani publice.

*Formiis rep., est Neapoli (X 6084 vidit Mommsen).* — 1) *Hunc diversum esse a L. Aelio Helvio Dionysio N. 1211 non solum praenomen, sed etiam correctura Campaniae ostendit.*

---

**1213** . . . . . . . . . . . . | religiosissimoque | C. Caeionio Rufio Volusiano[1] v. c., | corr. Italiae per annos octo[2], | proconsuli Africae, | comiti domini nostri | Constantini invicti et | perpetui semper Augusti, | praefecto urbi, iudici sacrarum | cognitionum, consuli.[3]

*Romae in aede S. Potentianae, saepius descripta saec. XV et XVI (VI 1707).* — 1) *Idem est qui posuit supra titulum N. 692, pater Ceionii Rufii Albini infra N. 1222.* — 2) *Corrector Italiae posuit a. 283 vel 284 titulum Puteolanum X 1655.* — 3) *Titulus si integer in fine est, positus est ante kal. Ian. 314 quo Volusianus processit consul iterum.*

---

**1214** Dogmatii.[1] — | Honori[2] | C. Caelio Saturnino v. c., | allecto petitu senatus inter | consulares, comiti d. n. Constantini | victoris Aug., vicario praefecturae | urbis[3], iudici sacrarum cog., vicario | praeff. praetorio bis, in urbe Roma[4] | et per Mysias[5], examinatori per Ita|liam[6], praefecto annone urbis, ratio|nali privatae[7], vicario summae rei | rationum[8], rationali vicario per | Gallias[8], magistro censum, vicario | a consiliis sacris[8], magistro stu|diorum, magistro libellorum, duce|nario a consiliis[9], sexag. a consiliis | sacris[10], sexag. studiorum adiutori, | fisci advocato per Italiam, | C. Fl. Caelius Urbanus v. c. | consularis, patri.

*Romae rep. ad radices montis Quirinalis basis cum statua, est in museo Lateranensi (VI 1704). Illustravit Mommsen Memorie dell' Instituto arch. vol. II (1865) p. 299 seq.* — 1) *Dogmatii vocabulum, agnomen sine dubio Saturnini, legitur sub ipsa statua in plintho, reliqua in basi.* — 2) *Idem vocabulum superscriptum invenitur titulis honorariis infra N. 1220. 1243 (cf. etiam C. V 3401. XII 3165).* — 3) *Munus*

*praeterea vix memoratum (fortasse apud Zosimum 7, 9); cf. Mo. l. c. p. 509.* — 4) *Idem munus quod alibi dicitur vicarii urbis Romae.* — 5) *Dioecesis Moesiarum, nota etiam ex laterculo provinciarum Veronensi, postea divisa in duas, Macedoniam et Daciam (Mo. l. c. p. 516).* — 6) *Examinatorem Mommsenus re non differe putat ab exactore auri et argenti memorato in titulo huius aequali N. 1216.* — 7) *Idem officium quod postea dicebatur comitis rerum privatarum.* — 8) *De his muneribus praeterea non memoratis vide observationes Mommseni.* — 9) *Insere* sacris. — 10) *Cf. infra N. 1455.*

**1215** C. Caelio Saturnino v. c., | praefecto praetorio[1], | C. Caelius Urbanus v. c. | consularis | patri posuit.

*Romae rep. eodem fere loco ubi N. 1214, postea in vinea quadam extra portam Flaminiam (VI 1705 vidit de Rossi).* — 1) *Idem est qui supra, ad praefecturam praetorianam promotus.*

---

**1216** C. Caelio Censori|no v. c.[1], praet. candi|dato, cons., cur. viae | Latinae, cur. reg. VII[2], | cur. splendidae Car|thagin., comiti d. n. | Constantini maximi Aug. | et exactori auri et argen|ti provinciarum III[3], cons. pro|vinc. Sicil., cons. Camp., aucta | in melius civitate sua et refor|mata ordo populusque Atellanus. L. d. s. c.

*In vico Grumo inter Neapolim et Capuam, spectat ad veterem Atellam (X 3732 praeter paucas litteras evanidas descripsit de Petra).* — 1) *Diversus est Caelius Censorinus memoratus VIII 2216.* — 2) *Sic apographa nonnulla facta saeculo XVIII, recte ut videtur; cf. supra N. 1209 not. 1.* — 3) *De munere exactoris cf. N. 1214 not. 6. Tres provinciae videntur esse Sicilia, Sardinia, Corsica.*

---

**1217** C. Vettio Cossinio Rufino[1] c. v., | praefecto urbi[2], comiti | Augg. nn., corr. Camp., corr. | Tusciae et Umbriae, | corr. Venitiae *(sic)* et Histriae, cur. alvei | Tiberis et cloacarum sacrae urbis, | cur. viae Flaminiae, proconsuli pro|vinciae Achaiae sortito, pontifici dei | Solis, auguri, salio Palatino, ordo po|pulusque Atinas, quod in correctura | eius, quae sevissimam *(sic)* tyran|nidem[3] incurrerat, nullam | iniuriam sustinuerit, | patrono dignissimo.

*Atinae (X 5061 vidit Mommsen).* — 1) *Ab eodem homine positus est titulus urbanus Eph. ep. 4, 829.* — 2) *Praefectus urbi fuit a. 315.* — 3) *Maxentii puto.*

---

**1218** L. Nonius Verus v. cons.[1], bis correct.[2], Apuliae et Calab., | Venetiarum et Istriae, comes, patronus Mutinensium Aquileien. | Brixianorum et universarum urbium Apuliae Calabriaeque. | Viniciae Marciane c. f., fil. Caeciliani p. v.[3], bis ration.[4], | urbis Romae et Africae, praes. Lusitaniae, corr. Apul. et Calab., vic. praef. per Ital.[5], | coniugi sanctissimae ac benignissimae, cuius vita morum | studiorumq. laudibus et universis virtutum animi tam clara | exstitit, ut admirabilia veteris probitatis exempla superarit, | quo merito omniumque iudicio singulari praeconio | inlustrium matronarum decus ornamentumq. est abita.

*Mutinae, sarcophagus (XI 831 vidit Bormann).* — 1) *Vir consularis.* — 2) *Corrector fuit bis, Apuliae et Calabriae (sub Constantino, inter annos 317/326*

*cf. IX 1115. 1116), tum Venetiae et Histriae.* — 3) *Perfectissimi viri.* — 4) *Rationalis fuit bis, Romae et in Africa.* — 5) *Vicarii praefectorum per Italiam.* — *In latere huius sarcophagi haec extitisse dicuntur:* m. c. f., | m. c. p., | L. Noni Faustini, | Laudiciae *(non vidit Bormann).*

---

**1219** Barbaro | Pompeiano v. c. consulari Camp.[1], | universus ordo fotus adq. ad|iutus beneficiis eius, simul etiam | quod publica aedificia in ru|inam conlapsa benivola dispo|sitione refici adq. instaurari prae|cepit, statuam ad perpetuitatem | nominis eius adque memoriae in fo|ro habitu civili exultantibus | cunctis constituit, curante Iul. Lauren|tio v. p. curatore civitatis eius. *(In latere)* ded. V non. Mart. | M. Nummio Albino | M. Laelio Maximo cos.[2], | curant. C. Valerio Dolutio Marciano.

*Praeneste (XIV 2919 cf. p. 494 semel descripta saec. XV vel XVI ab ignoto auctore).* — 1) *Eiusdem est titulus X 1199. Fuit consularis Campaniae a. 333 (cod. Theod. 1, 2, 6).* — 2) *Consules sunt anni 227; apparet titulum primarium substitutum fuisse in locum inscriptionis antiquioris erasae, titulum autem lateris relictum esse.*

---

**1220** honor[*i*].[1] Ammio Manio Caesonio Nico|macho Anicio Paulino v. c., cons. ordinario, | pref. urbi iud. sacrar. cognit., [*pr*]oconsuli | prov. Asiae et Hellesponti vice sacra iudicanti, | legato Kartacinis[3] sub procons. Africe Anicio | Iuliano patre suo[4], cuius providentia adque | [*ci*]v[*i*]litas[5] et integritas reipublicae corporis | corariorum insulas ad pristinum statum | suum secundum leges principum priorum | impp. Val. Septimi Severi[6] et M. Aur. Antonini Augg. | restaurari adque adornari pervigilant|ia sua providit, in mira memoria adque | in omnia *(sic)* iustitia sua corpus coriariorum | patrono digno statuerunt.

**1221** Amnii[2] iun(ioris). | Anicio Paulino iun. c. v., | procos. Asiae et Hellesponti, | consuli ordinario, praef. urbi | vice sacra iudicanti, ob | meritum nobilitatis eloquii | iustitiae atq. censurae, qui|bus privatim ac publice | clarus est, petitu populi R., | testimonio senatus, iudicio | dd. nn. triumphatoris Aug. | Caesarumq. florentium, | statuam secundam auro | superfusam locari sumptu | publico placuit.

*Romae olim (VI 1682 Parisios translatam vidit Henzen; VI 1683 in foro Traiani, postea in aedibus privatis, aliquoties descripta saec. XV et XVI).* — *Tituli positi sunt Anicio Paulino iuniori consuli ordinario et praefecto urbi a. 334 (cf. supra N. 698).* — 1) honorii *lapis (videtur accipiendum esse ut supra N. 1214 et infra N. 1243, non pro agnomine Honorii).* — 2) *Sic Iucundus recte* (Amnius *pater eius dicitur ap. Symmachum ep. 1, 2,* Anicius Amnius Paulinus *ipse, C. VI 1652);* Anicii *Smetius, aliter alii.* — 3) *Legatus Carthaginis non videtur differre a legato proconsulis Africae dioeceseos Carthaginiensis.* — 4) *Anicius Iulianus proconsul Africae fuit sub Diocletiano; videtur enim esse Iulianus proconsul Africae ad quem rescripserunt Diocletianus collegaeque (collat. 15, 3). Idem fuit consul ordinarius a. 322 (cf. Seeck Symm. praef. p. XCII).* — 5) eutilitas *lapis.* — 6) *Errore, sed non quadratarii, Septimio Severo additum Valerii nomen; in mentem venerunt ei qui iussu corporis coriarorum haec dictavit, Valerius Diocletianus et Aurelius Maximianus.*

**1222** Ceionium[1] Rufium Albinum v. c. cons. [*ord.*][2] . . . . . . . . philosophum[3], Rufi Volusiani bis ordinarii cons.[4] . . . . . . . . . . . . . . fi[*l*]ium[5], senatus ex consulto suo quod eius liberis . . . . . . . . . . . . post Caesariana tempora id est post annos CCCLXXX et I . . . . . . . . .
auctoritatem decreverit[6]
Fl. Magnus I[*a*]nuarius v. c. cur. statuarum . . . . . . . . . .

*Romae in Capitolio, semel descripta ante saec. IX, quod exemplum tradunt vetus codex Einsidlensis et ex simili codice Poggius (VI 1708), descripta autem videtur non sine mendis, neque indicatis lacunis (lacunosam esse monuit Seeck Herm. 19 p. 187).* — 1) Ceinonium *Eins. (reliqua sphalmata huius generis non notavi).* — 2) *Consul fuit a. 335, praefectus urbi a d. 30 Dec. a. 335 ad 10 Mart. a. 337.* — — 3) *Cf. Teuffel Lit. § 407, 5.* — 4) *Est is cuius est titulus supra N. 1213.* — 5) finium *traditur.* — 6) *Haec pertinere putavit Mommsen (Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. 1850 p. 311, sed cf. Staatsr. II³ p. 751 not. 2) ad ius consulum creandorum, Seeckius ad ius praetorum quaestorumque creandorum anno CCCLXXXI post Caesariana tempora, i. e. anno circiter 336 p. Chr., senatui restitutum. Seeckius in lapide haec fere fuisse existimat:* quod eius li[*tt*]eris [*exoratus d. n. Constantinus max. p. f. semper Aug.*] post Caesariana tempora, id est post annos CCCLXXX et I [*sibi praetorum quaestorumq. creandor.*] auctoritatem decreverit.

---

**1223** Q. Fl. Messio Egnatio | Lolliano[1] v. c. | q. k., praet. urbano, | auguri publico p. R. | Quiritium, comiti | dd. nn. Aug. et Caesarum[2], | curatori albei Tiberis | et cluacarum sacre *(sic)* urbis, | curatori operum publico|rum, consulari aquarum | et Minuciae, consulari | Campaniae[3], | ordo populusque | Suessanus.

*Suessae (X 4752 vidit Mommsen).* — 1) *Hic est Mavortius Lollianus (Mavortii nomen titulis N. 1224. 1225 praescriptum est, quod ab hoc lapide abest), ad quem Firmicus Maternus dedit matheseos octo qui extant libros (Teuffel Lit. § 406), praefectus urbi a. 342, praefectus praetorio a. 355 et 356 (Amm. 16, 8, 5), consul ordinarius a. 355.* — 2) *Intelleguntur Constantinus et filii eius Caesares; titulus positus igitur est non post a. 337. In titulo N. 1224 pro comite Augusti et Caesarum Lollianus dicitur comes Flavialis.* — 3) *Memorantur 'fasces Campaniae provinciae' a Firmico lib. I praef.*

---

**1224**[a] Mavortii. | Q. Flavio Maesio Egnatio | Lolliano c. v., q. k., praetori ur|bano, auguri publico populi | Romani Quiritium, cons.[1] albei | Tiberis et cloacarum, cons.[1] ope|rum publicum[2], cons. aquarum, | cons. Campaniae, comiti Flaviali[3], | comiti Orientis[4], comiti primi ordinis et | proconsuli provinciae Africae[5], | regio portae triumphalis patrono dignissimo. *(In latere legitur titulus vetustior X 1695).*

**1224**[b] Mavortii. | Q. Flavio Maesio Egnatio Lolliano | c. v. *(ut supra, sed versibus aliter divisis, et in fine)* proconsuli provinciae Africae | regio clivi vitriari sive vici turari | patrono dignissimo.

**1224**[c] Mavortii. | Q. Flavio Maesio Egnatio Lolliano c. v. | *(ut supra, sed in fine)* colligeus decatressium[6] patrono dignis|simo posuerunt.

*Puteolis rep. (X 1695 vidit Mommsen; Eph. ep. 8, 365; X 1696 vidit Mommsen). Hi tituli recentiores sunt quam N. 1223, sed antiquiores a. 342 quo Lollianus prae-*

*fectus urbi fuit.* — 1) *Nota consularem dici Lollianum, cum in N. 1223 dictus sit curator.* — 2) publicum *eodem errore lapides tres (in uno N. 1224 a litterae* um *expunctae sunt).* — 3) *Cf. N. 1223 not. 2.* — 4) *Cf. Firmicus Mat. lib. I praef.: nam cum tibi totius Orientis gubernacula domini atque imperatoris nostri Constantini Augusti serena atque venerabilia iudicia tradidissent.* — 5) *Post administrationem Orientis proconsulem factum esse Lollianum ait Firmicus l. c.* — 6) *Decatressium sive decatrensium (cf. N. 1226) vocabulum obscurum; explicare temptaverunt Minervinius (cf. Henzen ad Or. III p. 291) et Hirschfeld Gallische Studien III (Sitzungsber. der Wiener Ak., phil. hist. Cl. vol. 107, 1884, p. 249 not. 3).*

**1225** Mavortii. | Fl. Lolliano v. c. q. k., praet. urb., | curat. alvei Tiberis et operum | maximorum et aquarum, cons. | Camp., comiti intra Pal[*atium*] et | [*v*]ice sa[*cra iudicanti, comiti*] Or|i[*entis*] . . . . .

*Romae (VI 1723 descr. Lipsius).*

**1226** Mavorti iun. | Q. Flavio Maesio | Cornelio Egnatio | Severo Lolliano[1] | c. p., q. k.[2] | decatrenses[3] cli|entes eius patrono | praestantissimo | posuerunt.

*Puteolis rep., est Neapoli (X 1697 vidit Mommsen).* — 1) *Filius eius qui praecedit. Fieri potest ut huius sit tabella aenea edita a Rossio bull. Inst. arch. 1877 p. 81:* Lolliani v. c. pret. triumfalis *(certe non pertinet ad patrem eius).* — 2) *Clarissimo puero quaestori kandidato.* — 3) *Cf. N. 1224 not. 6.*

**1227** Fabio Titiano v. c., | correctori Flaminiae | et Piceni, consulari | Siciliae, proconsuli | provinciae Asiae | iudici sacrarum cog|nitionum, comiti primi | ordinis, consuli ordi|nario[1], praef. urbis[2], | Peregrinus | serbus domino prestantissimo.

*Romae (VI 1717 saepius descripta saec. XVI).* — 1) *A. 337.* — 2) *A. 339—341. In hac ipsa praefectura posuit cippos VI 1653. 1654, Eph. ep. 4, 847. Post hunc titulum positum ad alteram praefecturam urbis pervenit, cf. supra N. 741.*

**1228** mirae iustitiae atq. exi|miae moderationis | L. Crepereio Madaliano v. c., | procos. p. A.[1] et vice sacra iu|dicanti, comiti ordinis pri|mi, vicario Italiae[2], praef. ann. | urb. cum iure gladii[3], con|sulari Ponti et Bithyniae, | correctori Flaminiae et | comit[*i*] ordinis secun[*di*] . . . . . .

*Calamae (hodie Guelma) in Numidia (VIII 5348 descripserunt Delamare aliique).* — 1) *Proconsuli provinciae Africae.* — 2) *A. 341 (cod. Theod. 16, 10, 2).* — 3) *Inter annos 337 et 341, cf. supra N. 707.*

**1229** Asterii. | L. Turcio Aproniano v. c., | filio L. Turci Aproniani v. c. | praefecti urbi[1], nepoti | L. Turci Secundi c. v. consulis, | quaestori, praetori, quindecem|viro sacris faciundis, correc|tori Tusciae et Umbriae[2], omni | virtute praestanti, statuam | ex aere ordo Spoletinorum | ad memoriam perpetui nominis | conlocavit, | curantibus Flavio Spe v. p. et Codonio Tauro iun. | Post Amanti et Albini cons.[3]

*Romae (VI 1768 vidit Bormann). Similis est titulus eiusdem hominis VI 1769.* — 1) *Praefectus urbi a. 339.* — 2) *Corrector fuit a. 342, ut in titulo VI 1769 diserte legitur.* — 3) *Significatur annus 346.* — *Post hunc titulum positum Apronianus factus est praefectus urbi, a. 363, quo spectare videntur tituli VI 1770. 1771.*

**1230** Asterii. | L. Turcio Secundo[1] c. v., | filio L. Turci Aproniani c. m. v. | praef. urbi, nepoti | L. Turci Secundi c. m. v., | consuli praetori quaestori, | comiti Augustorum, correctori | Piceni et Flaminiae[2], eloquentia | iustitia integritate auctoritate | praestanti, in omni denique | virtute perfecto, ordo | splendidissimus Amiterninae | civitatis ob insignem erga se | amorem patrono dignissimo | statuam ex aere | post administrationem | ad perpetui nominis | gloriam dedit.

*Romae (VI 1772 vidit Henzen). — 1) Frater est praecedentis. — 2) Ad hoc munus pertinent tituli supra N. 706. 729 positi alter fortasse a. 337, alter inter a. 340 et 350. — Titulus quem uxori idem posuit est VI 1773.*

---

**1231** M. Maecio Memmio Furio Baburio | Caeciliano Placido[1] c. v., | pontifici maiori, auguri pu|blico p. R. Quiritium, quindecem|viro sacris faciundis, correc|tori Venetiarum et Histriae, | praefecto annonae urbis | sacrae cum iure gladii, comiti | ordinis primi, comiti Orientis | Aegypti et Mesopotamiae, iudi|ci sacrarum cognitionum | tertio[2], iudici iterum ex de|legationibus sacris, prae|fecto praetorio et iudici | sacrarum cognitionum | tertio, consuli ordinario[3], | patrono prestantissimo *(sic)* | regio Palatina | posuit.

*Neapoli olim, sed origine Puteolana; nunc puto Florentiae (X 1700; vidi ectypum). — 1) Ex maioribus huius viri fuit C. Memmius M. f. Quir. Caecilianus Placidus (Bull. corr. 1887 p. 179). — 2)* tertio *videtur esse delendum, repetitum ex loco inferiore. — 3) Placidum consulem ordinarium recensent fasti a. 343. Post hunc titulum positum videtur factus esse etiam praefectus urbis, certe Placidus aliquis fuit praefectus urbi a. 346 7 (chronogr. a. 354).*

---

**1232** ....... [*comiti Ori*]|*entis v. s. iudicanti, procons.*[1] | prov. Africae et v. s. iudicanti, | praef. urbis et v. s. iudicanti, ite|rum comiti ord. primi intra Pa|latium, praef. praet., consuli ord.[2], | Placidus Severus v. c. filius patri religioso | et Antonia Marcianilla c. f. nurus | socero sanctissimo.

*Romae (VI 1757 vidit Henzen). — 1) Haec olim deperdita servarunt Smetius aliique. — 2) Nescimus quo anno, cum nomen perierit (Rossius titulum retulit ad Memmium Placidum, cuius titulus est N. 1231, consulem ord. a. 343, coniectura incerta).*

---

**1233** Iulio Eubulidae | c. v. corr. Tusciae[1] | Xviro[2], praefecto aerarii s.[3] Saturni, | ob inlustria ipsius | merita et amorem iux|ta cives ordo Inte|ramnatium patrono.

*Interamnae ad Narem (Terni) (XI 4181 vidit Bormann). — 1) Idem fortasse Eubulidas qui fuit vicarius Africae a. 344 (cod. Theod. 8, 10, 2). — 2) Bormannus cogitavit de decemviro urbis Romae, conferens titulum supra N. 1198, in quo tamen videtur fuisse* X[II] vir. — 3) *Fortasse: aerarii sacri (Hirschfeld Verw. p. 23 n. 1).*

---

**1234** [*Flavio Domitio*] | Leontio [*v. c., praefect*]o | praetorio adque o[*rd*]inario consuli[1], | provocantibus eius meritis, quae per | singulos

honorum grados ad hos | [*e*]um dignitatum apices provexerunt, | decretis provinciae Phoenices senten|tia divina firmatis dd. nn. Constanti et | Constantis aeternorum princi|pum, ordo Berytiorum statuam | sumptibus suis e[*x*] aere locatam | civili habito dedicavit.

*Beryti rep. (III 167 cf. p. 971 descripserunt Thomson et Waddington).* — 1) *Praefectus praetorio fuit Leontius a. 338 (cod. Theod. 9, 1, 7) et a. 342—344 (cod. Theod. 1, 5, 4. 7, 9, 2. 9, 21, 5. 11, 36, 6. 12, 1, 35. 15, 4, 3), consul ordinarius a. 344. Huic Flavii nomen fuisse ostendit C. X 478; Domitii nomen accessit ex cod. Theod. 9, 1, 7.*

---

**1235** largitate dd. nn. pp. Augg. | Constanti et Constantis[1], | Ceionio Italico clarissimo | atque consulari viro[2], eximi|o ac singulari virtutum | omnium, ob merita erga se | et provinciam conti|nentiae patientiae | fortitudinis liberali|tatis et amoris in omnes | praecipui, ordo felicis | coloniae Constanti|nae et provincia Numi|dia patrono posuit.

**1236** iussione venerabili | dd. Augg. que nn. | Constanti [*et Consta*]ntis[1] | Ceionio Italico v. c. et consu|lari[2], continentiae integri|tatis patientiae aequitatis | adque honorificentiae sin|gulari ac praecipuo viro, | statuam aeneam ad peti|tum suum et provinciae or|do coloniae Milevitanae in fo|ro Constantinae civitatis, | ubi honorificentius erigen|dam credidit, patrono | posuit.

*Constantinae (VIII 7012. 7013 vidit Wilmanns).* — 1) *A. 340—350. Constantis nomen erasum est (cf. supra N. 729), sed in altero titulo legi potuit.* — 2) *Videtur fuisse consularis Numidiae (cf. cod. Theod. 1, 15, 3, ubi tamen nomen corruptum est vel certe editur; Renier bull. Inst. arch. 1860 p. 20).*

---

**1237** singulari auc[*t*]oritatis splendore pollen|ti admirabilisque eloquentiae beni|volentie felicitate glorioso, cunc|tarumq. dignita[*t*]um fastigia fabo|rabili moderatione ius[*t*]i[*t*]iae super|gresso, Vulcacio Rufino[1] v. c., cons. | ordin.[2], prae[*f.*] praetorio[3], comiti | per Or[*i*]entem, Ae[*g*]ypti et Mesopotamiae, | per [*e*]asdem[4] vice sacra iudicanti, | comiti ordinis primi intra consistori um, Numidiae consulari[5], pontifici maiori, | ob innum[*e*]rabiles sublimis benig[*ni*]tatis titulos | Ravennates monumentum p[*e*]rennis | memoriae in vestibulo domus statuali vene|ratione dicaverunt ut.[6]

*Romae rep. loco antiquo, ibi ubi fuit domus Vulcacii Rufini, in monte Quirinali, ubi dicitur via Modena (Lanciani Bull. corr. 1883 p. 233, 1884 p. 45, Notizie 1884 p. 40. 190), litteris malis (pro* L, F, T, *passim est* I*).* — 1) *Avunculus Galli Caesaris, Amm. Marc. 14, 11, 27.* — 2) *A. 347.* — 3) *Cf. supra N. 727.* — 4) pasdem *lapis.* — 5) *Propter administrationem Numidiae patronus cooptatus esse videtur a Thamugadensibus (VIII 2403).* — 6) *Dele* ut.

---

**1238** Triturrii. | M. Nummio Albino v. c. | quaestori candidato, | praetori urbano, comiti | domestico ordinis primi et | consuli ordinario iterum[1], | Nummius Secundus eius.

*Romae (VI 1748 vidit Bormann).* — 1) *Titulus positus esse videtur Albino consuli ordinario a. 345; is iterum consul ordinarius factus est fortasse, ut coniecit*

*Rossius, temporibus Magnentii vel Nepotiani, quem consulatum in fastos vulgares non receptum esse non est mirum (aliter de tituli aetate iudicaverat Mommsen eph. ep. 1 p. 135, sed cf. eph. ep. 4 p. 186).*

---

**1239** Adelfi. | Clodio Celsino insigni | et c. v., praestanti benivo|lentia auctoritate ius|titia, corr.[1] regionum | duarum memorabili | et praeteritorum iudi|cum exempla virtuti|bus omnibus supergres|so, ordo splendidis|[s]imus[2] Beneventane | civitatis patrono | dignissimo.

*Beneventi (IX 1576 vidit Mommsen, recognoverunt Hirschfeld et Dressel).* — 1) *Correctori.* — 2) splendidis|bimus *lapis.* — *De Clodio Adelfio praefecto urbis a. 351 cf. Ammian. 16, 6, 2 et praeterea Seeck Symm. p. XCV.*

---

**1240** Populonii. | L. Aradio Val. Proculo v. c., | auguri, | pontifici maiori, | quindecemviro sacris faciundis, | pontifici Flaviali[1], | praetori tutelari, | legato pro praetore provinciae Numidiae[2], | peraequatori census provinciae Calleciae *(sic)*, | praesidi provinciae Byzacenae, | consulari provinciae Europae et Thraciae, | consulari provinciae Siciliae, | comiti ordinis secundi, | comiti ordinis primi, | proconsuli provinciae Africae vice | sacra iudicanti eidemq. iudicio sacro | per provincias proconsularem et | Numidiam Byzacium ac Tripolim | itemque Mauretaniam Sitifensem et | Caesariensem | perfuncto officio praefecturae praetorio[3], | comiti iterum ordinis primi intra Palatium, | praefecto urbi vice sacra iterum iudicanti[4], | consuli ordinario.[5] | Huic corpus suariorum et confectuariorum | auctoribus patronis ex affectu eidem iure debito | statuam patrono digno ponendam censuit.

*Romae rep. in monte Caelio a. 1561, extat in villa Caeliana Matthaeiorum (VI 1690 vidit Henzen). Similis fuit basis eidem Valerio Proculo dedicata a Puteolanis (VI 1691).* — 1) *Cf. supra N. 705 not. 12.* — 2) *De hoc munere cf. Mo. C. VIII p. 408.* — 3) *Cum proconsul esset Africae, iussu principis etiam vices praefectorum praetorio egit per dioecesem Africanam.* — 4) *Praefectus urbi fuit Proculus a. 337.* — 5) *A. 340. — Post has bases positas Proculus factus est iterum praefectus urbi a. 351/2. Idem celebratur apud Symmachum ep. 1, 2.*

**1241** hic bis praefectus patriae[1], | praefectus et idem |
hic Libyae[2], idem Libyae | proconsul et ante, |
ter vice qui sacra | discinxit iurgia iudex[3], |
consul et aeterno | decoravit nomine fastos. |
Cetera quid memorem | tanto sub iudice gesta, |
cum Proculum videas | toto qui natus honori est? |
Collegium suariorum patrono | prestantissimo.

*Romae rep. ibi ubi N. 1240 (VI 1693 saepius descripta saec. XVI).* — 1) *Significantur duae urbanae praefecturae Proculi (cf. ad N. 1240).* — 2) *Significatur administratio dioecesis Africanae (N. 1240 not. 3).* — 3) *Vice sacra iudicavit primum proconsul Africae, iterum tertiumque praefectus urbi.*

**1242** Populonii. |
Ille ego sum Proculus, | totus qui natus honori. |

Aut dic quis sit honos, | quem mihi inesse negas. |
Collegium pistorum | patrono prestantissimo.
*Romae rep. ibi ubi N. 1240 (VI 1692 saepius descripta saec. XVI).*

---

**1243** honori[1] Memmio Vitrasio Orfito[2] v. c., genere nobili, domi forisque ad exemplum veterum continentia iustitia constantia providentia omnibusque virtutibus semper inlustri, praef. urbi, non multo interposito tempore iterum praef. urbi[3], proconsuli Africae[4], comiti ordinis primi, item comiti intra consistorium ordinis primi, legato petitu senatus populiq. Romani, comiti ordinis secundi[5], consulari provinciae Siciliae, pontifici maiori Vestae, quindecimviro s. f., pontifici Solis, consuli, praetori, quaestori [*k.*][6], atque his omnibus ab ipsa iuventute perfuncto, ob eius temporibus difficillimis egregias ac salutares provisiones, susceptorum Ostiensium sive Portuensium antiquissimum corpus[7], ob utilitatem urbis Romae recreatum, statuam constituit.

*Romae rep. prope basilicam Lateranensem: semel iterumve descripta saec. XV (VI 1741).* — 1) *Cf. supra N. 1214. 1220.* — 2) *Eidem Memmio Orfito positi sunt tituli huius similes ab aliis corporibus VI 1739. 1740. 1742. Idem in praefectura priore posuit titulum VI 1159, in praefectura altera titulos VI 1161. 1162. 1168. Memoratur apud Symmachum, cuius fuit socer, ep. 1, 1. 9, 150 rel. 34 et saepius apud Ammianum.* — 3) *Praefectus urbi fuit a. 353/5, iterum a. 356—359.* — 4) et (*vel* ac) tertio sacrarum cognitionum iudici, 5) expeditiones bellicas gubernanti *addunt similes tituli enumerati not. 2.* — 6) quaestori r. *traditur.* — 7) *Cf. C. XIV p. 8.*

---

**1244** Fl. Eugenio[1] v. c., ex praefecto praetorio, | consuli ordinario designato[2], magistro | officiorum omnium[3], comiti domestico | ordinis primi omnibusque Palatinis | dignitatibus functo, ob egraegia eius | in rem publicam merita: huic | dd. nn. Constantius victor ac | triumfator semper Augustus et | Iulianus nobilissimus Caesar[4] | statuam sub auro in foro divi | Traiani, quam ante sub divo | Constante vitae et fidelissimae | devotionis gratia meruit, | adprobante amplissimo senatu | sumptu publico loco suo | restituendam[5] censuerunt.

*Romae olim in aedibus privatis, nunc in foro Traiano (VI 1721 vidit Bormann).* — 1) *Hic est Eugenius memoratus ut gratiosus apud Constantem a Libanio pro Aristophane (ed. Reiske 1781 I) p. 427 (Εὐγένιος ὁ μικρὸς γίνεται παρὰ Κώνσταντι μέγας) et p. 440, item ab Athanasio apolog. ad Constantium c. 3, ut magistri (i. e. magistri officiorum) munere apud Constantem functus.* — 2) *Cum in fastis non commemoretur, vita functus esse putandus est antequam consul procederet.* — 3) *Cf. not. 1.* — 4) *A. 355/360.* — 5) *Statua Eugenio dedicata sub Constante, eversa fortasse fuit temporibus Magnentii.*

---

**1245** Naeratio Cereali v. c. | consuli ord.[1], praef. urb.[2], | conditori balnearum[3], | Cursius Satrius | patrono omnia | praestantissimo.

**1246** Naeratio Scopio v. c. | [*f*]ilio[4], consulari | Campaniae[5], | Cursius Satrius | nutritor eius | patrono omnia | praestantissimo.

*Romae (VI 1745. 1746 vidit Henzen).* — 1) *A. 358.* — 2) *A. 352/3, cf. supra N. 731.* — 3) *Ad haec balnea spectant complures bases inscriptae* Naeratius | Cerealis v. c. |

cons. ord. | conditor | balnearum | censuit *(VI 1744. 1744 a)*. — 4) eilio *lapis (filius fuit Neratii Cerealis N. 1245)*. — 5) *Cf. IX 1566. X 1253.*

---

**1247** Fabio Ma|ximo v. c., | conditori mo|enium publico|rum, vindici | omnium pecca|torum, ordo et | populus Allifa|norum patrono.

*Allifis (IX 2337 saepius descripta saeculis superioribus).*

**1248** Fabio Maximo | v. c., | instauratori | moenium | publicorum, | ordo et populus | curante Aurelio | Paulininiano cura|[t]ore et patrono. *(In latere)* d[*ed.*] VIII k[*al.*] . . | d. n. Co[*nstan*]|tio Aug. V . . . . . . . [*cos.*][1].

*Aeserniae (IX 2639 vidit Dressel praeter latus). — Fabius Maximus rector fuit Samnii testibus etiam multis aliis titulis, quorum bona pars spectat ad opera ab eo restituta (IX 2212. 2338. 2447. 2448. 2449. 2640. 2643. 2842. 2956. 2957. 6307).* — 1) *Significatur unus ex annis 352. 353. 354. 356. 357.*

---

**1249** singularis integritatis | et bonitatis exsimiae | M. Aur. Consio Quarto | iuniori c. v., correctori | Flaminie et Piceni, | pontifici maiori | promagistro iterum, | duodecimviro[1], | Anconitani et | Fanestres, clientes | patrono.

*Romae in museo Capitolino (VI 1700).* — 1) *Duodecimviro, intellege urbis Romae, quod sacerdotium reperitur etiam in titulo anni 377 quem infra dabimus inter sacros; cf. etiam supra N. 1198.*

---

**1250** . . . . . . . . . . . . [*ad eo*]rum consolandu[*m sta*]tum, praeposito Palla|dii Palatini[1], praefecto | operum maximorum, comiti portuum, correc|tori Tusciae et Umbriae[2], | cons. Camp. Huic ordo | splendidissimus col. | Privernatium ob insig|nem erga se benivolenti|am et religionem et inte|gritatem eius statuam | conlocandam censuit.

*Priverni rep. saec. XVIII exeunte, videtur periisse (X 6441). Tractavit Henzen bull. dell' Inst. arch. 1865 p. 208 seq.* — 1) *Cf. Henzen l. c. p. 211.* — 2) *Ante a. 370, quo Tuscia et Umbria sub consulari fuit.*

---

**1251** Betitio Perpetuo | Arzygio v. c.[1], consulari[2] Tusciae[3] et Umb., ob singu|laria eius erga provinciales | beneficia et ob moderationem | pro documento etiam poste|ris relinquendam aeter|num statuae monumentum | Tusci[3] et Umbri patrono | praestantissimo | collocarunt.

*Romae (VI 1702 descripta a Poggio; melius Notizie 1888 p. 495 descripta a Martio Milesio Sarazanio).* — 1) *Filius ut videtur Betitii Perpetui correctoris Siciliae sub Constantino (X 7204; Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. p. 697 n. 1078 a cf. Huelsen Notizie 1888 p. 494). Hic est Arzygius cui Pelagonius (cf. Teuffel Lit. § 463, 6) dedicavit librum de veterinaria (Borghesi opp. 6 p. 505. 543). Ipsum quoque Arzygium nonnulla de equis scripsisse coniecit Buecheler mus. Rhen. 1890 p. 333.* — 2) *Post a. 366, quo Tuscia et Umbria fuit adhuc sub correctoribus (cod. Theod. 9, 1, 8); cf. Marquardt Staatsv. 1² p. 237.* — 3) Thusciae. Thusci *Sarazanius.*

---

**1252** ex decreto ordo Lunens. | et cives immortalibus | beneficiis relevati, ob memo|riam posteritati tradendam, | statuam collocarunt Lucilio | Constantio, praesidi Mauretaniae | et[1] Tingitanae, v. c.[2], consulari | Tusciae et Umbriae.

*Sarzanae, ubi fuit Luna (Notizie 1890 p. 377).* — 1) *Nescio an* et *delendum sit.* — 2) v. c. *(viro clarissimo) hic positum, propterea quod Constantius ad administrationem Tusciae et Umbriae provectus primum clarissimatum adeptus erat, cum antea in perfectissimatu substitisset.*

---

**1253** Clodio Octavian[*o*][1] | v. c. pontific[*i*] | maiori, consuli[2] | Pannoniarum | secundae post | presides *(sic)* primo, | vicario urbis | Romae, | comiti | ordinis primi, | ordo Boviane|nsium patrono | iam privato.

*Boviani in Samnio (IX 2566 vidit Mommsen).* — 1) *Idem fuit etiam proconsul Africae, sub Iuliano et Ioviano, cf. supra N. 756; periisse videtur a. 371 (Amm. 29, 3, 4).* — 2) *Debuit esse* consulari.

---

**1254** Fl. Sallustio v. c. | cons. ordinario[1], | praef. praet.[2], comiti | consistorii, vicario | urbi Romae, vicario | Hispaniarum, vicario | quinq. provinciarum, | pleno aequitatis | ac fidei, ob virtutis | meritorumq. gloriam | missis legat. ius. sac.[3] | Hispaniae dicaverunt. *(In latere)* dedicata V kal. Iun. | divo Ioviano Aug. et Varronian[*o*] | coss.[4]

*Romae in foro Traiani (VI 1729 descr. Bormann).* — 1) *A. 363 cum Iuliano.* — 2) *Scilicet Galliarum a. 361 seq. (Ammian. 21, 8, 1. 23, 1, 1. c. 5, 4).* — 3) *Missis legatis iussione sacra.* — 4) *A. 364.*

---

**1255** Saturninio Secundo[1] v. c. | praesidi provinciae Aquitanicae, | magistro memoriae, comiti ordi|nis primi, proconsuli Africae, item | comiti ordinis primi intra con|sistorium et quaestori, praef. | praetorio iterum, ob egregia | eius in rempublicam merita dd. nn. Valentinianus et | Valens victores ac triumfa|tores semper Augusti | statuam sub auro consti|tui locarique iusserunt.

*Romae basis effossa saec. XVI e foro Traiani, dudum periit (VI 1764 ad exemplum accuratum Nicolai Florentii).* — 1) *Hic est Secundus praefectus praetorio (Orientis), ad quem non pauca rescripta leguntur in codice Theodosiano a. 362—364, auctor imperii in Valentinianum conferendi (Philostorg. 8, 8), ab Ammiano semel appellatus Secundus Sallustius (22, 3, 1), saepius ab eodem, item a Zosimo (3, 36) Sallustius tantum (Sallustii nomen potest periisse in plintho basis); ab eodem positus est a. 363 titulus supra N. 754. Cf. Tillemont Iulian. not. 5.*

---

**1256** Hymetii. — | ... Iulio Festo Hymetio[1] c. v., | correctori Tusciae et Umbriae, praetori urbano, | consulari Campaniae cum Samnio, | vicario urbis Romae aeternae[2], proconsuli | provinciae Africae[3], ob insignia eius | in rempublicam merita et ob depulsam | ab eadem provincia famis et inopiae vastitatem | consiliis et provisionibus[4], et quod caste | in eadem provincia integreque versatus est, | [*qu*]od neque aequitati in cognoscendo | neque iustitiae defuerit, quod studium | sacerdotii provinciae restituerit | ut nunc a conpetitoribus adpetatur | quod antea formidini fuerit[5]: ob quae eadem | provincia Africa, decretis ad divinos principes | dominos nostros missis | Valentem Gratianum et Valentinianum[6] | perpetuos Augustos, | statuam unam apud Carthaginem sub auro, | alteram quoque Romae eidem

sub auro | postulandam esse credidit, quod nulli | proconsulum vel ex proconsulibus | statuendam *(sic)* antea postularit. *(In latere)* dd. nn. Val[*ente V et Valentiniano coss.*][7] . . . .

*Romae basis effossa non longe a foro Traiano (VI 1736 descr. de Rossi).* — 1) *Hymetium a. 368 iussu Valentiniani in exilium actum esse narrat Ammianus 28, 1 17—23, defuncto Valentiniano in integrum restitutum esse demonstrat hic titulus.* — 2) *A. 362 (cod. Theod. 11, 30, 29).* — 3) *A. 366 seq. (cod. Iust. 5, 61, 1. cod. Theod. 9, 13, 3).* — 4) *Has provisiones Hymetii memorat etiam Ammianus l. c.* — 5) *Declinabatur sacerdotium provinciae (de quo cf. O. Hirschfeld ann. inst. arch. 1866 p. 72) propter onera ei iniuncta.* — 6) *A. 376—378.* — 7) *A. 376.*

**1257** Phosphorii.[1] | Lucio Aur. Avianio Symmacho v. c., | praefecto urbi[2], consuli[3], pro praefectis praetorio in urbe Roma finitimisque | provinciis[4], praefecto annonae ur|bis Romae[5], pontifici maiori, quinde|cemviro s. f., multis legationibus | pro amplissimi ordinis desideriis | apud divos principes functo[6], qui | primus in senatu sententiam roga|ri solitus auctoritate prudentia atq. | eloquentia pro dignitate tanti ordi|nis magnitudinem loci eius inpleve|rit, auro inlustrem statuam, quam | a dominis Augustisq. nostris senatus | amplissimus decretis frequentib. in|petrabit *(sic)*, idem triumfatores principes | nostri constitui adposita oratione ius|serunt, quae meritorum eius ordinem | ac seriem contineret; quorum perenne | iudicium tanto muneri hoc quoque ad|didit, ut alteram statuam pari splen|dore etiam apud Constantinopolim | conlocaret. | *(In latere)* dedicata III kal. Maias | d. n. Gratiano IIII et Merobaude cos.[7]

*Romae rep. sub Capitolio, est in museo Vaticano (VI 1698). Titulus positus est Symmacho, patri Symmachi oratoris. Cf. Seeck in editione Symmachi p. XLI seq.* — 1) *Agnomen Symmachi.* — 2) *A. 364 (Amm. 27, 3, 3); cf. Seeck Symm. p. XLII.* — 3) *Symmachum consulem suffectum a. 376 putavit Maius; rectius nisi fallor Seeckius p. XLIII statuit destinatum ei fuisse consulatum ordinarium a. 377, sed decessisse eum ante initum honorem.* — 4) *Vicarium urbis Romae fuisse Symmachum alibi non traditur.* — 5) *Cf. supra N. 726.* — 6) *Legatio ad Constantium suscepta, qua Antiochiam adiit, memoratur ab Ammiano 21, 12, 24 et a Libanio in epistula 923 data ad Symmachum huius filium.* — 7) *A. 377.*

**1258** Vettio Agorio Praetextato v. c. et inl., | correctori Tusciae et Umbriae, | consulari Lusitaniae, proconsuli | Achaiae[1], praef. urb.[2], praef. praetorii | Illyrici Italiae et Africae[3], cons. designato[4], | legato amplissimi ordinis septies et ad impetrandum reb. arduis | semper opposito, | parenti publice privatimq. reverendo, | ut etiam statuae ipsius domus | honoraret[5] insignia constitui | locarique curavit.[6]

*Romae rep. in monte Aventino (VI 1777 saepius descripta saec. XVI—XVIII).* — *De Agorio Praetextato cf. Jahn Berichte d. sächs. Ges. d. Wiss. 1851 p. 338; O. Seeck Symmach. p. LXXXIII seq.* — 1) *A. 362, cf. Ammian. 22, 7, 6. Zosim. 4, 3.* — 2) *A. 367/8; cf. Ammian. 27, 9, 8.* — 3) *A. 384 (cod. Theod. 6, 5, 2).* — 4) *Praetextatus mortuus esse videtur in ipsa praefectura praetorii, cum esset consul designatus; cf. Symmachus relat. 10—12 (potissimum 12, 4).* — 5) *Haec confusa videntur.* — 6) *Deesse in fine aliquid non traditur sed probabile est (periisse nomen filii coniecit Seeck).*

**1259** d. m. | Vettius Agorius Praetextatus augur, | p[*o*]ntifex Vestae, | pontifex Sol[*is*], quindecemvir, | curialis Herc[*u*]lis, sacratus | Libero et Eleusi[*ni*]s, hierophanta, | neocorus, tauroboliatus, | pater patrum[1], in [*r*]e publica vero | quaestor candidatus, | pretor urbanus, | corrector Tusciae et Umbriae, | consularis Lusitaniae, | proconsule Achaiae[2], | praefectus urbi[2], | legatus a senatu missus V[3], | praefectus praetorio II Italiae | et Illyrici, consul ordinarius | designatus, | et Aconia Fabia Paulina c. f., | sacrata Cereri et Eleusiniis, | sacrata apud Eginam Hecatae, | tauroboliata, hierophantria.[4] | Hi coniuncti simul vixerunt ann. XL.

*(In latere dextro)* Vettius Agorius Praetextatus | Paulinae coniugi. |

Paulina, veri et castitatis conscia,
dicata templis atq. amica numinum,
sibi maritum praeferens, Romam viro,
pudens, fidelis, pura mente et corpore,
benigna cunctis, utilis penatibus
caldas n . . . . . . us . . . n .

*(nonnulla perierunt)*

*(In latere sinistro)* Vettius Agorius Praetextatus | Paulinae coniugi. |

Paulina, nostri pectoris consortio
fomes pudoris, castitatis vinculum
amorque purus et fides caelo sata,
arcana mentis cui reclusa credidi,
munus deorum, qui maritalem torum
nectunt amicis et pudicis nexibus,
pietate matris, coniugali gratia,
nexu sororis, filiae modestia,
et quanta amicis iungimur fiducia,
aetatis usu, consecrandi foedere,
iugi fideli simplici concordia
iuvans maritum, diligens, ornans, colens.

*(A tergo)* [*Sple*]ndor parentum nil mihi maius dedit[5]
[*quam*] quod marito digna iam tum visa sum,
[*se*]d lumen omne vel decus nomen viri,
Agori, superbo qui creatus germine
patriam, senatum coniugemq. inluminas
probitate mentis, moribus, studiis simul,
virtutis apicem quîs supremum nanctus es.
Tu namque quidquid lingua utraq. est proditum
cura soforum, porta quîs caeli patet,
vel quae periti condidere carmina,
vel quae solutis vocibus sunt edita,

meliora reddis quam legendo sumpseras.[6]
Sed ista parva: tu pius m[*y*]stes[7] sacris
teletis reperta mentis arcano premis,
divumque numen multiplex doctus colis,
sociam benigne coniugem nectens sacris,
hominum deumque consciam ac fidam tibi.
Quid nunc honores aut potestates loquar
hominumque votis adpetita gaudia,
quae tu caduca ac parva semper autumans
divum sacerdos infulis celsus clues?
Tu me, marite, disciplinarum bono
puram ac pudicam sorte mortis[8] eximens,
in templa ducis ac famulam divis dicas;
te teste cunctis imbuor mysteriis;
tu Dindymenes Atteosqu[*e*] antistitem
teletis honoras taureis consors pius;
Hecates ministram trina secreta edoces
Cererisque Graiae tu sacris dignam paras.
Te propter omnis me beatam, me piam
celebrant, quod ipse me bonam disseminas
totum per orbem: ignota noscor omnibus.
Nam te marito cur[9] placere non queam?
Exemplum[10] de me Romulae matres petunt
subolemque pulchram, si tuae similis, putant.
Optant probantque nunc viri, nunc feminae.
quae tu magister indidisti insignia.
His nunc ademptis maesta coniunx maceror.
felix, maritum si superstitem mihi
divi dedissent, sed tamen felix, tua
quia sum fuique postque mortem mox ero.

*Romae in museo Capitolino, incertum quo loco reperta, basis magna marmorea (VI 1779 descr. Henzen). Est titulus sepulcralis Vetti, Praetextati N. 1258 et uxoris eius Aconiae Fabiae Paullinae (cf. N. 1260). Carmina tractavit Buecheler ind. schol. Gryph. aest. 1870 p. 13.* — 1) *Sacerdotia Praetextati enumerat etiam titulus ei positus VI 1778.* — 2) *Cf. supra N. 1258 not. 1 seq.* — 3) *Videtur scribendum* VII, *cum in titulo N. 1258 dicatur legatus septies.* — 4) *De sacerdotiis Paulinae cf. N. 1260.* — 5) *Verba sunt Paulinae.* — 6) *Apparet Praetextatum emendandis veterum scriptorum codicibus operam dedisse (cf. Jahn Ber. der sächs. Ges. 1851 p. 341).* — 7) movestes *lapis (emendavit Haupt).* — 8) *Sic lapis (non* morbis*).* — 9) *Fortasse scr.* cui *(Jo. Schrader).* — 10) *Scr.* exempla.

---

**1260** Fabiae Aconiae Paulinae c. f., filiae Aconis Catullini v. c. ex praef. et consule ord.[1], uxori Vetti Praetextati v. c. praef. et consulis designati, sacratae apud Eleusinam deo Iaccho Cereri et Corae. sacratae apud

Laernam[2] deo Libero et Cereri et Corae, sacratae apud Aeginam deabus, tauroboliatae, Isiacae, hierophantriae deae Hecatae, Graecosacraneae[3] deae Cereris.

*Romae (VI 1780, descripsit Cyriacus, solus ut videtur).* — 1) *Aco Catullinus Philomatius praefectus urbi fuit a. 342—344, consul ord. a. 349. Cf. Cagnat mélanges d'arch. et d'hist. de l'école fr. de Rome 7, 1887 p. 266; J. Schmidt ad Eph. ep. 7, 220.* — 2) *Significantur mysteria Lernaea, de quibus cf. Pausanias 2, 36, 7. 2, 37, 2. 8, 15, 9. Kaibel ep. Gr. 866. Ea ipsa aetate qua hic titulus scriptus est memoratur ὁ τὴν Λέρναν κατέχων Ἴακχος a Libanio pro Aristophane I p. 427 Reisk.* — 3) *Dubium num recte exceptum sit vocabulum; sed cf. ad C. VIII 10564.*

---

**1261** Coeliae Concordiae, virgini | Vestali maximae, Fabia Pau|lina c. f. statuam facien|dam conlocandamque | curavit, cum propter | egregiam eius pudici|tiam insignemque | circa cultum divinum | sanctitatem, tum quod | haec prior eius viro | Vettio Agorio Praetexta|to v. c., omnia singulari | dignoque etiam ab huius|modi virginibus et sa|cerdotibus coli[1], statu|am conlocarat.

*Romae rep. in monte Esquilino, ubi etiam aedes Praetextati (teste fistula plumbea, edita Bull. municip. 2 p. 58) fuisse constat (VI 2145 aliquoties descripta a. 1591 quo reperta est).* — 1) *Conferenda est epistula Symmachi 2, 36, ex qua colligitur virgines Vestales voluisse statuam dicare Praetextato, contradicentibus nonnullis, in his Symmacho. Apparet vicisse sententiam Symmachi, et virginem Vestalem maximam suis sumptibus statuam illam posuisse.*

---

**1262** Auchenii. | Anicio Auchenio Basso[1] v. c., quaestori candidato, | uno eodemque tempore praetori tutelari, proconsuli | Campaniae[2], praefecto urbi, trini magistratus | insignia facundiae et natalium speciosa luce virtutis | ornanti, qui claritatem generis paternis avitisque fastorum | paginis celebratam inimitabilium in rem publicam meritor. prae propria laudis industria reddidit auctiorem prosapiae; lumini aeque diserto ac nobili; provisione efficacia vigor[*e*] eloquentia egregia moderatione praestanti; in ipso flore iuvenilis aetatis frugem maturae auctoritatis . . .

*Romae (VI 1679 fortasse non plus semel descripta saec. XVI).* — 1) *De hoc viro cf. Seeck Symm. p. XCIII, item infra N. 1292.* — 2) *Proconsul Campaniae fuit inter a. 379 et 382 (X 6656). Proconsul cur dictus sit, non consularis, quaesivit Mommsen mem. dell' Inst. 2 p. 314.*

**1263** Bassi. | Anic[*i*]o[1] Auchenio | Basso v. c., procons. | Camp., provisori eius|dem provinciae, res|titutori generis | Aniciorum, ob merita | eius in[*l*]ustria[2] | ordo populusque civita|tis Praenestinae pon. cens.

*Praeneste rep., est Romae (XIV 2917).* — 1) Aniclo, 2) industria *lapis.*

---

**1264** inter avos proavosque tuos sanctumque parentem
virtutum meritis et honoribus emicuisti,
ornamentum ingens generis magnique senatus,
sed raptus propere liquisti, sancte Kameni,
aeternos fletus obiens iuvenalibus annis.
Te dulcis coniunx lacrimis noctesque diesque
cum parvis deflet natis, solacia vitae

amisisse dolens casto viduata cubili.
Quae tamen extremum munus solacia luctus
omnibus obsequiis ornat decoratque sepulcrum.

Alfenio Ceionio Iuliano Kamenio[1], v. c. quaestori candidato, | pretori triumfali, VIIviro epulonum[2], patri sacrorum summi | invicti Mithe, hierofante Aecatae, arcibuculo dei Liberi, XVviro | s. f., tauroboliato deum matris, | pontifici maiori, consulari | Numidiae et vicario Africae[3]; qui vixit annos XLII m. VI d. XIII, | rec. II nonas Septemb. d. n. Archadio et Fl. Bautone v. c. conss.[4]

*In paludibus Pomptinis loco dicto San Donato rep. a. 1884 (Elter bull. inst. 1884 p. 56 cf. p. 208).* — 1) *Eiusdem viri est titulus urbanus VI 1675 non recte relatus ad Ceionium Iulianum Camenium qui fuit praefectus urbi a. 333.* — 2) mag. *addit titulus urbanus.* — 3) *Vicarius Africae fuit d. 15 Febr. a. 381 (cod. Theod. 12, 1, 84); hoc solum munus abest a titulo urbano.* — 4) *A. 385.*

---

**1265** nobilitatis culmini, | litterarum et eloquentiae lumini, | auctoritatis exemplo, | provisionum ac dispositionum magistro, | humanitatis auctori, | moderationis patrono, | devotionis antistiti, | Petronio | Probo[1] v. c. proconsuli Africae[2], | praefecto praetorio | per Illyricum Italiam et Africam[3], | consuli ordinario[4], | ob insignia erga se remediorum genera | Veneti adque Histri peculiares eius[5], | patrono praestantissimo. *(In latere)* dedicata | VI idus Aug., | dd. nn. | Valente VI et | Valentiniano II | Augg. cons.[6]

*Romae rep. in monte Pincio (VI 1751 vidit Henzen).* — 1) *De Petronio Probo cf. Seeck Symm. p. CII et Mommsen Herm. 24 p. 400.* — 2) *Proconsul Africae fuit a. 358 (cod. Theod. 11, 36, 13).* — 3) *Praefectus videtur fuisse primum ab a. 368 usque ad a. 375.* — 4) *A. 371.* — 5) *Significatur origo Probi Veronensis, cf. N. 1266 et Herm. 24 p. 357.* — 6) *8 Aug. 378.*

**1266** Petronio | Probo v. c. | totius admira|tionis viro, pro|cons. Africae[1], praef. | praetorio Illyrici[1], | praef. praet. Gal|liar. II[2], praef. praet. | Italiae atque Africae | III[3], cons. ordinario[1], | civi eximiae boni|tatis, disertissimo | atque omnibus | rebus eruditissimo | patrono, | nepoti Probiani, | filio Probini vv. cc. | praef[*f.*] urbis et conss.

*Veronae vel prope Veronam (V 3344 fortasse non plus semel descripta saec. XV).* — 1) *Cf. N. 1265 not. 2—4.* — 2) *Praefectura Galliarum Probi raro commemoratur (cod. Iust. 7, 38, 1); videtur pertinere ad a. 380.* — 3) *De praefectura Probi tertia quartaque (cf. N. 1267/8) cf. Seeck l. c. p. CIII not.*

**1267** Sexto Petronio Probo | Anicianae domus | culmini, proconsuli | Africae, praefecto praetorio quater | Italiae Illyrici Afri cae Galliarum, con|suli ordinario, con|sulum patri, Anicius | Hermogenianus | Olybrius v. c., consul | ordinarius[1], et Ani|cia Iuliana c. f. eius, | devotissimi filii, | dedicarunt.

**1268** Sexto Petronio Probo v. c. | proconsuli Africae, | praefecto praetorio | quater Italiae Illyrici | Africae Galliarum, | consuli ordinario, | patri consulum, | Anicius Probinus v. c., | consul ordinarius[1], | et Anicius

Probus v. c.[2], | quaestor candidatus, filii, | munus singulari religioni | debitum dedicarunt.

*Romae (VI 1753 vidit Henzen; 1752 vidit Bormann). — Hi tituli positi sunt aliquantum post mortem Probi, nam Probus ad consulatum filiorum suorum (not. 1) non advixit.* — 1) *Olybrius et Probinus, Probi filii, consules ordinarii fuerunt a. 395.* — 2) *Tertius filius Probi, qui postea consul ordinarius fuit a. 406.*

---

**1269** Consimiles fratrum trabeis gestamina honorum
tertia, quae derant, addidimus titulis.
Dilectae Probus haec persolvo munera matri
restituens statuis praemia quae dederat.

Aniciae Faltoniae | Probae[1], Amnios Pincios[2] | Aniciosque decoranti, | consulis uxori, | consulis filiae, | consulum matri, | Anicius Probinus v. c. | consul ordinarius | et Anicius Probus v. c. | quaestor candidatus | filii devincti | maternis meritis | dedicarunt.

*Romae (VI 1754 saepius descripta saec. XVI; nunc pars est Lugduni Batavorum). Titulus positus est ab eisdem hominibus et eodem tempore quo N. 1268, inter annos 395 et 406; versus supra titulum primarium additi sunt a. 406, cum etiam Probus iunior ad consulatum ordinarium pervenisset.* — 1) *Uxor Probi eius cui positi sunt tituli N. 1265—8. Eidem mulieri positus est a filio natu maximo et eius uxore, id est ab eisdem qui posuerunt N. 1267, titulus VI 1755.* — 2) *Gens Pincia alibi non memoratur. Ab aedibus huius gentis mons Pincius nomen videtur traxisse (Huelsen Roem. Mitth. 1889 p. 269 not. 2).*

*Epitaphia Petronii Probi et uxoris reperta ad S. Petri edidit Henzen C. VI p. 389 (cf. de Rossi inscr. Chr. II, p. 348).*

---

**1270** Q. Clodio Hermogeniano | Olybrio[1] v. c., fratri | admirandae pietatis, | Faltonius Probus | Alypius v. c.[2]

*Romae (VI 1715 aliquoties descripta saec. XVI).* — 1) *Cf. N. 1271.* — 2) *Cf. supra N. 783.*

**1271** Tyrraniae Aniciae | Iulianae c. f., coniugi | Q. Clodi Hermogeniani | Olybri v. c., | consularis Campaniae[1], | proconsulis Africae[2], | praefecti urbis[3], | praef. praet. Illyrici, | praef. praet. Orientis, | consulis ordinarii[4], | Fl. Clodius Rufus v. p. | patronae perpetuae.

*Romae (VI 1714 vidit Henzen).* — 1) *Cf. X 6085.* — 2) *Proconsul Africae fuit sub finem regni Constantii et sub Iuliano (VIII 1860. 5334 cf. Seeck Symm. p. XCVII).* — 3) *A. 368—370 (cf. Seeck l. c.).* — 4) *A. 379 cum Ausonio.*

---

**1272** Ragonio Vincentio Celso v. c., | a primo aetatis introitu in actu | publico fideli exercitatione versato, | cuius primaevitas, officio sedis urbanae | advocationis exercito[1], fidem iunexit ingenio, | prudentiae miscuit libertatem, ita ut nemo de | eius industria, nisi ille, contra quem susceperat, | formidaret; cuius accessus aetatis amplissimi | honoris et qui solet seniorib. provenire, orna|menta promeruit: nam rexit annonariam potes|tatem urbis aeternae[2] ea aequitate, ut inter omnes, | qui ad eum animo litigantis intrassent, parentem se | plerumq. magis his quam iudicem prae-

buisset. | Hinc etiam factum est, ut mensores nos Portuenses, | quib. vetus fuit cum caudicariis diuturnumq. | luctamen, voti conpotes abiremus, ut utrumq. | corpus et beneficio se et victoria gratuletur | adfectum; nam ut hoc esset indicio, iam posito | magistratu statuam patrono praestantis|simo testimonium gratulationis exsolvimus, | cum res non adulatione, privato, set iudicio, posito in otio et quiete, reddatur. *(In latere)* dedicata VIII kal. | Sept. Fl. | Timasio et Fl. Promoto | vv. cc. conss.[3]

*Romae olim in insula Tiberina, nunc in museo Vaticano (VI 1759). —* 1) *A. 385, quo anno memoratur Celsus causidicus fori urbanae praefecturae a Symmacho rel. 23. —* 2) *Ad praefecturam annonariam eius pertinent tituli Portuenses XIV 138. 139. 173. Eiusdem est praeterea titulus X 4560. —* 3) *A. 389.*

---

**1273** domini nostri invictissimi et venerabiles | ac perpetui Augusti Theodosius et | Arcadius[1] toto orbe victores | Materno Cynegio[2] omnium virtutum viro et ad in|signem laudem gloriamque progenito, per | omnes honorum gradus meritorum con|templatione provecto, praefecto | praetorio per Orientem, statuam | civili habitu ad petitum primorum nobilissim[e][3] | Alexandrinae urbis in eadem splendida | urbe ad perpetuitatis famam loco cele|berrimo constitui collocarique iusserunt | per clarissimos Alexandrinae civitatis.

*Alexandriae Aegypti (III 19 = III S. 6587 ad exempla duo facta saec. XVIII). —* 1) *Cf. not. 2. —* 2) *Hic est Cynegius praefectus praetorio Orientis, qui iussu Theodosii per Aegyptum templa clausit (fasti Idat. sub a. 388; Idat. chron. a. 388; Zosimus 4, 37—45), et ad quem non pauca rescripta a. 384—389 leguntur in codice Theodosiano (quem tamen defunctum anno 388 tradunt fasti Idatiani). Consul ordinarius fuit a. 388, qui honor cum non memoretur, ante hunc annum titulum positum esse crediderim; offendit tamen mentio omissa Valentiniani iunioris occisi anno demum 392. —* 3) nobilissimi *traditur.*

---

**1274** Cronio Eusebio v. c., | consulari Aemiliae addita | praedictae provinciae contuitu | vigilantiae et iustitiae eius | etiam Ravennatium civitate quae | antea Piceni caput provinciae | videbatur, vicario Italiae, quae | potestas supra dicto viro ob testi|monium ante acti honoris est | adtributa, petitione senatus, | contemplatione vitae atque | eloquentiae eius ab invictissimis | principibus est delata. *(Infra)* [Ἰτα]λίης ἄρχοντα σαό[π]τολιν ἐστ[ή]σαντο βου[λὴ κ]αὶ βασι[λ]εὺς τὸν σοφὸν Εὐσέβιον. *(In latere)* dedicata | V idus Novemb. | cons. Fl. Mallio | Theodoro v. c.[1]

*Romae (VI 1715, Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1075, descripta saec. XV, fortasse semel tantum). —* 1) *A. 399.*

---

**1275** Fl. Peregrino Saturnino | a primis adulescentiae suae annis | pace belloque in republica desu|danti. post inges excubias militiae | tribuno militum[1], comiti ordinis | primi, moderanti inlustrem sacri[2] | patrimonii comitivam[3], secundo urbi | praefecto[4], cui ob testimonium morum, | integritatis adque iustitiae | singularis, inlustris urbanae | praefecturae geminam dignitatem | sacro iudicio aeterni principes | detulerunt meritorum-

que insignium | contemplatione ad posteritatis | memoriam decorandam statuam sub | auro fulgentem in foro divi Traiani | erigi conlocarique iusserunt.

*Romae (VI 1727 vidit Henzen).* — 1) *Fuit tribunus et notarius (cf. Mommsen Staatsr. I p. 527 not. 3).* — 2) sacrii *lapis.* — 3) *A. 399; nam Peregrinus comes et procurator divinae domus ad quem scripsit Honorius a. 399 (cod. Theod. 9, 42, 16), videtur idem esse. Cf. Hirschfeld Verw. 1 p. 48 not. 1; Mommsen neues Archiv f. aelt. deutsche Gesch. 14, 1889 p. 464 not. 3.* — 4) *De praefecturis urbis Peregrini cf. de Rossi ann. inst. arch. 1849 p. 319 not.*

---

**1276** Postumio Lampadio v. c. | et inlustri, cons. Camp.[1], | restitutori patriae | et redintegratori operum | publicorum, ordinis provisori, | populi subventori, ob insignia | eius unibersa, patrono longe | a maioribus originali, ordo | Capuensis voti et obsequi sui | pignus locavit.

*Capuae (X 3860 partem vidit Mommsen, integra descripta aliquoties saec. XVI/XVIII).* — 1) *Idem consularis Campaniae est X 1704. Idem videtur Postumius Lampadius praefectus urbis Romae inter a. 403—408 (VI 9920).*

---

**1277** Fl. Stilichoni v. c.[1] | Fl. Stilichoni inlustrissimo viro | magistro equitum peditumque, | comiti domesticorum, tribuno praetoriano | et ab ineunte aetate per gradus claris|simae militiae ad columen gloriae | sempiternae et regiae adfinitatis evecto, | progenero[2] divi Theodosi, comiti divi | Theodosi Augusti in omnibus bellis | adque victoriis et ab eo in adfinitatem | regiam cooptato itemque socero[3] d. n. | Honori Augusti, Africa consiliis eius | et provisione liberata[4], ex s. c.

*Romae rep. in foro a. 1539, basis magna marmorea (VI 1730 vidit Bormann):* — 1) *Haec scripta in margine basis iam non extant.* — 2) *Uxor Stilichonis Serena filia fuit fratris Theodosii.* — 3) *Cf. supra N. 800.* — 4) *Significatur victoria de Gildone reportata a. 398. Titulus positus esse videtur non multo post, certe ante annum 400, quo Stilicho primum consul prodiit.*

**1278** [*Fl. Stilichoni inlustrissimo*] | viro, bis consuli ordinario[1], | magistro utriusque militiae, | comiti domesticorum | et stabuli sacri adque | ab ineunte aetate per | gradus clarissimae | militiae ad columen regiae | adfinitatis evecto, socio | bellorum omnium | et victoriarum adfini | etiam divi Theodosi Augusti | itemque socero | domni nostri Honori Augusti, | populus Romanus | pro singulari eius | circa se amore | adque providentia | statuam ex aere argentoque | in rostris ad memoriam | gloriae sempiternae | conlocandam decrevit, | exequente Fl. Pisidio Romulo | v. c. praef. urb.[2]

*Romae basi magna marmorea, una cum praecedente ut videtur rep. (VI 1731).* — 1) *Consul primum prodiit Stilicho a. 400, iterum a. 405.* — 2) *Cf. supra N. 799 not. 2.*

---

**1279** Cl. Postumus Dardanus v. inl. et pa|triciae dignitatis, ex consulari pro|vinciae Viennensis, ex magistro scri|nii lib.[1], ex quaest., ex praef. pret. Gall.[2], et | Nevia Galla clar. et inl. fem., mater fam. | eius, loco cui nomen Theopoli[3] est, | viarum usum caesis utrimque mon|tium laterib. praestiterunt, muros | et portas dederunt, quod in agro | proprio consti-

tutum tuetioni om|nium voluerunt esse commune, adni|tente etian v. inl., com. ac fratre me|morati viri, Cl. Lepido ex consulari | Germaniae primae, ex mag. memor., | ex com. rerum privat., ut erga omni|um salutem eoru|m studium e|t devo|tionis public[ae] ti|tulus possi[t] ostendi.

*In provincia Narbonensi prope vicum Sisteron (olim Segustero) in viva rupe incisum (XII 1524 vidit Hirschfeld). — 1) Libellorum. — 2) Dardanus hic memoratur et apud rerum scriptores et ab Augustino Hieronymoque, cf. Hirschfeld et Mommsen C. XII l. c.; praefectus praetorio Galliarum (secundo ut videtur) fuit a. 409—413. — 3) Intellegitur vicus non longe a rupe illa distans hodie dictus Théou.*

**1280** Brutt. Aurelianae c. f., | filiae Musolami patron. et Aste|riae c. f., nepti Marcellin. ex comit. | et Marinae et Gallicani[1] conss. | ordinari, quae vixit ann. XXXVII | mens. X dies XVIIII, ob merita | honestatis et concordiae | coniugalis, Fl. Vitalis v. c. protec. | et notarius[2], uxori amantissimae | et sibi.

*Mutinae, arca marmorea ornata (XI 830 descripsit Bormann). — 1) Videtur esse Gallicanus consul ordinarius a. 330. — 2) Propter clarissimatum adscriptum protectori Borghesius opp. 6 p. 378 titulum incisum putat non ante a. 414 (cf. cod. Theod. 6, 24, 7), nescio num recte. Domestici et notarii, ex quorum numero hic protector et notarius videtur fuisse (cf. Mommsen eph. ep. 5 p. 137), iam a. 381 consularibus aequiperati sunt.*

**1281** Spedii. | Acilio Glabrioni Sibidio v. c. et omnibus | meritis inlustri, legato in provincia Achaia, | consulari Campaniae, vicario per Gallias | septem provinciarum, sacri auditorii cogni|tori, fori huiusce inventori et conditori pri|mo, patri reverentissimo, Anicius Acilius | Glabrio Faustus v. c.[1], loci ornator, togatam | statuam offerens piae non minus quam de|votae mentis religione ponendam | erigendamque curavit.

*Romae (VI 1678 vidit Henzen). — 1) Cf. N. 1283.*

**1282** Tarrutenii. | Tarrutenio Maximiliano[1] v. c. | eloquentissimoque, consulari | Piceni anno aetatis nonodecimo, | vicario urbis Romae, legato amplis|simi senatus secundo, socero | exoptatissimo, Anicius Acilius | Glabrio Faustus v. c.[2], loci huius | ornator, togatam statuam | libens optuli. *(In parte aversa lapidis)* Anicius Acilius Glabrio Faustus | v. c. consul dicavit.[3]

*Romae rep. dicebatur in foro Romano, est in museo Vaticano (VI 1767). — 1) Hic videtur esse Maximilianus ad quem Symmachus dedit epistulas. — 2) Cf. N. 1283. — 3) Haec non vidit Henzen, nec magis quae in eodem saxo extitisse dicuntur* deorum participi | hominum nutrici.

**1283** Anicio Achilio Glabri|oni Fausto[1] claris|simo viro, quaestori | candidato, praetori | tutilari *(sic)*, comitis *(sic)* in|tra consistorium, | tertio praefecto ur bi[2] utriusque inpe|rii iudicii *(sic)* sublimita|to[3], praefecto praeto|rio Italiae Africe et | Inlyrici[4], quod et prae|sentibus gloriae et | futuris intcitamen|to *(sic)* ad virtutem fore *(sic)*, ro gantibus Aricinis, | qui beneficiis et re|mediis eiusdem ampl|issimi viri ab intora|bilibus *(sic)* necessitati bus fuerant vindica|ti, ob praestita circa | se beneficia, ordo | et cives statuam | conlocaverunt.

*Ariciae (XIV 2165 vidi ipse). — 1) Idem est qui posuit titulos supra N. 803. 1281. 1282. — 2) Similiter tertio expraefecto urbis appellatur hic Faustus in Gestis senatus urbis Romae de recipiendo codice Theodosiano (a. 438). Primum praefectus urbi fuerat ante a. 424 (C. VI 1676), iterum a. 425 (cf. supra N. 803). — 3) Significatur Faustum ad unam alteramve praefecturam urbis iudiciis imperatorum utriusque imperii esse promotum (cf. Mommsen Neues Archiv f. ält. d. Gesch. 14 p. 243 not.). — 4) Praefectura praetoriana fungebatur a. 438, testibus Gestis supra (not. 2) laudatis; ceterum hic titulus positus sit necesse est ante kal. Ian. 438, quo Faustus consul ordinarius processit. — Ad eundem Faustum, iudice Rossio (bull. di arch. crist. ser. IV a. 6, 1888/9 p. 121) spectant fragmenta epitaphii cuiusdam metrici nuper reperta.*

---

**1284** Fl. Olbi Auxenti Drauc[*i*]. | Fl. Olbio Auxentio Drauco v. c. et inl., patriciae familiae | viro, senatus munis prompta devotione perfuncto, | comiti ordinis primi et vicario urbis Romae, comiti | sacri consistorii, praefecto urbis Romae[1], ob egregia | eius administrationum merita, quae integritate, | censura et moderatione ita viguerunt, ut sublimissi|mae potestatis reverentiam honorifica eius aucto ritas custodiret et humanitatem amabilis censura | servaret, petitu senatus amplissimi, qui est iustus | arbiter dignitatum, excellentibus et magnificis | viris legatione mandata, ut imperatorum digni|tas cresceret, quae paribus studiis amore iustitiae et providentiae desiderabantur, dd. nn. FFll. | Theodosius et Placidus Valentinianus invicti | ac triumfatores principes semper Augusti | ad remunerationem titulosque virtutum, quib. | circa rem publicam eximia semper probitas | invitatur, statuam auro fulgentem erigi | conlocarique iusserunt.

*Romae rep. prope forum Traiani (VI 1725 descr. de Rossi). — 1) Praefectus urbi fuit Auxentius quidam, ab hoc vix diversus, a. 441 (Nov. Valentiniani tertii 8, 2), praefectus urbi iterum a. 445 (ib. 15, 1).*

---

**1285** Rufius Praetextatus[1] | Postumianus v. c., filius | magnifici viri Mariniani[2] | praefecti praetorio | et consulis ordinarii[3], | quaestor candidatus, | praetor urbanus, tribunus | et notarius praetorianus, | praefectus urbi secundo, | consul ordinarius[4], quos | tantos ac tales honores | primo aetatis suae flore | promeruit.

*Romae (VI 1761 vidit Henzen). — 1) Haec verba scalpro deleta (nescio qua de causa), sed tamen leguntur. — 2) Flavius Avitus Marinianus, teste titulo ap. de Rossi inscr. chr. I n. 635. — 3) A. 423. — 4) A. 448.*

---

**1286** Iun. Bassus v. c. qui vixit annis XLII men. II, in ipsa praefectura urbi neofitus iit ad deum, VIII kal. Sept. Eusebio et Ypatio coss.[1]

*Romae rep. a. 1595 ad sepulcrum Petri apostoli, est in cryptis basilicae S. Petri, sarcophagus ornatus variis rebus petitis ex vetere novoque testamento (de Rossi inscr. chr. I 141). — 1) A. 359. Bassum, paullo postquam praefectus urbis factus esset, decessisse narrat Ammianus 17, 11, 5 sub a. 358.*

---

**1287** depositus Constant|ius v. c. ex proconsul|e Africae die prid. no|n. Iul. post cons. d. n. Gra|tiani Aug. III et E|quiti v. c.[1]

*Salonis, sarcophagus (III S. 9506 vidit Hirschfeld). — Iuxta legitur titulus Honoriae uxoris Constantii versibus conceptus. — 1) A. 375. In codice Theodosiano 4, 12, 7 legitur rescriptum Valentiniani et collegarum ad Constantium proconsulem Africae datum Moguntiaci VII id. Sept. eiusdem anni 375, sed aperto errore.*

---

**1288** mire pietatis, sapientia huius[1] et inno|centi[*a*]e totius, consularis Sicili|e, vicarius Africe, coniugi dulcissimo | Castorio qui vixit ann. XXXV m. VIII d. XV, | recessit III idus | Dec., depositus idibus Dec. dd. nn. Arcadio et Bautoni conss.[2]

*In oppido Piceni Ripatransone, rep. in ruderibus Cuprae Maritimae (IX 5300 vidit de Rossi). — 1)* avitus *coni. Mommsen. — 2) A. 385.*

---

**1289** Fl. Iul. Catervius[1] v. c. ex praef. praetorio, qui | vixit cum Septimia Severina c. f. dulcissima | coniuge annis XVI minus d. XIII, quievit in pace | annorum LVI dierum XVIII, XVI kal. Nob., depo|situs est IIII kl. Dcb., Septimia Severina c. f. | marito dulcissimo ac sibi sarcofagum | et panteum cum tricoro[2] disposuit et perfecit.

*Tolentini in ecclesia S. Catervii, arca magna ornata anaglyphis spectantibus ad religionem Christianam (IX 5566 vidit Mommsen). In eodem sarcophago praeterea leguntur versus pertinentes ad fidem Christianam Catervii et Severinae, alii pertinentes ad Bassum filium Catervii. — 1) Incertum num idem Catervius fuerit comes sacrarum largitionum a. 379 (cod. Theod. 6, 30, 3); in inscriptione sepulcrali honor ante praefecturam praetorii susceptus omitti potuit. — 2) Significari aedificium rotundum cum absidibus tribus putat de Rossi (Roma sotterr. 3 p. 472 cf. p. 460).*

---

**1290** Fl. Gorgonius v. c. | ex comite largi|tionum privata|rum[1], ex p. pret., fie. sibi ius.[2]

*Anconae in ecclesia cathedrali, arca marmorea (IX 5897 vidit Mommsen). —* 1) *Comes rerum privatarum fuit a. 386 (cod. Theod. 10, 13, 1). Idem memoratur a Symmacho ep. 1, 39. —* 2) *Fieri sibi iussit.*

---

**1291** . . . . . [*vi*]r inl. ex|[*comite sacrar. la*]rgitionu[*m*], | qui est depositus die IIII k[*al.*] | Octobr. consulatu d[*d. nn.*] | Honorio XII et Theodos[*io*] | VIII Augustorum[1] | et iugalis eius Saura inl. f. sim[*ul*] | quiescit, qui est dep. prid. kl. Mar[*tias*] | Festo v. c. cons.[2] et qui de Oriente fu[*erit*] | nuntiatus.[3]

*Mediolani (V 6268 viderunt de Rossi et Mommsen). —* 1) *A. 418. —* 2) *A. 439. —* 3) *Cf. de Rossi inscr. chr. I p. XXXIII; Mommsen neues Archiv 14 p. 232.*

---

**1292** Anicius Auchenius[1] Bassus v. c.[2] et Turrenia Hono|rata c. f. eius cum filiis deo sanctisque devoti ☧.

*Ostiae rep. lapis, nunc Romae in museo christiano Lateranensi (XIV 1875). —* 1) AVCHENIVS *lapis. —* 2) *Idem qui supra N. 1262.*

---

**1293** Fl. Felix v. c.[1], magister utriusque militiae, patricius et cons. ord., et Padusia eius inl. femina, voti compotes de proprio fecerunt.[2]

*Romae olim in basilicae Lateranensis abside, in opere musivo, periit a. 1291: accurate descripta legitur in codice saec. IX olim Laureshamensi nunc Palatino-Vaticano; alterum apographum reperitur in sylloge inscriptionum basilicae Lateranensis facta saec. XII vel XIII, quam adhibuit Panvinius et quae praeterea perscripta reperitur in codice aliquo Sessoriano (de Rossi inscr. chr. II 1 p. 149, 17; p. 307, 5).* — 1) Victor Constantinus *sylloge Lateranensis compendiis male solutis (*Flavius Constantius Felix Victor *edidit Panvinius).* — 2) *Felix patricius et magister militum memoratur ab Idatio sub a. 425, a Prospero sub a. 426. 427. 429. Consul ordinarius fuit a. 428. Interemit et ipsum et uxorem eius Padusiam a. 430 Aetius (Prosper, Idatius, Marcellinus ad a. 430). Ex his titulum positum esse inter a. 428/430 apparet. Cf. infra N. 1298.*

---

**1294** Fl. Ricimer v. i.[1], magister utriusque militiae, patricius et ex cons. ord.[2], pro voto suo adornavit.

*Romae, in ecclesia S. Agathae, in opere musivo, saepius descripta saec. XVI, sub cuius finem periit (de Rossi inscr. chr. II, 1 p. 438 n. 127 ad apographa Petri Sabini, Cittadinii, Winghii).* — 1) *Vir inlustris.* — 2) *Ricimer consul fuit a. 459.* — *Ricimer, natus patre Suebo, matre Gotha (Sidonius paneg. in Anthem. 361), sectae Arianae fuisse putandus est. Et fuit illis temporibus ecclesia S. Agathae urbana, quam ille adornavit, Arianorum, mansitque usque ad tempora Gregorii Magni papae, ut apparet ex huius dial. 3, 30 et ex libro pontificali.*

---

**1295** + | Felix v. i. | ex consule ord.[1], | servus vest.[2], pro | continuis bene|ficiis vestris | optulit.

*Prope Gabios rep. cippus est Romae in museo Lateranensi (XIV 2824 descr. de Rossi).* — 1) *A. 511.* — 2) *Servus vester, scilicet sanctorum.*

---

**1296** Memmius Sallustius | Salvinus Dianius v. s.[1] | basilicam sanctorum | angelorum fecit, in | qua sepelliri non licet.

*Prope Perusiam rep. (XI 2089 descr. Marinius aliique).* — 1) *Vir spectabilis.*

---

**1297** + Opilio v. c. | et inl., p. p. adq. | patricius, hanc | basilicam vel ora|torium in honore | $\overline{\text{scae}}$ Iustinae mar|tyris a fundamentis | coeptam deo iuvante perfe | + cit +.

*Patavii in ecclesia S. Iustinae (V 3100 vidit Mommsen).* — *Opilio fuit magister officiorum Valentiniani III a. 449. 450 (Nov. Valent. 27, 29), consul ordinarius a. 453. Alius eiusdem nominis fuit consul ord. a. 524, idem sine dubio ad quem Ennodius dedit epistolas complures (1, 22. 5, 3), legatus missus a Theodahato ad Iustinianum (Procop. Goth. 1, 4).*

---

**1298** *1.* *2.*

Fl. Felicis v. c., com. ac mag. utrq. mil., patr. et cos. ord.[1]

*Diptychon eburneum, cum imagine consulis, olim in monasterio Comodoliacensi in Gallia, nunc pars 1. extat Parisiis (Gori thesaur. diptychorum tab. 2, vol. 1 p. 129; Lenormant trésor de glypt. II tab. 12; Chabouillet catalogue des camées de la bibl. imp. p. 560 n. 3262). Diptycha huius generis, inscripta nominibus et pleraque ornata imaginibus consulum ordinariorum saec. p. Chr. V et*

*VI, videntur ab eis esse donata amicis et senatoribus (cf. N. 1307. 1308). Recensuit huius generis monumenta et plenissime enarravit W. Meyer zwei antike Elfenbeintafeln der königl. Staatsbibl. in München (1879).* — 1) *Est Felix consul ordinarius a. 428, qui et supra N. 1293.*

---

**1299** *1.*

Fl. Ardabur Aspar vir inlustris, com. et mag. militum et consul ordinarius.

*2.* Ardabur — *3.* Plinta

*4.* Ardabur iunior pretor

*Florentiae in museo, clipeus vel discus argenteus rotundus, cum imagine consulis ludis praesidentis et praeterea compluribus imaginibus minoribus, rep. in territorio Cosano in alveo rivi cuiusdam (XI 2637 vidit Bormann; enarravit W. Meyer zwei Elfenbeintafeln der Staatsbibliothek zu München p. 6 seq.). Titulus 1. legitur in margine clipei, 2. 3. adscripti sunt ad protomas virorum duorum sceptra gerentium, t. 4 ad imaginem adulescentis mappam tenentis. Clipeus factus est propter consulatum Flavii Ardaburii Asparis, scilicet Asparis eius, cuius consulatum fasti recensent sub a. 434, viri per magnam partem saeculi p. Chr. quinti in aula Orientis potentissimi (a. 424 dux fuit una cum patre Ardaburio expeditionis missae a Theodosio contra Ioannem, invasorem regni occidentalis, a. 461 Leonem imperatorem fecit, a. 471 occisus est iussu Leonis; cf. Tillemont 6 p. 409—413); Ardabur iunior praetor (t. 4) sine dubio est filius eius, postea consul a. 447, Ardabur (t. 2) pater eius, consul a. 427, Plinta consul a. 419 nescio qua affinitate cum illis coniunctus.*

---

**1300** *1.* — *2.*

Fl. Astyrius[1] v. c. et inl. com., ex — mag. utriusq. mil., cons. ord.

*Diptychon eburneum, cum imagine consulis sedentis, olim Leodii (Liège) adservatum (Gori thesaurus diptychorum I p. 58 cum tab.; W. Meyer zwei Elfenbeintafeln p. 63).* — 1) *Est consul a. 449, memoratus a Sidonio ep. 8, 6, 5, interdum vitio codicum dictus Asterius (cf. de Rossi inscr. chr. I p. 325).*

---

**1301** *1.* — *2.*

Nar. Manl. Boethius[1] v. c. et inl. — ex p. p., p. u. sec.[2], cons. ord. et patric.

*Diptychon eburneum, cum imagine consulis stantis, servatur Brixiae (V 8120, 1 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Videtur esse Boethius consul ordinarius a. 487.* — 2) *Ex praefecto praetorio, praefectus urbi secundo.*

---

**1302** *1.*

Rufius | Achilius | Sividius[1] v. c. | et inl., ex praef. | urbis

*2.*

patricius, | iterum | praef. urbis, | consul ordi|narius.

*Diptychon eburneum, servabatur Géronde (in valle Rhodanica) in seminario, nunc pars adservatur Parisiis (XII 133 partem 1. vidit Hirschfeld).* — 1) *Est is qui anno 488 cum Dynamio consul processit, Sifidius plerumque (sed male) dictus; genus duxit sine dubio ab Acilio Glabrione Sibidio (supra N. 1281); cf. de Rossi inscr. chr. I p. LXVIII seq.*

**1303** *1.* *2.*

Fl. Areob. Dagal. Areobindus[1] v. i.[2] ex c. sac. sta. et m. m. p. Or.[3], ex c. c. or.[4]

*Diptychon eburneum cum imagine consulis ludis praesidentis, servatur Turici (Mommsen inscr. Helv. 342, 2 qui vidit). Diptycha eiusdem consulis praeterea innotuerunt complura, alia huius plane gemella, alia in nonnullis diversa (cf. Meyer l. c. p. 65 seq.).* — 1) *Areobindus consul processit in Oriente a. 506. Nota Areobindi vocabulum bis positum. Similiter consulis nomen primarium repetitur etiam in diptychis N. 1304. 1305. 1308, unum ex secundariis N. 1306; duo nomina consulis bis ponuntur N. 1310.* — 2) *Vir inlustris.* — 3) *Ex comite sacri stabuli et magister militum per Orientem.* — 4) *Ex consule, consul ordinarius.*

---

**1304** *1.*

Fl. Taurus Clementinus Armonius Clementinus[1]

*2.*

v. il., com. sacr. larg., ex cons., patric. et cons. ordin.[2]

*Diptychon eburneum, cum imagine consulis, servabatur Norimbergae (Gori thesaur. diptychorum tab. 9, vol. 1 p. 229 seq.; cf. Marriot vestiarium christ. tab. 23). Supra caput consulis sculptus est discus cum monogrammate exprimente litteras Κλεμηντίνου.* — 1) *De nomine Clementini bis posito cf. ad N. 1303 not. 1.* — 2) *Clementinus consul processit in Oriente a. 513.*

---

**1305** *1.*

Fl. Anastasius Paulus Probus | Sabinian. Pompeius Anastasius

*2.*

vir inl., com. domestic. equit. | et cons. ordin.[1]

*Diptychon eburneum, cum imagine consulis, servabatur Bourges, nunc servatur Parisiis (Gori thesaur. diptychorum tab. 12, vol. I p. 263 seq.; cf. W. Meyer zwei Elfenbeintafeln p. 67). Eiusdem consulis alia complura prodierunt diptycha (Mommsen C. V 8120, 2; Meyer l. c.).* — 1) *Anastasius (diversus ab imperatore) consul processit in Oriente a. 517.*

---

**1306** Fl. Anastasius Paul. Prob. | Moschian. Prob. Magnus.[1]

*Diptychi eburnei pars dimidia, servabatur apud Batavos, nunc servatur Parisiis (Gori thesaur. diptych. vol. II p. 14; Chabouillet catalogue des camées de la bibl. imp. p. 565 n. 3265; Hirschfeld ap. Meyer zwei Elfenbeintafeln p. 57).* — 1) *Magnus solus consul in Oriente processit a. 518.*

---

**1307** *1.* *2.*

✝ Fl. Petr. Sabbat. Iustinian.[1] v. i. ✝ com., mag. eqq. et p. praes.[2] et c. od.

| 1. | 2. |
|---|---|
| ✝ | ✝ |
| munera par- | patribus |
| va quidem pre- | ista meis offe- |
| tio, sed hono- | ro cons. ego |
| ribus alma | |
| ✝ | ✝ |

*Diptychon eburneum, servabatur Cremonae, postea Mediolani, deinde in Anglia (V 8210, 3). Gemella diptycha innotuerunt duo (cf. W. Meyer zwei Elfenbeintafeln*

*p. 58. 70). —* 1) *Iustinianus qui imperavit consul Orientalis a. 521 (de consulatu eius plura habet Marcellinus chron. s. a.). Sabatii nomen traxit a patre. —* 2) *Magister equitum et peditum praesentalis.*

---

**1308** *1.* *2.*

του- τὶ τὸ ὑπα- τος
δῶ- ρον ὑπάρ- χων

| 1. | 2. |
|---|---|
| Fl. Theodorus | com. domest., |
| Filoxenus | ex magistro m.[2] |
| Sotericus | per Thracia |
| Filoxenus[1] | et consul |
| vir illust. | ordinar. |

τῇ σοφῇ προσ- φέρω
γερου- σίᾳ Φιλό- ξενος

*Diptychon eburneum cum protomis consulis et uxoris eius, olim servabatur Compendii, nunc Parisiis (Gori thesaur. diptychorum tab. 15, vol. II p. 19 seq.; Chabouillet catalogue des camées de la bibl. imp. p. 565 n. 3266; cf. W. Meyer zwei Elfenbeintafeln p. 71). — Eadem fere leguntur in diptycho eiusdem consulis Mediolanensi (V 8120, 4 descr. Mommsen), nisi quod versuum Graecorum prior sic est conceptus:* τῷ σεμνύνοντι τοῖς τρόποις τὴν ἀξίαν. *De tertio eiusdem consulis diptycho cf. Meyer l. c. —* 1) *Philoxenus consul ordinarius Orientalis fuit a. 525. —* 2) Ἀπὸ στρατηλατῶν *dicitur Philoxenus etiam chron. Pasch. p. 612 Bonn. — Quo iure hic Philoxenus habeatur auctor glossarii Latino-Graeci quod extat, quaesiverunt Rudorff Abh. der berl. Akad. 1865 p. 220 seq. et post hunc W. Meyer p. 72.*

---

**1309** *1.* *2.*

Ruf. Cenn.[1] Prob. Orestis v. c. et inl., cons. ord.

*Diptychon eburneum, cum imagine consulis, servabatur Mediolani, nunc puto in Anglia (Gori thesaur. diptychorum tab. 17, vol. II p. 87 seq., unde C. V 8120, 6; cf. W. Meyer zwei Elfenbeintafeln p. 73). Supra caput consulis sculptus est discus cum monogrammate exprimente litteras* Ὀρέστου *(non* Oresta*). — Orestes consul processit cum Lampadio Romae a. 530 (cf. de Rossi inscr. chr. I p. 470). —* 1) *Intellege: Gennadius.*

---

**1310** *1.* *2.*

Fl. Strategius Apion[1] Strategius Apion[2] v. inl., com. devv. domm.[3] et cons. or.

*Diptychon eburneum, cum imagine consulis, Oviedo in archio ecclesiae cathedralis (II 2699 cf. act. acad. Berol. 1861 p. 837 descr. Huebner). —* 1) *Apion consul processit Constantinopoli a. 539. Strategii nomen traxit a patre, cf. chron. Pasch. p. 634 ed. Bonn. (monuit Mo.). —* 2) *De nominibus bis positis cf. supra N. 1303 not. 1. —* 3) *Domestici dicti devotissimi fortasse spatii tantum supplendi causa (Mommsen).*

---

**1311** *1.* *2.*

Fl. Mar. Petr. Theodor. Valent. vsnl.[2] c. dom. et cons. ord.
Rust. Boraid. Germ. Iust.[1]

*Diptychon eburneum, cum protome consulis, Berolini (W. Meyer Zwei antike Elfenbeintafeln tab. I cf. Mommsen apud eundem p. 10). —* 1) *Significari Iustinum*

*Germani filium, qui consul processit a. 540 (cf. Ducange famil. Byzant. p. 100), vidit W. Meyer. Germani nomen (*Germ. *litteras primus legit Mommsen ap. Meyer l. c.) traxit Iustinus, ut observavit idem Meyer, a patre, Boraidis nomen a patruo, Petri nomen fortasse a patruo magno Iustiniano imperatore (cf. N. 1307), Theodori nomen sumpsit propter huius coniugem Theodoram.* — 2) *Litterae corruptae; debuerunt esse* v. inl.

---

**1312** Anic. Faust. Albin. Basilius v. c.

*Tabella eburnea, cum imagine consulis stantis, adservatur Florentiae (Gori thesaur. diptychorum tab. 20 vol. II p. 127 seq.).* — 1) *Videtur esse Basilius qui a. 541 ultimus ex privatis consul processit. — Fortasse eiusdem diptychi pars fuit tabella olim Florentiae nunc Mediolani adservata, inscripta* et inl. ex com. dom. pat., *cum imagine Victoriae tenentis clipeum, in quo ad protomen consulis adscripta leguntur vocabula* bono rei publice | et iterum *(Gori tab. 21 vol. II p. 136).*

## CAPVT V.

# TITVLI VIRORVM DIGNITATIS EQVESTRIS.

**1313** diis manibus | Sex. Gavi Sex. f. | Proculi | vix. an. XVI, | equo publico | transvectus est.

*Montefiascone (XI 5024 semel iterumve descripta saec. XVI).*

---

**1314** C. Pompeius C. f. Ter. | Proculus | trib. mil. leg. XVIII[1], | praefectus fabrum, | sevir centur. equit.[2], | hic sepultus est.

*Romae (VI 3530 vidit Henzen).* — 1) *Legio decima octava periit cum Varo; titulus est igitur aetatis Augusti.* — 2) *Sevir centuriarum equitum.*

---

**1315** Q. Rupilio Q. filio | Pap. Honorato | in equestres | turmas adlec|to a divo Alexan|dro, flamini p p.[1], | L. Popilius Sa|turninus | patrono in|comparabali.

*Mactari in provincia Africa (VIII 627 vidit Wilmanns).* — 1) *Perpetuo.*

---

**1316** Ti. Claudio | Ti. filio Pal. | Secundino | an. nat. IX m. IX | d. XIIX, equo pub., | f. dulcissimo, | Flavia Irene | mater.

*Romae ad viam Appiam rep. (VI 1605 vidit Henzen).*

---

**1317** d. m. | Annio Iuliano | eq. R., q. v. annis III | m. VIIII h. VIII, | Falcidius Vic|tor pater fi|lio fecit.

*Romae (Bull. com. 1885 p. 167, 1886 p. 414).*

---

**1318** M. Valerio M. f. Pal. | Amerimniano, | vixit annis XVII mensib. | VIII diebus duobus hor. X, | M. Valerius M. f. | Amerimnus | pater infelicissimus | filio sanctissimo et pientissimo fecit; | natus eques Romanus in vico Iugario.[1]

*Romae (VI 1632 descr. Smetius).* — 1) *Significari Amerimnianum equitem Romanum fuisse et natum in vico Iugario putat Mommsen (cf. Staatsr. III p. 500 not. 3).*

---

**1319** C. Hadius Ventrio | eques natus Romanus inter | beta et brassica.

*Pompeiis, scariphatum in pariete domus cuiusdam (Bull. dell' inst. 1878 p. 190).* — *Scriptum hoc, ut multa huius generis Pompeiis, ad irridendum aliquem; et Ventrionis nomen aperte est ridiculum, item nomen vici ubi natus esse dicitur Ventrio.*

**1320** dis' manibus sacrum | C. Caesio Q. f. Ter. Nigr. | ex prima admissione[1], | ex qua[*t*]tuor decuris[1], | curio minor. | Caesia C. l. Theoris | patrono | et sibi.

*Romae (VI 2169 semel iterumve descripta saec. XVI).* — 1) [*Titulus cum positus sit aetate Augusti vel Tiberii (nam C. Caesar quintam decuriam addidit), hunc Nigrum significat alteri utri fuisse amicum primae admissionis (Mo.)*].

## Praefecti praetorio.

**1321** Vasiens. Vóc.[1] | patróno, | Sex. Afranio Sex. f. | Volt. Burró | trib. mil., proc. Augus|tae[2], proc. Ti. Caesar., | proc. divi Claudí, | práef. pra[*e*]torí[3], orna|m[*ent*]is consular.

*Vasione (Vaison) provinciae Narbonensis rep. (XII 5842 Hirschfeld vidit ectypum).* — 1) *Vasienses Vocontii.* — 2) *Intellegitur Livia.* — 3) *Praefectus praetorio fuit Afranius Burrus a. 51—62 (cf. Hirschfeld Verwaltungsgesch. p. 220, 12). Eum non solum patronum Vasiensium fuisse, sed etiam oriundum Vasione ex tribu Voltinia collegit Hirschfeld.*

**1322** I. o. m. | C. Nym|phidius | Sabinus | [*pr*]ae[*f.*] . . . .

*Prope Brigetionem (III 4269 semel descripta saec. XVIII).* — *In tanta nominis Nymphidii raritate, cum accedat non solum Sabini cognomen, sed etiam* C. *praenomen, probabile est hunc esse C. Nymphidium Sabinum (de praenomine constat ex t. VI 6621) praefectum praetorio Neronis; is potest in Pannoniam venisse praefectus alae. Servus eius nominatur in titulo urbano VI 6621.*

**1323** Ti. Claudio | Liviano pr. pr., | amico optimo.

*Romae (VI 1604 vidit Mommsen).* — *Claudius Livianus praefectus praetorio fuit Hadriani (Dio 68, 9; vita Hadr. 4 cum emendatione Hirschfeldii Verw. p. 224; cf. VI 718. XIV 3439. 4091, 30).*

**1324** Q. Marcio Turboni | Frontoni Publicio | Severo[1] praef. praet. | imp. Caesaris Traiani | Hadriani Augusti p. p., | colon. Ulp. Traian. Aug. | Dacica Sarmizegetus.

*Sarmizegetusae in Dacia (III 1462).* — 1) *Hadriani amicus et praefectus praetorio (vit. Hadr. 5. 6. 7. 9. 15; Dio 69, 18; Fronto ad Ant. Pium 3 p. 165 Nab.; Eusebius hist. eccl. 4, 2). Eiusdem fuit titulus Tiburtinus XIV 4243.*

**1325** M. Gavio M. f. | Palat. Maximo | praef. praet.[1], | consularibus orna|mentis[2] ornato, | Ti. Claudius | Firmus p. p. | ex cornicular.[3] | ipsius, | l. d. d. d.

*Firmi Piceni (IX 5358 saec. XVI ineunte semel vel bis descripta).* — 1) *Eidem dedicati sunt praeterea Firmi tituli IX 5359. 5360 mutili, Treviris Brambach 798, Solvae in Norico III 5328. Praefectus praetorio fuit sub Pio per annos viginti (vit. Pii 8, 7) certe annis 139. 140. 142. 143, testibus titulis positis a militibus urbanis infra editis. Occurrit etiam apud Frontonem (ad Ant. Pium 4, p. 167 Nab.).* — 2) *De ornamentis consularibus praefectorum praetorio Pii cf. vit. Pii 10.* — 3) *Primipilaris ex corniculario.*

**1326** M. Bassaeo M. f. St[*el.*] | Rufo pr. pr. | [*im*]peratorum M. Aureli Antonini et | [*L.*] Aureli Veri et L. Aureli Commodi Augg.[1], | [*c*]onsularibus ornamentis honorato | [*e*]t ob victoriam Germanicam et Sarmatic. | [*A*]ntonini et Commodi Augg. corona | [*m*]urali vallari aurea hastis puris IIII | [*to*]tidemque vexillis obsidionalibus | [*ab iisdem*] donato, praef. Aegypti, praef. | . . . .[2], proc. a rationibus, proc. Belg[*icae* | *et du*]arum Germaniarum, proc. regni [*No*|*ri*]ci[3], proc. Asturiae et Calleciae, trib. | [*coh.*] . . pr., trib. coh. X urb., trib. coh. V vigul., pp. bis.[4] | [*Huic sen*]atus auctoribus impp. Antonino et | [*Comm*]odo Augg. statuam auratam in foro | [*divi Traia*]ni et aliam civili amictu in templo | [*divi Pii*], tertiam loricatam in tem|[*plo Martis Ultoris? po*]nendas [*censuit*].

*Romae (VI 1599 bis descripta saec. XVI exeunte). — 1) Bassaeus Rufus praefectus praetorio M. Aurelii memoratur a Dione 71, 5 et exc. Vat. (Dio ed. Dind. 5 p. 206) et a Philostrato vit. soph. 2, 1, 11, item una cum collega Macrinio Vindice in titulo Saepinate IX 2438. Cf. Hirschfeld Verwalt. p. 227. — 2) In lacuna periit aut* ann. *aut* vig. — *3) Huc pertinet titulus Noricus III 5171. — 4) Primipilo bis.*

---

**1327** L. Iulio Ve[*hil*]io Gr[*ato*] | Iuliano pra[*ef.*] pr.[1], praef. | ann., á rationib., praef. c[*lassis p*]raet. Misenat., pra[*ef.*] | classis praet. Raven[*nat., proc.*] Aug. et praep. vexil[*la*]|tion. tempore belli [*Britannici, pr*]óc. Aug. provinciae | Lusit[*aniae*] et Vett[*oniae, proc. A*]ug. et praeposit[*o*] | vexillationis per . . . . . . . ., próc. Aug. | et praef. classis Po[*ntic*]a[*e, proc. Augg. e*]t pra[*ep.*] | vexillationis per Achaiam et Macedoniam | et in Hispanias adversus Castabocas et | Mauros rebelles[2], praeposito vexillatio|nibus tempore belli Germanici et Sarmat., | praef. alae Tampianae, praef. alae Her|culanae, trib. cohort. primae Ulpiae Pan|noniorum, praef. cohort. tertiae August. | Thracum, donis militaribus donato ab impe|[*rato*]ribus Antonino et Vero ob victoriam | [*belli Parthi*]ci, item ab Antonino et | [*Commodo ob vic*]tor. belli Germ[*a*]nic. | . . . .

*Romae basis rep. in alveo Tiberis sub Aventino (Barnabei Notizie 1887 p. 536 qui supplevit). — 1) Est Iulianus praefectus praetorio Commodi, ab eo occisus (Dio 72, 14; vit. Comm. 7, 4. 11, 3). — 2) De incursione Castabocarum sive, ut saepius dicuntur, Costobocorum in Macedoniam et Achaiam cf. supra N. 854 (et praeterea Heberdey arch. ep. Mitth. aus Oestr. 1890 p. 186 seq.); Mauri Hispanias vastabant sub M. Aurelio, teste vita Marci c. 21.*

---

**1328** C. Fulv[*io*] | C. f. Qui[*r.*] | Plautian[*o*] | praef. p[*raet.*] | ac ne[*cessario*] | dom[*inorum nn.*], | ex con[*sensu ord.*] | plebisq[*ue Lunens.*]

*Lunae rep., nunc Florentiae (XI 1337).*

**1328**[a] [*C. Fulvio P*]lautiano | [*praef. pr*]aet. c. v., | [*cos. II, adfini*] dominor. nn. | [*fortissim.*] principum | [*Severi et Ant*]onini Augg. | [*et Getae nob.*] Caesaris, | [*tr*]es | [*Galliae*].

*Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon 1 p. 112). Praeterea positi sunt Plautiano tituli Patavinus V 2821 et Atheniensis C. I. Att. 3, 633.*

**1329** . . . . . . . . . . . . . ato, . . . . . . . a studis, leg. leg. . . . ., [c]os.[1], comiti, amico [*fidis*]simo, praef. ann., [*pontifi*]ci minori, praef. praet. [*imp. Caes. M.*] Aurelli [*Antonini Pi*]i Felicis Aug. [*pontificis*] maximi, sacerdotis amplissimi[2], L. Iul. Aur. Hermogenes ob insignem eius erga se [*benevo-l*]entiam, qua sibi [*viam str*]avit in [*in*]dulgentiam sacram [*alloqu*]ii divini honore [*obtento, obla*]tis commentaris . . . . .

*Romae rep. in Esquilino, tabulae duae olim eadem inscriptione inscriptae, sed mutilae et rasura pessumdatae (VI 3839 descr. de Rossi et in altera quae perierunt ex altera supplevit).* — 1) *Nota confusionem honorum senatoriorum et equestrium, a temporibus Elagabali (cf. not. 2) non alienam.* — 2) *Scilicet dei Solis Elagabali (cf. supra N. 473).*

---

**1330** C. Furio Sabinio Aquilae | Timesitheo[1] proc. prov. Lugud. et | Aquit., proc. prov. Asiae, ibi vice XX | et XXXX[2] itemq. vice procos., proc. | prov. Bithyniae Ponti Paphlagon. | tam patrimoni quam rat. privatae, | ibi vice proc. XXXX, item vice proc. | patrimon. prov. Belgic. et duarum | Germaniar. ibi vice praesid. prov. | German. inferior., proc. prov. Sy|riae Palaestinae ibi exactori reli|quor. annón. sacrae expeditio|nis, proc. in urbe magistro XX[3], | ibi logistae thymelae[4], proc. prov. | Arabiae ibi vice praesid. bis, pr[*oc.*] | ration. privat. per Belgic. et duas | Germ., praef. coh. I Gallic. in Hispan., | C. Atilius Marullus Arvern. | et C. Sacconius Adnatus Me|diomatr. patrono optimo.

*Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 167).* — 1) *Est Gordiani praefectus praetorio et socer, Misitheus appellatus in vita Gordiani, Timesicles a Zosimo 1, 17. 18, Timesocles a Zonara 12, 18, sed nondum ad praefecturam praetorianam promotus. Ad eundem praefectum praetorio spectat titulus urbanus C. VI 1611, sed mutilus et male descriptus (cf. Röm. Mitth. 1890 p. 91).* — 2) *In Asia cum esset procurator, functus est vice procuratoris vicesimae (hereditatium, ut puto), item vice procuratoris quadragesimae (portoriorum) per eandem provinciam.* — 3) *Vicesimae, sc. hereditatium (cf. Hirschfeld Verw. I p. 66 not. 4).* — 4) *Cf. Hirschfeld Verw. I p. 185.*

---

**1331** . . . . | praef. pra[*etorio*], | praef. Mesop.[1], iu[*ridico Alexandreae*][2], | vice praef. Aeg[*ypti, proc. prov.*] | Maced., proc. pro[*v.*] . . . . . . | ubiq. vic. praes[*idis, praeposito*] | vexillation. in dia . . . . . [*item a divo*] | Gordiano leg. I . . . . ., [*item* | *v*]exill. class. pr. . . . ., | [*proc. prov.* | *His*]p. cit., proc. pr[*ov.* . . . . . . | *proc. p*]rov. . . . . . . . . . | . . . . v . . . .

*Romae rep., est Neapoli (VI 1638 descr. Mommsen).* — 1) *Memoratur Priscus ὁ ἐξοχώτατος ἔπαρχος Μεσοποταμίας in duobus titulis Philippopolitanis Bataneae Lebas 5, 2077. 2078. Hunc eum ipsum esse, cui hic titulus positus est, eundem autem non diversum a Prisco Philippi imperatoris fratre (Zosim. 1, 19. 20) coniecit Waddington (ad Lebas l. c.).* — 2) *Supplevit Henzen.*

---

**1332** L. Petronio L. f. | Sab. Tauro Volu|siano v. cos. | ordinario[1], praef. praet. | em. v.[2], praef. vigul. | p. v.[3], trib. | coh. primae praet. protect. | Augg. nn.[4], item trib. coh. IIII praet., | trib. coh. XI urb., trib.

coh. III vig., leg. X | et XIIII Gem. prov. Pannoniae superiori. | itim *(sic)* leg. Daciae[5], praeposito equitum sin|gularior. Augg. nn., p. p.[6] leg. XXX Ul|piae, centurioni deputato, eq. pub., | ex V dec., Laur. Lavin. | ordo Arretinorum patrono | optimo.

*Arretii (XI 1836 descripsit Bormann).* — 1) *Videtur intellegendum esse: viro consulari ordinario. Fasces gessit a. 261, ad praefecturam urbis pervenit a. 267.* — 2) *Eminentissimo viro.* — 3) *Perfectissimo viro.* — 4) *Protectori Augustorum duorum nostrorum. Est haec antiquissima mentio protectorum, cf. Mo. eph. ep. 5 p. 126.* — 5) *Legionis Daciae; tribunus fuit primum legionis XIII Geminae in Dacia, deinde legionum X et XIIII in Pannonia superiore tendentium.* — 6) *Primo pilo.*

---

**1333** Aurelio Iuliano | praef. praet., | eminentissim. | et singularis | exempli viro, | ordo Brixianor. | patron. clemen[*tiss.*]

*Brixiae (V 4323 vidit Mommsen).* — *Ad eundem virum nondum praefectum praetorio pertinet hic titulus extans in agro Romano prope Marino oppidum (XIV 2463):* Marco | Aurelio Iuliano | a rationibus | et a memoria, | socero optimo, | Sex. Pedius | Iustus . . . .

---

**1334** M. Attio | Corneliano | praefecto prae|torio, eminentissimo | viro, civi et patrono, | ob incomparabilem | erga patriam et cives | amorem res publica | coloniae Marianae Au|gustae Alexandrianae | Uchitanorum maiorum.

*In provincia Africa in ruderibus oppidi Uci maioris (VIII S. 15454 descr. Cagnat).*

## Praefecti Aegypti, annonae, vigilum.

**1335** M. Magio M. f. Maximo | praef. Aegypti[1], Tarraconenses.

*Aeclani rep. (IX 1125, partem viderunt Hirschfeld et Dressel).* — 1) *Praefuit Aegypto imperante Augusto, teste Philone adv. Flaccum c. 10 (ubi dicitur, errore scripturae, Manius vel Magnus Maximus), cf. Plin. h. n. 36, 9, 69, C. I. Gr. 4956, 27.*

---

**1336** P. Graecinio | P. f. Pob. | Laconi | ornamentis | consularibus.[1]

*Veronae (V 3340 vidit Mommsen).* — 1) *Praefectus vigilum a. 31 p. C. Macronem in opprimendo Seiano adiuvit (Dio 58, 9. 10), ob hoc ornatus est ornamentis quaestoriis (l. c. 12), postea, cum factus esset procurator Galliae, etiam consularibus (Dio 60, 23).*

**1337** Laco praef. vig. XIII.

*Romae rep., plinthus statuae (Bull. com. 1889 p. 152).* — 1) *Numerus quid significet, obscurum. Fortasse singulae regiones urbis Romae Laconi statuas posuerunt, hanc regio decima tertia.*

---

**1338** . . o prae[*f.* | *coh*]ortis, trib. milit[*um*], | *p*]raef. equit., censito[*ri*] | Brittonum Anavion[*ens.*], | proc. Aug. Armeniae mai[*oris*][1], | ludi magni, hereditatium | et a censibus, a libellis Aug., | praef. vigilum, praef. Aegy[*pti*] | M. Taminius Ce . . . .

*Fulginiis (XI 5213 vidit Bormann).* — *Titulum referendum esse ad T. Haterium Nepotem, qui fuit praefectus Aegypti a. 121 (III 39) et a. 124 (papyrus in-*

*edita citata a Bormanno l. c.), cum iuxta extet titulus T. Haterii Nepotis supra N. 1058, intellexit Borghesi opp. 5 p. 3. — 1) Aetate extrema Traiani, cf. supra N. 1041 not. 2.*

---

**1339** Ti. Claudio | Ti. fil. Pal. | Secundino | L. Statio Macedon[*i*] | p. p. leg. IIII F. f.[1], trib. coh. | prim. vig., trib. coh. XI | urban., trib. coh. VIIII pr., | p. p. iterum[2], praef. leg. II Tra. [*f.*], | proc. XX her., proc. provin[*c.*] | Lugdunens. et Aquitan[*icae*], | a rationib. Aug.[3], praef. an[*non.*], | L. Saufeius Iulianu[*s*] | amico optim[*o*].

*Aquileiae (V 867 vidit Mommsen). — 1) Primo pilo legionis quartae Flaviae felicis. — 2) De primo pilo post militias equestres iterum suscepto cf. infra inter titulos militares. — 3) Huc pertinet inscriptio tubi plumbei XIV 2008 a, ex qua intellegitur Claudium Secundinum a rationibus fuisse Antonino Pio.*

---

**1340** M. Petronio [*M. f.*] | Quir. Honorat[*o*] | praef. coh. I Raet[*orum*], | trib. mil. leg. I Miner[*viae*] | p. f., praef. alae Aug. p. f. [*Thrac.*], | proc. monet., proc. XX [*hered.*], | proc. prov. Belg. et duar. | Germaniar., proc. a ratio[*n.*] | Aug., praef. annon., praef. | Aegypti, pontif. minor[*i*], | negotiatiatores ol[*eari*] | ex Baetica patrono. | Curatoribu[*s*] | Cassio Faus[*to*] | Caecilio Ho[*norato*].

*Romae in monte Aventino (VI 1625 b accurate descr. saec. XVI Ach. Statius). Eiusdem viri est titulus VI 1625 a hoc paullo antiquior, scilicet nondum praefecti annonae.*

---

**1341** L. Valerio L. f. Quir. Proculo | praef. cohort. IIII Trachum | Syriacae, trib. milit. legion|[*is*] VII Claudia[*e p. f.*][1] . . . . . . . . . | praef. classis Alexandrin. | et potamop[*h*]y[*l*]aciae[2], proc. | Aug. Alpium maritumar., | delectatori Aug. prov. . . . ., [*proc.*] provinc. ulter.[3] Hispan. | Baetic., proc. provinc. Ca[*pp. Pa*|*fl*]ag. Gal.[4], proc. provinciae | Asiae, proc. provinciarum trium | [*Galliar.*] . . . . . . . . . .[5] r. p. | Malacit. patrono | d. d.

*Malacae (II 1970 ad exemplum relatum a Ramberto Veneto saec. XVI, adhibitis paucis quae ex lapide enotavit saec. XVIII exeunte Bayér Hispanus). — 1) Nota fratrem huius Proculi, C. Valerium L. f. Quir. Florinum, praefectum fuisse cohortis secundae Thracum Syriacae, tribunum et ipsum in legione septima Claudia pia fideli (XIV 2957). — 2)* POTAMO PYIACIAI *Ramb.,* POTAMOI . . . . ACIAF *Bayer; de praefectura potamophylaciae coniuncta cum praefectura classis Alexandrinae praeterea nil traditur; videtur pertinuisse ad stationes in flumine Nilo institutas portoriorum exigendorum causa; stationes enim huius generis in Aegypto appellatas esse φυλακάς (Strabo 17 p. 813; Agatharchides c. 22, ap. Mueller geogr. Gr. min. p. 122; papyrus Leydensis, ap. Franz C. I. Gr. III p. 297) constat (Henzen syll. n. 6928). — 3)* ulteris *Ramb.* (veteris *aliud exemplum); fortasse scr.* ulterioris. *Ulterior Hispania Baetica dicitur provincia, ut hic, etiam N. 1016, cf. N. 103. —* 4) Car|tag. Gal. *Ramb. (emendavit Mo.). — 5) Probabile est excidisse mentionem praefecturarum annonae et Aegypti, quarum altera Valerium Proculum esse functum a. 144 colligitur ex titulo urbano VI 1002, alteram ei attribuit titulus uxori eius positus II 1971.*

---

**1342** C. Iunio C. f. Quir. | Flaviano | praefecto annonae, | proc. a rationibus, proc. | provinciarum Lugdunesis | et Aquitanicae, proc. here-

ditat., | proc. Hispaniae citerioris | per Asturicam et Callaeciam, | proc. Alpium maritimarum, | promagistro XX hereditatium, | tr. mil. leg. VII Gem., pontif. minori, | mercatores frumentari | et oleari Afrari.

*Romae (VI 1620 partem vidit Bormann). — Ad eundum virum frustulum inscriptionis cuiusdam Lugdunensis (Grut. 495, 11) rettulit Renier (in editione libri Sponiani de antiq. Lugduni, 1857, p. 303).*

---

**1343** Cn. Marcio Cn. fi[*l*]io Rustio [*Rufino praef. co*]|hortium vigilum, p[*r*]aeposito an[*nonae imp. L. Septimi*] | Severi Pii Pertinac. e[*t*] M. Aurelii Anton[*ini Augg., praef.*] | classium praetoria[*ru*]m Misenatium [*et Ravennat., trib. co*]|hortium primae prae[*to*]riae, XI urban., [*VI vigil., prim.* | *pil. legi*]onum III Cyrenaicae, III Gall[*icae, et* | *Salinato*]riae P. fil. Augustinae ei[*us*].

*Beneventi, lapis fractus, partes plerasque vidit Mommsen (IX 1582). Eidem viro positus est Abellini titulus X 1127, sed nondum praefecto annonae, ab eodem Beneventi IX 1583. Praefectus vigilum fuit certe ab anno 205 ad a. 207 (VI 1056. Eph. ep. 7, 1204—1206).*

---

**1344** .... ab epistulis Graecis | et a rationibus Augg. | et praef. vigilum, | Spectatus Augg. n. | lib. adiut. tabul.[1] ob me|rita eius. | *Τι. Κλ. Οὐειβιανὸν* | *Τέρτυλλον τὸν* | *ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν* | *ἐπιστολῶν καὶ τῶν* | *καθόλου λόγων τῶν* | *μεγίστων αὐτοκρατό|ρων καὶ ἔπαρχον οὐι|γούλων,* | *Σπεκτατὸς Σεββ. ἀπελεύ|θερος βοηθ. ταβλαρίων* | *τὸν ἴδιον εὐεργέτην.*

*Ephesi rep. a. 1873 (III 6574 = III S. 7126).* — 1) *Adiutor tabulariorum.*

---

**1345** ...... | [*pr*]aef. vig., e. m. v., | [*po*]ntif. Alba|[*n*]o minori.

*Beneventi (IX 1595 vidit Mommsen).*

---

**1346** Cl. Iuliano p. v.[1], | praef. annon., | Ti. Iul. Balbillus | s. Sol.[2] Ded. XIII kal. | Feb. L. Annio Fabiano | M. Nonio Muciano cos.[3]

*Romae (VI 1603).* — 1) *Perfectissimo viro.* — 2) *Sacerdos Solis (idem sacerdos memoratur VI 708. 2129. 2130. 2269. 2270).* — 3) *20 Ian. 201.*

---

**1347** .. nes .. idi.[1] C. Attio Alcimo Feliciano p. v., | vice praeff. praet., praef. anno|nae vice praef. vigulum, mag. r[*ei*] | summae privatae, magistr[*o summa*]|rum rationum, curatori operis [*thea*]|tri[2], proc. hereditatium, p[*rocuratori*] | sacrae monetae p. . v ..... | prov. Narbonens., proc. priv. per Salariam | Tiburtinam Valeriam Tusciam, proc. per | Flaminiam Umbriam Picenum, item vice | proc. quadrag. Galliar., proc. alimentor. per | Transpadum Histriam Liburniam, ad[*v*]ocat[*o*] | fisci provinciar. XI, ob eximium amorem in | patriam, splendidissimus ordo Turcet. patrono.

*In provincia Africa loco dicto Burza, ubi fuit Turca (VIII 822 vidit Wilmanns).* — 1) *Vocabulum incertae lectionis (cf. Schmidt VIII S. 12346); sed certum est fuisse agnomen Feliciani.* — 2) *Videtur intellegendum esse theatrum Pompeianum; cf. N. 1430/1.*

## Procuratores praesides vel vice praesidum.

**1348** Q. Caicilio | Cisiaco Septicio | Picai Caiciliano | procur. Augustor. et | pro leg. provinciai | Raitiai et Vindelic. | et vallis Poenin.[1], auguri, | flamini divi Aug. et Romai, | C. Ligurius L. f. Vol. Asper | Ↄ coh. I c. R.[2] ingenuor.

*Prope Veronam rep. (V 3936 vidit Mommsen).* — 1) *Praefectus Raetis Vindelicis vallis Poeninae fuit etiam Pedius Lusianus Hirrutus, cuius titulum (C. IX 3044) dabimus infra, temporibus Tiberii. Hunc vixisse temporibus divorum fratrum et Raetiam rexisse paullo antequam legato traderetur, censet Hirschfeld Sitzungsber. der berl. Akad. 1889 p. 430.* — 2) *Centurio cohortis primae civium Romanorum.*

---

**1349** C. Baebio P. f. Cla. | Attico | IIvir. i. [*d.*], primopil. leg. | V Macedonic., praef. | civitatium Moesiae et | Treballia[*e*, *pra*]ef. [*ci*]vitat. | in Alpib. maritumis, t[*r.*] mil. coh. | VIII pr., primopil. iter.[1], procurator. | Ti. Claudi Caesaris Aug. Germanici | in Norico, | civitas | Saevatum et Laiancorum.[2]

*Zuglii ubi fuit Iulium Carnicum rep., tabula aenea (V 1838 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. N. 1339 not. 2.* — 2) *Populi Norici, Laianci praeterea ignoti; ad Saevates videtur pertinere Sebatum statio memorata in itinerario Antonin. p. 280.*

---

**1350** [*P.*] Prifernio | P. f. Qui. Paeto | Memmio Apollinari | IIIIvir. iur. dic quinq., mag. iu.[1], | praef. coh. III Breuc., trib. leg. X | Gem., praef. alae I Asturum, donis | donato exped. Dac. ab imp. | Traiano hasta pura vexillo | corona murali, proc. provinc. | Sicil., proc. provinc. Lusitan., | proc. XX her., proc. prov. Thrac., | proc. prov. Noricae, | P. Memmius P. f. Qui. | Apollinaris | patri piissimo.

*In agro Reatino loco dicto Contigliano (IX 4753 vidit Stevenson).* — 1) *Magistro iuvenum.*

---

**1351** Ti. Cl. Prisciano | proc. Aug. | proc. provinciae | Pannoniae | superioris, | proc. regni Norici, | proc. XX hereditatium, | proc. provinciae[1], | Q . . n . . . io|rius Severus | praef. coh. | Sigambro|rum[2], praepo|situs clas|sibus[3] . . . . .

*Caesareae Mauretaniae (VIII 9363 semel descripta ab ignoto auctore).* — 1) *Mauretaniae puto.* — 2) *Scr.* Syg-. — 3) *Fractam esse in fine non traditur.*

---

**1352** P. Besio P. f. Quir. Betuiniano | C. Mario Memmió Sabino | praef. coh. I Raetorum, trib. leg. X G. p. f., | praef. alae Dardanorum, procuratori | imp. Caesaris Nervae Traiani Aug. Germ. Dacici | monetae, proc. provinc. Baeticae, proc. XX hered., proc. pro | leg. provinc. Mauretaniae Tingitanae, donis donato ab | imp. Traiano Aug. bello Dacico corona murali vallari hastis pur. vexillo argent., | exacti exercitus.

*Tingi (Tanger) Mauretaniae rep., nunc Oxonii (VIII 9990 vidit Huebner).*

---

**1353** C. Iulio Pacatiano [*v. e.*], proc. | Augustorum nostrorum, militiis | equestribus perfuncto, proc. provinc. | O[*sr*]hoenae[1], praefecto legionis

Parthi|cae[2], pr[*o*]c. Alpium Co[*t*]tiarum[3], adlecto | inter comit[*es A*]uggg. nnn., procurator. | pro legato provinc. Mauretaniae Tingi|tanae, col[*o*]nia Aelia Aug. Italica | p[*atr*]onó merentissimo.

*Viennae rep. a. 1875 tabula aenea (XII 1856 contulit Hirschfeld).* — 1) *Procurator Osrhoenes fuit sub Severo, qui post bellum Parthicum devicto Abgaro regnum videtur in provinciam redegisse, sed postea restituisse.* — 2) *Tres legiones Parthicas a Severo institutas non a legatis ex ordine senatorio, sed a praefectis equitibus Romanis rectas esse observavit Hirschfeld Sitzungsber. der berl. Akad. 1889 p. 434.* — 3) CORITTARVM *aes.*

---

**1354** C. Vallio | Maximiano | proc. provinciar. | Macedoniae Lusi|taniae Mauretan. | Tingitanae[1], fortis|simo duci, | resp. Italicens. ob | merita et quot | provinciam Baetic. | caesis hostibus | paci pristinae | restituerit. *(In latere)* dedicata anno | Licini Victoris et | Fabi Aeliani IIviror., | pr. kal. Ianuar.

*Italicae prope Sevillam rep., est Sevillae (II 1120 vidit Huebner).* — 1) *Procuratorem Tingitanae Maximianum fuisse puto (cum Huebnero) temporibus M. Aurelii, cum Mauri (N. 1354a) Hispanias vastarent (cf. supra N. 1327, not. 2); nec recte opposuit Wilmanns (ex. 667) egregii viri vocabulum Maximiano attributum.*

**1354a** G. Vallio Maxumiano | proc. Augg., e. v., | ordo Singil. Barb.[1] | ob municipium | diutina obsidione | et bello Maurorum | liberatum | patrono, | curantibus G. Fab. Rustico et | L. Aemil. Pontiano.

*Antequerae in Baetica, quo venit lapis ex ruderibus vicini municipii Singiliensis (II 2015 Huebner vidit ectypum).* — 1) *De municipio Singilia Barba cf. Huebner C. II p. 272.*

---

**1355** Q. Sallustio Mac[*ri*]niano proc. Augg[*g.*][1] | utriusq. prov. Mau[*re*]taniae, praesidi suo, et | Q. Sa[*llu*]stio Mac[*ri*]niano c. v. filio eius | commilito[*ni*] rarissimo, et | Q. Sallustio Macr[*in*]iano c. p. nepoti eius, | ob insignem [*eo*]rum erga se hu|manitatem Anullius Geta | ex praef. [*al*]ae Parthorum.

*Caesareae (Cherchel) Mauretaniae (VIII 9371 contulit Wilmanns).* — 1) *Tertia g erasa est, pertinens scilicet ad Getam.*

---

**1356** [*T. Lic*]inio Hierocleti viro egregio, proc. Augusti n. | [*pr*]aesidi provinciae Mauretaniae Caesariensis[1], | praesidi provinciae Sardiniae, praefecto legionis secundae | Parthicae Severianae [*Alexandrianae*] vice legati[2], | proc. hereditatium, | tribuno cohortis octavae praetoriae piae vindiciis *(sic)* Severianae [*Alexandrianae*], praeposito | equitum itemque peditum iuniorum Maurorum iure | gladii, tribunos[3] cohortis undecimae urbanae | Severianae [*Alexandrianae*], primi pilum bis, et | Claudiae Nervianae coniugi eius, et Liciniis Hierocleti | Hierocliae Paulinae et Axiae filiis eorum, | M. Aelius Saturninus veteranus ex dec. alario, patronis dignissimis.

*Caesareae (Cherchel) rep. a. 1889 (Waille comptes rendus de l'Académie des inscr. 1889 p. 202).* — 1) *Praeses Mauretaniae Caesariensis fuit a. 227 (VIII 9354*

*cf. supra N. 486). De praenomine cf. eph. ep. 5, 968.* — 2) *Cf. N. 1353 not. 2.* — 3) tribunos *lapis, sed correctum in* tribuno.

---

**1357** C. Octavium Pu|dentem Caesi|um Honoratum | proc. Augg[*g*]., | praesidem incom|parabilem, inno|centia praecipuum | omniumque vir|tutum virum, mu|nicipem piissimum, | Auzienses.

*Auziae in Mauretania (VIII 9049 vidit Wilmanns).*

**1357**[a] C. Octavio Puden|ti Caesio Honora|to proc. Auggg. | a censibus, | Cornelius | Primus | d[*ec. ala*]e Thrac. | ex [*str*]atore | [*e*]ius, | praesidi in|nocentissimo.

*Caesareae Mauretaniae (VIII 9370 vidit Wilmanns).*

*Idem praeses occurrit in lapide fracto Eph. ep. 7, 804 ubi videtur dictus fuisse, ut in N. 1357*[a], a censibus.

---

**1358** L. Ba[*e*]bio[1] L. f. [*G*]al.[2] Aurelio | Iuncino proc. heredit., | proc. Aug. praef. prov. Sard., | praef. vehicul. ad HS CC[3], | praef. vehicul. ad HS C[4], | proc. ad annonam Ostis | ad HS [*L*]X, proc. b[*yb*]liothec. | ad HS [*L*]X, Laurenti[*um*] | Lavinatium, | Q. Mon[*t*]an[*i*]us Po[*ll*]io | dec. [*e*]q., s[*t*]ra|tor eius, | v. e., praesidi rarissimo.

*Caralibus (X 7580 semel descripta saec. XVII non sine mendis).* — 1) Balbio, 2) Cal. *traditur (reliqua menda huius generis non adnotavi).* — 3) *Praefecto vehiculationis ad sestertia ducenta,* 4) *ad sestertium centum milia; cur eadem praefectura modo centenaria modo ducenaria fuerit, quaesivit Hirschfeld Verw. I p. 101 not. 1.*

---

**1359** M. Cosconio M. f. Poll. Frontoni[1] | praef. fabr. a cos. adlecto, praef. coh. I | . . . I f.[2], trib. mil. leg. I Ital., proc. August. | ad vectig. XX her.[3] per Pontum et Bithy|niam et Pontum mediterraneum et | Paphlagoniam, proc. Augg. item ad | vectig. XX her.[3] per A[*s*]iam Lyciam | Phrygiam Galati[*am*] insulas Cy|clades, subpraef. a[*n*]nonae urbis, | proc. Augg. ad vectig. ferr. Gallic.[4], | proc. Augg. et praef. [*pr*]ov. Sard., | optimo et sanctissimo praeposito, | Lucretius [*A*]ugg. | tabul. prov. Sard.

*Caralibus (X 7584 cf. p. 995 ectypum vidit Mommsen).* — 1) *Eidem positus est similis titulus X 7583; idem memoratur X 7869.* — 2) *Sic legit Mommsen in ectypo; quid fuerit, ignoratur.* — 3) *Vectigal vicesimae hereditatium.* — 4) *Vectigal ferrariarum Gallicarum.*

---

**1360** Q. Gabinio Barbaro | v. e., a commen. praefec. | praet., praef. vehic. per | Flam., proc. prov. Siciliae, proc. hered., proc. Auggg. | nnn. praef. prov. Sard. | . . . . .

*Calaribus (X 7583 vidit Mommsen).*

---

**1361** d. m. s. | P. Vibi P. f. Mariani e. m. v.[1], proc. | et praesidi prov. Sardiniae, p. p. bis[2], | trib. cohh. X pr. XI urb. IIII vig., praef. leg. | II Ital., p. p. leg. III Gall., 7 frument., | oriundo ex Ital. Iul. Dertona, | patri dulcissimo, | et Reginiae Maxime matri | karissimae, | Vibia Maria Maxima c. f. fil. et her.

*Prope Romam ad miliarium quintum viae Cassiae (VI 1636 vidit Henzen).* — 1) *Egregiae memoriae viro.* — 2) *Cf. N. 1339 not. 2*

---

**1362** T. Vario T. fil. | Clementi Cl. Cel., | proc. Aug. provinciar. | Raetiae, Mauretan. | Caesarensis[1], | Lusitaniae, Ciliciae, | praef. al. Britannicae miliar., | praef. auxiliariorum tempore | expeditionis in Tingitaniam | missorum[2], | praef. eq. alae II Pannoniorum, | trib. leg. XXX Ulp., praef. coh. II | Gallorum Macedon., | Valer. Urbanus, | Licin. Secundinus | decuriones | alar. provinc. Mauretan. | Caesarensis.

**1362[a]** T. Vario Clementí próc. | provinciárum Belgicae | Germaniae superióris Germaniae | inferioris, Raetiae, Mauretaniae Caesarens., | Lusitaniae, Ciliciae, praef. eq. al. Britannic. miliar., | praef. auxiliórum in Mauretaniam Tingitanam ex | Hispania misso[*r*]um[2], praef. eq. al. II Pannonior., tríb. mil. | leg. XXX U. v., praef. coh. II Gallorum Macedonicae, | cives Romani [*e*]x Italia et aliis provinciis | in Raetia consistentes.

**1362[b]** T. Vário Clémenti | ab epistulis Augustór., | proc. provinciár. | Belgicae et utriusq. Germ., | Raetiae, Mauret. Caesarens., | Lúsitániae, Ciliciae, | praef. equit. al. Britannicae miliar., praef. auxiliórum in Maurét. Tingitan. | ex Hispánia missórum[2], praef. equit. al. II | Pannoniórum, trib. leg. XXX U. v., praef. | praef.[3] coh. II Gallórum Macedonicae, | cívitás Treverórum | praesidi optimó.[4]

*Celeiae (Cilli) in Norico, nunc Vindobonae (III 5211. 5212. 5215 descr. Mommsen). Similes fuerunt tituli III 5213. 5214. 5216 quorum fragmenta tantum extant. — Titulus 1. positus est Vario cum ex Mauretania promotus esset in Raetiam, t. 2 cum e Raetia transferretur in Germaniam, t. 3 cum iniuncta ei esset ab imperatoribus (Marco et Vero) cura epistularum, positi autem sunt omnes ab hominibus earum provinciarum quas paullo antea reliquerat.* — 1) *Procurator Mauretaniae fuit a. 152 (VIII 2728).* — 2) *Significatur expeditio adversus Mauros, memorata vit. Pii c. 5, Pausan. 8, 43, 3.* — 3) praef. *vocabulum errore bis positum.* — 4) *Nota praesidem dici a Treveris procuratorem Germaniarum. Cf. Hirschfeld comm. Momms. p. 443.*

---

**1363** d. [*m.*] | Sex. Bai[*o . . Pudenti*][1] | proc. Aug. . . . . . | item . . Norici, Raetiae | Vindelic[*iae, Maur*]etaniae Caesar., et | Septi[*miae*] . . . e M . . . . ae, | Baia P[*udentilla? par*]entib. dulciss.

*In agri Sabini vico Toffia (IX 4964 partem vidit Stevenson).* — 1) *Cognomen suppletum est ex titulis Caesariensibus Eph. ep. 5, 977. 1022.* — *Ad eundem fortasse spectant fragmenta tituli originis urbanae C. XIV* 289 c. d.*

---

**1364** T. Desticio T. f. | Cla.[1] Severo p. p. leg. | X Gem., subpraef. vigil., | proc. Aug. prov. Daciae superior., proc. provinc. | Cappadoc. item Ponti medi|terran. et A[*rmeni*]ae minor. et Ly|caon. An[*tioch*]ian.[2], proc. prov. Rae|tiae[3], fla[*mini divi Ha*]driani, pontifici, | [*patrono*] coloniae. | Ala[*e I Aur.*][4] . . . *Ger*]manus, Martial. Titianus, | Fro[*ntinius*] . . . an.; alae I Fl.: Iulius Memorinus, | Iuli[*us*] . . . . . s, Fl. Speratus; alae I sing.: Aelius | Seve[*rus, Pe*]tron. Iulianus, decurion. exerc. | Raetici | praesidi optimo et sanctissimo. | L. d. d. d.

*Concordiae (V 8660 vidit Mommsen). — 1) Claudia tribus Concordiensium, unde sine dubio oriundus fuit Desticius Severus. — 2) Supplevit Benndorf (bull. dell' Inst. 1874 p. 80) ex Ptolemaeo 5, 6, 17, ubi in Cappadocia recensentur regiones duae, Lycaonia cum Iconio oppido, Antiochiana cum oppido Derbe. — 3) Raetiam rexit a. 166, teste tabula honestae missionis Eph. ep. 2 p. 460. — 4) Supplevit Mommsen. Significatur ala prima Hispanorum Auriana. De alis exercitus Raetici cf. diploma militare anni 107 infra editum, item Mo. C. III p. 708.*

---

**1365** . . Ael. Ianuario | [*p*]roc. hereditat[*ium*], | proc. Chosdroe[*nes,* | *proc.*] Syriae Coeles, [*proc.*] vect. Illyric., [*proc.*] prov. Hispa[*niae* | *cite*]rioris Tarrac[*on.*, | *praesi*]di prov. Ting[*it.*, | *praesi*]di prov. Mau[*ret.* | *Caesariensis*]. . . .

*Tarracone (II 4135 saepius descripta saec. XVI).*

---

**1366** . . s, proc. [*Augg.* | *nostr*]or. item prae[*sidi* | *Alpiu*]m Cottiar. et ma[*rit.*, *praef.* | *vehic*]ulationis Panno[*niae* | *utriu*]sq. et Moesiae sup[*erioris* | *et N*]orici, praef. al. pr. A[*sturum, tri*]b. leg. XI Cl., advoc. f[*isci, comiti*] ! ! ! ! ! ![1] | [*c.*] v. adfinis domin[*orum* | *nostr*]orum Augustor[*um,* | *Ly*]cus[2] Augusto[*rum* | *ser.*] adiutor tabul. pr[*ov. Asiae*] . . . . . or. ark. mag. o . . .[3]

*Ephesi rep. (III 6075 cf. p. 1285 Mommsen vidit ectypum; idem supplevit). — 1) Rasura quaedam perierunt,* Fulvi Plautiani pr. pr. *ut videtur verba. — 3) Supple hoc aliudve nome servile. — 3) Haec obscura; nisi quod arcarii vocabulum apparet.*

---

**1367** M. Aurelio Masculo | v. e.[1] | ob eximiam praesidatus[2] | eius integritatem, et | egregiam ad omnes homines | mansuetudinem, et urgentis | annonae sinceram praebitionem | ac munificentiam, et quod aquae | usum vetustate lapsum requi|situm ac repertum saeculi | felicitate cursui pristino | reddiderit, | colleg. III | quib. ex s. c. c. p. est[3], | patrono digniss.

*Cimiez, ubi fuit Cemenelum (V 7881 servavit liber Gioffredi de Nicaea editus a. 1658). — 1) Viro egregio. — 2) Praeses fuerat Alpium maritimarum. Idem antea, a. 259, tribunus fuerat cohortis vigilum, praepositus vexillationi vigilum Ostiensi (Eph. ep. 7, 1210). — 3) Collegia tria, quibus ex senatus consulto coire permissum est.*

---

**1368** T. Cornasidio | T. f. Fab. Sabino e. m. v., | proc. Aug. Daciae Apulensis, proc. | Alpium Atractianar. et Poeninar. | iur. glad., subpraef. class. pr. Raven., | praef. alae veter. Gallor., trib. leg. II | Aug., praef. coh. I Mont., p. c., auguri, Laur. | Lavin., aed., IIvir., q., q. q. p. p.[1], | collegia fabrum centon. dendrophor. | in honorem | T. Cornasidi | Vesenni Clementis | fili eius, equo publ., Laur. | Lavin. patroni plebis et col|legior., qui ab ipsis oblatum | sibi honorem statuae in | patris sui nomen memo|riamque transmisit.

*Falerione Piceni rep., est Romae (IX 5439 vidit Mommsen). — 1) Aedili, duoviro, quaestori, quinquennali perpetuo.*

---

**1369** Cl. Pater[*nu*]s | Clement[*i*]a[*n*]us[1] | proc. [*Au*]g. | provincia[*rum*] | Iud. v. a. l.[2], Sar[*din.*], | Africae et . . . . . ., | praef. eq. [*alae*] | Silianae [*torq. c. R.*][3], | trib. milit[*um*] | leg. XI C[*laud.*], pra[*ef. coh. classic.*][3] . . . .

*Epfach, ubi videtur fuisse Abudiacum, rep., est Augsburgi (III 5776 vidit Mommsen).* — 1) *Ad eundem pertinent III 5775. 5777. De tempore quo vixerit cf. O. Hirschfeld Sitzungsber. d. berl. Akad. 1889 p. 429.* — 2) *Vices agens legati.* — 3) *Suppletum ex III 5775.*

---

**1370** Ulpio . . . . . . | proc. Aug. . . . . [*prov.*] | Dac. Apul. a. v. p.[1], item | proc. prov. Porol., sub|praef. annon. sacrae | urbis, praep. leg. VII Gem. | G *! ! ! ! ! !*[2], item proc. stat. | privat. per Tusciam et | Picenum, item proc. ad | bona Plautiani, trib. | mil. leg. II Part. G *! ! ! ! !*[2], | praep. vexill. auxiliar. | Pann. infer., praef. coh. | VII Breucor., | Siscius Valerius 𐆛 | leg. XIII Gem. *! ! ! ! ! !*[2] | patrono optimo.

*Prope Sarmizegetusam Daciae (III 1464 vidit Mommsen).* — 1) *Agenti vices praesidis.* — 2) *Vocabulum erasum post nomina legionum, incipiens a littera* G *senarumque circiter litterarum, Mo. coniecit fuisse* Getic.*; idem inde collegit, Severo mortuo discidium filiorum eo usque pervenisse, ut provincia Dacia repudiato Caracalla per aliquot menses a. 211, quo tempore titulum perscriptum esse statuendum sit, Getam solum Augustum admiserit.*

---

**1371** Q. Axio Q. f. Pal. A[*eliano*] | eq. R., Laurenti Lavin[*ati*], | curatori ad popul. vi[*ar.*] | Traianae et Aureliae | Aeclanensis[1], proc. ad alim. | per Apuliam Calabriam Lu|caniam et Bruttios, proc. | rat. priv. prov. Maur. Caes.[2] | item per Belgicam et duas | Germanias, proc. prov. | Dac. Apul.[3] bis vice praesidis, | ordo col. Sarmiz. | metropol. patrono.

*Sarmizegetusae in Dacia rep. (III 1456 descr. Mommsen).* — 1) *De via Traiana cf. supra N. 291 not. 2, de Aurelia Aeclanensi Mo. C. IX p. 99. 601; curator ad populum cur dicatur, obscurum est (explicationem temptavit Hirschfeld Verw. p. 112 not. 4).* — 2) *Procurator rationis privatae per Mauretaniam Caesariensem fuit sub Severo Alexandro, teste titulo pertinente ad adsignationem aliquam factam iussu eius VIII 8812.* — 3) *Procurator Daciae dicavit Sarmizegetusae titulos III 1422. 1423 in quibus appellatur* proc. Augg., *sed altera* g *erasa; Mo. coniecit intellegi Maximinum et Maximum, et alteram* g *erasam esse a. 238 ut significetur. Aelianum iam factum esse procuratorem Gordiani.*

---

**1372** C. Titio C. f. Cl. Simili Agrip[*p*]inensi[1] proc. prov. Lusitaniae et Vettoniae et curatori reipublicae Emerit., proc. prov. M[*y*]siae[2] inferioris, eiusdem provinciae ius gladii[3], praeposito vexill. e[*xpeditionis pe*]r[4] Asiam L[*y*]ciam Pamph[*y*]liam et Phr[*y*]giam, primipilo leg. III Aug. Piae Vindicis, principi peregrin., centurioni frumentar., centurioni legion. X . . . . . .

*Emeritae (II 484 solus descr. saec. XVII Morenus de Vargas Emeritensis, versuum divisione neglecta nec sine mendis).* — 1) Agripinensi. 2) Misiae *traditur (item infra* Liciniam Pamphiliam Phrigiam*).* — 3) obtinenti *vel simile verbum excidisse putat Huebner.* — 4) *Supplevit Mommsen.*

**1373** b. f.[1] | C. Iu[*l.*] Senecio|nem v. e., | proc. prov. Ga|lat. item vice prae|sidis eiusd. prov. et Ponti, | Zeno Augg. lib., | tabular. | prov. eiusd., praeposi|to incomparabili.

*Ancyrae (III 251 aliquoties descripta saec. XVII/XVIII).* — 1) *Bona Fortuna (cf. N. 467 not. 1).*

---

**1374** C. Minicio C. fil. | Vel. Italo IIIviro i. d., | praef. coh. V Gallor. equit., | praef. coh. I Breucor. equit. c. R., | praef. coh. II Varc. eq.[1], trib. milit. leg. VI Vict., | praef. eq. alae I sing. c. R., donis donat. a divo | Vespasiano coron. aurea hast. pur., | proc. provinc. Hellespont.[2], proc. provinciae Asiae quam | mandatu principis vice defuncti procos.[3] réxit, procurat. | provinciarum Lugudunensis et Aquitanicae item Lactorae[4], | praefecto annonae, praefecto Aegypti, flamini divi Claudi, | decr. dec. *(In latere)* P. Tullius Max . . . . . . . . . . . . amula IIIviri i. d. III k. Iun. | s(enatum) c(onsuluerunt), scrib(endo) adf(uerunt) . . . . . . . . . . . . Proculus C. Appuleius Celer | A. Iunius G . . . . . . . . . . . Sex. Cossutius Secundus. | Quod v(erba) f(acta) s(unt) in hó[*norem C. Minici Itali, splendidi*]ssimum[5] virum quidquid conse,qui gratiae au[*t potentiae per summos honor*]es equestris dignitatis potuerit, | it omne ad au[*gendam et ornandam patria*]m suam convertisse nec ullo | se feliciorem [*credere officio quam ut pro ea la*]boret, q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt): | Cum C. Minic[*ius Italus* . . . . . . . . *h*]unc praecipuum virtutum | suarum fi[*nem*] . . . . . . . . . . . . rtunam locis [*a*]mplificaverit | et super cet[*era omnibus sit notu*]m, sacratissimum principem | Traianum A[*ugustum decrevisse rogatu ei*]us, ut incolae, quibus fere cense|mur, muneri[*bus nobiscum fungantur*[6], *e*]t ut pleniorem indulgentiam | maximi imper[*atoris habeamus per eum cont*]igisse, p(lacere) h(uic) o(rdini) adq. e r(e) p(ublica) v(ideri), statuam | aeream cum [*basi marmorea ei poni decretu*]mque nostrum basi inscríbí, | quo testátiu[*s sit pro meritis beneficii*]sque tantí virí solvendo nos | aliter [*non esse, nisi ut de eo publi*]ce gloriemur. Censuer(unt). | Ti. Iulio [*Candido II C. Ant*]io Quadrato II cos.[7]

*Aquileiae (V 875 vidit Mommsen praeter partem inscriptionis lateris iam deperditam).* — 1) *Praefecto cohortis secundae Varcianorum equitatae.* — 2) *De procuratore provinciae Hellesponti cf. Hirschfeld Sitzungsber. der berl. Akad. 1889 p. 419 not. 17, contra Marquardtium Staatsv. I² p. 343 not. 2.* — 3) *Significatur, (ut coniecit Waddington fastes des prov. asiat. § 105), Civica Cerealis, in proconsulatu Asiae occisus a Domitiano circa a. p. Chr. 88 (Tac. Agr. 42; Suet. Dom. 10).* — 4) *Quod Lactora Traiani aetate ita nominatur, ut non videatur comprehendi Aquitania, Mommseno videtur pertinere ad originem provinciae quae postea fuit Novempopulanae; cf. etiam Hirschfeld comm. Momms. p. 440 not. 30.* — 5) *Supplementa formavit Mo.* — 6) *Tempore Traiani incolas nondum generali lege ad munera suscipienda adstrictos fuisse, sed speciali principis rescripto ad eam rem opus fuisse, notat Mo.* — 7) *Consules sunt a. 105.*

---

**1375** [*M.*] Bennio M. f. Ru[*fo*][1] | procuratori | [*i*]mp. Caesaris Augu[*sti*], | Oenses[2] ex provinc. Afr[*ica*].

*Neapoli (X 1684 descripsit Mommsen). — 1) Eiusdem fuit fistula plumbea rep. Cumis (X 3713). — 2) De Oea (hodie Tripoli) cf. C. VIII p. 5.*

**1376** M.'[1] Acilio M.'[1] f. G[*al.*] | Rufo procurat. | Caesarum con|ventus Tarrachon.

*Sagunti (II 3840 saepius descripta saec. XVI—XVIII). — 1) Apographa variant inter* M *et* M/.

**1377** M. Vettius Marcellus[1] proc. Augustorum | et Helvidia C. f. Priscilla Marcelli, s. p. f.[2]

*Teate Marrucinorum (IX 3019 vidit Dressel). — 1) Idem sine dubio Vettius Marcellus eques Romanus res Neronis procurans, in cuius praediis Marrucinis ultimo Neronis anno prodigium aliquod evenisse narrat Plinius h. n. 2, 199. 17, 245. Augustorum procurator dicitur aut ideo quod procuravit compluribus principibus, aut quod procuravit Augusto et Augustae. Cf. Hirschfeld Verw. I p. 300. — 2) Sua pecunia fecerunt.*

**1378** L. Baebio L. f. | Gal. Avito | praef. fabr., trib. | mil. leg. X Gem., proc. | imp. Caesaris Vespasiani | Aug. provinciae Lusitaniae, | adlecto inter praetorios.

*Romae (VI 1359 saepius descripta saec. XVI).*

**1379** Q. Petronius C. f. Pu[*p.*] Modestus p. p. bis | leg. XII Fulm. et leg. I Adiu[*t*]ric., trib. mil. coh. V vig., | tr. coh. XII urb., tr. coh. V pr., pr[*oc.*] divi Nervae et imp. Caes. | Nervae Traiani Aug. Germ. provin[*c. Hi*]spaniae citer. Asturiae et | Callaeciarum, flamen divi Claud[*i, de*]dit idemque dedicavit.

*Tergeste, postea Venetiis, deinde pars Catai (V 534 partem vidit Mommsen). Etiam alterius exempli huius tituli fragmenta nonnulla extant (V 535).*

**1380** [*D. Iulio D. f. Vol. Capitoni*][1] . . . . . . . . | trib. mil. leg. II | Adiutricis, censori | civitatis Remor. foeder., | proc. imp. Nervae Traian. | Caes. Aug. Germ. Dacici | Optimi provinc. Astur. | et Callaec., | conventus Asturum. | L. d. d. d.

*Viennae (XII 1855 contulit Hirschfeld). — 1) Nomen, quod periit, Renier (mélanges d'épigraphie p. 64) probabiliter supplevit ex titulis Viennensibus XII 1869. 1870, qui videntur eiusdem hominis esse.*

**1381** L. Faesellio | L. filio An. | Sabiniano | proc. i[*m*]p. Anton. | Aug. Pii [*pr*]ov. Pan. inf., | proc. XX [*he*]r.[1] region. | Campan. Apu[*l.*] Calabr., | [*e*]quo publ., aug., IIIIvir., | IIvir. quinq., [*f*]la[*m.*], | patron. col., | colleg. [*c*]enton. | patron[*o*] opt[*im.*] et rarissim. | Honor. acce[*pt.*] impens. remiss. | L. d. d. d.

*Arimini (XI 378 semel descripta saec. XV). — 1) Procuratori vicesimae hereditatium.*

**1382** deo Asclepio | T. Iul. Titi filius Fabia | Saturninus procurator | Augustorum dono dedit.

*Treviris (Brambach 808).*

**1383** [*Pa*]ntheo | Aug. sacrum | T. Iulius | Saturninus | proc. Augustor. | et Faustinae Aug.

*Romae (VI 559 descr. Michaelis).*

**1384** Marti | T. Iul. | Saturninus.

*Lugduni (Boissieu inscriptions de Lyon p. 6). Idem fortasse T. Iulius Saturninus conductor portorii Illyrici (C. III 1568. 4720 p. 958. V 1864. 5079. 5080) sub Antonino Pio (C. III 1568), cf. Borghesi opp. 7, 524.*

---

**1385** Cn. Pompeio Sex. f. | Quir. Homullo | Aelio Gracili Cassiano Longino | p. p. bis leg. II Aug. et leg. X Fretens., | trib. coh. III vig., trib. coh. X urb., | trib. coh. V pr., donis donato ab | imp. torq. phal. armill. cor. aur. | hast. pur., proc. Aug. provinciae | B[*ritt*]aniae, proc. Aug. provinc. | duarum Lugud. et Aquit., proc. | Aug. a rationibus, | heredes.

*Romae (VI 1626 vidit Mommsen).*

---

**1386** Petroniae | Sabinae | filiae, | L. Petroni Sabini | p. p. bis[1], | procurator. Augg. | rationis hereditatium, | item provinciae | Narbonensis, | patron. coloniae, | decuriones.

*Anconae (IX 5898 descr. Smetius aliique).* — 1) *Primipili bis (de primipilatu iterato cf. Mo. ad C. V 867 et infra inter inscriptiones militares).*

---

**1387** M. Aquilio M. f. | Fabia Felici | a census equit. Roman.[1], | praef. cl. pr. Ravennat., | proc. patrim. bis, proc. hered. | patrim. privat.[2], proc. oper. publ.[3], | praep. vexillat., p. p. leg. XI Cl., | ⁊ fr.[4], patron. col., ob mer. eius | Antiat. publ.

*Antii (Nettuno) rep., nunc Romae in museo Capitolino (X 6657 vidit Henzen).* — 1) *Cf. Mommsen Staatsrecht III p. 490 not. 2 (= II² p. 598 not. 3).* — 2) *De munere procuratoris hereditatium patrimonii privati cf. Hirschfeld p. 61 not. 2.* — 3) *Munere procuratoris operum publicorum, quod alibi non occurit, Felix videtur functus esse, cum rationales ad eum darent litteras perscriptas C. VI 1585 b v. 26 seq., id est anno 193.* — 4) *Centurioni frumentariorum. (Aquilius centurio notus caedibus senatoriis, vit. Did. Iulian. 5, 8. Pesc. Nig. 2, 6, fortasse hic est, ut monuit Mommsen Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. 15 p. 339.)*

---

**1388** Sex. Cornelio | Sex. fil. Quir. Honorato[1] Port.[2], | milit. equestrib. | exornato, proc. | sexagenario | prov. Mesopota|miae[3], e. m. v.[4], ex tes|tament. eiusdem | M. Caecil. Caeci|lianus heres.

*In ora Mauretaniae, ibi ubi fuit Portus Magnus oppidum, rep. (VIII 9760 vidit Wilmanns).* — 1) *Vixit sub Severo, cf. VIII 9757.* — 2) *Portumagnensi.* — 3) *Cum Mesopotamia sub praefectis fuerit, hunc procuratorem sexagenarium res principis in ea provincia curavisse crediderim (aliter censuit Hirschfeld Sitzungsber. der berl. Akad. 1889 p. 422).* — 4) *Egregiae memoriae viro.*

---

**1389** L. Mario L. f. Quir. Perpetuo[1] | pontifici[2], | procurátori provinciárum | Lugudunénsis et Aquitanicae, | procuratori stationis hereditat., | procuratori XX[3] hereditátium, | procurátóri patrimóni, | procuratóri monetae, | promagistro hereditátium, | Q. Marcius Donatianus eques | cornicularius eius.

*Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 157).* — 1) *Fortasse pater L. Marii Perpetui supra N. 1165.* — 2) *Sc. minori.* — 3) *Vicesimae.*

---

**1390** Tib. Antistio Faus|ti fil. Quirina Marci|ano domo Circina, | praef. coh. II His[*p*]anae, | trib. leg. XV [*Apol*]linaris | piae fideli[*s, pr*]aefecto a|lae Sulpic[*ia*]e c. R., secun|dum mandata impp. do|minor. nn. Augg.[1] inte|gerrim. abstinentissimoque procur., tres provinc. | Galliae primo umquam eq. R. a censibus accipi|endis[2] ad aram Caesa|rum statuam equestrem ponendam censue|runt.

*Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 162).* — 1) *Videntur significari Severus et Caracalla.* — 2) *Noli intellegere Marcianum primum equitem Romanum censibus accipiendis ab imperatoribus praepositum fuisse; significatur nulli ante eum censitori dignitatis equestris statuam equestrem a tribus Galliis positam esse.*

---

**1391** . . [*Ae*]milio A. fi. | [*P*]al. Victorino | procuratori Aug. | ad accipiendus *(sic)* census | in provinc. Gallia | Lugudunenensi *(sic)* et in provin|cia Thracia, equestribus mi|litiis functo, equo publico, | C. Vivius Iulianus scr. q. | amico optimo. | L. d. d. d.

*Tibure rep. a. 1887 (XIV 4250 descr. Gatti).*

---

**1392** L. Dudistio L. f. Vol. | Novano | pontif. Laurentinorum, | orn. flamin. colon. Aquens. | exorn.[1], praef. alae Hispanae, | adiutori ad census provin[*c.*][2] | Lugudunens., proc. Aug. Alpium | Cottian., Dudisti Eglectus et | Apthonetus patrono optumo.

*Massiliae rep., nunc Avennione (XII 408 vidit Hirschfeld).* — 1) *Pontifici Laurentinorum, ornamentis flaminatus coloniae Aquensis exornato.* — 2) provino *lapis.*

---

**1393** C. Aemilio C. f. | Gal. Fraterno | praef. fabr. II[1], | trib. mil. legio|nis V Alauda[*r.*], | flamin. p. H. c.[2], | hic censum | egit in provinc. | Gallia Aquitanic., | p. H. c.[3]

*Tarracone (II 4188 descr. Huebner).* — 1) *Praefecto fabrum iterum.* — 2) *Flamini provinciae Hispaniae citerioris.* — 3) *Provincia Hispania citerior.*

---

**1394** d. m., v. f.[1] | T. Visulanio | Aufidio | Trebio Clementi | T. Visulanius Crescens | praef., fabr. bis, praef. | cohort. I Gallor., trib. | mil. cohorti[2] civium | Romanor., | praef. equitum alae | Moesicae, | censor. Germ. inferior., | patri optimo.

*Prope Bononiam rep. (XI 709 vidit Bormann).* — 1) *Vivo fecit.* — 2) *Scr.* cohort. I.

---

**1395** Q. Lollio Q. f. | Ani. Frontoni | trib. mil. leg. III Aug., | praef. fabr. tert., | praef. equitum alae | Numid., IIvir., pont., | civitates XXXXIIII ex provinc. Africa, | quae sub eo censae sunt.

*Ad Ilium rep., postea in Anglia (III 388 bis descripta).*

---

**1396** b. f.[1] | L. Didio Marino v. e., | proc. Aug. n. provinc. Ara[*b*.], | proc. Galatiae, proc. fam. | glad. per Gallias Bret. Hisp|[*a*]nias German. et Raetiam, | [*pr*]oc. Minuciae, proc. alimen|[*to*]r. per Transpadum Histriam | [*et*] Liburniam, | proc. vectigalior. | [*p*]opul. R. quae sunt citra Padum, | proc. fam. glad. per Asiam Bi|thyn. Galat. Cappadoc. Lyciam | Pamphyl. Cilic. Cyprum Pontum | Paflag., trib. coh. I praetor., | Marianus Aug. n. lib. pp. XX | lib.[2] Bithyniae Ponti Paflag., | nutritor eius.

*Ancyrae (III 249 = III S. 6753). — 1) Bona fortuna (cf. supra N. 467). — 2) Praepositus vicesimae libertatis (pro* pp. *exempla nonnulla* pr.*).*

---

**1397** L. Bovius L. f. L. n. Fal. Celer | IIvir, q., augur, | praef. fabr., trib. milit. leg. III Cyr., | procur. ludi famil. glad. Caesaris | Alexandreae ad Aegyptum, adlectus | inter selectos[1] ab imp. Caes. Aug.[2], | sibi et | Sextiae L. f. Nerulae uxori | optimae, cum qua a pueritia | sine offensa vixit annis XXXI.

*Neapoli (X 1685 semel descripta saec. XV). — 1) Selectos, intellege iudices. — 2) Minime certum est significari maritum Liviae.*

---

**1398** M. Campanio | M. fil. M. nep. Fal. | Marcello | proc. A[*ug*]ustor. | ad Me[*rc*]urium | Alexandr.[1], proc. | provinc. Cypri, | praef. eq. alae Parth., | trib. coh. pr. Hemesen., | praef. coh. III Breucor., | [*c. R. in provi*]ncia Cypro.[2]

*Capuae rep., est Neapoli (X 5847 vidit Mommsen). — 1) Et Mercurius Alexandrinus et procurator ad eum pertinens plane ignoti. — 2) Explevit Mommsen intellegens cives Romanos consistentes Cypri.*

---

**1399** .......... | cohort. I Breucor., | trib. mil., proc. | divi Titi Alexan|driae, agonothetae | certaminis penta|heterici bis, | ex testamento | Domestici lib., | heredes | C. Caecilius Fronto et | M. Flavius Urbanus.

*Tarracone (II 4136 aliquoties descripta saec. XVI).*

---

**1400** Sex. Cornelio | Sex. f. Arn. Dextro[1] | proc. Asiae, iuridico Ale|xandreae, proc. Neaspo|leos et mausolei[2], praef. | classis Syr., donis milita|rib. donato a divo Hadri|ano ob bellum Iudaicum | hasta pura et vexillo, | praef. alae I Aug. Gem. co|lonorum, trib. leg. VIII Aug., | praef. coh. V Raetorum, | praef. fabrum III, patrono | coloniae, | P. Blaesius Felix 7 leg. II Tra|ian. fort., adfini piissimo, | ob merita.

*Saldis Mauretaniae, nunc Parisiis (VIII 8934 vidit Wilmanns). — 1) Idem posuit Saldis titulum VIII 8925. — 2) Cf. infra N. 1454.*

---

**1401** M. Bassaeo M. f. Pal. | Axio | patr. col., cur. r. p.[1], IIvir. munif.[2], proc. Aug. viae Ost. et Camp.[3], | trib. mil. leg. XIII Gem.,

proc. reg. Cala|bric., omnibus honorib. Capuae func., | patr. col. Lupiensium, patr. municipi | Hudrentinor., universus ordo municip.[4] | ob rem publ. bene ac fideliter gestam. | Hic primus et solus victores Campani|ae pretis et aestim. paria gladiat. edidit. | L. d. d. d.

*Neapoli, origine fortasse Puteolana (X 1795 vidit Mommsen).* — 1) *Patrono coloniae, curatori reipublicae.* — 2) *Munifico.* — 3) *Procuratores viarum praeterea nondum innotuerunt, cf. Hirschfeld Verw. p. 112 not. 4, Mo. Staatsr. II³ p. 1077 not. 4. Curator earundem viarum Ostiensis et Campanae est C. VI 1610.* — 4) *Municipum vocabulum quomodo usurpari potuerit de colonia Puteolis (nam Puteolis olim videtur stetisse titulus), explicavit Mo. l. c.*

---

**1402** . . . . . im . . . . | . . . u . . L. f. Quir. | Rufo praef. coh., | subcuratori viae | Aemiliae, trib. leg. XIIII Gemin. et XV Vict.[1], | proc. Plotinae Aug., proc. Caes. Hadriani | ad ripam[2], pontific[*i*], | IIIIvir. i. d. qq., | T. Cutius . . . . .

*Caralibus (X 7587 vidit Mommsen).* — 1) *Requiritur* XX V. Vict. — 2) *Munus aliunde ignotum; pertinuisse ad ripam Puteolanam Baianamve coniecit Mo.*

---

**1403** Sex. Iulio Sex. f. Quir. Possessori, | praef. coh. III Gallor., praeposito nume|ri Syror. sagittarior. item alae primae Hispa|nor., curatori civitatis Romulensium, m. Ar|vensium[1], tribuno mi[*l. leg.*] XII Fulminat[*ae*], | curatori coloniae Arcensium[2], adlecto | in decurias ab optimis maximisque | imp. Antonino et Vero Augg.[3], adiu|tori Ulpii Saturnini praef. annon. | ad oleum Afrum et Hispanum recen|sendum[4] item solamina transfe|renda[5] item vecturas navicula|riis exsolvendas, proc. Augg. ad | ripam Baetis, scapharii Hispalen|ses ob innocentiam iustitiam|que eius singularem.

*Hispali (Sevilla) (II 1180 ter descripta).* — 1) *Municipii Arvensium (de municipio Arva cf. Huebner C. II p. 138).* — 2) *Videtur significari Arca Caesarea Phoeniciae.* — 3) *A. 161—169.* — 4) *Haec ita descripsit unus tantum auctorum* (ad otium . . . Hispanum recensentum *vulgo). Cf. Gothofredus ad cod. Theod. 14, 5, 3 de oleo urbicario (Mo.).* — 5) *Solaminum vocabuli subsidia annonaria significari putant. Et reperitur eadem fere aetate, cuius est hic titulus,* proc. ad solaminia *(sic)* et horrea *(tit. Ti. Plautii Felicis Ferruntiani, infra inter militares, = C. VIII 619).*

---

**1404**

. . . . . Quintius Q. f. Q. n. Q. pron. Q. abn. Gal. Hispan[*us*]
. . . . . us aedil., flamen., IIvir, pontif. municipi p[*ontif. Obulc.*[1]]
. . . . . [*pro*]curator Baetis, praef. cohortis pr. . . . . . . . . . .
. . . . . rum equitatae, comes et adsessor legati ad [*census*]
[*accip.*][3], comes et adsessor procos. provinciae Galliae [*Narbon.*]
. . . . . compluribus immunitatibus et beneficiis . . . nter . . . . .
. . . . . diffuse a principibus honoratus, tabernas
et posthorreum solo empto ab republica d. s. p. d. d.

*Porcunae, ubi fuit Obulco provinciae Baeticae (II 2129 semel iterumve descripta saec. XVII/XVIII, praeterea extat exemplum novicium).* — 1) *Cf. Plin. h. n. 3, 10: (oppidum) Obulco quod Pontificense.* — 2) procurator *unum tantum apographum, . .*

curator *reliqua. Procurator ad ripam Baetis est supra N. 1403, proc. Aug. ripae provinciae Baeticae C. II 1177 (Hue.).* — 3) *Supplevit Huebner.*

---

**1405** P. Magnio Q. f. Quir. Rufo | Magoniano tr. mil. IIII[1], proc. Aug. XX her.[2] per Hisp. Baet. | et Lusitan., item proc. Aug. | per Baetic. ad | Fal. veget.[3], | item proc. Aug. prov. Baet. ad | ducen.[4], Acili. Plec.[5] amico optimo | et bene de provincia | semper merito d. d.

*In Andalusia rep. prope Anticariam loco dicto el Cerro de Leon (II 2029 vidit Huebner).* — 1) *Tribuno militum quater.* — 2) *Vicesimae hereditatium.* — 3) *Procurator Augusti ad Falernas vegetandas, i. e. ad vites Italicas per Hispanias propagandas (Mo.).* — 4) *Ad ducena, scil. milia sestertium.* — 5) *Sic lapis; intellege: Acilia Plecusa (cf. C. II 2016 seq.).*

---

**1406** L. Cominio Vipsanio Salutari domo Roma p. v.[1], a cognitionib. | domini n. | imp. L. Septimi Severi Pertinac. | Augusti, | proc. prov. Baet., proc. capiend. * veg. et.[2], | proc. prov. Sicil., proc. alimentor. | per Apuliam Calabriam Lucaniam | Bruttios, subproc. ludi magni, | optimo viro et integrissimo, | Irenaeus Aug. n. ver. disp. portus | Ilipensis[3], praeposito | sanctissimo.

*Ad Baetim fl. ibi prope ubi fuit Ilipa, rep. a. 1784 (II 1085 aliquoties descripta donec periit a. 1825).* — 1) *Perfectissimo viro.* — 2) capiend. vegt *vel* ca . . . nd. veg. et *vel* ca . . . nd. vec. et *apographa; quid subsit, incertum est.* — 3) *Augusti nostri verna dispensator portus Ilipensis.*

---

**1407** *(protome viri codicem et stilum tenentis)* L. Caninio P. f. | Valenti | procuratori IIII publicor. Africae. | P. Caninius C. f. pater sibi et filio v. f.

*Prope Aquas Statiellas (Acqui) rep., est Taurinis (V 7547 vidit Mommsen).*

---

**1408** T. Eppio T. f. | Quir. Latino | IIvir. iur. dic. | munic. Latob., | proc. im[*p. Caes*]aris | Traian[*i Hadrian*]i | [*Aug.*] | ad c[*ensus a*]cc[*ipiend.*] | . . . . . . . | . . . . . | . . . proc. IIII p. Afr.[1], p. d. d.

*Laibach (III 5925 vidit Mommsen).* — 1) *Procuratori quattuor publicorum Africae.*

---

**1409** L. Egnatuleio P. f. Gal. Sabino pontific. | Palatuali[1], proc. Aug. XXXX[2] Galliarum, | proc. Aug. ad epistrategian Thebaidos, | proc. Aug. ad census accipiendos | Macedoniae, praef. gentis Cinithiorum[3], | trib. leg. IIII Scythicae, l[*eg.*] . . . . . | Geminae, flam. Aug. c[*ol. Thysdritanae?*], | Egnatuleia P. f. Sabina f . . . . . | L. Egnatuleius Sabinus, T . . . . . . | *(nonnulla perierunt.*

*Thysdri (El-Djem) in Africa rep., est Parisiis (VIII 10500).* — 1) *Alter pontifex Palatualis est XI 5031 (a Varrone de l. L. 7, 45 inter flamines memoratur etiam Palatualis).* — 2) *Quadragesimae (*~~XXXX~~ *lapis).* — 3) *Cinithii memorantur a Tacito ann. 2, 52 et alibi (cf. C. VIII l. c.).*

---

**1410** C. Sextio C. f. Papir[*ia*] | Martiali trib. mil. legionis I[*III*] | Scythicae, proc. Aug. ab actis urbis[1], p[*roc.*] | Aug. inter mancip. XL Galliarum et ne|gotiantis[2], proc. Macedoniae, qui | ob memoriam T. Sexti Alexandri | fratris sui, inlatis HS L mil. rei pub. | col. suae Mactaritanae, epulaticium ex | usuris curialibus die natali fratris sui | quodannis dari

iussit, ob quam liberalitate *(sic)* | eius statuam universae curiae d. d. pec. sua posuer.

*Mactari in provincia Africa (Eph. epigr. 5, 1175 = VIII S. 11813 J. Schmidt vidit ectypum). — 1) Acta urbis accepit Mo. de actis publicis diurnis (diurna urbis acta appellantur etiam a Tac. ann. 13, 31; acta urbis, vit. Comm. 15, vit. Alexandri 6); sub hoc procuratore eorum actorum curam videri gessisse libertos Augusti ab actis (cf. infra). — 2) Iudice Mommseno idem qui alibi dicitur procurator quadragesimae Galliarum; effici autem ex hoc titulo, ait Mo., procuratorem quadragesimae Galliarum iudicavisse inter mancipes et negotiatores, idque magni momenti esse ad universam vectigalium administrationem recte intellegendam.*

---

**1411** Q. Iulio Maximo | Demetriano e. m. v.[1], | fisc. adv. XL Galliaru[*m*], | proc. XX hereditatium | per Umbr[*iam*] et Tusci|am, pra[*ef.*] veh[*icu*]lor. | per B[*e*]lg[*ic*]am et duas | G[*e*]rman., singularis in|tegritatis viro, pat. pub., | L. Munatius Saturninus | [*a*]vunculo, loco ab or|[*din*]e impetrato, s. p. p.

*Sidi Amor Djedidi, ubi Zamam fuisse ex Eph. 5, 289 (= C VIII S. 12018) cognoscitur (VIII S. 12020 I. Schmidt vidit ectypum). — 1) Egregiae memoriae viro.*

---

**1412** P. Cominio P. f. | Cl. Clementi[1] | praef. classium praet. | Misenens. et Ravenn., | praeposito a cens.[2], proc. | Aug. XX her.[3], proc. Aug. pro|vinc. Lusitan., proc. Aug. | prov. Daciae Apolensis *(sic)*, | subpraef. ann., proc. Aug. | ad famil. glad. Transpa., | proc. Aug. XX her. per Hisp. | citer., omnib. equestrib. milit. funct., pontif., pa|tron. coloniar. Conc. | Aquil. Parmens. Venafr., ordo Conc.

*Concordiae (V 8659 vidit Mommsen). — 1) Eiusdem Cominii Clementis nuper Concordiae prodiit alter titulus, sed mutilus (Bertolini Notizie 1890 p. 173), ex qua apparet militiis eum functum esse sub M. Aurelio. — 2) Cf. Mommsen Staatsr. III p. 490 not. 2. — 3) Procurator Augusti vicesimae hereditatium (videtur vicesimam hereditatium curavisse Romae, cum antea fuerit procurator vicesimae hereditatium per Hispaniam citeriorem; cf. Hirschfeld Verw. p. 67).*

---

**1413** P. Ael. Sempro[*ni*]o Lycino om[*nibu*]s | militiis equestribus ornato, proc. XX h. | per provinc. Narbonensem et Aquitanicam, | proc. provinc. Daciae Porolisensis, proc. CC | Alexandria[*e*] idiu logu, | G. Fab. Titi[*an*]us, a militis, municeps eius, | amico incomparabili.

**1414** P. Semp. Ael. Lycino proc. Augg. nn. | prov. Syriae Palaestinae, proc. | hidi logi *(sic)*, proc. Daciae Porolisensis, | proc. XX h. provinciarum Galliarum | Narbonensis et Aquitaniae, item omnibus | equestribus militiis perfuncto, | Q. Blaesius Apollinaris.

*Ancyrae (III S. 6757. 6756 Mommsen vidit ectypa). Titulus N. 1413 positus est Lycino cum esset procurator ducenarius Alexandriae ἴδιον λόγον sive idiologus (cf. C. X 4862), N. 1414 postea, cum esset procurator Syriae Palaestinae.*

---

**1415** Q. Plotio Maximo | Collin. | Trebellio Pelidiano | eq. pub., | trib. leg. II Traian. fort., | trib. coh. XXXII volunt., | trib. leg. VI Victric., |

proc. Aug. | promagist. XX hered., | praef. vehiculor., | qq., patr. col. et suo, pont.[1], | coll. fabr. Auxim. ob | eximium inter municip.[2] | suos amorem. | L. d. d. d.

*Auximi in Piceno (IX 5835 vidit Mommsen). Una extat titulus plane similis eidem homini positus a collegio centonariorum Auximatium, IX 5836. — 1) Quinquennali, patrono coloniae (sc. Auximatium) et suo (sc. collegii fabrum Auximatium), pontifici. — 2)* in municipes *titulus IX 5836.*

---

**1416** C. Lepidius | C. f. Pal. | Secundus | praef. fabr., pr. | coh., tr. milit., | promag. XX heredit., aug. | Lunae[1], d. d.

*Lunae rep. (XI 1326 descr. Promis). — 1) Augur Lunae (Borm.); de promagistro vicesimae hereditatium Augusti et dea Luna cogitaverat Borghesius.*

---

**1417** T. Appalio T. f. Vel. | Alfino Secundo | proc. August. XX hered., | proc. Alpi. *(sic)* Atrectianar., | praef. vehicul., subpraef. | class. praet. Ravenn., pr. | alae I Aug. Thrac.[1], trib. coh. | I Aeliae Britton., praef. | coh. IIII Gallor., patron. | colon., flamini divor. | omnium, augur., | IIvir. quinq. bis, | ob merita eius | d. d.

*Firmi Piceni (IX 5357 vidit Mommsen). — 1) Praefecto alae primae Augustae Thracum.*

---

**1418** Soli Lunae | Apollini Dianae | Ti. Claudius | Pollio[1] | proc. Aug. | XX hereditatium, | proc. Alpium | Graiarum, | flamen Carmentalis, | práef. gentium in Africá, | [*pr*]aef. álae Flaviáe milliári[*ae*].

*Romae (VI 3720 et melius Eph. ep. 4, 759 descr. Marucchi). — 1) Hic est, ut observavit Hirschfeld, Claudius Pollio a Plinio ep. 7, 31 commendatus Cornuto: eum enim scribit Plinius praefuisse alae milliariae et postea ad amplissimas procurationes promotum esse.*

---

**1419** C. Manlio . . f. Q. | Felici trib. mil. leg. VI[*I*] | G. p. f., adlect. in decur. | iudic. selector. a divo | Tito, praef. fabr. imp. | Caesaris Nervae Trai. | Germ. Dacici II, praef. class. | Pann. et Germ., proc. Aug. reg. | Chers.[1], proc. Aug. XX hered., | d. d.

*Burnéri in Chersoneso Thracica, videtur pertinere ad Lysimachiam (III 726 semel descripta saec. XVIII). — 1) Chersonesus M. Agrippae fuit et post eius mortem Augusti (Dio 54, 29) (cf. Mo. ad titulum item Hellespontiacum III S. 7380).*

---

**1420** T. Flavio T. f. Germano[1] | curatori triumphi felicissimi | Germanici secundi[2] *! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! | ! ! ! ! · | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !*[3] exornato | sacerdot. splendidissimo pontif. minor.[4], | proc. XX her., proc. patrimoni, proc. ludi | magni, proc. ludi matutini, proc. reg. urbi.[5] | [*a*]diuncto sibi officio viarum | [*ster*]nendarum urbis partibus duabus, | [*proc.*] XX her. Umbriae Tusciae Piceni | . . . . . is[6] Campaniae, proc. ad alimenta | [*Lucan.*] Brutt. Calabr. et Apuliae, | cur. [*sartor*]um tectorum operum publ. | et aed. [*sacrar.*][7], aed., IIvir., flám. divi Aug., | IIvir. q. q., patrono coloniae, | Cerdo lib. patrono incómparabili | cum Flavis Maximino et Germano | et Rufino filis, equo publ. ornatis.

*Prope Praeneste (XIV 2922 saepius descripta saec. XVI).* — 1) *Idem memoratur XIV 2955.* — 2) *Significatur triumphus is quem Commodus egit a. 180, cum mortuo patre Romam rediit (vit. Comm. 3); primum triumphaverat una cum patre a. 176.* — 3) *Rasura perierunt nomina Commodi, et praeterea* ab eodem. — 4) *Pontificatus minoris.* — 5) *Pro* reg. urbi. *pars auctorum exhibet* pecuni, *errore (cf. Hirschfeld Verw. p. 151 not. 1).* — 6) *Sic traditur;* [region]is *supplevit Hirschfeld Verw. p. 65 not. 3.* — 7) *Hoc munere, ut et reliquis quae sequuntur, Germanus functus est Praeneste.*

---

**1421** T. Cl. T. f. Papiria | [X]enophonti[1] | [*pro*]c. Aug. ad bona co|[*ge*]nda in Africa, proc. | [*p*]rovinc. Asiae, subpraef. | annonae urbis, proc. Illyri|ci[2] per Moesiam inf. et Dacias | tres, proc. argentariarum Pan|noniarum et Dalmatiarum, | proc. Daciae Apulensis, proc. | in Aegypto ad epistrategiam | [*s*]eptem nomorum et Arsinoitum, | proc. viarum urbis, | Salvianus Aug. n. vern. dis|pensator rationis extraord. | provinc. Asiae.

*Ephesi rep. (III S. 7127 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Idem memoratur in titulo rep. Celei ad Danuvium (III S. 8042), unde apparet vixisse eum sub Commodo.* — 2) *Illyricum intellege portorium Illyricarum provinciarum (cf. supra N. 423 not. 4). Ad hoc munus videtur pertinere titulus supra (not. 1) laudatus.*

---

**1422** Ti. Claudio Zenon. Ulpiano Verrae f. trib. co[*h. I*] Ast[*u*]rum[1], trib. coh. I Fl. Britton., praef. alae I Claud. mill.[2], adiut. a[*d c*]ens.[3], ex sacra iussione adhibit. in consil. praef. praet. item urb., pr[*oc. ad bona*][4] damnatorum, proc. silicum viar. sacrae urbis, subpraef. vigil.[5], proc. privatae regionis Ariminensium, patrono col. Pisaur., ob eximiam circa se ac patriam suam benivolentiam eius . . . . .

*Pisauri, semel descripta saec. XV (Ferrarinus cod. Regiens. f. 84', unde pendet Murat. 1114, 5).* — 1) trib. confastorum, 2) miscell., 3) albens, 4) p. r. q. ob, 5) vigil. b. *traditur (emendavit Marinius atti p. 474 n. 33).*

---

**1423** d. m. | Q. Val. Q. f. Postimio | Romulo patri dul|cissimo, equo publi|co, proc. ad bona | damnatorum, | proc. ad alimenta, | consiliario Augg., | Q. Postimius Romulus | filius, et nepotes.

*Romae (VI 1634 descr. Smetius aliique).*

---

**1424** d. m. s. | M. Veserio | M. fil. Pal.[1] | Iucundiano | praif. fabrum, | adcenso velato, | proc. alim. viae Flm. *(sic)*, | IIvir. desig., | Sacria Iucunda | mater.

*Capuae (X 3865 descripsit Mommsen).* — 1) *Primum quadratarius dederat* Fal.

---

**1425** . . . [*praef.*] . . . . [c]o[h. I.] Aug. | [*L*]usi[*t*]anor. item coh. II | Breucor., subcur. viae Flaminiae et aliment., | subcur. operum publ., | Iulia Lucilla c. f. marito | b. m., vix. an. XLVIII | m. VI d[*ie*]b. XXV.

*Rochester Angliae rep. (VII 1054 descr. Bruce).*

---

**1426** C. Valerio | Quir. Fusco | proc. XX per Cam|pan., proc. ad XX per | Asiam [*L*]yciam Pam|phyliam, proc. ad | annon. [*O*]stiae, | pro[c.] a[*d*]

al[*i*]menta, | pro[*c.*] a[*d*] XX per Hisp. | c[*i*]ter., proc. a[*d*] XX p[*e*]r | Syriam, curatores | . . . . . . .

*Romae (VI 1633 ad apographum nescio a quo factum, servatum ab E. Q. Viscontio).*

---

**1427** Q. Calpurnio C. f. | Quir. Modesto | proc. Alpium, proc. Ostiae | ad annon., proc. Lucaniae, | corpus mercatorum | frumentariorum per | M. Aemilium Saturum | et P. Aufidium Faustian. | q. q.[1] ex decreto corporat., | q.[2] M. Licinio Victore et | P. Aufidio Epicteto. | L. d. d. d. p.[3]

*Ostiae (XIV 161 descripsi).* — 1) *Quinquennales.* — 2) *Quaestoribus.* — 3) *Locus datus decreto decurionum publice.*

---

**1428** P. Bassilio P. filio | Crescenti | trib. coh. I Germanor., | proc. ludi matutini, | proc. annonae Aug. Ostis, — | C. Vettius Mercurius corn.[1] | eius ob dedicat. statuae sportul. | numero s. s.[2] viritim dedit[3] — | numerus caligatorum | decuriar. XVI | colleg. fabrum. | tignuar. Ostis[4], | cura agentib. Q. Turranio | Hermogenen *(sic)*, M. Octavio | Asclepiodot., Q. Tullio Vita|lione mag. q. q.[5] lustr. XXXIII.

*Ostiae rep., est Romae (XIV 160 vidi ipse).* — 1) *Cornicularius.* — 2) *Numero subscripto (scilicit caligatorum collegii fabri tignuariorum).* — 3) *Verba pertinentia ad C. Vettium Mercurium postea addita esse putanda sunt.* — 4) *Plebem collegii fabrum tignuariorum Ostiensis appellatam fuisse numerum caligatorum et descriptam in sedecim decurias novimus etiam ex aliis titulis.* — 5) *Magistris quinquennalibus.*

---

**1429** Q. Petronio Q. f. | Meliori[1] | proc. annon., adiutori curatoris | alvei Tiberis et cloacarum, | curatori rei publ. Saenesium, | praetori Etrur. XV populorum[2] | bis, trib. mil. leg. III Gallicae, sc[*r.*] | q. VI primo principi[3], praet. Laur. | Lavin., IIIIviro qq. Faesulis, | pontif. Faesulis et Florentiae, | corpus mesor. frum. Ost. | L. d. d. d. p. *(In latere)* ded. III non. Feb. | L. Eggio Marullo Cn. Papirio | Aeliano cos.[4] | Locus adsign. per C. Nasenn. | Marcellum cur. pp. oper. pub.[5]

*Ostiae (XIV 172 cf. p. 481 descripsi).* — 1) *Pater vel avus Q. Petronii Melioris supra N. 1180.* — 2) *De praetoribus Etruriae quindecim populorum cf. Henzen ann. inst. arch. 1863 p. 287 seq.* — 3) *Cf. ad titulum M. Antonii Rufi scribae quaestorii principis infra (cap. VII) editum.* — 4) *3 Febr. 184.* — 5) *Curator operum publicorum perpetuus dicitur C. Nasennius Marcellus etiam C. XIV 171.*

---

**1430** Q. Acilio C. f. Papir. | Fusco v. e., proc. an|nonae Augg ! nn ![1] | [*O*]stiensium, proc. o[*pe*]|ris theatri Pomp[*eiani*], | fisci advocato codic[*il*]|lari stationis heredi[*ta*]|tium et cohaerentium, cu[*r.*] | Laurentium vico Augustanorum, | sacerdoti Laurentium | Lavinatium, resp. | municipi Severiani | Antoniniani lib. Thib. Bure, | [*civi*] et patrono.

*Thibursici Bure provinciae Africae (VIII 1439 vidit Wilmanns).* — 1) *Erasae tertia* g *tertiaque* n *pertinentes ad Getam.*

**1431** Q. Acilio C. fil. Pap. | Fusco v. e., | procurat. annon. | Augg. ⟨n⟩n. ⟨p. c.⟩[1] Ost., procur. | operis theatr. Pompeian., | fisci advocat. codi-

cill. | stationis hereditat. | et cohaerent., sacerd. | Laurent. Lavinat., | corpus mesorum | frument. adiutorum | et accęptorum Ost. | erga se benignissimo.

*Ostiae (XIV 154 descripsi).* — 1) *Tres litterae lineolis inclusae postea intrusae sunt in locum totidem litterarum erasarum. Scilicet hac rasura et aliarum litterarum substitutione effectum est, ut Fuscus ex procuratore annonae trium Augustorum nostrorum* (Auggg. nnn.) *evaserit procurator duorum Augustorum nostrorum, patronus coloniae Ostiensis.*

---

**1432** . . Cominio . . | Claud. Bo . . . . | Agricola[*e Aur*]elio | Apro, praef. cohor[*t.*] | tert. Bracaraugustano., | tribun. leg. [*I*] Adiut., procur. | Augustorum ad annonam | provinciae Narbonensis | et Liguriae, praef. a[*lae*] miliariae | in Mauretania Caesariensi, | navic. marin. Arel. | corp. quinq., patron. | optimo et innocentis|simo.

*Arelate (XII 672 vidit Hirschfeld).*

---

**1433** Aegippi. | L. Mussió Aemiliano | Laurenti Lavinatium, | IIII milit.[1], v. e., praef. vehicul. | trium prov. Gall. Lugdunens. | Narbonens. et Aquitanic. | ad ~~SS~~ LX, proc. Alex. Pelusi p . . .[2] | ad ~~SS~~ C, proc. portus utriusq. ad [*SS CC*], | viro innocentissimo, | codicarií navicularií et | quinq. corp. navigantes, ob | insignem eius erga se | benivolentiam ac singu|larem abstinentiam. *(In latere)* dedic. XV kal. Iun. | dd. nn. [*Philippis*] | Augg. cos.[3], | curant. Nun. Hermogen[*e*], | Aun.[4] I. Paulino Coz[4]. . .

*Romae olim in hortis privatis, quo allata est sine dubio ex Ostia vel ex portu Ostiensi (VI 1624. XIV 170 descr. Pighius aliique).* — 1) *Cf. supra N. 1154 not. 2.* — 2) Pelusi P[*hari*] *suppleverunt alii;* Pelusi p[*hylac.*] *(cf. supra N. 1341 not. 2) Hirschfeld Verw. I p. 265 not. 8.* — 3) *A. 247 vel 248.* — 4) *Nomina vix recte excepta.*

---

**1434** L. Báebius L. f. | Gal. Iuncinus[1] | práef. fabr., práef. | coh. IIII Raetorum, | trib. milit. leg. XXII | Deiotariánae, | práef. álae Astyrum, | práef. vehiculórum, | iúridicus Aégypti.

*Messanae (X 6976 aliquoties descripta saec. XVI. XVII).* — 1) *Pater vel certe ex maioribus L. Baebii Aurelii Iuncini N. 1358.* — 2) *Legio duoetvicesima Deiotariana videtur a Traiano sublata esse; praefectura tamen vehiculorum Iuncinus potest functus esse sub Hadriano (Hirschfeld Verw. p. 100 not. 3).*

---

**1435** T. Flavio T. f. Quir. Macro | IIvir., flamini perpe|tuo Ammaedarensium, | praef. gentis Musulamio|rum, curatori frumenti | comparandi in annona[*m*] | urbis facto a divo Nerva Tra|iano, proc. Aug. praediorum | saltum [*Hip*]poniensis et Thevestini, | proc. Aug. provinciae Siciliae, | munici[*pes*] municipi.

*Calamae in Numidia (VIII 5351 semel descripta).*

---

**1436** C. Annio Flavia|no equo public., | procur. tractus Karthagi|niensis, procur. | Alpium Atrec|tinarum, sub|praefec. classis | praet. Misenens., | praef. alae I Fl. Sa|bastenorum, trib. | leg. III Italic., praefec. cohortis IIII | Raetorum, donis | militarib. dona|tus bello Ger|[*ma*]nico II[1] . . . . | . . . . . . . . . . | . . . . . . . .

*Prope Thamugadem rep. (Eph. epigr. 5, 699, ad apographum Poullii).* — 1) *Bellum Germanicum secundum recte accepit Schmidtius l. c. de expeditione Germanica Sarmatica Marci et Commodi (cf. supra N. 1140 not. 9, 1420 not. 2).*

---

**1437** M. Claudio Q. f. | Quir. Restituto | proc. Aug. dioece|seos regionis Ha|drumetinae et The|vestinae et ludi | matutini et ad pu|tandas rationes | Syriae civitatium[1], | trib. leg. VII Gemi|nae, praef. coh. I | Gaetulorum, | . *! ! ! ! ! ! !*[2] Aug. lib. tabul. | d. d.

*Cirtae (Constantine) (VIII 7039 vidit Wilmanns).* — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 861 not. 4.* — 2) *Nomen abrasum, nescimus qua de causa.*

---

**1438** L. Iulio Victor[*i*] | Modiano v. e., proc. | Auggg. nnn.[1] per Nu|midiam, v. a. proc. trac|tus Thevestini[2], | Fortunatus Vindex | et Diotimus Auggg. | lib., adiut. tabul.[3], | fusae *(sic)* amore eius | semper et digna|tione protecti.

*Cirtae (Constantine) (VIII 7053 vidit Wilmanns).* — 1) *Trium Augustorum, Severi, Caracallae, Getae.* — 2) *Vices agenti procuratoris tractus Thevestini.* — 3) *Adiutores tabulariorum.* — *Eidem procuratori positus est titulus Thagastensis VIII 5145.*

---

**1439** [*M.*] Aemilio | Clodiano | e. v., proc. Aug[*g.*] n[*n.*][1] | patrimonii | reg. Leptiminensis | item privatae | reg. Tripolitanae, | ob singularem eius | innocentiam | Oeenses | publice.

*Theveste (VIII S. 16542 descripsi). Simul prodiit alter eiusdem viri titulus positus a Sabratensibus (VIII S. 16543). Eiusdem fortasse est titulus Thysdritanus VIII S. 11103 prope Thysdrum repertus.* — 1) *Videntur significari Caracalla et Geta.*

---

**1440** Vindici. | C. Postumio Saturnino | Flaviano e. v., procura|tori centenario regio|nis Hadrimetinae, fun[c]|to etiam partibus duce|nari ex sacro praecepto | in eadem regione, | L. Sempronius Maximus | fl. p. patrono.

*Henchir Harat in provincia Africa, ubi fuit Segermes (VIII S. 11174 vidit J. Schmidt). Iuxta extat titulus gemellus sed mutilus quem posuit eidem procuratori* Victor Augg. lib. *(VIII S. 11175).*

---

**1441** . . . . . . | patr . . . . . . . ate, praef. | coloniae, actori public., | IIviro ab aerario, item | IIviro á iúre dícundo, | flamini Augustali, cui | divus Aurel. Antoninus | centénariam procuration. | prov. Hadrymetinae dedit, | sacerdoti ad aram Caes. n.

*Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon II p. 115). A dextra superest particula tituli alterius, dedicati ut videtur matri illius viri.*

---

**1442** T. Petronio T. f. | Aniens. Prisco | procuratori Aug. | ferrariarum et annonae | Ostis, | praef. alae II Pannonior., | trib. leg. VII Geminae Felicis, | praef. coh. III . . . ., | tr. . . . . . | lyntr. . . . . | L. d. d. d.

*Ostiae (Eph. ep. 7, 1212 vidit Huelsen).*

**1443** L. Domitio | . . . roti[1] vi|ro ex eques|tribus tur|mis egregio, | procuratori | metallorum | [*P*]ann[*o*]n. | [*et*] Delm[*a*]t., mi|[*r*]ae inte[*g*]ritatis | [*e*]t bonitatis, | M. Aur. Ru[*st*]icus | v. e., duce[*n.*], amico | praesta[*nt*]issimo.

*Prope Srebrnicam Bosniae in argentifodinis rep. (III S. 8361 Domaszewski vidit ectypum).* — 1) IFROTI *legit Domaszewskius; Erotis vel potius Nepotis cognomen Domitio videtur fuisse.*

---

**1444** memoriae | Aureli Ca[*e*]|ciliani pra[*e*]|positi vectig|alium posui[*t*] Epictetus | alumnus.

*Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 180).*

---

**1445** M. Aurelio Basileo | viro ducenario, proc. | rationis castrensis, | ordo decurionum ob | tanto amore quam *(sic)* erga | patriam nostram praes|tare consuevit.

*Interamnae ad Lirim (X 5336 vidit Mommsen). — Hic solus procurator castrensis innotuit dignitatis equestris, cum praeterea procuratores castrenses sint libertini (Hirschfeld Verw. p. 196).*

---

**1446** Palladi.[1] | Prudentissimo | et | benignissimo | patri | P. Aelio Dionysio | p. v. rationali | Vettenia Sabinilla v. V.[2]

*Romae (VI 1587 bis vel ter descripta saec. XVII/XVIII).* — 1) *Dionysii agnomen.* — 2) *Virgo Vestalis.*

---

**1447** Sex. Caesio Sex. [*f.*] | Propertiano | flamini Ceriali | Romae, proc. imp. | a patrim. et heredit. | et a li[*b*]ell.[1], tr. mil. leg. IIII | Macedonic., praef. coh. | III His[*pa*]nor., hast. pura | et coron. aurea don., | IIIIvir. i. d., IIIIvir. quinq., pon[*t.*], | patron. mun.

*Mevaniae in Umbria (XI 5028 descripsit Bormann mutilam, supplevit ex apographis priorum).* — 1) *Paene certum videtur, ut exposuit Bo., Propertianum his muneribus functum esse sub Vitellio. Is enim munera huius generis antea a libertis geri solita in equites Romanos contulit (Tac. hist. 1, 58); legio autem quarta Macedonica, cuius tribunus antea fuerat Propertianus, post finem anni 69, cuius anni principio una cum reliquis legionibus Germanicis Vitellium imperatorem consalutaverat, non memoratur, exauctorata sine dubio a Vespasiano. Vitellium autem praecipue equites in exercitu suo Germanico stipendia facientes ad haec munera promovisse et per se probabile est et paene indicat Tacitus l. c., cum ait laudata militum alacritate Vitellium ministeria principatus per libertos agi solita in equites Romanos disposuisse.*

---

**1448** Cn. Octavius Titinius Capito[1] | praef. cohortis, trib. milit., donat. | hasta pura corona vallari, proc. ab | epistulis et a patrimonio[2], iterum ab | epistulis divi Nervae, eodem auctore | ex s. c. praetoriis ornamentis, ab epistul. | tertio imp. Nervae Caesar. Traiani Aug. Ger.[3], | praef. vigilum, Volcano d. d.

*Romae (VI 798 vidit Henzen). — 1) Hic Titinius Capito memoratur a Plinio ep. 1, 17. 8, 12, ut litterarum et memoriae clarorum virorum studiosus. — 2) Ab epistulis fuit Domitiano, cuius nomen more solito suppressum est, simul eiusdem procurator a patrimonio, ab epistulis etiam Nervae et Traiano; iterasse dicitur officium, quoniam morte imperatoris mandatum huius generis cessisse putandum est, cf. Mommsen ad mon. Ancyr.[2] p. 179.*

---

**1449** . . . . . . . proc. | [*imp.*] Caesaris Trani (*sic*) Hadriani | [*Aug.*] ad dioecesin Alexandr., | [*p*]roc. bibliothecar. Graec. et | Latin., ab epist. Graec., proc. Lyc. | Pamp. Galat. Paphl. Pisid. Pont., | proc. heredit. et proc. pro[*vin*]|ciae Asiae, proc. Syriae, | Hermes Aug. lib. adiut. | eius | h. c.[1]

*Ephesi (III 431). — Ad eundem virum pertinet alter titulus fractus rep. in Syria: [ἡ βουλὴ κ]αὶ ὁ δῆμος | . . . . . ιμονι, ἐπιτρόπῳ | [αὐτοκράτορος Κ]αίσαρος Τραιανοῦ | [Ἁδριανοῦ Σεβασ]τοῦ ἐπὶ διοικήσεως | [Ἀλεξανδρείας, ἐπ]ιτρόπῳ βυ[β]λιοθηκῶ[ν | Ῥωμαίων καὶ Ἑλ]ληνικῶν, ἐπὶ ἐπιστολῶν | [Ἑλληνικῶν, ἐπ]ιτρόπῳ ἐπαρχειῶν | [Λυκίας Παμφ]υλίας Γαλατίας Πι[σι]δίας Πόντου Παφλα]γονίας Λυκαονία[ς, ἐπιτρόπῳ κ]ληρονομιῶν [καὶ ἐπιτρόπῳ | ἐπαρχείας Ἀ]σίας, ἐπιτρ|όπῳ ἐπαρχείας Συρ]ίας . . . . . ἐπιτ[ρόπῳ] . . . (Beaudouin et Pottier Bull. de corr. hell. 3 p. 257). Ex vestigiis nominis in hoc relictis Hirschfeldius (ap. Friedländer Sittengeschichte 1[6] p. 187) coniecit, titulos positos fuisse Eudaemoni amico Hadriani, quem memorat vit. Hadriani c. 15. — 1) Honoris causa.*

---

**1450** dis manib. | L. Domitio L. f. Quir. Rogato pontif. | minori, proc. Aug. provinc. Dalmat., | proc. monetae Aug., ab epistul. Lucii | Aelii Caesaris[1], praef. eq. alae I Ara|vacorum, trib. mil. leg. VI Victric., | praef. coh. I Fl. equitatae, praef. coh. I | Dalmatar., accenso velato, | Domitia Venusta marito optimo | et sibi.

*Prope Romam rep. (VI 1607 vidit Henzen). — 1) A. 137.*

---

**1451** Sex. Caecilio Q. f. | Quir. Crescent[*i*] | Volusiano praefect. | fab., sacerd. curioni | sacris faciendis, advo|cato fisci Romae, proc. | [X]X her., ab epistu[*l.* | *di*]vi Antonini, ab | [*ep*]istu[*l.*] Augustorum[1], pa|trono municipii, d. d. p. p.

*In provincia Africa, ad pontem Bagradae prope Teburba (VIII 1174 semel vel bis descripta saec. XVIII). — 1) Ab epistulis fuit Antonino Pio et post huius mortem Augustis fratribus.*

---

**1452**

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . ilio C. f. . . . . . . . . . .
[*adlecto in amplissimum*] ordinem inter praetorios iudici[*o*] . . . . . . .[1]
. . . . . . . . [*ab epist*]ulis Latinis, procuratori summarum ratio[*num* . .
. . . . . [*proc. prov. A*]siae, iuridico Alexandreae, ab epistulis [*Latinis adiutori*][2]
. . . . . [*proc. prov.*] Macedoniae, ab commentariis Corneli Re[*pentini pr. pr.*][3].

*Romae rep. ad viam Appiam, ubi creditur fuisse villa Quintiliorum fratrum (VI 1564 vidit Henzen). — 1) Exciderunt imperatoris imperatorumve (M. Aurelii et Veri ut videtur cf. not. 3) nomina. — 2 Supplevit Mo. mem. inst. arch. 2 p. 291, fortasse recte. — 3) Praefectus praetorio fuit sub finem regni Antonini Pii, cf. Hirschfeld Verw. 1 p. 226.*

**1453** C. Calvisio | C. f. Pob. | Statiano | populi | advocato, | ab epistulis | Latinis | Augustor., | Veronens. | patrono.

*Veronae (V 3336 vidit Mommsen).*

---

**1454**

C. Iul. C. fil. Quir.
Celso Maximiano
adlecto annorum quattuor
in amplissimum ordinem
ab imp. T. Aelio Hadriano
Antonino Aug. Pio p. p.

C. Iul. C. fil. Quir. Celso
a libellis et censibus,
proc. provinciar. Lugud. et Aquitanic[*ae*],
proc. patrimoni, proc. XX hereditat. Roma[*e*],
proc. Neaspoleos et mausolei Alexandriae, proc.
XX hereditat. per provincias Narbonens[*em*]
et Aquitanicam, dilectatori per Aquitanica[*e*]
XI populos, curatori viae lignariae triumpha[*lis*].

Appiánus Aug. lib. tabul. ration. ferrar.

*Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 135).*

---

**1455** ........ [*a libellis imp. Commodi*] Pii Felicis Aug.[1], ducenario[2], | praef. vehicul., a copis Aug. | per viam Flaminiam, | centenarió, consiliario | Aug., sacerdotí confarreationum et diffarreationum, | adsumpto in consilium ad HS LX m. n., | iurisperito, Antiates publ.

*Antii rep., est Romae (X 6662 vidit Henzen).* — 1) *Eiusdem viri intellexit Hirschfeld Verw. 1 p. 101 not. 1 (cf. Friedländer Sittengesch. I⁶ p. 179) esse titulum urbanum C. I. Gr. 5895 = Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. 1072: M. Αὐρήλιον Παπίριον Διονύσιον τὸν κράτιστον καὶ ἐνδο[ξ]ότατον ἔπαρχον Αἰγύπτου καὶ εὐθενίας, ἐπὶ βιβλειδίω[ν] καὶ διαγνώσεων τοῦ Σεβαστοῦ, ἔπαρχ[ον] ὀχημάτων καὶ δουκηνάριον ταχ[θέντα] καὶ περὶ τὴν Φλαμινίαν ἐπιτη[δείων], συμβουλόν τε τοῦ Σεβαστοῦ .... ον λε ...., eundem autem esse Papirium Dionysium praefectum annonae sub Commodo et ab eodem interfectum (Dio 72, 13. 14).* — 2) *Cf. Hirschfeld Verw. p. 101 not. 1; Mommsen Staatsr. II³ p. 1051 not. 2.*

---

**1456** ..... [*Pr*]isco s[*ub p*]raef. vigil[*um*], | flamini Vul[*can.*], | magistro a lib[*ellis*, | *m*]agistro a cen[*sib.*] | ....

*Romae rep., nunc Cusercolis (VI 1628 ad exemplum Marinii).*

---

**1457** ... itio Eglecto Iuliano p. v., | [*magi*]stro a studis Augg., | ... [*pro*]c. prov. Asiae, proc. | .......... e .. proc. hered. ...............

*Romae (VI 1608 vidit Bormann).*

---

**1458** L. Vibio Fortunato L. [*L.*][1], | haruspici Aug. n., magistro | a studiis, proc. ducenario | stationis hereditatium.

*Carinolae in agro Falerno rep., est Neapoli (X 4721 vidit Mommsen).* — 1) *Laurenti Lavinati (supplevit Mommsen).*

---

**1459** Q. Axilio | Urbico | viro | perfectissimo, | magistro | sacrarum | cognitionum, | a studiis et | a consiliis Augg., | Aquileienses | publice | patrono | praestantissimo | d. d.

*Aquileiae rep. a. 1876 (V 8972 descr. Gregorutti).*

**1460** Silvano | Augusto | M. Aemilius | Laetus | a studiis | Augusti | dicavit.

*Lugduni, litteris pulchris (Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 178).*

---

## Conductores. Mancipes.

**1461** deae | Hludanae[1] | conductores | piscatus, mancipi[2] | Q. Valerio Secu|ndo, v. s. l. m.

*Beetgum prope Leeuwarden Frisiae rep. a. 1888 (Boissevain Mnemosyn. 1888 p. 439; Zangemeister Korrespondenzbl. der westd. Zeitschr. 8, 1889 p. 3).* — 1) *De Hludana quae scimus congessit Zangemeister l. c. p. 5.* — 2) *Scr.* mancipe. *Mancipem apparet hoc loco esse conductorum quasi magistrum.*

---

**1462** socii | quinquagen.[1] | anni | Tenati Silvini | d. d.

*Prope Granadam rep. (II 5064 Huebner vidit ectypum).* — 1) [*Intellegitur societas publicanorum, et quidem portitorum, nam ubi vicesima, quadragesima similiaque memorantur sine adiectione, solent intellegi portuum vectigalia. Earum societatum magistros in annum factos esse notum ex Verrinis (2, 2, 74, 182 cet.) (Mo.).*]

---

**1463** dis man. | Q. Saeni Q. fil. Fab. | Pompeiani[1] | cond. IIII p. Afr.[2] | Fuficia Clymena | uxor, | Prosdectus et | Trypherus | lib.

*Romae, nunc Neapoli (VI 8588 vidit Mommsen).* — 1) *Hic est, ut monuit Mo., Saenius Pompeianus commendatus a Frontone Marco Caesari (5, 34 p. 86 ed. Nab.) his verbis: 'Saenius Pompeianus in plurimis causis a me defensus, postquam publicum Africae redemit' (cf. not. 2), 'plurimis causis rem familiarem nostram' — Fronto ex Africa oriundus erat — 'adiuvat; commendo tibi eum cum ratio eius a domino nostro patre tuo tractabitur'.* — 2) *Conductori quattuor publicorum Africae.*

---

**1464** Genio I[*uli*]|orum Ianu|ari Capitonis | Epaphroditi n.[1], | c. p. p.[2], | Hermes ser. vi[*l.*] | p.

*In Bulgariae oppido Lom ad Danuvium, ubi fuit Almus (III 6124 cf. p. 1338 vidit Domaszewski).* — 1) *Nostrorum.* — 2) *Conductorum publici portorii. Horum conductorum servi redeunt infra N. 1855. 1857; ad unum ex iis ipsis, Capitonem, spectat N. 1465. Videntur vixisse temporibus divorum fratrum.*

---

**1465** . . Iul. Capitoni[1] c. p. p. Illyric. | [*e*]t r. T.[2], omnib. honoribus ab ord. | [*co*]l. Fl. Sirmiatium honorato[3], et | [*s*]ententiae dicundae item sacerdotalib. | ab ordine col. Ulp. Oesc. et statuam aere col., | decretis iam pridem ab eodem ordine | ornamentis IIviral.[4]; item decuriona|lib. ornamentis honorato ab ordinib. | coloniar. Ulpiae Poetovionensis | ex Pannonia superiore[3], Ulp. Ratiar. | ex Moesia superiore[3], Traianae Sarmi|zegethusensium ex Dacia superiore[3], | item IIviralib. ab ordine municipi | Romulensium[3]; buleutae civitatis | Ponticae Tomitanorum[3], patrono | Aug.[5] col. Ulp. Oesc.: | ordo col. Ulp. Oesc. statuam aer[*e*] | collato cum ornamentis sacer|dotalib. ex decreto, et ornament. | IIviral. iam pridem hono-

rato[6], | ob eius erga se merita. Honore | contentus impendium remisit. | L. d. d. d.

*Ad Danuvium rep. non longe ab eo loco ubi fuit Oescus, est Bukaresti (III 753. III S. 7429 vidit Domaszewski).* — 1) *Cf. N. 1464.* — 2) *Conductori publici portorii Illyrici et ripae Thraciae (cf. N. 1855).* — 3) *Nota civitates quae Capitonem honoribus affecerunt, omnes esse earum provinciarum quarum portoria ille redemerat.* — 4) *Honores in Capitonem ab ipsis Oescensibus collati (praeter ius sententiae dicendae) redeunt infra (cf. not. 6) in clausula tituli; videntur hoc loco postea demum intrusi esse, unde explicatur, nonnulla minus apte dicta esse.* — 5) *Augustalium.* — 6) *Titulus positus est Capitoni ab ordine Oescensium sub statua quam aere collato fecerat, cum ei praeterea ornamenta sacerdotalia decrevisset; additur iam pridem eidem ornamenta duoviralia decreta esse.*

---

**1466** I. o. m. | M. Trebius | M. fil. Palat. | Alfius equo | p., praef. i. d. | Aquil.[1], | c. f. N.[2], | v. s. l. m.

*Tiffen prope Feldkirchen Carinthiae, non longe a Viruno capite Norici, rep. (III 4788 bis descripta).* — 1) *Praefectus iure dicundo Aquileiae.* — 2) *Conductor ferrariarum Noricarum.*

---

**1467** Isidi Norei. | v. s. l. m. | pró salúte | Q. Septuei | Clémentis | con. fer. N.[1] p. d.[2] | et Ti. Cl. Héraclae | et Cn. Octa. Secundi | pro. fer.[3], Q. Septueius | Valéns pro. ferr.[4]

*Rep. non longe a ruderibus Viruni, est Klagenfurt (III 4809 vidit Mommsen).* — 1) *Conductoris ferrariarum Noricarum.* — 2) *Partis dimidiae, proposuit Mommsen; Pannonicarum Dalmaticarum, Hirschfeld Verw. p. 76.* — 3) *Procuratorum,* 4) *procurator ferrariarum.*

---

**1468**

L. Calius M. f. Cla. Cremona *Na*[1] . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Concordia[2], decurio, quaes*tor* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . [*in*]
operis publicis in Bithynia fuit; *is tes*[*tamento* . . . . *sibi et* . . *Calio M. f.*]
Cla. Cremona[2] Malliolo fratri, *is fo* . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
et in operis publicis in Asia et *Isau*[*ria fuit* . . . . . . . . . . . . . . .

*Concordiae, nunc Utini (V 8666 descripsit Majonica).* — 1) *Litteras nonnullas nunc deperditas servavit apographum factum saec. XVI; eas litteras dedi inclinatas.* — 2) *Propter tribum Claudiam Mommsenus fratres hos putat fuisse origine Concordienses, nam Cremonenses fuerunt in Aniensi, sed natos Cremonae et alteram hanc domum abusive adscripsisse.*

---

**1469** P. Caesius P. f. Rom. | aedilis Sorae, | publicanus | Romae. | [*Arb.*] Arri Paedatis | [*et*] Hilari l. me . . .

*Aquileiae (V 956 aliquoties descripta saec. XVI—XVIII).*

---

**1470** P. Calvius Sp. f. | Iustus | mancips *(sic)* | officinarum | aerariarum | quinquae *(sic)* | item flaturae | argentariae, | hoc monumentum | cum aedificio | me vivus feci mihi et | Calviae | Asclepiadi | coniugi.

*Romae (VI 8455 vidit Henzen).*

---

**1471** d. m. s. | Cn. Cornelio | Cn. f. Sab. | Musaeo | mancipi viae Appiae, | Herennia Priscilla | coniugi | bene merenti | fecit.

*Romae (VI 8468 vidit Henzen).*

---

**1472** . . . . . . | Diadumenus[1] ma[*nceps*] | viarum Laurentinae | et Ardeatinae | coniugi | sanctissimae e[*t*] | bene merenti.

*Romae (VI 8469 vidit Henzen).* — 1) *Quamquam nomen libertino magis aptum est quam equiti Romano, titulum nolui separare a simili N. 1471.*

## CAPVT VI.

# TITVLI PROCVRATORVM ET MINISTRORVM DOMVS AVGVSTAE CONDICIONIS LIBERTINAE ET SERVILIS.

---

**1473** dis manibus | Ti. Claudi | Aug. l. Abascanti | a rationibus, | vix. ann. XLV, | Claudia Epicharis | uxor coniugi | bene merenti f.

*Romae (VI 8411 vidit Henzen).*

---

**1474** Diadumenus | Aug. lib. | a rationibus[1] | Aniceto lib.

*Romae (VI 8415 bis descripta).* — 1) *Ad eundem pertinent C. X 3347 et tubus plumbeus editus Bull. com. 1886 p. 104 n. 1158. Idemque videtur esse Diadumenus Antonianus, cuius servus in pariete cuniculi cuiusdam prope Neapolim talia inscripsit:* Macrinus, Diadumeni Aug. l. proc. Antoniani disp., hic ambulavit Nerva et Vestino cos. *(a. p. Chr. 65)* pr. idus Ianuarias; Macrinus, Diadumeni Aug. l. proc. Antoniani disp., hic ambulavit a villa Polli Felicis *(cf. Stat. silv. 3, 2)*, quae est epilimones, usque ad emissarium Paconianum Nerva et Vestino cos. *(Herm. vol. 18 p. 158).*

---

**1475** T. Aurelio | Aug. lib. | Aphrodisio | proc. Aug. | a rationibus, | s. p. q. L.[1] | dedic. Q. Varinio Q. f. | Maec. Laeviano aed.

*Lanuvii (Civita Lavinia) (XIV 2104 vidi ipse).* — 1) *Senatus populusque Lanuvinus.*

---

**1476** Cosmi Aug. l. a rat.

*Romae in Aventino rep., fistula plumbea aquaria (Descemet ann. inst. arch. 1857 p. 69).* — 1) *Idem Cosmus memoratur C. VI 455. IX 2438; a rationibus fuit Marco et Vero.*

*Alios Augustorum libertos a rationibus enumerat Friedländer Sittengeschichte, I⁶ p. 172 seq.*

---

**1477** M. Aur. Aug. liber. | Marcioni proximo | rationum, proc. | marmorum, proc. | prov. Britanniae, | proc. summi chorag., | proc. prov. Fryg., | Senecianus collib. | ex tabular. | h. c.[1]

*Tricomiae (Kaimaz) in Phrygia (III 348 descr. Barth et Mordtmann).* — 1) *Honoris causa.*

---

**1478** d. m. | M. Aurelio Aug. | lib. Isidoro mel|loproximo a ratio|nibus, Aurelií Her|mes alumnus et Gly|con nutritor et | Maximus bene | merenti fe|cerunt.

*Romae, nunc Florentiae (VI 8425 vidit Bormann).*

---

**1479** Astylo | Caesaris | ser. | a rationibus | adiutori, | Claudia | Euhodia | coniugi b. m. p.

*Romae (VI 8419 aliquoties descripta saec. XVII. XVIII).*

---

**1480** d. m. | Felici Caes. | n. vern. | adiutori ra|tionalium, | Patron Aug. lib. | pater fec., vixit | ann. XXIII d. XXV, h. s.

*Romae (VI 9033 vidit Henzen).*

---

**1481**

d. T. Ael. Aug. lib. Saturo proc. pr[*ovinc.*] . . . . . [*m.*]
et Fl. Mysticillae eius, piissimis [*parentibus et*] . .
Aug. lib. Luciano proc. provin. Narbonensis, m . . . . . . . . . . .

*Romae (VI 8569 vidit Henzen).*

---

**1482** T. Ael. Augg. lib. | Restituto proc. | [*S*]yriae Palaest. | . . . Trophimus . . . . . . . .

*Romae rep. (VI 8568 vidit Henzen).*

*De his procuratoribus provinciarum ordinis libertini cf. Mommsen Staatsr. III p. 555 not. 1; O. Hirschfeld Sitzungsber. der preuss. Akad. 1889 p. 424.*

---

**1483** d. m. | Acasto Aug. lib. | procuratori | provinciae | Mauretaniae | et tractu. Campan., | Nonia Crispinilla | uxor marito | maerenti.

*Formiis (X 6081 ad apographum Sirmondi).*

---

**1484** d. m. | M. Ulp. Augg. lib. | Probus proc. provinc. Pannoniae | super. et Africae | reg. Thevest., vixit annis LXXI m. V dieb. XIII, | Ulp. M. f. Probitas | privigna et heres b. m.

*Ostiae rep., nunc Romae (XIV 176 vidit Henzen).*

---

**1485** d. m. | Basso Aug. lib. | prox. ab epistulis | Graecis, proc. tractus | Carthaginiensis, | Fabia Q. f. Priscilla | marito piissimo, | item Claudius Comon | patri bene merenti fecerunt.

*Romae (VI 8608 saepius descripta saec. XV/XVI).*

---

**1486** dis manibus sacrum | Hypnus pius vixit | annis XXIII, hic situs est. | Asiáticus Aug. lib. próc. | regiónis Assurítánae, | pió alumnó bene dé sé | meritó fécit.

*Carthagine (VIII S. 12879 vidit Schmidt); rep. a. 1880 vel 1881 in sepulcreto, quod una cum altero sepulcreto iuxta sito et simul reperto, dedit epitaphia amplius sescenta (VIII S. 12590—13214), in his multa servorum et libertorum domus Augu-*

*stae Carthagine consistentium (ut infra edita N. 1498. 1510. 1550. 1651. 1652. 1680. 1711. 1714—1716. 1744. 1820. 1835), pleraque scripta exeunte primo vel ineunte atque etiam medio altero saeculo p. Chr. (cf. Mommsen Eph. ep. 5 p. 108, C. VIII S. p. 1335).*

---

**1487** Ti. Claudius Marcellinus | [*proc. A*]ug. a patrimonio, | . . . . . .

*Prope Romam rep. ad viam Cassiam (VI 8501 a descr. Amati; fragmentum VI 8501 b num recte cum eo coniunctum sit, dubito).*

---

**1488** Oronti | Aug. lib. próc. | patrimóni, | vixit annis | LXXXXVI, | Alexander próc. | piissimus filius | fecit.

*Puteolis (X 1740 vidit Mommsen).*

---

**1489** Lémnó Aug.[1] l. | proc. | patrimóni et | hered. et | Domitiae Phyllidi | L. Domitius Lémnus f.

*Romae (VI 8499 descripsit de Rossi).*

**1490** Domitiae Phyllidis | C.[2] C. Domiti Lemni | procur. | Germanici Caesaris.[1]

*Florentiae, antea in vico Etruriae Montevarchi, sed origine sine dubio urbana (VI 8500. XI 1753).* — 1) *Intellege: Augustae liberto, scilicet Domitiae Domitiani (cf. Hirschfeld Verw. p. 34 not. 5).* — 2) *Aut* C. *legendum: coniugi (Mo.), aut statuendum* CC *errore incisum esse pro* Cn. — 3) *Domitianum intellege (Hirschf.).*

---

**1491** P. Aelius Hilarus | Augg. lib., qui | proc.[1] Alexandriae | ad rat. patrimonii.

*In agro Romano sub Tusculo (XIV 2504 ter descripta saec. XVII/XVIII).* — 1) *Procuravit.*

---

**1492** d. m. s. | Iuliae Optatae | an. XXIII, | P. Aelius Aug. lib. | Alexander tab. | provinciae Lusit. | coniugi dulcissimae | fecit.

*Emeritae (II 486 aliquoties descriptae saec. XVIII).*

---

**1493** d. m. s. | P. Aelio Vitali | Aug. lib., tabul. | provinc. Lusitan|iae et Vettoniae, | Stephanus lib. | et heres patro|no fecit.

*Emeritae (II 485 aliquoties descripta saec. XVI).*

---

**1494** d. m. | P. Aeli Aug. lib. | Onesimi | tabul. prov. Iudiae.

*Romae (VI 8579 semel descripta saec. XVII, accurate ut videtur).*

---

**1495** d. m. | Aureli | Sigeri | Aurelius | Augg. lib. | Aphrodisius | tabularius | Alpium Cot|tiarum.

*Segusione, nunc Taurinis (V 7253 vidit Mommsen).*

---

**1496** d. m. M. Aurelius | Augg. lib. Euemer. | tabul. sacrarum pe|cuniarum provin|ciae[1] Cretae, cum Pac|cia Zosime uxore, | M. Aurelium Pistum | alumnum suum bene | merentem annis na|tum XXII hic condiderunt.

*Livorni, ubi reperta sit nescio (Bull. inst. arch. 1884 p. 12 Henzen vidit ectypum).* — 1) *Non differt puto a tabulario provinciae; sacrae pecuniae dicuntur quia sunt imperatoris.*

---

**1497** d. m. | T. Flavio Aug. lib. | Ceriali tabul. | reg. Picen., | Phoenix Caes. n. | ser. filio pientiss. | et P. Iunius | Frontinus | fratri dulcissim. | et Celerina soror.

*Romae, nunc Parisiis (VI 8580 vidit Henzen).*

---

**1498** d. m. s. | T. Aelius Aug. lib. | Libycus adiut. | tabul. ad[1] men.[2] | Thisiduensi[3], vix. | ann. LXXVIII, | h. s. e.

*Carthagine rep. in altero utro eorum sepulcretorum, de quibus dixi ad N. 1486 (VIII S. 13188 Cagnat vidit ectypum).* — 1) *In lapide esse* ab *coniecit Schmidt.* — 2) *Mensa.* — 3) *Thisiduo oppidum Africae (cf. C. VIII S. p. 1436).*

---

**1499** I. o. m. D.[1] | Didymus Auggg.[2] lib. | ex nummul. p. P. s.[3] | pro salute sua et | Aureliae | Alexandriae | coniugis | [*v*.] s. l. m., | Apro et Maximo cos.[4]

*Poetovione (III 4035 vidit Mommsen).* — 1) *Iovi optimo maximo Dolicheno (vel: depulsori, cf. III 4033/4).* — 2) *Tertia* g *pertinens ad Getam erasa est.* — 3) *Ex nummulario provinciae Pannoniae superioris.* — 4) *A. 207.*

---

**1500** T. Flavio | Palatin. | Fusciano, | Tertioli[1] Aug. lib. | proxim. rational. | et a commentaris | provinc. Belgicae | filio pientissimo, | Flavia Irene[2] infelicissima | mater fecit et sibi et suis, | vix. ann. XXV m. VII d. XXVIII. | H. m. h. n. s.

*Prope Formias (X 6092 bis descripta saec. XVI).* — 1) Tertio. li *vel* Tertio L. f. *apographa.* — 2) *Eadem ut videtur Flavia Irene est infra N. 1617 (monuit Gudius).*

---

**1501** dis manibus | Coeno August. arcar. | provinciae Belgicae | et Homulliae Coenillae et | C. Iulio Proculo filis eius, | Caninia Helpis.

*Romae (VI 8574 vidit Henzen).*

---

**1502** d. m. s. | Iuliae Iustae Antiochus Aug. | n. Lucconianus, ark. provinciae | Africae, coniugi karis. fecit.

*Romae (VI 8575 vidit Bormann).*

---

**1503** Veneri | sacrum | et Genio colle[*gi*] | Aug. Corinth., | Sagaris Alcimi | Aug. vern. ark. vic.[1] | vot. posuit libens | animo, sacerdotio | . . . .

*Venetiis, ex Graecia sine dubio adlata (V 8818 cf. III S. 7268 semel descripta saec. XVIII).* — 1) *Alcimi, Augusti vernae, arkarii, vicarius.*

**1504** dis manibus | Q. Turranio Maximo | praeceptori et | amico bonorum | consiliorum, | Sagaris Alcimi Aug. ser. | vernae arcari provinc. | Achaiae vicar. | merenti memoria.

*Athenis (III 556 descripta saec. XVIII).*

---

**1505** d. m. | Aciliae Lamyrae coniugi | carissimae, Apollonius | Aug. n. verna arcarius pro|vinciae Asiae, hoc monumentum | cum sarcophago fecit et sibi et su|is. Quorum curam agunt collegia | lib.[1] et servorum domini n. Aug. i. s.[2]: | magnum[3], et Minervium tabulari|orum, et

Faustinianum commen|taresium, et decurionum[4], et ta|bellariorum.[5] | H. m. h. n. s.

*Ephesi rep. a. 1870 (III 6077 Mommsen vidit ectypum). —* 1) *Libertorum. —* 2) *Infra scripta. Collegia haec, iudice Mommseno, non servorum Ephesi consistentium sunt, sed domus Augustae universae. —* 3) *Collegium magnum familiae imperatoriae saepius memoratur, non solum Romae (infra N. 1534. 1732), sed etiam in provinciis (III 4038). —* 4) *Collegium decurionum quid sibi velit, iure miratus est Mo. —* 5) *Simile collegium tabellariorum Caesaris Narbone sepulcrum sibi constituit, C. XII 4449.*

---

**1506** d. i. M.[1] | Diadúmenus | Nicolai Aug. | disp. arcar.[2] | regn. Noric. | d. d.

*Viruni in Norico, est Klagenfurt (III 4797 vidit Mommsen). —* 1) *Deo invicto Mithrae. —* 2) *Nicolai, Augusti (scilicet servi), dispensatoris arcarius; cf. infra N. 1660. 1661.*

---

**1507** . . . . . . | Hadriani, | disp. divi Marci provinciae Cili|ciae, patri, et Aeliae Zoe sorori, | Salvius Aug. lib. adiut. | fisci Asiatici fecit.

*Romae (VI 8577 vidit Henzen).*

---

**1508** Locho Aug.[1] | disp. Delmatiae[2], | Himer. Aug.[1] | disp. Moesiae | patri piissimo.

*Salonis (III 1994 cf. III S. 8575 vidit Hirschfeld). —* 1) *Augusti, scilicet servo (servus). —* 2) Deimatiae *lapis.*

---

**1509** d. m. | Atiliae | Primitivae | coniugi | inconparab., | Herma Augg. | verna disp. | region. Padan.[1] | Vercellensium | Ravennatium | b. m. p.

*Ferrariae (V 2385 vidit Mommsen). —* 1) *Cf. de Vit Bull. com. 1891 p. 177.*

---

**1510** d. m. s. | Epictetus Augus|torum ver. disp. | reg. Thug.[1], pius vi|xit ann. XXXVII, | Aelia Satyra pio marito | fecit.

*Carthagine rep. in eodem sepulcro in quo N. 1486 (VIII S. 1289 vidit I. Schmidt). —* 1) *Dispensator regionis Thuggensis.*

---

**1511** d. m. | Ianuario | vernae dulcissimo | q. v. a. XIIII m. IIII d. XIIII, | fecit Protoctetus | Aug. dispensator | ad census | provinciae | Lugdunensis | b. m.

*Romae (VI 8578 solus servavit Ligorius).*

---

**1512** d. m. s. | Herm[*a*]e Aug. ser. | dispensat[*o*]ri a | tributis, pius vi|xit annis LVII, | h. s. e.

*Carthagine rep. (VIII 1028 semel descripta).*

---

**1513** memoriae | Valentinae | Aug. n. vernae | vix. ann. X m. V | Valentinianus qui | et Potinianus | Aug. n. vern. libr. | ab instrum. cen|sualibus et | Cassia Rogata | filiae karissim.

*Prope Sarmizegetusam Daciae, in vico Pestény (III 1470 III S. 7974 Mommsen vidit partem maiorem).*

---

**1514** Musicó Ti. Caesaris Augusti | Scurranó disp. ad fiscum Gallicum | provinciae Lugdunensis, | ex vicarís eius[1], qui cum eo Romae cum | decessit fuerunt[2], benemerito: |

| | | |
|---|---|---|
| Venustus[3] negot.[4], | Agathopus medic., | Facilis pediseq., |
| Decimianus[3] sump.[4], | Epaphra ab argent., | Anthus ab arg., |
| Dicaeus a manu, | Primio ab veste, | Hedylus cubicu., |
| Mutatus[3] a manu, | Communis a cubic., | Firmus cocus. |
| Creticus a manu, | Pothus pediseq., | Secunda. |
| | Tiasus cocus, | |

*Romae rep. in eodem columbario in quo N. 1588, est in museo Lateranensi (VI 5197 vidit Henzen).* — 1) *Nota ingentem numerum vicariorum Musici qui ei, cum ipse servos habere non posset, servorum loco fuerunt. Conferendi sunt tituli dispensatoribus a vicariis positi infra N. 1659. 1662. De divitiis et fastu unius ex his dispensatoribus provincialibus cf. quae narravit Plinius h. n. 33, 145.* — 2) *Videtur colligi posse dispensatorem fisci Gallici plerumque constitisse in provincia.* — 3) *Mira Venusti Decimiani Mutati nomina in servis.* — 4) *Negotiatores et sumptuarios inter servos magnarum domuum habes praeterea C. VI 9653. 4469. 4470. 7281.*

---

**1515** d. m. | Glyceri adiut. tab.[1] | fisci Asiatici, | Glycerus pater | filio dulcissimo fec.

*Romae (VI 8571 descripsit Bormann).* — 1) *Adiutoris tabulariorum.*

---

**1516** d. m. | Piero | Caesaris vern. | a commentariis | fisci Asiatici, | vixit ann. XXIIII | mes. II diebus XVIII, | parentes filio | desiderantissimo.

*Romae (VI 8572 vidit Henzen).*

---

**1517** Hermae | Aug. lib.[1], | á cubiculo | Domitiae Aug., | Fortunatus f., | proc. fisc. Asiatic. | patri piissimo et | indulgentissimo.

*Romae (VI 8570 descripsit Detlefsen).* — 1) *Idem Hermes memoratur infra N. 1834.*

---

**1518** Ulpiae Euhodiae | coniugi optimae | T. Flavius Aug. lib. | Delphicus | tabularius a ratio[*n.*, | *p*]roc. ration. thesaurorum, | hereditatium, | fisci Alexandrini.[1]

*Prope Romam ad Nomentum rep. (Eph. ep. 7, 1263 vidit Gatti).* — 1) *De fisco Alexandrino cf. Mommsen ap. Hirschfeld Verw. 1 p. 14 not. 2; Ruggiero Bull. dell' Ist. di diritto rom. I p. 261 seq. (Mommseno videtur Delphicus curavisse rationes thesauros hereditates fisci Alexandrini).*

---

**1519** T. Flávió Aug. líb. | Euschemoní | qui fuit ab epistulís | item prócurator | ad capituláría | Iudaeorum[1], | fecit | Flavia Aphrodísia | patrono et coniugí | bene merentí.

*Romae (VI 8604 viderunt Mommsen aliique).* — 1) *Intellegitur tributum Iudaeis a Vespasiano impositum (Ioseph. bell. 7, 6, 6; Suet. Dom. 12; Dio 66, 7), et sub Domitiano (cuius temporibus hic Euschemon videtur vixisse) acerbissime exactum (Suet. l. c.) Ad idem tributum a Nerva relevatum spectant nummi inscripti:* fisci Iudaici calumnia sublata. *Cf. Marquardt Staatsverw. II² p. 202.*

**1519**[a] Donato Caesaris Au[*g*.] | Salviano exactor[*i*] tributorum in Hel[*v*.], | Communis vicariu[*s*].

*Villarii prope Aventicum (Mommsen inscr. Helv. 178 vidit).*

---

**1520** Respecto | Aug. lib. | proc. heredit., | Flavia Rufina | patri piissimo.

*Romae (VI 8433 bis descripta saec. XVIII).*

---

**1521** d. m. | T. Ael. Augg. lib. Saturnin. | pr[*oc. provinciae*] Belgicae, | . . . . . . . . proc. | fisci libertatis et peculior., | tabul. a rationibus, | tabul. Ostis ad annona(m).

*Romae (VI 8450 vidit Henzen).*

---

**1522** Terrae matri | Gratus Aug. lib. | tabul. f. lib. | et pec.[1] d. d.

*Romae rep. a. 1662 (VI 772 aliquoties descripta saec. XVII).* — 1) *Tabularius fisci libertatis et peculiorum.*

---

**1523** deis et Genio | Rhodonis | Domitiae Aug. ser., | exactor. hered. | legat. peculior.[1], | vix ann. p. m. XXIIII, | Rhodinus fratri | optimo piissimo | et gemino | sibi fecit.

*Romae, nunc Florentiae (VI 8434 vidit Henzen).* — 1) *Exactoris hereditatium, legatorum peculiorum; cf. Hirschfeld Verw. p. 56.*

---

**1524** . . . . . . . . . . [*et*] Euphemo Lucillae[1] Aug. a legatis, et Aureliae Aphrodisiae coniugi suae, et libertis [*libertabus post*]erisque[2] eorum.

*Romae (VI 8434 a semel descripta saec. XVII).* — *Initio aliquid periisse non traditur.* — 1) Lucillae ae, 2) n. et sierisque *traditur.*

---

**1525** d. m. | Primo Aug. ser. | praesignator. | hereditat., | filio piissimo | b. m.

*Romae (VI 8436 descr. saec. XVII Fabrettius).*

---

**1526** d. m. | Ulpiae sive Aeliae Aug. lib. | Apate, et Ulpio Felici fil., vixit | ann. X dieb. C, fecit | P. Aelius Aug. lib. Florus, qui | proc. in ratione hered. ad leges | praedior.[1], coniugi piissimae sanctis|simae, cum qua vixit ann. XLIIII, sibi | libertis libertabusq. posterisq. | eorum, aut si cui ius monimenti | reliquero, sine controversia.

*Romae (VI 8432 aliquoties descripta saec. XVII).* — 1) *Qui procuravit in ratione hereditatium ad leges praediorum.*

---

**1527** Epaphrodito | Aug. lib. Peplia.[1] | ab auctorita. | ration. heredit.[2] *(A tergo arae)* Epaphrodito | Aug. lib. Peplia.[1] | ab auctorita., | Flaviae Prepusa | et Pia patr.

*Romae, ara (VI 8439 frontem vidit Henzen).* — 1) *Pepliano.* — 2) *Ab auctoritatibus rationis hereditatium. (Auctoritates, adnotavit Mommsen ad N. 1528, significant instrumenta, quorum ope proprietatis quaestio potest diiudicari, ut Dig. 13, 7, 43 instrumentum emptionis item dicitur instrumentum auctoritatis).*

---

**1528** M. Ulp. Alexan|der Aug. lib. | ab auctorit., | M. Ulp. Asiatic. | f., M. Ulp. Alexan., | M. Ulp. Theodor. | lib., Ulp. Procl. | vernacula | . . . .

*Salonis (III 1998 vidit Mommsen).*

---

**1529** T. Aurelius Egatheus imp. Antonini Aug. lib. a codicillis[1] d.[2] posuit. *T. Αὐρῆλις Ἡγάθεος Ἀντ[ω]νίνου Σεβαστοῦ ἀπελεύθερος ἐπὶ τῶν κοδικίλλων, δῶρον ἀνέθ.*

*Romae (VI 8440 semel descripta, quod apographum ex codice aliquo Ottoboniano protulit Maius). — 1) Idem Egatheus memoratur, ut vidit Maius, a Frontone in epistula ad M. Caesarem (2, 16 p. 37 Naber), ex qua mentione videtur colligi posse, codicillorum vocabulo in hoc titulo significari testamenta (cf. Hirschfeld Verw. p. 60 not. 2). — 2) Donum.*

---

**1530** locus | sepulchri | Eschinis Aug. l. | ab codicillis, | in f. p. CDL, | in a. p. CXXCV.

*In agro Romano rep., ubi videtur fuisse Ficulea (XIV 4011 vidit Henzen).*

---

**1531** [*M. U*]lpio Aug. lib. Strato[*ni*] | adiutori a codicillis, | M. Ulpius Eutyches, | Ulpia Primigenia, | M. Ulpius Mercurius, | Ulpia Primilla lib. Eutychetis, | fecerunt patrono | bene merenti, et libertis | libertabusque posterisque eorum. | Monumentum exterum heredem | [*non sequitur*].

*Romae extra portam Praenestinam (VI 8442 Henzen vidit ectypum).*

---

**1532** Aurel. Ianuariae filiae | piissimae, q. vix. an. IIII | m. VII diebus XVI, | Romanus Aug. lib. proc. | a cad.[1] pater [*f.*]

*Alicubi in Dacia ut videtur rep. (III 1622 semel descripta saec. XVIII). — 1) Procurator a caducis.*

---

**1533** Claudi | Optati | Aug. l. | proc. portus | Ostiesis.

*Berolini in museo, lamina aenea rotunda originis incertae (XIV 163 vidi).*

---

**1534** P. Aelio Aug. lib. | Liberali | procuratori annonae | Ostiensis[1], procuratori | pugillationis et ad naves | vagas[2], tribunicio collegi | magni[3], decuriali decuriae | viatoriae consul., decuriali | gerulorum, praeposito mensae | nummul. f. f. Ost.[4], ornato orna|mentis decurionatus col. Ost., | patrono | Laurentium vici Augustanor.

*In agro Laurenti, in ruderibus vici Augustani rep. (XIV 2045 ad apographum Petri Rosae). — 1) Alios procuratores annonae Ostiensis, sed ingenuos, habes supra N. 1426—1431. — 2) Quo pertineat haec procuratio, ignoratur (ad cursum publicum pertinere coniecit Henzen bull. dell' Inst. 1875 p. 10 seq.; sed cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 1030 not. 3). — 3) Cf. supra N. 1505 not. 3. — 4) Mensae nummulariae fisci frumentarii Ostiensis.*

---

**1535** Carpus Aug. lib. | Pallantianus | adiutor Claudi | Athenodori[1] praef. | annonae, fecit sibi | et Claudiae Cale | coiugi piissimae et | Ti. Claudio Quir. | Antonino filio et | Ti. Claudio Romano | vernae, et libertis | libertab. posterisque | eor. *(In latere dea Annona, in altero latere navis frumentaria).*

*Romae (VI 8470 vidit Henzen). — 1) Ad libertum huius Athenodori fortasse pertinet titulus Puteolanus Eph. ep. 8, 396 (Hirschfeld).*

---

**1536** Lysimacho | Aug. disp. | frument. | mancip.[1], fec. | Fl. Corinthias.

*Romae (VI 8853 vidit Henzen). — 1) Dispensatori frumenti mancipalis. (Promagister frumenti mancipalis, eques Romanus, est in titulo Ephesio III 6065).*

---

**1537** d. m. | Lauri, | Abascantus Caes. n. | ser. vern., disp. annon.[1], | pater, et | Carpime mater, | fil. dulcissimo.

*Prope Praeneste, in vico Zagarolo (VI 8472. XIV 2834 vidi ipse). — 1) Caesaris nostri servus verna, dispensator annonae.*

**1538** dis mánibus | M. Antoni Pallantis l. | Nobilis, | Abascantus Aug. disp. | a frument.[1] dé suo fecit.

*Romae olim, nunc Veronae, rep. dicitur prope Praeneste (XIV 2833 descr. Mommsen). — 1) Nota unum eundemque Abascantum in titulo quem posuit filio dici dispensatorem annonae, in titulo quem posuit M. Antonio Nobili, dispensatorem a frumento.*

---

**1539** dis manibus | Flaviae Sopheni | [*Ge*]nialis Caesaris Aug. | [*se*]rvos[1] verna dispen. | [*ad*] frumentum, carae [*co*]niugi et amanti | [*be*]ne merenti fecit, | [*vix.*] an. XXXII m. VII. | [*Φλ*]*αβία Σοφὴ γυνὴ Γενεᾶλ* [*ις*] *Καίσαρος δούλου οἰκο*|[*νό*]*μου ἐπὶ τοῦ σείτου.* | [*ζή*]*σασα κοσμίως ἔτη* [*λβ'* | *μῆ*]*νας ϛ', χαῖρε.*

*Cii in Bithynia (III 333 descr. Lebas). — 1) Cf. N. 1543.*

---

**1540** numini imp. Caesaris Nervae Traiani Aug. Germ. Dacici n. | Crescens Alypianus disp. fisci frumentari fecit.

*Romae olim sub Aventino (VI 544 vidit Henzen).*

**1540a** Silvano Aug. sacrum | Crescens Alypianus | imp. Caesaris Nervae | Traiani Aug. Germ. | Dacici disp. fisci fr.

*Florentiae, sed eo venit sine dubio ex urbe Roma (VI 634).*

---

**1541** dis man. | Athicti Aug. l. | a libellis | fisci frum., | Flavia Eutychia | coniugi | b. m.

*Romae (VI 8474 descr. Fabretti).*

---

**1542** d. m. | T. Flavio | Apollonio | a libellis f. f., | Secundus | Caesaris | nostri ser. | Crescentianus. | disp. XX | hereditat.

*Romae (VI 8475 vidit Henzen).*

---

**1543** diis | manibus | Geniali Aug. l. | tabulario | fisci frumentar.[1]; | Trophime | Aug. lib. | coniugi optimo.

*Romae (VI 8477 descr. Marinius). — 1) Fortasse idem qui supra N. 1539, manumissus et ex dispensatore, quod officium erat servile, factus tabularius.*

---

**1544** d. m. | Donato Augustorum | tabulario rationis fisci | frument., fecerunt | P. Aelius Aug. lib. Donatus | et Aelia Caenis parentes | filio

dulcissimo piissimo | amantissimo, qui vix. ann. XXIX | mense I dieb. XXIIII, et sibi et suis, lib. | libertabusque posterisque eorum.

*Romae (VI 8476 vidit Gatti).*

---

**1545** d. m. Nitori Domitiaes Aug. actori a frumento, vix. ann. XXXV, fecit Lampyris Domitiae Aug. lib. b. m.

*Romae apud Pomponium Laetum (VI 8850 semel descripta).*

---

**1546** d. m. | Ti. Claudii | Aug. liberti | Saturnini | proc. XX here. | provinciae | Achaiae, | et Saturnina coniunx f.

*Romae (VI 8443 vidit Henzen).*

---

**1547** T. Aelio Aug. lib. | Agathopo proc. XX | heredit., Sulpicia | Thallusa coniugi | bene merenti et | heredes | fecerunt.

*Romae rep. in columbario ad portam Latinam, urna (VI 5554 vidit Henzen).*

---

**1548** d. m. s. | Aeliae Agrippinae | coniugi rarissimae | et sanctissimae, | vixit ann. XXV, | Hypaticus Augustor. lib. | subproc. XX[1] | bene merenti | fecit.

*Emeritae (II 487 saepius descripta saec. XVI).* — 1) *Subprocurator vicesimae.*

---

**1549** dís manib. | Iuliae | Demetriae | Príscus Aug. l. | proc. IIII p. Afr. | et XXXX Galliar.[1], | coniug. sanctiss.

*Antii rep., est Romae (X 6668 vidit Dressel).* — 1) *Procurator quattuor publicorum Africae et quadragesimae Galliarum.*

---

**1550** dis manibus sacrum. | M. M. Coccei Verecundus | et Verus Pythagorae[1] Aug. | lib. proc. IIII p. A.[2], bene merenti. | H. s. e.

*Carthagine rep. in altero eorum sepulcrorum, de quibus dixi ad N. 1486, est Parisiis (VIII S. 12655).* — 1) Pythagora f. *legerat Schoene; lapis admittit, teste Cagnat, id quod dedimus.* — 2) *Procuratori quattuor publicorum Africae. Procuratores huius generis ingenuos habes supra N. 1407 seq.*

---

**1551** d. m. M. Ulpio Cadmo Aug. lib., | qui fuit princeps tabularius | in statione $\overline{\text{XX}}$ hereditatium, | M. Ulpius Secundus et Ulpia Chiliarchis | et Ulpia Felicitas filia eorum | patrono suo bene de se merenti fecer. | et sibi et suis, libertis et libertabus | posterisque eorum.

*Romae, nunc Veronae (VI 8446 vidit Mommsen).*

---

**1552** d. m. | T. Flavio Aug. l. | Ianuario | adiutori tabular. | XX hereditatium, | vix. ann. XXVI, | Flavia Erotis | patrono | idem coniugi | benemerenti | fecit.

*Romae (VI 8449 vidit Henzen).*

---

**1553** d. m. | M. Aur. Aug. lib. Alexander | p. p. tabell. st. XX her.[1], fec. Dona|to filio dulcissimo et sibi | et suis, et Claudiae Maca|riae coniugi sanctisimae *(sic)* | et libert. libert. poster. eorum.

*Romae (VI 8445 vidit Henzen).* — 1) *Praepositus tabellariorum stationis vicesimae hereditatium.*

---

**1554** d. m. | P. Aelio Aug. l. | Prothymo tabul. | $\overline{\text{XX}}$ her. Aemil. Liguriae | Transpadanae, | Ulpia Aug. l. Clarina | coniunx et Aeli | Similis et Prothymus fili | patri benemerenti. | Hic hoc praetorium cum | balineo a solo erexit.

*Prope Placentiam rep. (XI 1222 vidit Bormann).*

---

**1555** dis manibus | M. Ulpio Aug. lib. | Gresiano an. XXXXV, | tabulario XX here|ditatium item tabu|lario provinciae Lugu|dunensis et Aquitani|cae, item tabulario pro|vinciae Lusitaniae, | h. s. e. S. t. [*t.*] l.[1] Ulpia Pia | coniugi f. c.

*In Hispania, loco dicto Villanueva de los Infantes, ibi prope ubi videtur fuisse Mentesa Oretanorum memorata a Plinio h. n. 3, 3, 25 (II 3235 ad exemplum accuratum Valenzuelae factum saec. XVII).* — 1) *Sit tibi terra levis.*

---

**1556** d. m. | Felici Aug. | lib. | a comment. | $\overline{\text{XX}}$ her. H. c.[1], | Hilarus | collib. tabul. | $\overline{\text{XX}}$ her. prov. | Lusitaniae.

*Tarracone (II 4184 saepius descripta).* — 1) *A commentariis vicesimae hereditatium Hispaniae citerioris.*

---

**1557** d. m. | Quintiano | vernae Aug. | vilico et | arcario $\overline{\text{XX}}$ | her., Iulia Hel|pis coniugi | b. m. p.

*Salonis (III 1996 vidit Mommsen).*

---

**1558** dis manibus | Epitynchani Caes. | n. ser. Candidian., | qui exiebat in officio | Asiae ark. XX hered.[1]

*Messanae (X 6977 vidit Mommsen).* — 1) *Mortuus est Epitynchanus iter faciens in Asiam, ut ibi munere suo fungeretur (Mo.).*

---

**1559** Secundo XX her. | vil. summar., Ur|banae matri, | Clymene cog., | Primigenius XX her. | se[*r.*] . . . .

*Thermis in Sicilia rep., est Panormi (X 7347 vidit Mommsen).*

---

**1560** . . . . . . *τι φῶς Λιτορίου*[1] | [*Aur. Fa*]ustino Augusto|[*rum liber*]to commentar[*i*]en|si XXXX Gall., item urbis albei | Tiberis[2] item provinciae Bae|tice, item Alpium Cotti., vi|xit annis XXXXII diebus XXXXI, | Statia Felicissima coni|ugi incomparabili, cum quo | vixit annos XXI m. VI d. XXXII.

*Tarracone (Eph. ep. 3, 48 descr. Hernandez).* — 1) *Videtur superesse ex acclamatione aliqua funebri.* — 2) *Commentariensem fuisse Faustinum etiam in urbe Roma in officio curatoris alvei Tiberis videtur indicari.*

**1561** in h. d. d.[1] | sanct. Dia|nae aram | cum signo Ae|tetus Augg. | nn. lib. pp. stat. Ma|iens. XXXX Gall.[2] De|dic. id. Aug. Praesent. cos.[3]

*Rep. ad rivum Ziel qui prope Partschins non longe a Meran influit in Athesim, nunc Innsbruck (III 5090 vidit Mommsen). — 1) In honorem domus divinae. — 2) Praepositus stationis Maiensis quadragesimae Galliarum. (Stationis nomen servaverunt vici Ober-Mais et Unter-Mais, siti prope Meran.) — 3) Significari videtur aut annus 217 aut a. 246.*

---

**1562** d. m. | Hic situs est | L. Ael. Urbicus | qui vixit an. | uno m. V d. V, | Unio Aug. lib. | pp. sta. Turicen. | XL G.[1] et Ael. Secundin. | p. dulcissim. f.

*Prope Zürich rep. (Mommsen inscr. Helv. n. 236 vidit). — 1) Praepositus stationis Turicensis quadragesimae Galliarum.*

---

**1563** d. m. et | quieti aeternae | Aureliae Munatiae | coniugi karissimae et incomparabili, | q. vix. ann. XXIIII mens. V d. IX, | Quinctio Aug. lib. tabu|larius XXXX Galliar. | sub ascia dedicavit.

*Lugduni (Orell. 3344; Boissieu inscr. de Lyon p. 275 a prioribus).*

---

**1564** dis manibu[*s*] | Claudiae | Fortunatae | coniugi | sanctissimae de se | meritae | Iucundus Aug. lib. | actor XXXX Gal.

*Romae, nunc Londinii (VI 8591 vidit Huebner).*

---

**1565** d. m. | Apronian|o Auggg. nnn. | vernae vili|co XL Gal., co|niugi pientissimo, Baed|ia Politice.

*Arelate (XII 747 vidit Hirschfeld).*

---

**1566** dis man. | Pedia Epictesis | Placido Caesaris | ex statione XXXX Galliarum | fecit et sibi et suis libertis | libertabusque posterisque eorum.

*Romae (VI 8592 aliquoties descripta saec. XVII).*

---

**1567** Ti. Claudius Aug. lib. Bucolas praegustator, triclinarc. *(sic)*, | proc. a munerib.[1], proc. aquar.[2], proc. castrensis, cum Q. Claudio | Flaviano filio et Sulpicia Cantabra matre d. [*d.*].

*Caere rep. (XI 3612 descr. Bormann aliique). — Enarravit Friedlaender Sittengesch. 1⁶ p. 192. — 1) Cf. Hirschfeld Verw. 1 p. 167 not. 1; Mommsen Staatsr. II³ p. 951 not. 4. — 2) Hoc munere functum esse Bucolam sub Domitiano ostendunt tubi plumbei inscripti* imp. Domitiani Caesaris Aug. Ger. sub cura Bucolae proc. *(Lanciani syll. aq. 105; Notizie 1890 p. 186).*

---

**1568** . . Aelio Aug. l. | Saturnino | procur. castr., | plebs aere conl. | ob adsiduam et liberam | munificentiam eius.

*Minturnis rep. a. 1855 (X 6005 semel descripta).*

---

**1569** Paean Aug. lib. proc. castrens., proc. hereditat., proc. voluptat., proc. Alexandr., sibi posterisq. suis.

*Prope Praeneste (XIV 2932 semel ni fallor descripta saec. XV).*

---

**1570** d. m. | Primigenio, | Epagathi Aug. l. | proc. f. c.[1] delicio, | Ephebus filio fecit.

*Romae, nunc Urbini (VI 8514). — 1) Procuratoris fisci castrensis.*

---

**1571** T. Flavius Aug. l. | Epictetus ab epistulis, | a copis mil., lictor curiatius, | hic situs est. | Hunc titulum Flavia Tyche uxor coniugi optimo.

*Prope Praeneste rep., est Romae in museo Vaticano (XIV 2840).*

---

**1572** Polychryso | Aug. lib. | a copiis militarib. | parenti dulcissimo, | Ser. Asinius | Phainus.

*Romae (VI 8540 vidit Accursius).*

---

**1573** d. m. | Felici alumno, | Salvius dispesator | Aug. primae et secund|ae expeditionis | Germ. fel.[1]

*Romae (VI 8541 descr. Aemilianus Sarti auctor accuratissimus). — 1) Significantur puto expeditiones Commodi Germanicae (cf. N. 1140 not. 9. N. 1420 not. 2). Dispensatorem belli Armeniaci sub Nerone gesti memorat Plinius h. n. 7, 59, 129.*

---

**1574** Chaeronti | Aug. n. disp. | rat. cop. exped. fel. | II et III Germ.[1]

*Olim Torcelli prope Venetias, est Venetiis, cippus litteris optimis et magnis (V 2155 cf. Pais 466). — 1) Dispensatori rationum copiarum expeditionum felicissimarum secundae et tertiae Germanicarum (significantur fortasse Commodi expeditiones Germanicae secunda, a qua rediit post mortem patris a. 180, et tertia, quam nescio quo tempore meditatus est, teste vita c. 12, 9).*

---

**1575** Theoprepen[1] | Aug. lib. proc. | domini n. M. Aur. | Severi Alexandri | Pii Fel. Aug. | provinciae Achaiae | et Epiri et Thessaliae | rat. purpurarum[2], | proc. ab ephemeride, | proc. a mandatis, proc. | at praedia Galliana, | proc. saltus Domitiani, | tricliniarcham, prae|positum a fiblis, praeposit[*um*] a cry|stallinis, hominem | incomparabilem, | [*L*]ysander Aug. lib. offici|alis | *ψ. β.*[3]

*Corinthi (III 556 servavit Cyriacus). — Enarravit titulum Friedlaender Sittengesch. 1⁶ p. 198. — 1) Nomen honorati casu quarto, more Graeco. — 2) Fuit procurator rationis purpurarum per provinciam Achaiam et adiacentes regiones. — 3) Ψηφίσματι βουλῆς.*

---

**1576** d. m. | M. Aur. Aug. lib. Philetus | prepositus *(sic)* unctor. | et proc. fari Alexan|driae ad Hegyptum *(sic)*, sibi | et Phileto fil. et Tyche | coiugi sue *(sic)* et lib. lib. | poster. q. eorum.

*Neapoli, originis urbanae (VI 8582 vidit Mommsen).*

---

**1577** M. Ulpius | Aug. l. Aeglus | proc. mausolaei[1] | imaginem | Corintheam | Traiani Caesaris | colleg. faenarior. | d. d.

*Romae, nunc Neapoli (VI 8686 descripsit Mommsen). — 1) Videtur significari mausoleum divi Augusti cf. Sueton. Aug. 100 et Strabo 5, 3 p. 263.*

---

**1578** d. m. Ti. Claudio Speclatori | Aug. lib., procurator. | Formis Fundis Caietae, | procurator. Laurento ad | elephantos, | Cornelia Bellica coniugi | b. m.

*Romae (VI 8583 semel descripta saec. XV).*

---

**1579** diis manibus | Gaviae | Helpidi | uxori sanctissimae, | T. Flavius Aug. l. | Epaphra | proc. villarum | Tusculanarum.

*Tusculi (XIV 2608 bis vel ter descripta saec. XVI).*

---

**1580** d. m. | T. Aelio Eutycho | proc. Aug. n. | villae Alsi|ensi[1], | heredes.

*Caere (XI 3720).* — 1) *Scr.* Alsiensis.

---

**1581** diis manibus | T. Flavius Aug. lib. | Euangelo tablario | praetori Antiatini, | M. Ulpius Aug. lib. [*P*]riscus | parenti bene merenti. | H. m. h. n. s.

*Antii (X 6667 servavit Vulpius).*

---

**1582** diis manibus | T. Flavi Olympici | de praetorio vilico | vixit annis XXXX, fecit | Licinia Fortunata | coniugi suo bene | merenti.

*Ostiae (XIV 199 descripsi).*

---

**1583** Laeonae | vern. disp. qui vixit ann. LXVI | et est conversatus | summa sollicitudine | in diem quoad vixit | circa tutelam prae|tori[1], Amazonicus | Augg. lib. procurat. | [*p*]atri piissimo cum | [*fr*]atribus suis b. m. f.

*Caietae (X 6093 bis descripta).* — 1) *Significatur sine dubio villa imperatoris Formiana.*

---

**1584** d. m. | Aelio Probo Aug. lib. | Aelius Irenaeus com|me.[1] villae Tiburtis[2] | amico et collib. | b. m. f.

*Tibure (XIV 3636).* — 1) *Commentariensis.* — 2) *Significatur nobilis villa Hadriani Tiburtina.*

---

**1585** . . . . . i | . . . . . . . [*F*]orti, | T. Aelius Au[*g. l.*] Eubodion | tabularius villae Tibur|tis et Victoria | filio dulcissimo | b. [*m.*] f.

*Tibure (XIV 3635 vidi).*

---

**1586** d. m. | Claudiae Priscae | coniugi piissimae | Eutyches Caes. n. | ser. Tryphonianus | disp. vill. | Mamurranae.[1]

*In agro Romano prope oppidum Marino rep. (XIV 2431 vidit Henzen).* — 1) *Villam olim Mamurrae, noti C. Caesaris dictatoris praefecti fabrum, regnante gente Claudia fuisse imperatorum, ex hoc titulo discimus. De loco quo fuit villa Mamurrana ex hoc titulo nihil colligi potest. In urbe Roma in monte Coelio nuper prodiit tubus plumbeus inscriptus* vill. Mamurranae *(American Journal of archaeology 6, 1890 p. 265).*

---

**1587** Ti. Claud. Aug. l. | Scirti proc. bybl.[1] | Vettia Tyche | Scirti.

*Neapoli in museo (X 1739 descripsit Mommsen).* — 1) BYBL. *lapis.*

---

**1588** Iulia Acca | mater | Callisthnis *(sic)* Ti. Caesar. | Aug. a byblio- thece | Latina Apollinis, | et Diopithis f. eius a bybliot. | Latina Apollinis, | vix. an. XLVIII.

*Romae in monumento sepulcrali eius generis, quae columbaria appellare consuevimus, sito ad viam Appiam in vinea gentis Codini; in eodem monumento extant multae aliae inscriptiones libertorum et servorum Caesaris, pleraeque scriptae Tiberii vel Gaii vel primis Claudii temporibus, in his infra editae N. 1589. 1676. 1746. 1752. 1755. 1757. 1772. 1776. 1778. 1837. 1948 (VI 5189 vidit Henzen).*

---

**1589** Alexander C. Cae|saris Aug. Germanici ser. | Pylaemenianus ab bybli|othece Graeca templi Apolli|nis, vix. annis XXX.

*Romae in eodem columbario (VI 5188).*

---

**1590** Alcimo | Caesaris vilic[*o*] | a bybliotheca, | Marcia fecit.

*Ostiae (XVI 196 descripsi).*

---

**1591** T. Flavio Aug. | lib. Polychryso | proc. montis | Mariani prae- s|tantissumo, | confectores aeris.

*Hispali (II 1179 vidit Huebner).*

---

**1592** Silvano | sanc. sac. | Dorothe|us Aug. | lib. proc. | massae | Marian.[1] | s. d. d.

*Ostiae rep., est Romae (XIV 52 vidi).* — 1) *Cf. Hirschfeld Verw. p. 78 not.*

---

**1593** d. m. | M. Ulpio Aug. | lib. Hermiae proc. | aurariarum, cuius | reliquiae ex indulgentia | Aug. n. Romam latae sunt, | Salonia Palestrice | coniunx et Diogenes | lib. benemerenti fecer., | vixit ann. LV.

*Ampeli (Zalatna) rep. esse videtur (III 1312).*

---

**1594** I. o. m. | Neptuna|lis Aug. lib. | tabul. aur. | Dacicarum | v. b. m. p. *(sic).*

*Zalatnae, ubi fuit Ampelum (III 1297 vidit Mommsen).*

---

**1595** d. m. | Thaumasto | Aug., commen|tariesi aurari|arum Delmatarum, | Felicissimus dis|pesator titu|lum p.

*Salonis (III 1997 vidit Mommsen).*

---

**1596** d. m. | Valeriae Iuli|anes quae vixit | ann. VIIII, | et Aureliae | Pompeiae | quae vixit an|nis XV, filiab. | dulcissim., | Aurel. Calocae|rus Aug. lib. tab. | ferrar.[1] p. c.[2] et sub | ascia dedicavit.

*Lugduni rep. a. 1875 (Allmer et Dissard inscr. de Lyon 1 p. 231).* — 1) *Tabularius ferrariarum.* — 2) *Ponendum curavit.*

---

**1597** Laribus Aug. | et Loco san|cto[1] Primus | Aug. lib. | proc. m. n.[2] | aram | consecravit.

*In Africa prope Simitthu (Schemtu) (VIII 10589 = VIII S. 14552).* — 1) *Intellege de Genio loci.* — 2) *Procurator marmorum novorum (vel: Numidicorum, quod praefert Mommsen ad C. VIII S. 14551).*

---

**1598** dis mánib. | M. Ulpio | Martiali | Aug. lib. | á marmoribus.

*Romae (VI 8483 aliquoties descripta saec. XVI).*

---

**1599** T. Flavius | Aug. l. | Celadus | tabularius | marmorum | Lunensium, | v. a. XXXVII, h. s. e. | *(In angulis)* O. t. b. q.[1] *(Infra)* T. t. l. s.[2]

*Prope Romam rep. (VI 8484 vidit Henzen).* — 1) *Ossa tua bene quiescant.* — — 2) *Terra tibi levis sit.*

---

**1600** Hymenaeus Caesaris | ser. Thamyrianus[1] a lapicidinis | Carystiis, fec. sibi et Thamyro nutricio opt., | Q. Pompeio Victori et Pompeiae Iucundae uxori, | Hermae, Sympherusae parentib., Primo Caesaris ser., | . . . . . . . Valeriae Myrsiniciae[2] . . . . Anemeseto, | . . . . . contactis[3] posterisque eorum.

*Prope Romam ad S. Pauli (VI 8486 descripsit Accursius).* — 1) *Idem Hymenaeus eidem Thamyro Carysti in Euboea posuit lapidem cum inscriptione duplici (III 563; Bull. de corr. hell. 1889 p. 522). Tam Hymenaei quam Thamyri nomina inveniuntur in saxis ex lapide q. d. Cipollino repertis Romae ad emporium (Bruzza ann. inst. arch. 1870 p. 174 n. 17 seq.; cf. Huelsen Roem. Mitth. 1889 p. 230 not. 1.* — 2) *Nomen corruptum.* — 3) *Scr.* conlacteis *(Hirschfeld).*

---

**1601** d. m. | M. Aurelius Augg. n. n. | lib. Epaphroditus[1] | exsactor operum dom.n.n.|corum[2], et Laberia Felicitas | fecerunt sibi et suis | itenque libertis liber|tabusque posterisque eorum. | Hunc monimentum exterum non seque|tur, nisi de nomine utrorumque. | H. m. d. m. a. b.[3]

*Romae (VI 8480 descr. Smetius aliique).* — 1) *Idem videtur Epaphroditus, cui a. 193 rationales mandaverunt, ut tegulas adsignaret Adrasto procuratori columnae divi Marci (VI 1585 b v. 14 seq.).* — 2) *Sic lapis, testibus probis apographis; erravit sine dubio quadratarius, cum insculpere debuisset* dominicorum. — 3) *Scr.* ab. *(abesto).*

---

**1602** d. m. | Flaviae Zethe coniugi | carissimae, vix. ann. XXII, | M. Ulpius Aug. l. Abascantus tabularius oper. public., | et sibi posterisque eius.

*Romae (VI 8479 vidit Henzen).*

---

**1603** Iovi op. max. | M. Ulpius Aug. lib. | Thaumastus | á commentariís | operum publicorum | et rationis patrimoni, | d. d.

*Rignani in agro Capenate (XI 3860 vidit Bormann).*

---

**1604** Hierocli | Aug. dis[*p.*][1] | operum | publicorum, | Eros vicarius.

*Romae (VI 8478 ad exemplum novicium in lapide incisum).* — 1) disi *exemplum novicium.*

---

**1605** Impetrati Aug. n. dis|pensatoris rat. aed. sa|cr. et oper. publicor., | Herennia Gemella | coniugi dulcissimo.

*Amalfiae (X 529 bis descripta saeculis superioribus).*

---

**1606** d. m. | M. Ulpi Aug. lib. | Eutychi | tabul. viae Appiae, | vix. ann. XXXX, | Flavia | Daphne | coniugi b. m. | fecit.

*Romae (VI 8466 vidit Henzen).*

---

**1607** Salvi Aug. lib. | tabul. aquarum, | v. ann. XXIX m. X, | Antigona mater | filio piissimo.
*Romae, nunc Veronae (VI 8488 vidit Mommsen).*

---

**1608** d. m. | T. Fl. Vero Aug. | lib., tab. rat. | aquarior.[1], co|iugi bene me|renti, | Octa|via Thetis | f.
*Puteolis rep., nunc in Anglia (X 1743 p. 971 descripsit Michaelis).* — 1) *Tabulario rationis aquariorum.*

---

**1609** d. m. Flaviae Helpidi coniugi sanctissimae, Moschus Aug. lib. a commentaris aquarum.
*Romae (VI 8487 semel descripta saec. XV).*

---

**1610** Agatho aquarius | Caesaris, sibi et Anniae | Myrine et suis, ex parte | parietis mediani et | lecti unius et ollar. n. *(sic)*
*Romae (VI 8491 vidit Bormann).*

---

**1611** dis manibus sacrum | Euporo servo vilico Cae. | aquario, fecit Vestoria Olympias contub|ernali, sibi et suis posterisque | eorum.
*Romae rep. extra portam Salariam (Bull. com. 1886 p. 312).*

---

**1612** d. m. | Sabbio Caes. n. s. | vilic. aquae Claudiae, | fecit sibi et Fabiae | Verecundae coniug. | suae, cum qua vixit | annis XXIV, sanctissimae, et libertis liberta|busq. eius, et vikaris | suis, posterisque eo|rum omnium, in | parte dimidia sua. *(Iuxta in eadem tabula)* d. m. | Sporus Caes. n. s. | vilic. aquae Claudiae, | fecit sibi et Claudiae | Hermione coniugi | suae sanctissimae, | et libertis liberta|busq. eius et vikaris suis posterisque | eorum omnium, | in parte dimidia sua.
*Romae, nunc Urbini (VI 8495 vidit Bormann).*

---

**1613** d. m. | Clemeti *(sic)* Caesar|um n. servo caste|llario aquae Cl|audiae, fecit Clau|dia Sabbathis et si|bi et suis.
*Romae (VI 8494 vidit Henzen).*

---

**1614** Iulia C. l. Zosime. | Suavis Caesaris | supra formas.[1]
*Romae (VI 8497 descripsit Detlefsen).* — 1) *Formarum vocabulo fortasse recte Henzenus hic significari putat opus aquaeductus, ut passim aetate labente.*

---

**1615** *(taurus Mithrae immolatus)* Soli invicto deo | Atimetus Augg. nn. ser. act. | praediorum Romanianorum.
*Romae (VI 721 vidit Henzen).*

---

**1616** d. m. | Crescentis nepoti[1] Fortu|nati Caesaris | n. ser. exacto|ris praediorum | Lucilianorum.
*Romae, nunc Neapoli (VI 8683 vidit Mommsen).* — 1) *Scr.* nepotis.

**1617** d. m. | Felici Caesa|ris ser. vilico | hortor. Maianor.[1] | Iulia Melitene | coniugi b. m.

*Romae (VI 8669 saepius descripta saec. XVI. XVII). —* 1) *Horti Maiani memorantur a Plinio h. n. 35, 7, 51.* Proc. hortorum Maianorum et Lamianor. *est VI 8668; cf. VI 6152.*

**1618** dis manibus | Lais Domitiae Aug. serva, fecit | Fortunato disp. hortorum Atti|cianorum, et sibi posterisque suorum, itum actum adit. ambitum.

*Romae (VI 8667 descr. Forcella). —* 1) *Nomen traxerunt hi horti fortasse ab Attico, qui Domitiano fuit a rationibus (VI 8410).*

**1619** Dama Caseris *(sic)* | ex hortis Salusti. | ab hortu nov.

*Senae Gallicae, quo adlatus est lapis sine dubio ex urbe Roma (VI 8670 vidit Henzen).*

**1620** dis mánibus sac. | Calamus | Ti. Claudii Caesaris | Augusti Germanici | Pamphiliánus | vílicus ex horreís | Lolliánis | ex d. d. d. s. d. d.

*Romae in columbario Liviae rep. (VI 4226 vidit Henzen). —* 1) *Ad eundem Calamum spectat titulus C. VI 4226 a. Horrea Lolliana memorantur etiam C. VI 4239.*

**1621** Bonae Deae | Galbillae | Zmaragdus | Caesaris Aug.[1] | vilicus | horreorum | Galbianorum[2] | coh. trium[3] d. d. | cum Fenia Onesime.

*Romae sub Aventino (Eph. ep. 4, 723 a vidit Stevenson). —* 1) *Nudis Caesaris Augusti vocabulis, ut interdum Claudius et Nero (cf. N. 1786. 1838), ita etiam Galba, certe in titulo huius generis, designari potuit. —* 2) *Horrea Galbiana, non diversa ab horreis Sulpiciis memoratis ab Horatio carm. 4, 12, 18, memorat Porphyrio ad Horatii l. c., chronographus anni 354 (p. 146 ap. Momms. Chron. min. I), Notitia urbis, haec collocans in regione decima tertia (curatorem horreorum Galbanorum recenset Notitia dign. Occ. c. 4). Pertinent ad ea tituli supra N. 239, infra N. 1622—4, item C. VI 338, reperti ex parte eo loco ubi horrea illa fuisse putanda sunt. —* 3) *Cohortes significari non urbanas tres, quae illis temporibus Romae stationem habuerunt, ut putaverant ante titulum N. 1622 repertum, sed cohortis vocabulum accipiendum esse de loco consaepto (cf. lexica) et statuendum, tria huius generis loca fuisse intra horrea Galbae, exposuit Gatti Roem. Mitth. 1886 p. 73 seq.*

**1622** Herculi domus Augusti sacrum ex | collatione horriariorum chortis II[1], Maioris | et Diadumeni C. n. ser. et T. Flavi Crescentis et | operari Galbeses[3]; curante Hermete C. Mundic. | Helpisti ser. Dedicatum k. Iunis | M. Iunio Mettio Rufo Q. Pomponio Materno cos.[4]

*Romae, nescio quo loco urbis rep. (Henzen Roem. Mitth. 1886 p. 42). —* 1) *Cf. N. 1621 not. 3. —* 2) *Iidem Maior et Diadumenus Caesaris servi cum Crescente Augusti liberto posuerunt titulum N. 1623. —* 3) *Debuit esse casus secundus.* Galbienses de coh. III *sunt VI 740. —* 4) *Consules suffecti memorati etiam in tegulis quibusdam (C. XV 69. 939. 1409); fasces gessisse eos temporibus Hadriani fortasse ex C. XV 69 colligi potest.*

**1623** Silvano s. s.[1] Maior et Diadu|menus Caes. n. ser. | et Crescens Aug. l.[2] d. d. | hor. de h. C.[3]

*Romae rep., nunc Pisauri (VI 682). —* 1) *Sancto sacrum. —* 2) *Cf. N. 1622 not. 2. —* 3) *Scr.* h. G., *et intellege: horreariis de horreis Galbae.*

**1624** Silvano | sacr. | Anteros Caes. | horrearius | chortis III | d. d. a. l.

*Romae sub Aventino (VI 588 descr. Fabrettius).*

---

**1625** Philadelphus | Neronis Caesar. | ex horreis Petronian., | dec.[1] || Niphas | Philadespoti | contuber. | eius.

*Romae rep. in columbario libertorum et servorum Liviae ad viam Appiam sito (VI 5971 vidit Henzen).* — 1) *Decurio, scilicet collegii quod columbarium instituerat.*

---

**1626** . . . . pus Caesaeris *(sic)* | [*horre*]arius ex | [*horr*]eis[1] Peduceianis, sibi | [*et co*]ntubernali suae | . . . . . . Philumene et | . . . . Tertiae filiae.

*Romae rep. (Henzen Roem. Mitth. 1886 p. 127).* — 1) *Sic potius lapis quam:* [*hor*]tis, *teste Henzeno.*

---

**1627** M. Cocceius | Hilarus, | officis suis, hic in hor|reis Nervae amorem | habuit maxumum.[1] | Licinia Libas | coniux.

*Romae (VI 8681 vidit Henzen).* — 1) *Videtur significari, Hilarum, nescio quibus officiis fungentem in horreis Nervae, amorem eorum promeruisse quibus cum eo agendum erat.*

---

**1628** D.[1] Philetus Aug. | libertus, exactor the|rmarum Traianarum, | P. Pompeius fecit sibi et | suis libertis lbetabusoue | posterisoue *(sic)* eorum | et Balera Tertylai *(sic)* coiugi | optimai.

*Romae litteris malis (VI 8677 vidit Henzen).* — 1) *Fortasse: Domitius (He.).*

---

**1629** Iucundus | vilic. d. Tib.[1] | et Catia Sym|pherusa P. | Hellenio Iu|cundo f. du|lciss., vixit | an. II m. III | d. XX.

*Romae (VI 8655 descr. Detlefsen).* — 1) *Vilicus domus Tiberianae.*

---

**1630** dis manib. | M. Ulpio Aerasmo *(sic)* Augusti lib. | subprocuratori | domus Augustianae, | vixit annis XXXII mens. II, | M. Ulpius Aephaesius *(sic)* fil. et | Ulpia Thallusa coniux | benemerenti fecerunt, | et sibi et suis, | libertis libertabusque | posterisque eorum.

*Romae (VI 8640 vidit Henzen).*

---

**1631** Claudia Primigenia | vix. an. XXVII, | Harmodi[1] Ti. Claudi | Germanici supr. dom.

*In agro Romano, sed oriunda ex urbe Roma (VI 8662 cf. XIV 291*, 2 bis descripta saec. XVII).* — 1) *Harmodii. intellege: uxor.*

---

**1632** Narcisi *(sic)* | Ti. Claudi | Britannic|i supra | insulas.

*In agro Romano prope Labicos rep., tabella aenea (XIV 2769 delineavit Ph. Aur. Visconti).*

---

**1633** Genio | familiae monetal., | Demetrius Caesaris n. | ser. Epaphroditianus disp. | d. d.

*Romae (VI 239 vidit Henzen).*

**1634** Fortunae Aug. | sacr. | officinatores monetae | aurariae argentariae | Caesaris n. | *(In latere)* Felix lib. optio et exactor | auri argenti aeris[1], | Albanus lib. optio, | Laches lib. off., | Lysimachus lib. item, | Optatus lib. it., | *(sequuntur alia nomina libertorum XIII, servorum IX)* d. s. d. d. Dedicat. V k. Febr. | L. Vipstanio Messalla M. Vergiliano Pedone cos.[2]

**1635** Herculi Aug. sacr. | Felix Aug. l. optio et | exactor auri arg. aeris[1], | item signat. suppostores | malliatores monetae Caesaris n. | *(In latere)* signatores suppostores malliatores: | Pudens lib. *(sequuntur nomina libertorum XXIX, servorum XXX)* Sallustius Hermes, | Mevius Cerdo, | Asclepius Felicis | d. s. d. d. | Dedicat. V k. Febr. | L. Vipstanio Messalla M. Vergiliano Pedone cos.[2]

*Romae rep. saec. XVI exeunte in monte Coelio, ante ecclesiam S. Clementis (VI 43. 44 hanc descripsit Henzen in museo Vaticano).* — 1) *Idem Felix, qui in his duabus basibus primo loco nominatur, solus tertiam basem similem posuit Apollini (VI 42).* — 2) *28 Ian. 115*

---

**1636** Herculi Aug. | sacrum | officinatores | et nummulari | officinarum | argentariarum | familiae monetari[*ae*].

*Romae (VI 298 aliquoties descripta saec. XVI).*

---

**1637** d. m. | fecit Mindia Helpis C. Iulio Thallo | marito suo bene merenti, qui egit | officinas plumbarias Trastiberina[1] | et trigari[2], superposito auri monetae | numulariorum, qui vixit ann. XXXIII m. VI, | it. C. Iulio Thallo filio dulcissimo, qui vixit | meses IIII dies XI, et sibi posterisque suis.

*Romae (VI 8461 vidit de Rossi).* — 1) *Sc.: regione.* — 2) *Trigarium in regione nona recensetur in Notitia urbis.*

---

**1638** d. m. | P. Aelius Felix q. et | Novellius Aug. lib., | atiutor praepos. | scalptorum sacrae | monetae, se vibo fe|cit sibi et suis liber|tis libertabusque | posterisque eorum.

*Romae (VI 8464 vidit Henzen).*

---

**1639** Nobilis Tib. | Caesaris Aug. | ser. aeq. monet.[1] | hic adquiescit. | Iulia Adepta coniunx | et Perpetua filia d. s. d.

*Lugduni (Boissieu inscr. de Lyon p. 280 ad exempla facta saec. XVI. XVII).* — 1) *Videtur legendum esse: aequator monetae.*

---

**1640** Felica[1] | in pace, | in fide dei, | qui vix. anis | XXXIII, | prepo|situs | medias|tinorum de moneta oficina | prima.[2]

*Ostiae rep., iam Romae (XIV 1878 vidit de Rossi).* — 1) Pelica *lapis, sed correctum in* Felica. — 2) *Officinam monetariam eamque quadripertitam Ostiae fuisse initio quarti p. Chr. saeculi constat ex notis* M. OST. P, M. OST. S, M. OST. T, M. OST. Q, M. OST. *A*, M. OST. *B*, M. OST. *Γ*, M. OST. *Δ*, *obviis in nummis aeneis imperatorum eius aetatis (cf. C. l. c.).*

**1641** Hospiti divi | Claudi liberto | tabulario | Leonidiano, | Polybius lib. | et sibi fecit et suis | posterisque eorum.
*Romae (VI 9060 vidit Henzen).*

---

**1642** dis manibus | Tettiae Soranae | coniugis optimae | et sanctissim. | Ti. Claudius Aug. lib. | Homerus tabular. | a rationib., permissu Manliae | Ariadnes quae ius in hoc mon. hab.[1]
*Romae (VI 8426 vidit Henzen).* — 1) *Quae ius in hoc monumento habet.*

---

**1643** diis manibus | Ti. Claudi Aug. l. | Dai | tabulari rationis | patrimoni | Caesarum, | vixit annis LIX, | Servilia Aphro | coniugi carissimo.
*Olim in agro Capenate (XI 3885 Florentiae vidit Bormann exemplum fortasse recens lapidi incisum).*

---

**1644** dis mánibus | Euphémi Aug. | lib. tabulari, | Harmonia et Gymnas | filiáe piissimo patri, | Flavia Prima coniugi | fido et sibi | viváe fecerunt, | [*et*] Ianuario Aug. lib. | [*t*]abulário á patrimonio.
*Polae, nunc Catai prope Patavium (V 41 cf. p. 1016 vidit Mommsen). — Alii tabularii Augusti memorantur in titulis Polensibus V 40. 42, cf. Hirschfeld Verw. p. 43 not. 1.*

---

**1645** d. m. | Epio Aug. lib., tabular. | rat. heredit., fecit | Flavia Callisto | coniugi dulcissimo | benemerenti et sibi | posterisque eorum.
*Albani in agro Romano (XIV 2262 saepius descripta saeculis superioribus).*

---

**1646** Aureliae Vitali co|iugi fidelissimae, | rarissimae castita|tis, Soter Augg. lib., | proximus tabular. | rationis patrim., | maritus | posuit.
*Romae (VI 8508 aliquoties descripta saec. XV—XVII).*

---

**1647** structura cum munitura sartophagi *(sic)* Veturi | Felicis p. p.[1] suis impendis fecit Felix Aug. lib., | adiut. tabul. a rat.[2], qui sortitus est in contubern. | suo Arriam Rufinam, quae fuit uxor eiusd. Vet. Felicis. | Locus concessus ab T. Aelio Asclepiodoto.
*Romae, nunc Neapoli (VI 8429 vidit Mommsen).* — 1) *Primipilaris.* — 2) *Adiutor tabulariorum a rationibus.*

---

**1648** d. m. | Pii Caes. n. vern. | adiut. tabul. rat. | kastrens, qui vixit | ann. XXI mens. VI d. XV, | Euctemon fratri pi|entissimo fecit.
*Romae rep., nunc Aquis Sextiis (Gibert musée d'Aix n. 135 cf. Hirschfeld Verw. p. 199 not. 4).*

---

**1649** d. m. | Euangeli | Aug. lib. | adiut. tabular. | rat. privatar.[1]
*Romae (VI 8510 aliquoties descripta saec. XVI).* — 1) *Sic Smetius; pars apographorum habet* privatae.

---

**1650** Hermeroti | Aug. lib. | praeposito tabular. | rationis castrensis, | fratri indulgentissim., | Ampliatus | Aug. lib. fecit.
*Romae (VI 8528 saepius descripta saec. XVII/XVIII).*

---

**1651** dis manibus sacrum | Africanus [*C*]aes. adiutor | tabularior. fisci castrensis, | pius vixit an. XXII, | fecit A[*fric*]anus pater.

*Carthagine in eodem sepulcreto in quo N. 1550 (VIII S. 12609 vidit J. Schmidt). — Ex eodem sepulcro prodierunt multi alii tituli servorum Caesaris adiutorum tabulariorum; hic solus dicitur adiutor tabulariorum fisci castrensis. (Et est haec sola mentio fisci castrensis in titulis Africanis cf. Mo. Eph. 5 p. 117.)*

---

**1652** Fortunatus Caesaris ser. | custos tabulari, p.[1] vixit | annis XXXXV, h. s. e. | Victoria contubernali | pio fecit.

*Carthagine rep. in eodem sepulcreto (VIII S. 12597 vidit J. Schmidt).* — 1) *Pius.*

---

**1653** I. o. m. cul.[1] | Iun. reg. et | Gen. loci, | Philadespotu[s] | Augg. nn. | ver[*n.*] | cust. tabul. | pro s. sua su[*o*]|rumq. om[*nium*] | ex vot[*o*].

*Poetovione (III 4032 vidit Mommsen).* — 1) *Iovi optimo maximo culminali.*

---

**1654** Veneri Aug. sac. | Delius, Abascanti Aug. vil. vic.[1], teloneum[2] a fun|damentis sua impensa restituit et ampliavit.

*Prope Bisicam provinciae Africae (VIII S. 12134 vidit I. Schmidt).* — 1) *Augusti vilici vicarius.* — 2) *Cf. Mommsen Eph. ep. 5 p. 112 = C. VIII S. p. 1336.*

---

**1655** Cinnamus[1] | Ti. Claudi Caésaris | Aug. Germanici disp. Drusillianus | cum filis suis hic. | Posuit Secundá con.

*Romae, nunc in Sicilia (VI 8822 vidit Mommsen).* — 1) *Iidem Cinnamus et Secunda memorantur VI 8823. 8824. Drusilliani nomen traxit Cinnamus a Drusilla Gai sorore. — Conservus et collega Cinnami fuit is, qui a Plinio (h. n. 33, 145) memoratur propter luxum, Claudii principis servus Drusillianus, nomine Rotundus, dispensator Hispaniae citerioris.*

---

**1656** Aepolo | imp. T. Aug. disp. | Galbiano, | Geminia Felicla | coniunx et | C. Geminius Spes f. | b. m. posuerunt.

*Romae (VI 8819 descr. Bruzza).*

---

**1657** Claudia Spychario[1] | fecit sibi et Eutycho | filio suo piissimo | imp. Domitiani Caesaris | Augusti Germanici servo | dispensatori Montaniano, | et libertis libertabusque suis | posterisque eorum. | H. m. h. n. s.

*Romae (VI 8831 vidit Smetius).* — 1) *Debuit esse* Psych-.

---

**1658** Aureliae | Laudice | coniugi optimae | bene merenti, | Lupercus disp. | rationis privatae.

*Genuae (V 7752 aliquoties descripta saeculis superioribus).*

---

**1659** d. m. s. | Felici dispens. | arce patrimon., | vikari Primitius, Clemens, | Parthenius, Pamphilus, | Fortunatus, fecerunt | b. m. | H. s. e. S. t. t. l.

*Hispali (Sevillae) rep. a. 1857 (II 1198 vidit Huebner).*

---

**1660** dis man. | Philete | Epitynchanus | Hesychi | dispensatoris | fisci castrensis | arcarius, filiae | dulcissimae, quae | vixit ann. VI, obit | natali suo, intrans | annum septumum.

*Romae (VI 8517 semel descripta saec. XVI).*

---

**1661** Solem | Soli invicto | Mythrae | pro salute et incolu|mitate Chresimi Augg. | nn. dispensatoris, | Callimorphus arka|rius eiusdem | votum solvi[*t*] | libens animo.

*Caesareae Cappadociae (III S. 6772; Revue archéol. 12, 1888 p. 374.*

---

**1662** d. m. | Fausti quond. | Augustor. | ex dispensato|ribus, | Amethystus vi|karius eius.

*Lugduni rep. a. 1886 (Allmer et Dissard musée de Lyon 1 p. 202).*

---

**1663** Laphyrus | Antoniae | Drusi[1] | dispensator. || Diadumenus | Antoniae | Drusi | a manu.

*Romae rep. in columbario columbario quodam extra portam Tiburtinam una cum N. 1695. 1696 (Bull. com. 1885 p. 109). —* 1) *Cf. ad N. 1695.*

---

**1664** Sabbio pup. Valer. | Messallinae[1] disp. hic situs, | vixit ann. XXX.

*Romae (VI 8840 vidit Henzen). —* 1) *Pupa Valeria Messallina eadem est, quae nupsit Claudio.*

---

**1665** d. m. | Ianuario | arkario | Cornificiae | Aug. sororis[1], | dignissimo candi|dato, | Hymenaeus Augg. | . . . . . . . .

*Romae (VI 8721 vidit Zangemeister). —* 1) *De Cornificia M. Aurelii filia, Augusti (sc. Commodi) sorore cf. Borghesi op. 5 p. 242.*

---

**1666** Narcissi[1] Aug. l. ab epistulis.

*Romae rep., fistula plumbea aquaria (Bull. com. 1886 p. 104). —* 1) *Est is qui Claudio fuit ab epistulis (Suet. Cl. 28. Dio 60, 34. Victor ep. 4, 9).*

---

**1667** d. m. | M. Ulpio Aug. lib. | Vernae | ab epistulis | Latinis, | Vibia Thisbe | uxor | infelicissima.

*Pisis, nunc Florentiae (XI 1434 vidit Bormann).*

---

**1668** d. m. | M. Aur. Alexander | Aug. lib., ab epistulis | Graecis, se vibus fecit | sibi et suisque, | libertis libertabus | posterisque aeoru.

*Romae (VI 8606 descr. Smetius).*

---

**1669** Aurelius Alexander prox. ab | epistul. Lat.; Digitius fecit.

*Gabiis rep., fistula plumbea aquaria (XIV 2815 descr. Marinius).*

---

**1670** Ti. Claudio Augusti liberto | Primioni ab epistulis, | Volusia Myrallis fecit viro suo | bene merenti et sibi, qui vixit annis . . . . .

*Romae (VI 8603 vidit Henzen).*

---

**1671** Ti. Claudius divi l. Erastus | scriniarius ab epistulis, | fecit sibi et | Valeriae Chione coniugi | suae, libertis libertabusque suis | posterisque eorum.

*Amalfiae vel prope Amalfiam, origine fortasse urbana (X 527 bis descripta saec. XVI).*

---

**1672** d. m. | Ctesiae Aelii Cla|dei, a memoria | et cubiculo Aug.[1], | ser.

*Romae (VI 8618 vidit Henzen).* — 1) *Alia exempla officiorum horum in unum eundemque collatorum vide ap. Friedländer Sittengesch. 1⁶ p. 191.*

---

**1673** d. m. | Artem[*i*]dori Aug. lib. adlecto | a memoria, | q. v. ann. XVII | d. XVII. Valeria | Philo[*g*]ene . . . | filio dul|cissimo.

*Prope Romam rep. ad viam Salariam, sarcophagus ornatus (XIV 4062 descr. Gatti).*

---

**1674** dis manibus | T. Flavi Capitolini, | Hermeros Aug. lib. | a libellis et | Flavia Irene | parentes | filio dulcissimo, | vi. ann. VIII m. V.

*Romae, nunc Florentiae (VI 8614 vidit Henzen).*

---

**1675** . . . | Quadrato | scriniario | á libellis, | Claudia | Tryphera | fecit | contubernali | suo.

*Romae (VI 8617 descr. Pighius).* — *Initio fractam dedi coniectura.*

---

**1676** Ti. Iuli. Donati | acceptoris a subscr., | ollae n. XXXVI | propriae iuris eius.

*Romae in eodem columbario in quo N. 1588 (VI 5181).*

---

**1677** T. Aelius Aug. lib. | Saturninus | a diplomatibus | sardonychi[1], | alumno fidelissimo.

*Romae, nunc Urbini (VI 8622 vidit Bormann).* — 1) *Diplomata significari ea, quibus facultas dabatur cursus publici, putat Hirschfeld Verw. I p. 105. Ea hic appellantur a gemma anuli, quo signari solebant.*

---

**1678** Aurelio Sym|phoro Aug. lib. | oficiali *(sic)* veteri a memo|ria et a diplomatibus, | exornato ornament. | decurionalibus, | ordo splendidissim. | civi | ob amorem et | instantiam erga | patriam | civesque.

*Puteolis, nunc Neapoli (X 1727 vidit Mommsen).*

---

**1679** diis manibus | T. Flavi Aug. lib. | Abascanti | a cognitionibus[1], | Flavia Hesperis | coniugi suo | bene merenti | fecit, | cuius dolore nihil | habui nisi mortis. | Scorpus Ingenuo Admeto Passerino Atmeto.[2] *(Auriga coronam et palmam gerens quadriga vectus).*

*Romae, nunc Urbini (VI 8628 vidit Bormann).* — 1) *Diversus sine dubio hic Abascantus a cognitionibus (cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 965 not. 2) ab eo qui fuit Domitiano ab epistulis, marito Priscillae, quem celebravit Statius silv. 5, 1 et qui memoratur VI 8598; cf. Hirschfeld Verw. p. 209, 1; Friedländer Sitteng. 1⁶ p. 184.* — 2) *Scorpus auriga est imperante Domitiano valde celebratus (Martial. 4, 67. 5, 25. 10, 50; 53. 11, 1). Nomina ablativo posita sunt equorum quibus ille vicerat (Henzen). Sane mirum est, haec titulo sepulcrali adiecta.*

---

**1680** d. m. s. | Victori et Urbicae | Aug. ser. parentibus | piissimis, Iucundus | Aug. lib. adiut. a co|gnitionibus, quo | usque spatium per|misit, renovavit. | Victor vix. ann. CII, Urbica | autem vix. ann. LXXX, | h. s.

*Carthagine rep. in eodem sepulcreto in quo N. 1550 (VIII S. 12613). — Iucundum Romae versantem sepulcrum parentium renovandum curasse coniecit Mo. Eph. ep. 5 p. 111 not. 1, C. VIII S. p. 1336 not. 5.*

---

**1681** d. m. | Delicatus Augg. | adiut. a cognitionib. | domnicis, obiit in ex|peditione Germanica, | vix. ann. XVIII m. VII d. VIII, | fratri piissim. fratres.

*Romae (VI 8635 saepius descripta saec. XVII).*

---

**1682** Ti. Claudius | Lemnius | divi Claudi | Augusti | lib. a studiis.

*Romae (VI 8636 vidit Henzen).*

---

**1683** Terpsilaus Aug. lib., prox. a studiis, scholam officii . . . .

*Romae (VI 8637 semel descripta saec. XVIII). — In fine fractam esse non traditur.*

---

**1684** M. Ulpius Symphorus | vixit annis XXIIII | mensibus VII diebus XI, | M. Ulpius Castoras | librarius Arabicus | bene merenti, quod | is expeditionibus | duabus | Galliae et | Syriae[1] secundum | fuerat.

*Romae (VI 8883 vidit Henzen).* — 1) *De itineribus Hadriani cogitavit qui primus edidit (a. 1774) Migliore, fortasse recte.*

---

**1685** d. m. | T. Aelio Aug. lib. Titiano prox. | a libr. sacerdotal.[1], def. Carnunt.[2] | ann. XXXXII m. III d. XIX, marit. virgin. | dulciss. et incomparabili bene|que merito, quem funeravit | Fl. Ampelis coniux carissima | et reliquias eius permissu imp. | ipsa pertulit consecravitque, | cum q. v. a. XII m. III d. XXI sine ulla | querella.

*Romae, nunc Lugduni Batavorum (VI 8878).* — 1) *Proximo a libris sacerdotalibus.* — 2) *Defuncto Carnunti. Carnuntum videtur venisse Titianus cum M. Aurelio, qui cum contra Marcomannos bellum gereret, ibi per tres annos moratus est (Eutrop. 8, 13; Hieronym. chron. ad a. 2193).*

---

**1686** d. m. | Theophilo | Aug. adiutori | a sacris, | Tyndaris | coniugi b. m. | fecit.

*Romae, postea Fani Fortunae (VI 8717).*

---

**1687** Philippo | Aug. lib. | ab actis[1], | Tigellia M. f. | Potestas | coniugi optimo | et karissimo.

*Romae (VI 8694 vidit Gatti).* — 1) *Ad acta diurna refert Mommsen (cf. supra N. 1410 not. 1).*

---

**1688** d. m. | Catiliae T. f. Piae | coniugi carissim., | T. Flavius Aug. lib. | Vestalis | adiutor ab actis.

*Romae, nunc Florentiae (VI 8693 vidit Henzen).*

---

**1689** dis manibus | Ti. Claudio Ianuario | Gratiano | nomenclat. Aug., | Patiens Aug. l. tabul. | mesorum aedificior., | Ascanius Aug. l. a. comment. | rat. hereditát., | amico bene merenti.

*Romae (VI 8933 descr. Smetius aliique).*

---

**1690** diis mánibus | Ti. Claudi Aug. lib. | Thaletis Viniciani | nomenclatoris | a cénsibus, | Thallus et Ianuaria | lib. de suo posuerunt, | loco legato ab | Iulio Alcide coll. eius, | cuius heres fuit.
*Romae, nunc Florentiae (VI 8938 vidit Henzen).*

---

**1691** Ser. Sulpicio | Aug. l. Fasto | ab admissione, | Ser. Ser. Sulpici | Agathemer. | et Thallus | conliberto.
*Romae (VI 8699 semel descripta saec. XVII).*

---

**1692** d. m. | Onesimi | Aug. lib. adiut. | ab admissione, | Ulpia Arsinoé coniugi b. m. f.
*Athenis (III 6107 vidit Jo. Schmidt).*

---

**1693** d. m. | M. Ulpio Aug. lib. Zopyro | prox. ab admissione, et | Sulpiciae Iustae, | Ulpia Iusta filia | parentibus dulcissimis, et | Sulpicio Marcello alumno, | Daphnus Aug. Tullianus socer[1], | libertis libertabusq. posterisq. eorum.
*Romae (VI 8701 vidit Henzen).* — 1) *Daphni mentio videtur postea intrusa esse.*

---

**1694** d. m. | M. Aurelio Aug. | lib. Antiochiano | magistro ab at|missione, Antio|chianus et Anti|ochis fili eredes | patri optimo.
*In monasterio Sublacensi prope Romam (XIV 3457).*

---

**1695** Tyrannus Antoniae | Drusi[1], ab admissione.
*Romae in columbario eodem in quo N. 1663 (Lanciani bull. com. 1885 p. 109).* — 1) *De Antonia, Neronis Drusi uxore, cf. supra N. 149. 150. 222, 2, infra N. 1754.*

---

**1696** Maritimi | Antoniae Drusi | rogatoris. || Quintiae | Antoniae Drusi l. | cantricis.
*Romae in eodem columbario in quo N. 1695 (Bull. com. 1885 p. 109).*

---

**1697** Ti. Claudi Aug. | lib. Aviti imbi|tatoris, et T. Ae|li Aug. lib. Theo|doti adiuto|ris a cognit, | et Scetasiae | Octaviae filis | carissimis, | Antonia Rhodine | mater fecit.
*Romae (VI 8634 vidit Henzen).*

---

**1698** d. m. | libertorum | T. Flavi Aug. lib. | Victoris | a cura amicorum.
*Romae (VI 8797 saepius descripta saec. XVI/XVII).*

---

**1699** Silvano sacrum, sodal.[1] | eius et Larum donum | posuit Ti. Claudius Aug. | lib. Fortunatus[2] a | cura amicorum | idemque dedicavit et epulum dedit | decuris n. IIII, k. Augustis C. Mini|cio Fundano et | C. Vettennio Se|vero cos.[3]
*Romae, nunc Oxonii (VI 630 vidit Huebner).* — 1) *Sodalicio.* — 2) *Idem Fortunatus est VI 604.* — 3) *Fasces sumpserunt kal. Iuliis a. 107.*

---

**1700** M. Aurelius Successus Aug. | lib. a cura amicor., qq.[1] et | Pomponia Victorina mat.[2], | coll. Liberi patris d. d.

*Romae (VI 8796 vidit Henzen).* — 1) *Quinquennalis.* 2) *mater, scilicet collegii Liberi patris.*

---

**1701** ex tabellar. | Aug. | stat. Taur. | l. m. d.

*Taurinis in museo, tabella aerea rotunda perforata cum clavo eidem inmisso (V 6964 vidit Mommsen). Cf. similem tabellam supra N. 270.*

---

**1702** de | statione | [*Ti.*] Caesaris Aug. | tabellaris | diplomari | discede.[1] *(In parte adversu)* Thoantis | Ti. Caesaris | Aug. | dispensatori[s] ab toris.

*Romae, nunc Neapoli, lamina aenea (VI 8655ᵃ vidit Mommsen).* — 1) *Explicare temptaverunt Mommsen Herm. 1 p. 344; Hirschfeld Verw. 1 p. 105 not. 6.*

---

**1703** dis manibus | Turiae Saturninae | Soranae | libertae fecit | Placidus | imp. Domitiani Aug. | tabellarius, | coniugi optimae | et pientissimae.

*Romae (VI 9052 vidit Huebner).*

---

**1704** Ti. Claudius | Aug. lib. | Philargyrus tabellar. | castrensis, sibi et | Domitiae Philargyridi | et Ti. Claudio Ianuario | filis suis, et | Claudiae Pithusae lib. suae, | et suis | posterisque eorum.

*Romae, tabulae duae eadem inscriptione inscriptae, nunc altera Neapoli (VI 8526).*

---

**1705** d. m. | Flaviae | Cominiae | vix. ann. XVII m. VI d. XX, | Festus Caes. n. | tabellarius | ex officio | annonaes | coniugi | . . . . .

*Bononiae, originis urbanae (VI 8473 vidit Zangemeister).*

---

**1706** d. m. | Tito Aelio Montano Aug. | lib., optioni tabellari|orum offici ratio[*num*][1], | qui vixit annis LV men|sibus III diebus III.

*Romae olim (VI 8424ᵃ ad exemplum novicium Florentiae adservatum).*

---

**1707** I. o. m. D.[1] | pro salute Augg. nn. | L. Septimi Severi Pii | Pertinacis et M. | Aureli Antonini ⟨Pii | Felicis Aug.⟩[2] et | Iuliae Aug. et s. p. q. R., | Semnus Augg. nn. lib., optio | tabellariorum stationis | marmorum, aram posuit.

*Romae olim in Aventino (VI 410 saepe descripta saec. XVI).* — 1) *Iovi optimo maximo Dolicheno.* — 2) *Verba* Pii Felicis Aug. *in litura reposita, substituta sine dubio pro* et | Getae Caesaris.

---

**1708** optiones: Demetrius et Faustus lib.

tesserarius: Nicias lib.

tabellari:

Primitivus lib. Protoctetus lib.

Athenaeus lib. Atimetus lib.

*(sequuntur alia nomina quattuordecim, tam libertorum quam servorum).*

*Romae (VI 9915 vidit Henzen).*

---

**1709** d. m. s. | Repentinus Aug. tabe|llarius, vix. an|nis XXV, | colegius tabela|ri *(sic)* fecerunt.

*Theveste (VIII 1878 viderunt Wilmanns et Schmidt).*

---

**1710** Fl. Antigona vivit et convivatur — d. m. s. — Vitalis Aug. n. tabellarius vivit et convivat.

dum sum Vitalis et vivo, ego feci sepulchrum,
adque meos versus, dum transseo, perlego et ipse.
Dip[*l*]oma circavi totam regione pedestrem,
et canibus prendi lepores et denique vulpes.
Postea potionis calices perduxi libenter;
multa iuventutis feci, quia sum moriturus.
Quisque sapis, iuvenis, vivo tibi pone sepulcrhum.

*Carthagine, nunc Tarvisii (VIII 1027 cf. VIII S. 12468 vidit Villefosse).*

---

**1711** Crescens Aug. ser. | ex tabellaris, pius | vixit ann. XLV, Feli|citas filia pio | patri fecit. | H. s. e.

*Carthagine rep. in eodem sepulcro in quo N. 1550 (VIII S. 12625 vidit I. Schmidt).*

---

**1712** Lalemus[1] Aug., circitor, | natione Lycao, Donato | filio et sibi et suis fecit.

*Surrenti (X 711 vidit Mommsen).* — 1) *Fort.* Ialemus.

---

**1713** dis m. s. | Peregrinus Aug. ser. | ex circitoribus, vix. a. XLV, | hic situs est. | Peregrinus fil. piissimo patri fec.

*Romae, nunc Pisauri (VI 8749 vidit Bormann).*

---

**1714** d. m. s. | Primus Caes. | n. servus ex|ercbitator | cursorum | fecit Rog|ato fratri | carissimo | suo, vix an|nis LXX m. III | d. XV, h. s. e.

**1715** d. m. s. | Campester Aug. | doctor cursorum | pius vix. an. XXX, h. s. e.

**1716** d. m. s. | Saturus Augg. ser. | et *Tittcu[s] Augg. ser. | cursores hic s. s. | Collegium cursorum et Numidaru | fecit.

*Carthagine rep. in eisdem sepulcretis in quibus N. 1486. 1550 (VIII S. 12622. 12904. 12905). De his cursoribus et magistris eorum cf. Mo. c. VIII p. 1337.*

---

**1717** Valens Germanus | Germanicianus[1] | Ti. Caesaris Augusti, | natione* Ataeus[2], v. a. XXXV.

**1718** Bassus | Germanus | Germanician.[1] | Drusi Caesaris, nat. | Veius[3], v. a. XXX.

**1719** Felix Ti. Claudi | Germanici eques, | Charito fratri pro | meritis fecit.

**1720** Bassus Neronis | Caesaris[4] corpore | custos, natione Frisius | vix. a. XL.

**1721** Hilarus Neronis | Caesaris[4] corpore | custos, natione Frisiaeo, | vix. ann. XXXIII.

**1722** Nereus nat. German. | Peucennus Germanici|anus[1] Neronis Caesaris, | vixit annis XXVII.

**1723** Proculus | decurio | Germanorum | Ti. Germanici.[5]

*Romae ad viam Appiam in sepulcro libertorum et servorum Claudii nondum imperatoris et filiorum Germanici (VI 4341. 4337. 4334. 4342—4345 semel descriptae saec. XV, solam N. 1723 vidit Henzen).* — 1) *Germaniciani dicti hi propterea quod antea pertinuerunt ad familiam Germanici Caesaris. Apparet Germanicum rebus adversus Germanos gestis multos servos eius nationis sibi comparasse domumque secum adduxisse (Mo.).* — 2) *Vocabulum corruptum;* Bataxus *in lapide fuisse coniecit He.* — 3) *Nescio quis populus Germaniae significatur; vocabulum fortasse non recte exceptum.* — 4) *Videtur intellegendus esse Nero Germanici filius.* — 5) *Claudius nondum imperator. De his Germanis corporis custodibus cf. Mo. Staatsr. II³ p. 808, Neues Archiv f. deutsche Geschichtskunde 8, 1883 p. 349 seq.*

---

**1724** Severus | corpore custos | Ti. Caesaris | Germanici Au[*g.*], natione Su[*ebus*], | v. a. . . . . . .

*Romae, nunc Florentiae (VI 8810 vidit Henzen).*

---

**1725** Paetinus | Ti. Claud. | Caisar. Aug. | corp. cust. | dec.[1] Pacati, | nat. Bataus | vix. ann. XX, | h. s. e. | Pos.[2] Virus dec.[1] Pacati, | h.[3] eius ex col. Germa[*n.*][4]

**1726** Postumus | Ti. Claudi | Caisar. Aug. | corpor. cust. | dec.[1] Synerotis | nat. Ubius, | vix. an. XXV, h. s. e. | Pos. Capito dec.[1] | Synerotis, her. eius | ex col. Germ.[4]

**1727** Nobilis | miles impera. | Neronis Aug. | corp. cust. | dec. Rabuti, | nat. Bataus, | milit. an. II, | vix. an. XX, h. s. e. | Posuit Baebius | d.[1] Rabuti, heres.

**1728** Phoebus | Neronis Claud. | Caesaris Aug. | corp. cust. | dec.[1] Rabuti | nat. Baetesius, | mil. an. VIII, vix. an. XXV, | h. s. e. Posuit Gnostus | dec. eadem, heres eius | ex colleg. German.

*Romae extra portam Aureliam, cippi quattuor (VI 8807. 8809. 8806. 8808 vidit Henzen).* — 1) *Decuria.* — 2) *Posuit.* — 3) *Heres.* — 4) *Ex collegio Germanorum.*

---

**1729** Alcimachus | Neronis Claud. | Caisar. Aug. Ger. | corpor. cust. | dec. Albani, | nat. Bataus, | vix. ann. XXXV | h. s. e.[1] Posuit | Batavus dec.[2] Montani | her. eius ex coll. Ger.[3]

**1730** Ti. Claudius | Chloreus | Neronis Claudi | Caesaris Aug. | corporis custos, | dec. Spiculi, | natione Bataus, | vix. ann. XL, h. s. e.[1] Posuerunt

| Ti. Claudius Diadumenus et | Censor dec.[2] Spiculi, | heredes eius, ex collegio Germanorum.

*Romae in Ianiculo (VI 8802. 8803, descripsit Forcella).* — 1) *Hic situs est.* — 2) *Decuria.* — 3) *Ex collegio Germanorum.*

---

**1731** Ti. Claudio | Aug. lib. Ducto | dec. Germánórum, | vix. an. XXX, posuit Luria | Paezusa coniugi suo et sibi.

*Romae, exstabat in ecclesia S. Caeciliae (VI 8811 saepius descripta saec. XV. XVI).*

---

**1732** Ti. Claudius divi Claudi lib. Actius, | honoratus[1], curator Germanorum, | et aedituus Dianae Cornif.[2], collegio magno[3] | trib.[4] divae Augustae triclam cum columnis | et mensis et maceria s. p. d. d.

*Romae rep. in columbario libertorum et servorum Liviae ad viam Appiam, nunc Parisiis (VI 4305 vidit Henzen).* — 1) *Idem Actius inter honoratos (collegii magni ut puto) memoratur VI 20216 (ubi pro* Gurge.. *scrib.* cur. Ge[*rm.*]). — 2) *De Diana Cornificiana cf. Lanciani bull. com. 1891 p. 214 seq.* — 3) *Cf. supra N. 1505 not. 3.* — 4) *Tribunorum.*

---

**1733** Carnius Ti. Caesaris | Aug. l. á cubiculo, | vixit annis XXXII.

*Romae, nunc Neapoli (VI 4342 vidit Mommsen).*

---

**1734** Ti. Claudio Aug. l. | Quir. Alcibiadi, qu[*i fuit*] | praegustator et a c[*u*]|biculo Neronis, Iulia | Regulina ex testamen[*to*] | eius fecit.

*Prope Tarracinam (X 6324 bis descripta saec. XVIII).*

---

**1735** dis manibus | Ti. Claudio Neronis | Augusti l. Hicelo[1] | cubiclario, | vix. ann. XXXX.

*Romae (VI 8783 contulit Kaibel).* — 1) *I. e.* Icelo.

---

**1736** Ti. Claudius | Eutomus, Partheni | Aug. liberti | a quibiclo[1] *(sic)* libertus, | fecit Carithe *(sic)* bene | merenti suae | carissimae, vixit | annis XVIII.

*Romae (VI 8761 descripsit C. L. Visconti).* — 1) *Fortasse hic est Parthenius Domitiani cubicularius qui eum interfecit (Mommsen).*

---

**1737** M. Aureli Cle|andri a cubi|culo Aug. n.

*Signaculum aeneum Mediolani apud Hamilcarem Anconam, in agro Romano rep. (Gatti bull. com. 1887 p. 323).* — *Pertinet, ut vidit Gatti, ad Cleandrum Commodi cubicularium (vit. Comm. 6, 3) et postea praefectum praetorii.*

---

**1738** M. Aurelio Augg. lib. Proseneti | a cubiculo Aug.[1], | proc. thesaurorum, | proc. patrimoni, proc. | munerum[2], proc. vinorum | ordinato a divo Commodo | in kastrense[3], patrono piissimo, | liberti bene merenti | sarcophagum de suo | adornaverunt. *(In latere)* Prosenes receptus ad deum[4] V non. . . . ias S . . . . . . nia[5] Praesente et Extricato II[6] | regrediens in urbe ab expeditionibus. Scripsit Ampelius lib.

*Prope Romam rep. ad viam Labicanam, sarcophagus magnus (VI 8498 viderunt Henzen et de Rossi). Enarravit Friedländer Sitteng. I[6] p. 196.* — 1) *A cubiculo videtur fuisse Prosenes Caracallae cum mortuus est, a. 217 (cf. not. 6).* — 2) *Cf. supra*

*N. 1567 not. 1.* — 3) *Cf. Hirschfeld ap. Friedländer l. c.* — 4) *Christianam fidem professus erat Prosenes, cf. de Rossi inscr. chr. I p. 9.* — 5) *Videtur periisse indicatio loci quo defunctus est Prosenes* (S[ame in Cephalle]nia *proposuit Mommsen).* — 6) *Consules fuerunt a. 217.*

---

**1739** Felix Agrippaes | cubicularius | et Chiae coiugi eius, | ollas II.

*Romae rep. ad viam Appiam, nunc Panormi (VI 5679 vidit Mommsen).*

---

**1740** . . . . . . . . . . [*qui et*] Ceionius et Aelius vocitatus est, L. Caesaris fuit a cubiculo et divi Veri imp. nutr[*itor*[1], | *a divo Antonino Pio equo publico*[2] *et sac*]erdotio Caeniniensi, item pontif. min.[3] exornatus, ab eodem proc. ad silic. et praef. vehicul. factus, et ab imp. Antonino | [*Aug. et divo Vero cura copiarum exercit*]us[4] ei iniunct., hasta pura et vexillo et corona murali donatus, proc. summarum rat., cum Ceionia Laena uxore sua hic situs.

*In agro Romano rep., servatur Frascati (VI 1598 vidit Henzen).* — 1) *Teste vita Veri c. 2, 8 cum Verus educatorem habuerit Nicomedem, huic hunc titulum attribuit Henzen.* — 2) *Cum reliqua munera in hoc titulo memorata paene omnia sint equestria, probabiliter Henzenus posuit, Nicomedem, sive quo alio fuit nomine, in eum ordinem adlectum esse.* — 3) *Pontificatu minore.* — 4) *Supplevit Mommsen.*

---

**1741** M. Livius Augustae | l. Amarantus | supra cubuclarios.

*Romae (VI 8766 descripta saec. XVI).*

---

**1742** diis manibus | Helio | Actes Aug. l.[1] | liberto, | a cubiculo.

*Romae (VI 8760, descripta saec. XVII).* — 1) *De Acte Augusti liberta cf. Tac. ann. 13, 12. 46. 14, 2; Suet. Ner. 28. 50. Servi et liberti eius non raro reperiuntur in titulis urbanis (cf. C. VI l. c.).*

---

**1743** C. Iulius divi | Aug. l. Felix | Ivatianus[1] decurio | cubiclarius.

*Romae ad viam Appiam (VI 5747). In eadem tabula extat titulus aliorum libertorum Augusti.* — 1) *Cf.* Iubatianus *VI 9046.*

---

**1744** dis manibus sacrum. | Claudiae Ti. f. Euresis, pia vix. | ann. XVII, Valentinus ex | numero cubiculariorum Aug.[1], | fecit uxori carissimae et ob | meritis, quod se secuta esset | in provincia Africa. H. s. e.

*Carthagine rep. in eodem sepulcreto in quo N. 1550 (VIII S. 12657).* — 1) *Valentinum in Africam venisse cum Hadriano coniecit Mommsen.*

---

**1745** d. m. | M. Aurelio Aug. lib. | Onesimo cubicul. stat. I[1], | M. Aurelius Dionysius | patrono pientissimo | et bene merenti fec. | Ossua posita sunt | VI idus Noemb. Crispi|no et Aeliano cos.[2], | ara XV kal. Ianuar. | isdem cos.

*Romae (VI 8775, vidit Henzen).* — 1) *Stationis primae.* — 2) *A. 187.*

---

**1746** d. m. | Crescenti vernae | Caesaris n., | cubiculario stationis II, | vixit annis XXVII | mesibus XI diebus XI.

*Romae in columbario eodem in quo N. 1588 (VI 5195).*

---

**1747** . . . . et plebei collegi Concordiae Augustianorum | familiae castrensis, | Alexander Marcellianus et Encolphius | Domitianianus cubiculari stationis primae, d. d.

*Romae, nunc Urbini (VI 8532 vidit Bormann).*

---

**1748** d. m. | P. Aeli Aug. lib. | Chrysanthi, q. f. | a frum. cub.[1], | Parthenopaeus, ab | aeg.[2], et Epiterpes | colleg.[3] | b. m. f.

*Romae (VI 8771 vidit Henzen). — 1) Qui fuit a frumento cubiculariorum. — 2) Ab aegris. — 3) Collegae.*

---

**1749** M. Ulpio | Aug. l. Stephano | ab aegris | cubuclarior., | Ulpia Italia | uxor b. m. fec.

*Romae, olim in via Appia (VI 8770; Bull. com. 1886 p. 413; Roem. Mitth. 1890 p. 91).*

---

**1750** Ti. Claudius Aug. | l. Quadratus dec.[1] | lecticarior. Britannici[2], | vix. an. LX.

*Romae (VI 8873 descripsit Smetius). — 1) Decurio. — 2) Claudii filius.*

---

**1751** Olympus Liviae Drusi Caesar.[1] lecticarius.

*Romae in columbario rep. in quo N. 1717 seq. (VI 4349 semel descripta saec. XV). — 1) De Livia, Drusi Caesaris Ti. f. uxore, cf. supra N. 170, infra N. 1752. 1828. 1843.*

---

**1752** Antiochus, Iuliae[1] | Drusi Caesaris supra | lécticarios, fecit[2] | Claudiae Cedne | coniugi suae fecit[2].

*Romae in columbario eodem in quo N. 1588 rep. (VI 5198 vidit Henzen). — 1) Significatur sine dubio eadem uxor Drusi Caesaris Ti. f., quae N. 1751; huic etiam nomen Iuliae fuisse indicat Zonaras 11, 2. — 2)* Fecit *bis positum, errore.*

---

**1753** Philargu. lecticarus *(sic)* | Octaviaes[1] | Stephanianus[2], | ossua eius heic | sita sunt.

**1754** Eros Antoniaes | minoris[1] lect.[3]

*Romae rep. extra portam Salariam, cippi duo (Bull. com. 1887 p. 163). — 1) Octavia, Augusti soror, et filiarum eius natu minima fortasse nondum Druso nupta (cf. N. 1695). — 2)* pha *litterae ligatae sunt. — 3) Lecticarius.*

---

**1755** Chrysaspis[1] | Agripinae[2] *(sic)* supra veste. || Heliconis Narcissi | Augustiani et Heliconidis | filia, vix. ann. III. | Heliconis Agrippinae[2] | vestifica, vix. ann. XXVI, | post triennium decessit eadem | die qua filia.

*Romae in eodem columbario in quo N. 1588 (VI 5206 vidit Henzen). — 1) Antea scriptum erat* Chrysippus, *deinde repositum id quod legitur. — 2) Uxor Germanici.*

---

**1756** dis manibus | Coeliae Dynate | M. Ulpius Aug. lib. | Valens[1] a veste imp. | privata, coniug. kariss. | sanctissimae, | cum qua vixit an. XXXVIII | sine crimine, et sibi | et suis libertis | libertabusque | posterisque | eorum.

*Romae (VI 8550 vidit Henzen). — 1) Idem Valens Traiani libertus a veste posuit titulum infra N. 1792.*

**1757** Iulia C. l. Prima, | vixit an. XXX. || Anteros Ti. Caesaris | cistarius a veste foren, | vixit ann. XXV.

*Romae in eodem columbario in quo N. 1588 (VI 5193 vidit Henzen).*

---

**1758** Ti. Claudio | Aug. lib. | Corintho, | a veste regia[1], | Hermes lib. | patrono suo | b. m. fecit.

*Romae in aedibus privatis (VI 8551 bis descripta saec. XV. XVI). — 1) Cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 417 not. 4.*

---

**1759** dis manibus | Venuleia Cleopatra | fecit sibi et | Rhodano Caesaris vernae a veste regia et Graecula[1], coniug. benemer. et lib. libertabus posterisq. suorum.

*Romae, nunc Bononiae (VI 8552 vidit Zangemeister). — 1) Cf. N. 1758 not. 1.*

---

**1760** Alcimus | Neronis Caesaris | Aug. servos a | veste castrensi, | vix. ann. XXX. | Claudia | Docile | fecit sibi et | contubernali | suo.

*In agro Praenestino (XIV 2832 bis descripta saec. XVII).*

---

**1761** d. m. | T. F.[1] Decembri, a veste | munda, et Sergiae Fe|licitati coniugi, lib. | libertabusque poste|risque eorum.

*Romae rep. (VI 8549 vidit Bormann). — 1) Intellege: Flavio.*

---

**1762** d. m. | M. Ulpius Aug. lib. | Euphrosynus | a veste venatoria.

*Romae, nunc Parisiis (VI 8555 vidit Henzen).*

---

**1763** d. m. | M. Cocceius Aug. lib. Ambrosius praepo|situs vestis albae triumphalis[1], fecit | Cocceiae Nice coniugi suae, cum qua vixit | annis XXXXV diebus XI.sine ulla querel., | et Rufinus Caes. n. vern., adiutor tabul., | filius eorum, sibi et suis lib. libertabusq. | posterisq. eorum. H. m. h. n. s. | In fronte p. XVI, in agro p. XXII.

*Romae (VI 8546, viderunt Henzen et Gatti). In eodem lapide supersunt reliquiae alterius tituli. — 1) Cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 411 not. 4.*

---

**1764** M. Ulpio Aug. lib. Philo|tae pp.[1] vestis scaenicae, | Ulpia Veneria marito | incomparabili pietate.

Hic | iacet ille situs M.[2] formon|sior ullo;
quod meruit vivus, | moriens quot et ipse | rogavit,
coniugi[s] sue | gratae praestitit ecce fides.

*Romae (VI 8553, saepius descripta saec. XVII). — 1) Praeposito. — 2) Marcus.*

---

**1765** dis manibus | Ti. Claudius | divi Claudi lib. | [*Di*]pterus | vestificus Caesar. | a veste scaenica, | Claudia Lycoris | fecit coniugi suo et | sibi et suis.

*Romae (VI 8554 descripsit Huebner).*

---

**1766** d. m. | Claudiae Faustinae | filiae pientissimae | quae vix. ann. XVI, | Ti. Cl. Aug. lib. Philetus | a comment. rat. vestium scaenic. et |

gladiat., et Flavia Procula parentes, | item Flavius Daphnus et Cl. Martialis | fratres fecerunt, et sibi lib. libertabus | suis posterisq. eorum.

*Romae (VI 10089 vidit Bormann).*

---

**1767** Herculi et Sylvano ex voto, Trophimianus | Aug. lib. proc. summi choragi | cum Chia coniuge.

*Romae (VI 297 descripta saec. XVI).*

---

**1768** habe Marce, dulcis a[*nima*], | adiut. proc.[1] summi chor[*agi*]. | Marcus piissimo patri [*fec.*]

*Romae (VI 10083 vidit de Rossi).* — 1) *Adiutor procuratoris.*

---

**1769** d. m. | Ulpiae Synoridi | Tertius Aug. lib. | tabular. | summi choragi | coniugi | bene de se | meritae fecit.

*Romae (VI 10086 vidit de Rossi).*

---

**1770** d. m. | P. Aelius Agathemer. | Aug. lib. medicus rationis summi choragi, | fecit sibi et Aeliae Iorte[1] | coniugi bene merenti, et | libertis libertabusque suis | posterisque eorum.

*Romae (VI 10085 vidit Henzen).* — 1) *Scr.* Heorte.

---

**1771** d. m. | Servato Caesaris n̄. ser. | contrascribtori rationis | summi choragi, vixit ann. XXXIIII | mensibus VIII diebus XII, amico | bene merenti, fecerunt | Fortunatus Pompeianus, Optatus | Aug. lib. adiutores proc.[1] rationis | ornamentorum, et Irenaeus | Caesaris verna adiutor | tabulariorum, et Isidorus | Primitivi Aug. disp. vicar.[2] | rationis eiusdem[3], et Helius | vicarius eius[4], domino bene|merenti.

*Romae (VI 8950 vidit Henzen).* — 1) *Procuratoris.* — 2) *Dispensatoris vicarius.* — 3) *Intellege rationem ornamentorum.* — 4) *Scilicet Servati.*

---

**1772** Ti. Iuli | Solonis. || Pinytus | Ti. Caesaris | Aug. ser. matr.[1] á supelectile.

*Romae in eodem columbario in quo N. 1588 (VI 5358 vidit Henzen).* — 1) *Matris (expectaveris* maternus*).*

---

**1773** Iulia Gemella | Isidori, | v. a. XXV. || Albanus Caesar. a supelect. | de domu | Tiberiana, v. a. XLV.

*Romae (VI 8654 vidit Dressel).*

---

**1774** *(protome Solis)* Eumolpus Caesaris | a supellectile domus | auriae *(sic)* et Claudia Pallas f.[1] | Soli et Lunae donum posuerunt.

*Romae nunc Florentiae (VI 3719 vidit Henzen).* — 1) *Filia.*

---

**1775** d. m. | Ti. Claudius Thallus | praepositus velariorum | domus Augustianae, | fec. sibi et filis suis, l. l. | post. eorum.

*Romae (VI 8649 aliquoties descripta saec. XV—XVII).*

---

**1776** C. Iulio Chrysanto | ⟨et P. Aelius Aug. lib. Eutychus, praepositus velaris | castrensibus, fecit et sibi et suis posterisque eorum⟩.[1]
C. Iulio Chrysanto | aedituo collegi taberna|clarioriorum *(sic)* donat|um sibi locum quem pe|tit ar[2] Trophimo inmune, quem iussit sa[3] pecunia | facere sibi et fieis[4] suis | et coniugi.

*Romae in eodem columbario in quo N. 1588, in aedicula quadam (VI 5183 vidit Henzen). — 1) Verba uncis inclusa aetate posteriore incisa sunt. — 2) Intellege:* ab, 3) sua, 4) filieis.

---

**1777** ex domo Caesarum | libertor. et servor. | quod est collegi | tabernaclariorum.

*Romae rep. ut videtur ad viam Appiam, fortasse ibi ubi N. 117, nunc Bononiae (VI 9053 cf. Bormann arch. ep. Mitth. 13, 1890 p. 110; similis est titulus VI 9053 a).*

---

**1778** C. Iulius divi Aug. l. | Cozmus *(sic)* speclaria.[1] | Agrippianus, hic situs est. | C. Iulius Cosmi l. | Sabinus.

*Romae in eodem columbario in quo N. 1588 (VI 5202 vidit Henzen). — 1) Eiusdem Cosmi speculariarii est titulus eodem loco extans VI 5203.*

---

**1779** dis manib. | Ti. Claudius Epictetus praeposit[*us*] | speclariarior. domus Palatinar., | et Claudia Aphrosia coiunx eius, | Claudio Servando fil. fecerunt, vixit ann. XVII mens. III, | item lib. libertabusq. posterisq. [*eorum*]. | Quod si desierint, tum discentibus speclariaris [*domus*] | Palatinarum.[1]

*Romae (VI 8659 vidit Henzen, in parte aversa extat titulus sepulcralis aliorum hominum). — 1) Voluit dicere Epictetus, si aliquando nulli essent ex sua domo, tum sepulcrum pertinere debere ad discentes eius coetus cui ipse praepositus fuerat.*

---

**1780** d. m. | Falanx | vixit an. XX, | Araps[1] | Caesar. n. ser. | ex peculiaris | lampadaris | fratri b. m. | fecit.

*Romae (VI 8868 vidit Henzen). — 1) Idem Araps posuit coniugi titulum VI 8869.*

---

**1781** Amoenus | Messallinae | Ti. Claudi Caesaris | ab ornamentis.

*Romae rep., est Pisauri (VI 8952 vidit Bormann).*

---

**1782** d. m. | T. Fl. Aug. lib. | Parthenopaei | Poppeani, eunuchi | ab ornamentis, | vix. ann. LXXV, | T. Fl. Nicephorus | lib. patrono sanc|tissimo et pientis. | benemerenti | fecit.

*Romae in museo Vaticano (VI 8954).*

---

**1783** d. m. | Chrysaori Aug. lib., adiutori | a commentaris ornamentorum, | filio piissimo, qui vixit ann. XXVII | m. VIIII, fecerunt | Cl. Apelles et Cl. Primitiva parent. | et sibi. | In f. p. X, in ag. p. VIIII.

*Romae (VI 8951 vidit Bormann).*

---

**1784** Iunoni[1] | Dorcadis | Iuliae Augustae | vernae Caprensis[2] | ornatricis, | Lycastus conlibertus | rogator, coniugi | carissimae sibi.

*Romae (VI 8958 vidit Henzen). — 1) Titulos sepulcrales dedicatos Iunonibus mulierum defunctarum infra dabimus plures. — 2) Intellegenda nata Capreis in familia Augusta.*

**1785** Pamphila | ornatrix | Antoniaes, | have.

*Romae extra portam Salariam (Bull. com. 1888 p. 57).*

**1786** Paezusae, Octaviae | Caesaris Augusti f.[1] | ornatrici, | vix. ann. XVIII. ‖ Philetus, Octaviae | Caesaris Augusti f.[1] | ab argento, fecit contubernali suae | carissimae et sibi.

*Romae in columbario quodam ad portam Latinam (VI 5539 vidit Henzen). — 1) Caesaris Augusti (scilicet Claudii, cf. supra N. 977 not. 1) filiae.*

**1786**[a] d. m. | Telesphoridi | vix an. XXV m. III d. XI, | Domitiae | Domitiani | ornatrici, | Theopompus | coniugi suae.

*Romae (VI 8959 vidit Henzen).*

**1787** Secunda C. Corneli | Elenchi liberta, | coniux Epigoni, Caesaris | Aug. sutoris, decessit ann. XX, | L. Munatio Planco C. Silio cos.[1] ‖ Antia Sex. l. | Arescusa, | vix. a. LX.

*Romae (VI 9050 descr. Smetius). — 1) A. 13 p. Chr.*

**1788** Extricata | Octaviae Aug. f.[1] | sarcinatrix, | v. a. XX.

*Romae sine dubio rep., nunc in Anglia loco dicto Warwick Castle (VI 9037). — 1) Cf. N. 1786 not. 1.*

---

**1789** Celadio Ti. Caesaris Aug. | ser. unctor Germanician. | Pudens Ti. Caesaris Aug. | pedisequs.

*Romae in eodem columbario in quo N. 1786 (VI 5540 vidit Henzen).*

**1790** Chiae | Antoniae Drusi | unctric.

*Romae (VI 9097 vidit Henzen).*

**1791** dís mán. | T. Flavio Aug. lib. | Philomuso dec. | unctorum, vixit ann. | LXXI, Hermes lib. patrono | b. m.

*In agro Romano prope Marino oppidum (VI 9093 bis descripta saec. XVII).*

---

**1792** M. Ulpio Aug. lib. | Phaedimo[1] divi Traiani Aug. a potione | item a laguna et tricliniarch., | lictori proximo et a comment. | beneficiorum, vixit ann. XXVIII, | abscessit Selinunte pri. idus Augus. | Nigro et Aproniano cos.[2], | reliquiae treiectae[3] eius | III nonas Febr. ex permissu | collegii pontific. piaculo facto | Catullino et Apro cos.[4]; | dulcissimae memoriae eius | Valens Aug. lib. Phaedimianus | a veste[5] ben. mer. fecit.

*Romae, basis in qua eadem inscriptio bis exarata erat (VI 1884 vidit Henzen). — 1) Idem uni ex libertis posuit titulum III 575. — 2) D. 12 Aug. 117. His ipsis diebus (paullo ante d. 13 Aug.), eo ipso loco, Selinunte in Cilicia, mortuus est Traianus (vit. Hadr. 4, 7. Dio 68, 33), cuius et vitae et mortis comitem fuisse Phaedimum apparet. — 3) De translatione cadaveris ex permissu pontificum cf. Marquardt Staatsverw. III² p. 310. — 4) A. 130. — 5) Cf. supra N. 1756.*

**1793** d. m. | Galeriae Claudiae | quae vix. an. XVII | p. m.[1], | Galerius | Anthophorus | Aug.[2] lib., adiutor | a lagona, lib.[3] et | coniugi b. m., et sibi | posterisque suis.

*Romae (VI 8866 vidit Bormann). — 1) Plus minus. — 2) Augustae, scilicet Faustinae senioris. — 3) Libertae.*

---

**1794** d. [*m.*] | Erasinus Caes. | n. ser. adiutor a | vinis, Claudiae | Phiale coiugi su|ae benemerenti | fecit.

*Romae (VI 5062. 9092 vidit Henzen).*

---

**1795** Genio | Coeti Herodian.[1] | praegustator. | divii *(sic)* Augusti, | idem postea vilicus in | hortis Sallustianis, | decessit non. Augustis | M. Cocceio Nerva | C. Vibio Rufino | cos.[2], | Iulia Prima patrono suo.

*Romae (VI 9005 aliquoties descripta saec. XV/XVI). — 1) Coetus hic Herodis alicuius vel servus fuit antea quam Augusti esset, aut alumnus. — 2) Consules hi fasces ceperunt non multum ante p. Ch. 43 kalendis Iuliis (cf. Mo. Korrespondenzblatt der Westdeutschen Zeitschr. 7, 1888 p. 58).*

---

**1796** dis manibus | Ti. Claudi Aug. lib. | Zosimi procurat. | praegustatorum, | Claudia Entole coniunx | viro benemerenti | et Claudia Eustachys filia | patri pientissimo.

*Romae, nunc Florentiae (VI 9003 vidit Henzen).*

---

**1797** dis manibus | Chrysaori Aug. lib. praegustatori, | benemerenti, | collegium | praegustatorum | fecit; curavit | Eridanus Aug. lib. | procurator.

*Romae (VI 9004 vidit de Rossi).*

---

**1798** T. Aelius Aug. lib. Primitivus | archimagirus et | Aelia Aug. lib. Tyche coniunx | fecerunt sibi et suis, lib. libertabusq.[1] | posterisque eorum. | Custodia monimenti inhabitandi ne quis inter|dicere vellit. Quod si nemo de hac memoria nostra | extiterit, pertinere debebit ad collegium cocorum | Aug. n., quod consistit in Palatio. Quod neque donari | neque veniri *(sic)* promittimus. Quodsi quis contra | legem s. s. fecerit, dare debebit corpori, qui sunt | in hac stationem, HS L. m. n.[2]

*Romae rep. extra portam Appiam, nunc in museo Vaticano (VI 7458 vidit Henzen). Similis est titulus alter eiusdem Primitivi archimagiri, item repertus extra portam Appiam, nunc in aedibus Lateranensibus (VI 8750). — 1) In titulo VI 8750 pro his verbis (inde a* Aelia Aug. lib. Tyche*) erasis substituta sunt haec:* fecit Aelia Tyche et sibi et Aeliae Tyrannidi coniugi et libertis libertabusq. meis vel Aeliae Tyrannidis. — 2) *In titulo VI 8750 clausula haec ita legitur:* si adversus ea quis fecerit, poenae nomine feret arcae cocorum HS L. m. n., ate *(sic)* ex usuris eorum celebretur suo quoq. anno.

---

**1799** Zethus Marcellae | minoris[1] cocus.

*Romae (VI 8755 vidit Henzen). — 1) Est altera filiarum Octaviae et C. Claudii Marcelli, de quibus cf. C. VI p. 909.*

**1800** d. m. | M. Aurelius Aug. lib. Bit[*hus*] | praepositus cocorum [*se*] | vivo sibi et Aureli Herm . . . .
*Romae (VI 8752 descr. Herzog).*

---

**1801** d. m. | Calpurnie | Soteriae, | Telesphor. | Aug. lib., qui | praes. pisto[*r.*][1], | fecit coniugi | suae.
*Romae (VI 8998 descr. Zangemeister).* — 1) *Qui praeest pistoribus.*

---

**1802** Diocles | Ti. Caesaris ministr. | Germanicianus | natione Gallograe[*c.*], vixit ann. XXXV.
*Romae in eodem sepulcro in quo N. 1717 seq. (VI 4351 semel descripta saec. XV).*

---

**1803** dis manibus | Alypi imp. | Aug. ser. | ministratoris | vernae, | Spendon et Hermes emptici | de suo fecerunt, | vix. an. XXIIII.
*Romae (VI 8919 vidit Henzen).*

---

**1804** d. m. s. | Paris imp. Domitiani | Aug. Germanici ser. | ministrator, sibi et | Claudiae Agathetyche | coniugi bene merenti, | quae vix. annis XXI.
*Romae (VI 8921 vidit Henzen).*

---

**1805** T. Flavio Aug. lib. | Onesimo ministrat. | dec. IIII | dec. Favoris[1], | T. Flavius Vitalianus | patri optimo.
*Romae, nunc in Anglia (VI 8915 descripsit Michaelis).* — 1) *Ministratori decuriâ quartâ, decuriâ Favoris.*

---

**1806** d. m. | Onesimo Caes. n. ser. minister. | dec. VI, b. m. | coniugi Rustia | Lais fecit.
*Romae (Bull. com. 1887 p. 235).*

---

**1807** d. m. | T. Aelio Euprepeti | Aug. lib., decurioni | ministratorum, | Aelia Nice coiugi bene meren|ti, cum quo vixit | annis XXX sine | ulla querella.
*Romae (VI 8914 vidit Henzen).*

---

**1808** d. m. | Claudiae | Tyche | coniugi optimae, | Chrysaon Caes. | n. ser. | a frumento minis|tratorum.
*Romae (VI 8924 vidit Henzen).*

---

**1809** d. m. | Alcimo Caes. | n. ser. structori, | Ingenus *(sic)* Caes. | n. ser. a cura | amicorum, | fratri b. m. fec. | In fr. p. VI in agr. p. VI.
*Romae (VI 8795 descr. Detlefsen).*

---

**1810** Ti. Cl. Augustor. l. et | structori Domnioni[1], | Antonia Asia fratri | carissimo benemerenti, | vix. an. XXIII m. II d. X, fecit | et sibi, libertis libertabus | posterisq. eorum.
*Romae (VI 9047 vidit Kiessling).* — 1) *Nescio num idem Ti. Claudius Domnio sit VI 2180.*

**1811** dis manib. | Gamus Aug. l. praep. auri | escari, fecit sibi et | Flaviae Tyche coniugi | bene merenti, et libertis | libertabusque suis posterisque | eorum, et | Felici Caes. n. vernae posterisque, | et P. Aelio Aug. l. Constanti filio.

*Romae, nunc Florentiae (VI 8732 vidit Henzen).*

---

**1812** d. m. | M. Ulpius Aug. lib. | Hierax | praépositus aúri | potori | Caésaris n., | fecit.

*Romae (VI 8733 vidit Gatti).*

---

**1813** d. m. | Britiae[1] Communi fecit | Brittia Moschis optimae | parenti bene de se meritae, et | Gemello Aug. lib. praeposito argen|ti potori, coiugi optimo indulgentissi|mo, et sibi et suis, libertis libertabusque | posterisque eorum.

*Romae (VI 8729 descr. Smetius aliique). — 1) Sic apographa pleraque.*

---

**1814** d. m. s. | Philetaero | Aug. lib. praeposit. | ab auro gemmato, | Iulia Hieria | Anthi filia | coniugi b. m. fec., | et sibi, in suo, item | lib. libertabusq. | posterisq. eorum *(In latere)* hic locus | consacratus habet altum p. XIIIS suptus.

*Romae (VI 8734 aliquoties descripta saeculis superioribus).*

---

**1815** d. m. | M. Ulpius Aug. lib. | Urbanus adiutor | ab auro gemmato, | fecit sibi et | Ulpiae Pithusae | coniugi suae et | libertis libertabusq. | suis posterisq. eorum.

*Romae (Bull. com. 1884 p. 46).*

---

**1816** d. m. s. | T. Aelius Augustorum lib. A|memptus ab argento scaeni|co, fecit se vivo et Pomponiae | Cleopatrae coniugi suae, et T. Ae|lio Aug. lib. Niceti fratri suo, et | lib. libertabusq. posterisq. eo|rum, et Ulpio Alypo suo.

*Romae, nunc Neapoli (VI 8731 vidit Mommsen).*

---

**1817** Secundio Ti. | Aug. ad argentu.

*Romae ad viam Appiam rep. (VI 5746 vidit Henzen).*

---

**1818** Anthus Aug. | a Corinthis, | sibi et suis.

*Surrenti (X 642 vidit Mommsen).*

---

**1819** Fronto Caesaris | Aug. pedisequs *(sic)*, | vix. ann. XL.

*Senae Gallicae, origine urbana (VI 8995 vidit Mommsen).*

---

**1820** d. m. s. | Felix Aug. ser., Spicae | f., pediseq.[1], pius vix. | an. LXX, h. s. e.

*Carthagine rep. in eodem sepulcro in quo N. 1550, nunc Parisiis (VIII S. 12645 vidit A. Schoene). — 1) Praeterea aliorum multorum pedisequorum, Caesaris servorum, tituli ex eodem sepulcro prodierunt. Cf. Mommsen eph. ep. 5 p. 115, C. VIII p. 1337 qui pedisequos hos putat fuisse procuratoris tabularii Carthaginiensis.*

---

**1821** Diogneto Ti. Aug. ser. | Alypiano, qui praefuit | pedisequis, Thyrsus vicar. | f. d. s.

*Romae extra portam Salariam rep., urna (Gatti bull. com. 1886 p. 332).*

---

**1822** d. m. | Aur. Hilaro Aug. lib. | praep. p. pedisic.[1], | Fortunius et | Alexander et | Hermes liberti | comparaverunt | sarcofagum pa|trono dignissimo.

*Genuae, quo fortasse adlata est ex urbe Roma, arca (V 7751 vidit Mommsen).* — 1) *Praeposito puerorum pedisicorum.*

---

**1823** d. m. | Eutyches Cae. n. s.[1] pedisequ. | stationi casstrese *(sic)*, fec. | matri pientissimae, et | Faustus colleg. aeius *(sic)*, | fecerunt sibi utriusque | suorum et posterisque *(sic)* | eorum.

*Romae (VI 8523 vidit Henzen).* — 1) *Caesaris nostri servus.*

---

**1824** Genio imp. Caesaris | Nervae Traiani Optimi | Aug. Germanici Dacici, | Corinthus Caesaris | n. Mettianus, | pedisecus rationis | [*vo*|*l*]uptuariae, collegio | d. d.

*Romae, nunc Neapoli (VI 252 vidit Mommsen).*

---

**1825** Halotus | ex paedogogio Caesaris, v. a. XII. | Phlegon | ex paedagogio Caesaris, v. a. XIIX.

*Romae (VI 8965 vidit Henzen).*

---

**1826** d. m. Philagrypno | Aug. vern. ex kap. | Africaes[1], qui vix | ann. XXII mens. VIII | dieb. XXV, Heliodo|rus unctor ad | kaput Africaes[1] | benemerenti | fecit.

*Aquileiae (V 1039 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. N. 1832 not. 1.*

---

**1827** Q. Lollio Philargyro | paedagogo suo, Euenus | Ti. Caesaris Augusti et | Iuliae Augustae servos. | Euenus ollam et locum dedit.

*Romae (VI 8989 semel descripta saec. XVIII).*

---

**1828** M. Livius | Augustae lib. Prytanis, | Liviae Drusi[1] paedag.

*Romae (Notizie 1890 p. 8).* — 1) *Cf. N. 1751.*

---

**1829** Ti. Claudio Aug. l. Eutycho | paedag. puerorum, | Ti. Claudius Aug. l. Eunetes | fratri suo, et T. Flavius Aug. l. | Venustus, ab auro potorio, | paedagogo suo fecerunt.

*Romae (VI 8969 vidit Henzen).*

---

**1830** d. m. | Onesati Caes. | n. ser., paedago|go puerorum, | fecit Annia | Stratonice | coniugi b. m. || d. m. | T. F. Hermes | Aug. lib. | a superlecti|le p. Cae. n.[1], | f. Fortunata | lib. pat. b. m.

*Veronae, quo venit sine dubio ex urbe Roma (VI 8975 vidit Mommsen).* — 1) *Puerorum Caesaris nostri.*

---

**1831** d. m. | T. Flavio Aug. lib. Ganymedi | paedagogo puerorum | Caes. n., fec. Ulpia Helpis | coniugi optimo b. m., et | lib. libertabusque suis.

*Romae (VI 8970 descr. Smetius).*

---

**1832** d. m. | P. Aelius Aug. lib. | Lycus paedagog. | puerorum a caput | Africas *(sic)*[1] | . . .

*Romae (VI 8983 aliquoties descripta saec. XV/XVI).* — 1) *Caput Africae locus fuit regionis secundae urbis Romae. Ex hoc aliisque titulis, inter quos eminet VI 1052 dedicatus Antonino Severi filio a. 198, apparet eo loco fuisse paedagogium puerorum Caesaris. Cf. Gatti ann. inst. arch. 1882 p. 192 seq.*

---

**1833** d. m. | T. Flavio | Aniceto sub|pedagogo | puerorum | Caes. n., v. a. LX.

*Romae (VI 8976 vidit Henzen).*

---

**1834** dis manibus | Pieri Aug. l. praec. | puerr.[1] Caesaris n., | Flavia Nice coniunx | b. m. titulum cum valvis | aeneis d. s. p.[2], permissu Hermae[3] | Aug. l. a cub. Domitiae Aug.

*Romae (VI 8978 vidit Henzen).* — 1) *Nota geminatam litteram ultimam, pluralis significandi causa; id quod vix umquam ante Hadrianum reperitur.* — 2) *De suo posuit.* — 3) *Cf. N. 1517.*

---

**1835** d. m. s. | Fortunatus | Caes. n. ser. pae|dagogus, pius, | vix. annis XCV | h. s. e.

*Carthagine in eodem sepulcreto in quo N. 1550, nunc Parisiis (VIII S. 12649 vidit Schoene). Nota hunc paedagogum in familia Carthaginiensi imperatoris non libertum fuisse, sed mansisse servum.*

---

**1836**

. . . . . s Aug. lib. Narcissus
. . . . . natione Parthus, paedagogus
[*puero*]rum imp. et papas[1] Galeriae
[*Aug. liber*]tae Lysistrates[2], concubinae
divi Pii
. . . . . torium fundi Paeligniani
. . . [*vetu*]state dilapsum a solo impensa
[*sua* r]estituit
. . . . [*m*]aceriam a fundamentis exstru-
[*ctam*] circumdedit.

*Prope Romam rep. (VI 8972 vidit de Rossi).* — 1) *Cf. Zacher et Buecheler mus. Rhen. 45, 1890 p. 538. 540.* — 2) *Lysistrate liberta fuit Anniae Galeriae Faustinae, uxoris imp. Pii.*

---

**1837** C. Papius Asclepiades, | Papia Erotis l. | Iulia Iucunda nutrix | Drusi et Drusillae.[1]

*Romae rep. in eodem columbario in quo N. 1588 (VI 5201 vidit Henzen).* — 1) *Intellegitur Drusus Germanici filius cum Drusilla sorore.*

---

**1838** Valeria Hilaria | nutrix | Octaviae Caesaris Augusti[1], | hic requiescit cum | Ti. Claudio Fructo viro | suo carissimo. | Ti. Claudius Primus et Ti. Claudius Aster | bene merentibus fecerunt.

*Romae (VI 8943 vidit Henzen). — 1) Caesaris Augusti, scilicet uxoris: de Caesaris Augusti vocabulis nude de Nerone usurpatis cf. supra N. 977 not. 1.*

---

**1839** Tatia Baucyl[*is*[1] *nu*]-
trix septem lib . . .
divi Vespasian[*i*] . . .
Flaviae Domitil . . . . .
Vespasiani neptis a . .
ius beneficio hoc sephulcru[*m*]
meis libertis libertabus po[*sterisque eorum*].

*Romae (VI 8942 vidit Henzen). — 1) Eadem mulier memoratur Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1851. — 2) Apparet fines singulorum versuum periisse; in integro lapide haec fere fuisse putat Mommsenus:* [*nu*]trix septem lib[*erorum pronepotum*] divi Vespasian[*i, filiorum Fl. Clementis et*] Flaviae Domitil[*lae uxoris eius, divi*] Vespasiani neptis, a[*ccepto loco e*]ius beneficio hoc sephulcru[*m feci*] meis *cet.*

---

**1840** Antoniae Aug. l.[1] | Thallusae | opstetric.

*Romae (VI 8947 vidit Henzen). — 1) Augustae, sc. Antoniae (cf. supra N. 149 not. 1), libertae.*

---

**1841** Cosmiae | C. Stertini Xenophontis | medici Augusti[1], | vix. ann. XVIIII, | Blastus conservos d. s. et || Iuliae | Thymele | matri.

*Romae (VI 8905 vidit Henzen). — 1) Hic est, ut monuit Hirschfeld, Xenophon medicus Claudii qui eum veneno interemisse dicebatur (Tac. ann. 12, 61. 67); cf. Plinius h. n. 29, 7. Eidem in insula Co positus est hic titulus (repertus a. 1875): [Γάιον Στερτίνιον] Ἡρακλείτου υἱὸν, Κορνη|λίᾳ, Ξενοφῶντα τὸν | ἀρχιατρὸν τῶν θεῶν Σε|βαστῶν, καὶ ἐπὶ τῶν Ἑλλη|νικῶν ἀποκριμάτων, χει|λιαρχήσαντα καὶ ἔπαρχον | γεγονότα τῶν ἀρχιτεκτό|νων, καὶ τιμαθέντα ἐν τῷ | Βρεταννῶν θρίαμβῳ στε[φ]ά[νῳ] | χρυσέῳ καὶ δόρατι, δάμ[ου υἱὸν], | φ[ιλονέρων]α, φιλοκαίσαρα, φιλο|[σ]έβαστον, φιλορώμαιον, φιλ|όπατριν, εὐεργέτην τῆς πατρί|[δ]ος, ἀρχιερέα τῶν θεῶν καὶ ἱερέα [διὰ | βί]ου τῶν Σεβαστῶν καὶ Ἀσκλαπίου |, Ὑγίας καὶ Ἠπιόνης, ἱεροταμ[ιε]ύ|οντος κτλ. (bull. de corr. hellénique 1881 p. 473): cf. tituli alii ad eundem familiamque eius spectantes l. c. p. 469 seq. Ad eundem spectat fistula aquaria urbana, Bull. com. 1886 p. 104.*

---

**1842** L. Arruntio | Semproniano | Asclepiadi | imp. Domitiani | medico, t. f. i.[1] | In fronte p. XX, in agr. p. XX.

*Romae (VI 8895 ad exemplum Sirmondi). — 1) Testamento fieri iussit.*

---

**1843** Cyrus | Liviae Drusi Caes.[1] | medicus.

*Florentiae, quo venit sine dubio ex urbe Roma (VI 8899). — 1) Cf. supra N. 1751.*

---

**1844** Eleutheris | Liviae l. || M. Livius | Liviae l. | Orestes supra med.

*Roma rep. ad viam Appiam in columbario libertorum et servorum Liviae (VI 3982 vidit Henzen).*

---

**1845** d. m. | T. Fl. Paederoti | Aug. lib. Alcimiano, | superposito medicorum ex ratione | patrimoni, Laitonia | Festa coniugi bene | merenti sibique, | suis posterisque | eorum fecit.

*Romae (VI 8504 ter descripta saec. XVI).*

---

**1846** dis manibus | Claudiae Eutychiae | coniugi sanctissim. | bene merenti, | et Q. Domitio Helici, Ti. Claudius | Aug. l. Hymenaeus medicus | a bybliothecis, et Domitia Pannychis | sibi et suis posterisque eorum.

*Romae (VI 8907 descr. Smetius aliique).*

---

**1847** [*T*]i. Iulius Latinus, | . . Iuli Leonidae f., | [*p*]raeceptoris Caesaru[*m*][1], | trib. mil. leg. IIII Scythic., | [*vixit a*]nn. XXXVII | . . .

*Originis urbanae, est Urbini (VI 3919 vidit Bormann).* — 1) *Fortasse Neronis et Drusi Caesarum, nam civitatem habuit, ut apparet ex praenomine filii, per Tiberium.*

---

**1848** Pudens M. Lepidi l., grammaticus

Procurator eram Lepidae[1] moresq. regebam;
dum vixi, mansit Caesaris illa nurus.

Philologus[2] discipulus.

*Romae rep. ad viam Appiam, postea Bergomi, deinde Vicetiae (VI 9449 cf. V 592* aliquoties descripta saeculis superioribus).* — 1) *Est Aemilia Lepida, filia M. Lepidi consulis a. p. Chr. 6, uxor Drusi Caesaris Germanici f., mori adacta a. p. Chr. 36 (Tac. ann. 6, 40); cf. Borghesi opp. 5 p. 298. Titulus qui non obscure Lepidam reprehendit, positus videtur post damnationem eius, non statim post obitum Pudentis (Mo.).* — 2) *Fortasse, ut coniecit Borghesi opp. 5 p. 297, idem Philologus qui VI 8601.*

---

**1849** d. m. |

Cl. hic iaceo Diadume|nus, arte poeta,
olim Cae|sareis floridus officiis. |
Quem numquam cupidae | possedit gloria famae, |
sed semper modicus rex|sit ubique tenor.
Hylle[1], | pater veni; nolo movere | tumultu;
hospitium | nobis sufficit ista domus.[2] |

! ; ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! | ! ! ![3] Cl. Fructiane | b. m. f.

*Romae rep. trans Tiberim ad viam Triumphalem (Notizie 1891 p. 34).* — 1) *Adloquitur Hyllum filium antea defunctum, cuius titulum una cum hoc repertum dabimus infra N. 1917.* — 2) *Scilicet sepulcrum a Diadumeno sibi et suis extructum.* — 3) *Unus versus totus, et alterius duae litterae erasae.*

---

**1850** d. m. | Diadumeno[1] | Aug. l. praeposit. | ordina[*t*]o ultro | a divo Tito[2] VIII cos.[3], | excessit | IIII idus Septemb. | L. Catilio Severo | T. Aurelio Fulvo cos.[4]

*Romae, urna, incertum quo loco urbis rep. (VI 9100 vidit Bormann).* — 1) *Vix idem Diadumenus qui N. 1849.* — 2) *Cuius officii praepositum se divus Titus non rogatus esse iusserit, scriptor indicare omisit.* — 3) *A. 80.* — 4) *10 Sept. 120.*

## Servi et liberti publicanorum.

**1851** . . . . . . ci.[1] L. l. Agato portitor.[2] soc. s.[3]
. . . . . . columnasque mag.[4] fi-
[*li sui et* s]uo Menervai d. d. l. m.

*Inter Aquileiam et Tergeste rep., est Tergeste (I 1462. V 703 vidit Mommsen; Ritschl tab. LXXI d).* — 1) *Casus primus gentilicii desinentis in* cius. — 2) *Portitoris vocabulum videtur postea additum, cum primum eius loco fuerit* soc. s., *quarum litterarum reliquiae adhuc ibi cernuntur.* — 3) *Sociorum servus.* — 4) *Magisterio (quae sequuntur supplevit Mo.).* — *Similis est titulus Aquileiensis V 792.*

---

**1852** Euhangelus | soc. XXXX ser.[1] | Mercurio | v. s. l. m.

*In vico Théza prope Perpignan (XII 5362).* — 1) *Sociorum quadragesimae servus.*

---

**1853** Pudens soc. | pub. XL ser. | > scr.[1] finib. | Cotti vovit, | arcar. Lugud. | s. l. m.

*Aviglianae (inter Segusionem et Taurinum), ubi fuit mansio Fines Cotti sive Fines Quadragesimae (cf. Mommsen C. V p. 811), nunc Taurini (V 7213 vidit Mommsen). Simul prodiit alter lapis iisdem verbis inscriptus.* — 1) *Sociorum publici quadragesimae servus contrascriptor.*

---

**1854** d. m. | Victori|naes | Flaminális, | M. Tarquini | Memoris Ɔ XL | Gall.[1] ser., vilic. | stationis Ped., | coniugi caris|simae et de se | bene merenti.

*Borgo San Dalmazzo (prope Cuneo), ubi fuit Pedo (V 7852 vidit Mommsen).* — 1) *Conductoris quadragesimae Galliarum (nota* Ɔ *pro conductore alibi non reperitur).*

---

**1855** Numini Augustor. | et Genio p. p.[1], Hermes | Iuliorum Ianu|ari Capitonis | Epaphroditi[2] | conductorum | p. p.[1] Illyrici et | ripae Thraciae | ser. vil., posuit.

**1856** I. o. m. | et num. Aug. n. | et p. p.[1], proc. | Avianio Bel|lico, Maceio | Caes. n. serv. | vilicus vec|tigal. Illyri|ci[3], idib. Sept. | Mamert. et | Rufo cos.[4]

*Nicopoli ad Istrum rep. (III 751. 752 III S. 7434, 7435 vidit Domaszewski).* — 1) *Publici portorii.* — 2) *Genio horum trium Iuliorum ab hoc ipso Herma vilico positus est titulus supra N. 1464, uni ex eis, Capitoni, N. 1465.* — 3) *Apparet eo tempore quo titulus N. 1856 positus est, portorium Illyrici iam desiisse locari conductoribus, et administratum esse a servis Caesaris, curam agente procuratore.* — 4) *A. 182.*

---

**1857** d. i. M.[1] | Eutyches | Iulior. | c. p. p.[2] ser. 7 scr. | stationis Boiod.[3], | ex vik. Benigni vil. | stat. Atrantin. | aram cum signo | Lunae | ex voto posuit, | p. r. s. t.[4] Cla. Senill.

*Hrastnig ad Savum rep. ubi fuit mansio Atrans, iam Laibach (III 5121 vidit Mommsen).* — 1) *Deo invicto Mithrae.* — 2) *Significantur sine dubio iidem Iulii conductores publici portorii qui N. 1855.* — 3) *Contrascriptor stationis Boiodurensis.*

*Boiodorum situm ibi ubi hodie est Innstadt prope Passau (cf. C. III p. 690), cum longe distet ab eo loco ubi hic titulus repertus est, videtur Eutyches hunc titulum dedicavisse promotus ad stationem portorii Boiodurensem, antequam eo abiret (Mo.).* — 4) *Litterae obscurae (procuratore rationum summarum T. Claudio Senillo, intellexit Mo.).*

---

**1858** Noreie | August. et | Honori stat. Atrant.[1], | Bellicus et | Eutyches | Ɔ sc. stat.[2] | eiusdem, | ex vot.

*Goritiae, quo videtur adlata esse ex eo loco ubi stetit N. 1857 (III 5123 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. N. 1857.* — 2) *Contrascriptores stationis.*

---

**1859** Isidi | myrionymae | sacrum | Festinus | T. Iuli | Saturnini[1] [*c.*] p. p. | ser. ar[*k.*][2] posuit, | Fortunatus | eiusdem ser. 7 s.[3] | faciundum | curavit.

*In valle Eisack fluminis inter Brixen et Bozen, prope Seben, ubi videntur fuisse confinia Italiae et Raetiae (V 5080 semel descripta saec. XVI).* — 1) *Cf. supra N. 1382/4.* — 2) *Conductoris publici portorii servus arkarius,* 3) *servus contrascriptor.*

---

**1860** I. o. m., | Terrae Dac. | et Genio p. R. | et commerci, | Felix Caes. n. se[*r*]. | vil. statio. Pont. Au[*g.*][1], | prom[*ot.*] ex st. Mic.[2] | ex vi[*c.*][3] . . .

*Devae in Hungaria, ubi fuit Micia (III 1351. III S. 7853 vidit Hirschfeld).* — 1) *Vilicus stationis Pontis Augusti.* — 2) *Promotus ex statione Miciensi (Micia nomen loci fuit non longe a Deva siti, cf. C. III p. 1402).* — 3) *Cf. N. 1857.*

---

**1861** Genio com|merci et ne|gotiantium | Primitius | Iuli Procli | cond. VIII[1] ser. | vil. XX.[2]

*Brigetione rep., est Pesth in museo (III 4288 vidit Mommsen).* — 1) *Conductoris octo sc. publicorum Illyrici, intellegit Mommsen, qui confert quattuor publica Africae (N. 1465).* — 2) *Vilicus vicesimae. Inter octo illa publica vicesimam hereditatium fuisse consentaneum est.*

---

**1862** Felici Primioni[s] XXXX port. Asiae vilic. Mil.[1] se[*r.*][2]. Φήλικι Πρειμίωνος κοιν. μ̄ λιμεν. Ἀσίας οἰκον. Μειλητ.[3] δούλῳ. Τυραννὶς Φήλικι τὸν βωμὸν καὶ τὸ μνημεῖον.

*Prope Miletum (III 447 semel descripta saec. XVII vel. XVIII).* — 1) *Quadragesimae portuum (vel: portorii) Asiae vilici Mileti.* — 2) *Servi vocabulum minus accurate positum.* — 3) *Intellege: κοινωνῶν (i. e. sociorum) τεσσαρακοστῆς λιμένων Ἀσίας οἰκονόμου Μειλήτῳ. Iasi, in eadem ora in qua sita est Miletus, repertus est titulus hic: Πούλχερ κοινωνῶν λιμένων Ἀσίας οἰκονόμος ἐν Ἰασῳ (Museum Smyrn. 1876/8 p. 49 n. 286).*

---

**1863** Barnaeus soc. vices. liber.[1] sibi et fratrib.[2] suis v.[3] fec. — Salama socior. vicens. libertatis ser., vix. ann. XXV. — Sabbioni soc. vicens. libertat. servo.

*Capuae (X 3875 vidit Mommsen).* — 1) *Sociorum vicesimae libertatis.* — 2) *Fratres videntur esse Salama et Sabbio, quorum tituli iuxta incisi sunt.* — 3) *Vivus.*

**1864** d. m. | Inachus | public. XX | lib.[1], Inacho | parenti | piissimo.
*Romae (VI 8453 vidit Henzen). — 1) Publici vicesimae libertatis, sc. servus.*

**1865** P. Vario | Sp. f.[1] Pastori | v. an. V, | Varia mater et | Hyginus XX l. vil.[2] | pater fecer.
*Reate (IX 4681 bis descripta saec. XVI). — 1) Nota filium servi nomen gentilicium traxisse a matre et dictum esse Spuri filium. — 2) Vicesimae libertatis vilicus* (XXI vil. *vel* XX l. vii *traditur*).

**1866** Mercurio | sac. | Donatus | pub. XX lib. | ser. vilicus | v. s. l. l. m.
*Mogontiaci (Brambach 957 qui vidit).*

**1867** Q. Calpurnio Eutycho | Phtleius[1] pbl. XX lib.[2] vicus[3] fecit. | *Κ. Καλπουρνίο Εὐτύχο Φίλητος εἰκοστῆς ἐλευθερίας ἰκονόμος | ἐποίησεν. *γνηπο στρατιοτηϝ*[4] | . . . . .
*Athenis (III S. 7287 descr. Koehler et Dressel). — 1) Scr.* Philetus. — 2) *Publici vicesimae libertatis. — 3) Scr.* vilicus. — 4) *Sic lapis; quid subsit nescio.*

**1868** M. Lucio[1] | pub. XX lib. | p. R. ark. p. H. c.[2], | Bennia | Venustina | coniugi | merentissimo.
*Tarracone (II 4186 saec. XVI fortasse non plus semel descripta). — 1) Nomen corruptum. — 2) Publici vicesimae libertatis populi Romani arkarius provinciae Hispaniae citerioris.*

**1869** d. m. | Victori | ark. $\overline{XX}$ lib. | p. H. c., | Quintilia | Procula | coniugi.
*Tarracone (II 4187 vidit Huebner).*

**1870** loc. sepulturae | familiae XX lib. | reg. Transpad., | Theopompus ark. | d. s. p. et Tryphonius | et Q. Sicini[*us*] . . . .
*Veronae (V 3351 vidit Mommsen).*

**1871** Philonis $\overline{XX}$ libert. | veterum pact.[1]
*Senae Gallicae, originis sine dubio urbanae (VI 8452 vidit Bormann). — 1) Mommsenus coniecit in vicesima libertatis exigenda non raro pactiones factas esse de pecunia debita post tempus solvenda, iisque veteribus pactionibus curandis Philonem praepositum fuisse.*

**1872** d. m. | Tironi A. Vetti Latini ar|cario XX lib., | Erucia Pre|pusa domi|no et coni|ugi bene|merenti.
*Romae (VI 8453[a] vidit de Rossi).*

**1873** Onomas[*t*]us | socior. IIII p. Af. | vilicus summ.[1] | h. s. e.
*Tunete, i. e. Carthagine, rep., est Matriti (VIII 1128 bis descripta). — 1) Sociorum quattuor publicorum Africae (cf. supra N. 1463) vilicus summarum.*

---

**1874** Cleon salari.[1] soc. s. Aescolapio Merre donum dedit lubens | merito merente. *Ἀσκληπίῳ Μήρρη ἀνάθεμα βῶμον ἔστη|σε Κλέων ὁ ἐπὶ τῶν ἁλῶν κατὰ πρόσταγμα. (Sequitur titulus Punicus aliquanto verbosior).*

*In Sardinia prope vicum Pauli Gerrei sive S. Nicolò Gerrei rep. a. 1861, est Taurinis, columna aenea (X 7856, Inscr. Gr. Sicil. Ital. 608 viderunt Mommsen et Kaibel).* — 1) *Intellege: salarius.*

---

**1875** Epapra | socioru | Sisapo[*n*]es[*ium*][1] vilico. | O. h. s. s.[2] | Et Provincia | uxor.

*Capuae (X 3964 semel descripta saec. XVIII).* — 1) *Ita dicitur societas publicanorum qui vectigal miniariarum Sisapone in provincia Baetica sitarum redemerant; cf. Plin. h. n. 33, 118. Socios hos memorat iam Cicero Phil. 2, 19, 41. Marquardt Staatsv. II² p. 253 not. 2.* — 2) *Ossa hic sita sunt.*

---

**1876** P. Apicátius P. f. Cla. Celer, | vix. ann. XXVI mens. IIII | diébus IIII. | Vettia Ɔ.[1] liberta Erótice | Miniári Atiméti.[2] | C. Miniárius Atimétus procú. | sociórum miniáriárum. | P. Apicatius P. f. Pricus *(sic)* | v. a. XXVI m. IIII d. III.

*Romae (VI 9634 vidit Henzen).* — 1) *Gaiae (i. e.: mulieris).* — 2) *Sc. uxor*

---

## CAPVT VII.

# TITVLI APPARITORVM ET SERVORVM PVBLICORVM.

---

**1877** C. Octavius, Octaviae | Augusti sororis l., | Auctus, scr. libr.[1] | Viccia C. l. Gnome uxor.

*Romae (VI 8881 aliquoties descripta saec. XVI).* — 1) *Scriba librarius.*

---

**1878** M. Ulpio Celsiano | scribe librar., | ex decreto | ordini[*s*].

*Romae rep. in atrio Vestae (Bull. com. 1884 p. 11).*

---

**1879** *1.*

C. Avillius Licinius Trosius curator[1] | scholam de suo fecit.

*2.*

Bebryx Aug. l. Drusianus[2], A. Fabius Xanthus, cur.[3], scribis librariis et praeconibus aed. cur.[4] scholam ab inchoato refecerunt, marmoribus ornaverunt, Victoriam Augustam et sedes aeneas et cetera ornamenta de sua pecunia fecerunt.

*3.*

Bebryx Aug. l. Drusianus[2], A. Fabius Xanthus, cur.[3], imagines argenteas deorum septem[5] post dedicationem scholae et mutulos cum tabella aenea de sua pecunia dederunt.

*4.*

A. Fabius Xanthus, Bebryx Aug. l. Drusianus, cur.[3], scribis librariis et praeconibus aedil. cur.[4] scholam ab inchoato refecerunt, marmoribus ornaverunt, Victoriam Augustam et sedes aeneas et cetera ornamenta dederunt.

*Romae, epistylium utrimque scriptum, rep. in foro paullo ante annum 1543, mox periit (VI 103 cf. Huelsen Roem. Mitth. 1888 p. 220). Utraque frons epistylii duos titulos habuit, altera N. 1 et 2, altera N. 3 et 4. Titulum 1 in locum alterius tituli erasi substitutum fuisse, qui similis fuerit tituli 3, coniecit Huelsen.* — 1) *Curator fuit scribarum librariorum aedilium curulium, vixit sub Caracalla (cf. N. 1880).* — 2) *Bebrycem et Xanthum vixisse non post Hadrianum iure collegit Huelsenus (l. c. p. 217) ex agnomine illius.* — 3) *Curatores,* 4) *aedilium curulium.* — 5) *Dii septem, iudice Mommseno, sunt ii qui praesident diebus, Sol Luna et reliqui.*

---

**1880** . . . [*p*]ontif. maxim. | [*t. p.*] XVII[1] imp. III cos. III, | C. Avillius Licinius | Trosius[2] scrib. libr. | aedil. curul., cur. II[3], | devotus numini | maiestatique eius.

*Romae in Aventino rep. (VI 1068 vidit Henzen).* — 1) *Titulum positum esse Caracallae a. 214 perspexit Mommsen mus. Rhen. nov. ser. 6, 1848 p. 40.* — 2) *Idem est qui posuit titulum N. 1879, 1.* — 3) *Curator iterum.*

---

**1881** Q. Apusulenus . . [*f.*] | Secundus scr. a[*ed.*] | cur. sex primus. | Cocceia Sp. f. Libera | coniuxs sacravit.

*Romae rep. ad viam Salariam (Notizie 1887 p. 192).*

---

**1882** [*M.*] Iunius M. l. Menander | scr. libr. aed. cur. princeps | et q.[1] | v.[2] Iunia M. l. Calliste, | Iunia Ɔ.[3] l. Sophie, vixit ann. VIII.

*Romae rep. ad viam Salariam (Gatti Notizie 1886 p. 420).* — 1) *Scriba librarius aedilium curulium princeps et (scriba) quaestorius.* — 2) *Viva.* — 3) *Cf. N. 1876 not. 1.*

---

**1883** d. m. | C. Iuli Iusti eq. R. | scribae decur. | aedilic. mai.[1], | defuncti in prov. | Britannia, | Iul. Calpurnia | Iusta | patri dulciss.

*Romae (VI 1843 bis descripta saec. XVII).* — 1) *Scribae decuriae aediliciae maioris (significari scribam aedilium curulium censet Mo. Staatsr. I³ p. 345 not. 7).*

---

**1884** d. m. | Prastinae Frontonis | scribae aedil., diespitris.[1]

*Sutrii rep. urna, est Romae in museo Vaticano (XI 3239 vidit Bormann).* — 1) *Non intellegitur.*

---

**1885** T. Statilio | Messaliniano | praef. coh. II | Asturum, | scribae tribunicio, | scribae aedilicio.

*Romae (VI 1850 ad exemplum missum Grutero ex schedis Ursini).*

---

**1886** P. Aelio P. f. Pal. | Agathocliano | pontif. praetori Laurenti|um Lavinatium, scrib. tribuni|cio maior., scrib. q. sexsprimo, | scrib. aedil. curulium, de|curial. pullario maiori[1], | praef. fabr. III, accens. velat.[2], | Foroclodienses ex decr. | decur., patrono, ob meri|ta eius et quod primus | ad thermas publicas | marmora et columnas | [*de*]derit, cuius ob dedicati|[*onem*] sportulas dec[*urionibus*] virit[*im divisit*]. *(In latere)* ded. VII id. Aug. | Cn. Claudio Severo II | Ti. Cl. Pompeiano II cos.[3]

*Prope Bracciano, ubi fuit Forum Clodii (Notizie 1889 p. 9).* — 1) *Cf. infra N. 1907.* — 2) *Cf. N. 1955 seq.* — 3) *A. 173.*

---

**1887** L. Tarquitio | L. f. Pom. | Etrusco | Sulpiciano, | scribae quaestori | ex testamento | de HS XX.[1]

*Romae (VI 1828 vidit Henzen).* — 1) *De sestertium nummum viginti milibus.*

---

**1888** dis man. | L. Pontio L. f. Pal. Martiali | L. L. Pontii Severus et Martialis | filii fecerunt | parenti suo pientissim., qui fuit scriba quae-

storius sexs primus, | libertis libertabusq. suis posterisq. eorum, sic | ita ne umquam de nomine familiae nostrae | hic *(sic)* moniment exeat.

*Romae (VI 1825 aliquoties descripta saeculis superioribus).*

---

**1889** T. Sabidio T. f. Pal. | Maximo scribae q. sex|prim. bis, praef. | fabrum, pontifici[1], | salio, curatori | fani Herculis V.[2], | tribuno aquarum, | qq.[3], patrono | municipii, locus | sepulturae datus | voluntate populi, | decreto senatus | Tiburtium.

*Tibure (XIV 3674 vidit Mommsen).* — 1) *Pontifex fuit Tibure, quo pertinent etiam reliqui honores.* — 2) *Victoris.* — 3) *Quinquennali.*

---

**1890** libertorum et libertarum | M. Antoni M. f. Col. Rufi scr. q. | principis[1], et | libertorum et libertarum | Cl. Idiae optimae uxoris. | In fr. p. XX, in agr. p. XVI.

*Romae (VI 1805 semel descripta saec. XVI exeunte).* — 1) *Idem munus quod supra N. 1429 dicitur: scriba quaestorius sex primus princeps.*

---

**1891** M. Natronio | C. f. Pup. | Rustico scr. q. | sex primo | cur.[1], honor. | functo, | arbitratu | Petroniae | Sabinae | uxoris suae.

*Romae (VI 1820 descr. Henzen aliique).* — 1) *Cf. N. 1892, item Mo. Staatsr. I³ p. 347.*

---

**1892** . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

[*scriba quaest*]orius sex primus curatorum[1],

. . . . . . [*cu*]rator rei publicae Coranorum

. . . . . . . sque suis fecit.

*Romae ad viam Appiam rep. (Eph. ep. 4, 853 descr. Lanciani). In alio lapide una reperto quae extabant verba* haruspici | de LX *num huc pertineant, nescio.* — 1) *Sex primos horum scribarum proprie dictos esse curatores apparet ex fastis eorum, qui lapidi incisi variis temporibus reperti sunt (Roem. Mitth. 1891 p. 159. 160), propositi olim sine dubio in foro Romano ad aerarium (una cum nominibus scribarum leguntur in his fastis etiam nomina eorum qui aerario praeerant). Etiam senatus consulti, quo constitutum est a. u. c. 731 ut nomina scribarum publice proponerentur, fragmenta nonnulla videntur superesse (cf. Mommsen Mitth. l. c. p. 157).*

---

**1893** Q. Papirio Q. f. Pup. Maxi[*mo*] | trib. mil. leg. V Macedo[*nicae*], | praef. coh. III Bracaraugust[*an.*] | q. e[1]. in Raetia[2], scrib. q. VI pr.[3] m. f.[4], scrib. | aed[*il. cu*]rul. m. f.[4], scr[*ib.*] aedil. pleb. m. f.[4], scr[*ib.*] | ae[*dil. ple*]b. Cerial. m. [*f.*][4] . . . . . . . . . . . | c . . . . . . . . benef . . . . . . . . . | . . . . . . [*ho*]norat[*o*] . . . . . .

*Romae (VI 1822 descr. Bormann).* — 1) *Quae est.* — 2) *Cohors ea memoratur inter Raeticas infra N. 2004.* — 3) *Scribae quaestorio sexprimo,* 4) *munere functo.*

---

**1894** d. m. | reliquiae | A. Pompeii Carpi scrib. libr. q. III dec.[1]

*Romae rep. (VI 1824 vidit Marinius).* — 1) *Scribae librarii quaestorii trium decuriarum.*

---

**1895** L. Herenni L. f. | Ste. scr. q. ab | aerario III | dec., et liberteis | eius. | [*Q.*[1]] p. XII.

*Romae (VI 1816 bis descripta).* — 1) O *traditur; intellege: quaquaversum.*

---

**1896** L. Naevius L. l. Urbanus | scr. libr. quaestorius | e tribus decuriis | minoribus ab aerario.[1] | Vixi iudicio sine iudice.[2] | Naevia L et Ɔ. l. Viola. | L. Naevius L. l. Romanus, v. a. VIIII.

*Romae rep., nunc in insula maiore Balearium (VI 1819 descr. Huebner).* — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. I² p. 330 not. 5, I³ p. 345 not. 7.* — 2) *Litibus operam dedit, ipse sine lite (Mo. Staatsr. I² p. 337 not. 1, I³ p. 352 not. 5).*

---

**1897** L. Quaestorius | Cinyra | lib. librar. quaestor.[1]

*Romae rep., nunc Havniae (VI 1826).* — 1) *Libertus librariorum quaestoriorum.*

---

**1898** Sex. Caecilio | Epagatho | scrib. libr. tribunicio[1], | apparitori Caesarum, | scrib. libr. q. III decur.[2], | viat. IIIvir. et IIIIvir.[3], | scrib. libr. aed. cur., | patri optimo, | Sex. Caecilius Sex. f. | Quir. Birronianus et | M. Caecilius Sex. f. | Quir. Statianus.

*Romae (VI 1808 vidit Henzen).* — 1) *Scribae librario tribunicio.* — 2) *Scribae librario quaestorio trium decuriarum.* — 3) *Viatori triumvirum (sc. capitalium) et quattuorvirum (sc. viarum curandarum).*

**1898**[a] Sex. Caecilius Sex. f. Quir. Birronianus scriba librar. quaest. III decuriarum, quinquen., p. c.[1], Sinues. gratissimis[2] podium amphitheatri a solo fecit.

*Prope oppidum Mondragone, ibi ubi fuit Sinuessa (X 4737 servavit de Masi auctor fidei suspectae).* — 1) *Patronus coloniae.* — 2) *Haec interpolata videntur.*

---

**1899** [*L.*] Marius L. lib. Doryphorus anulos aureos | consecutus a divo Commodo[1], scrib. aedilic. et | tribunic., scrib. libr. aedil. curul., praeco cos., | [*pra*]ec. quaestorius[2], sacerdotal. viator augurum, | [*lict*]or curiat., Laurens Lavinas, fecit sibi et | . . . ae Asclepiodote coniugi, item libertis | libertabusque posterisque eorum.

*Romae (VI 1847 paene integram descr. Cyriacus, particulam complures auctores saec. XVI).* — 1) *De iure anulorum aureorum (Dig. 40, 10) cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 893.* — 2) *De decuria praeconum quaestoriorum cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 363 not. 4.*

---

**1900** d. m. | L. Corneli L. f. Pal. | Terentiani | scrib. aedil. et Xvir.[1], | v. a. XXV m. X d. XX, | Terentia Thallusa | mater filio piissimo | cum Secunda et | Iusta et Maroniano fil. | fecit.

*Romae (VI 1840 vidit Henzen).* — 1) *Scribae aedilium et decemvirum (litibus iudicandis).*

---

**1901**

. . . . [*l*]io Vibi f. Clu. patri;
. . . . . lio Ti. f. Clu. fratri;
. . . . . ciae matri;
. . . . . lius Ti. f. Pup. Clemens scr. XXVI[*vir.*][1]
[*tr. mi*]l. a populo, IIvir iure dicundo Carsulis, sex [*dier.*]
[*circ., se*]x scen., primus munus gladiatorium municipio [*edidit*].

*Acquaspartae in Umbria (Marini Arv. p. 806 cf. Mo. C. I. p. 186).* — 1) *Scriba vigintisexvirum (cf. Mommsen Staatsr. I[3] p. 545).*

---

**1902** M. Cornelius[1] M. l. | Apollonius[1] lictoris. | M. Cornelius[1] Q. l. | Macedonis lictoris, vivt. *(sic)* | Pompilia C. f. uxsor.

*Romae rep. ad viam Appiam prope sepulchrum Scipionum (I 1045. VI 1899. Ritschl tab. XLII m.).* — 1) *Debuit esse* Corneli, Apolloni, Corneli.

---

**1903** L. Aninius L. l. Eros | lictor | Augusti Caesaris, | ex testament. Arbitratu | Thiasi. l.

*Arsoli, prope Carsiolos (IX 4057 vidit Stevenson).*

---

**1903**[a] . . . | Chrestus | lictor Caesaris.

*Romae ad viam Appiam (VI 1871 vidit Henzen).*

---

**1904** dis ma[*nib.*] | M. Poblici Dionysi l[*ict.*] | III decuriarum, qui Ca[*es.*] | et magistratibus a[*ppar.*], | Novia Victorina | coniug. optim. aram fecit.

*Corae (X 6522 vidit Mommsen).*

---

**1905** d. m. | L. Rosci Encolpi | decuriali[1] | decuriae licto., | vix. ann. XL d. XXVI, | L. Roscius Encolpius | pater filio | piissimo.

*Romae (VI 1880 vidit de Rossi).* — 1) *Scr.* decurialis.

---

**1906** . . . . . s | [*Au*]gustalis, | decurialis | lictor, cives | urbicus, def. | annor. LXX, | libertus eius | idemque her. | ponendum | curavit.

*Burdigalae (Jullian inscr. de Bordeaux I p. 135).*

---

**1907** d. m. | Ti. Claudio Festo lictori | idem decurial. decuriae pullariae[1] c[*oniugi optim*]o, Anicia . . . . .

*Romae (VI 1897 vidit Kiessling).* — 1) *Cf. supra N. 1886, C. VI 1008; Mommsen Staatsr. I[3] p. 366 not. 3.*

---

**1908** P. Aemilio P. f. Nicomedi patri | incomparabili, | decuriali decuriae lictor. | cos. trium decuriar. Xprimo[1], | item decur. lictor. popularis | denuntiat.[2] Xprimo, | item praecon. aedilium curul. Xprimo, | Aemilii Nicomedes et Nicomedes | et Theofila fili et | heredes fecerunt.

*Romae (VI 1869 vidit Henzen).* — 1) *Decuriali decuriae lictoriae consularis trium decuriarum, decemprimo.* — 2) *Cf. N. 1909 not. 2.*

---

**1909** Euhodi.[1] | M. Aurel. Sabiniano | Augg. lib., patrono | civitatis Anagninor. | itemq. collegi caplato|rum, decuriali decuriae | lictoriae popularis denuntiatorum[2] | itemq. gerulor.[3], sed et decemviralis[4], | s. p. q. A.[5] erga amorem patriae | et civium, quod thermas longa incuria | neglectas sua pecunia restituerit, | statuam ex leg.[6] suis ponend. censuer.; | ob cuius dedic. dedit decur. ✳ V, sexv. | ✳ II, pop. ✳ I[7], et epul. suffic.

*Anagniae (X 5917 viderunt Mommsen aliique). Una extat titulus simulis supra N. 406.* — 1) *Agnomen Sabiniani. De Sabiniano cf. supra N. 406 not. 1.* — 2) *De*

*hac decuria cf. Mo. Staatsr. I³ p. 392. Alii lictores ex eadem decuria sunt N. 1908. 1917. Etiam Puteolis fuerunt lictores populares denuntiatores (supra N. 340).* — 3) *Cf. infra N. 1940.* — 4) *Intellege: fuit in una decuriarum quae decemviris stlitibus iudicandis apparebant.* — 5) *Senatus populusque Anagninus.* — 6) *Legatis.* — 7) *Decurionibus denarios quinos, sexviris denarios binos, populo denarios singulos.*

---

**1910** Persicus libertus, manumissus at consilium[1] procuratorio nom[*ine*] apud Domitianum Caesarem in secund[*o*] cos.[2], exercuit decurias duas, viatoria(m) et lictoria(m) consulares, C Cornelio Persico f., habenti equum publicum, Corneliae Zosimae matri eius habenti ius quattuor liberorum beneficio Caesaris[3], libertis libertabus posterisque suis eorumve.

*Romae ad portam Appiam (VI 1877 semel descripta saec. XV).* — 1) *De consilio lege Aelia Sentia instituto cf. infra N. 1985 not.* — 2) *A. 73.* — 3) *Ius quattuor liberorum memoratur praeterea in titulis Pisaurensi Orell. 2675 et Brixiano C. V 4392 (= Or. 3750); quid fuerit, ignoratur (cf. Mo. C. V p. 1079 ad N. 4392).*

---

**1911**

. . [*Abuc*]cius Asclas lictor III [*decuriar*]um qui Caesari et
[*magist*]ratibus apparent, viat[*or decuria*]e Xviralis qui a[*d iu*]dic.
[*centumv*]iralia praesunt[1], gerux[2] . . . . . ndi, quinquennalis
[*colleg. sc*]abillariorum perpe[*t., in tribu*] . . . . ia[3] seniorum immunis,
[*L. Abuc*]cio Primo et . . Abu[*ccio*] . . . . . umis et Abucciae
. . . . . libertae et . . . . . . . . . . . . . . . . . e et sibi et
. . [*Abuccio*] . . l. Cleantho . . . . . . . . . . . ibus decurias[5]
. . . . . qui Caesar[*i et magistratibus apparent, c*]eteris libertis
. . . . . meis, libert[*abus . . . . . . . posterisque*] eorum.

*Romae rep. in monte Caelio (Lanciani Notizie 1886 p. 269).* — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 345 not. 4, II³ p. 606 not. 3.* — 2) *Sic lapis, teste Hirschfeldio (ap. Mo. Staatsr. I³ p. 366 not. 4);* gerul. *legit Lanc.; quid significetur, obscurum est.* — 3) *Cf. Mommsen Staatsr. III p. 276 not. 3.* — 4) *Alius immunis in tribu aliqua est C. VI 198, cf. Mommsen l. c. p. 277 not. 1.* — 5) *Expectaveris:* [*e tr*]ibus decuriis; [*qu*]ibus decurias [*emit*], *in mentem venit Mommseno.*

---

**1912** d. m. | L. Pompeio Aug.[1] lib. | Fortunato | numiclatori | a census[2], lictori | Aug. III decuriar., | Pompeia Pia | uxor viro | rarissimo fecit.

*Romae, nunc Florentiae (VI 1878 vidit Henzen).* — 1) *Augustae puto, scilicet Plotinae.* — 2) *I. e. nomenclatori a censibus (cf. supra N. 1689. 1690).*

---

**1913** D. Publicius | Fructus lictor Fontei Agrippae pro|cos.[1], vixit annis XXX.

*Ephesi (III 6083).* — 1) *Proconsul Asiae fuit anno 68 (Tac. hist. 3, 46).*

---

**1914** d. m. c. *(sic)* | Aéturniae Zótice[1] | Annius Flaviánus | dec. lictor[2] Fufid. | Pollionis leg. Gal.[3], | coniugi b. m., vixit | ann. XV mens. V | diéb. XVIII, quáe | partú prímó post | diem XVI relicto | filio décessit.

*Ancyrae (III S. 6759 Domaszewski descr. ad ectypum).* — 1) *Eadem mulier redit in titulo urbano Iulii Paulini (Notizie 1887 p. 235).* — 2) *Decurialis lictor.* — 3) *Fufidii Pollionis legati Galatiae (consul fuit ordinarius a. 166).*

**1915** M. Sutorius M. l. Pamphilus lictor. curia[*t.*] [*a*] sacris publiciis *(sic)* p. R. Quiritium, viator qui cos. et pr. apparet, decurio conlegi fabrum ferrarium.

Sutoria M. l. Thais mater Pamphili — M. Sutorius M. l. Barnaes conlib. Pamphili, viator qui cos. et pr. apparet — C. Claudius M. l. Posidonius amicus Pamphili

*(sequuntur in eodem lapide tituli aliorum propinquorum eiusdem Pamphili). Romae (VI 1892 aliquoties descripta saec. XV. XVI).*

---

**1916** L. Antonio | Epitynchano | lictori dec. curia|tiae, quae sacris publicis apparet, | qq.[1] collegi fabrum | tignuariorum Ostis, | seviro Aug. in provinc. | Narbonensi colonia | Aquis Sextis.

*Ostiae (XIV 296 aliquoties descripta saec. XVI).* — 1) *Quinquennali.*

---

**1917** d. m. | Ti. Claudi Hylli[1] | lictoris popularis[2] | v. a. XXIII d. XXIII, | Cl. Diadumenus[1] | pater obsequentissimo | filio.

*Romae rep. una cum N. 1849 (Notizie 1891 p. 34).* — 1) *Iidem homines memorantur supra N. 1849.* — 2) *Cf. supra N. 1909 not. 2.*

---

**1918** [*L.*][1] Valerius L. l. | Stasimus mag. | conl. viatorum.[2]

*Romae ad viam Appiam rep. (VI 1942 ad apographa duo).* — 1) *Initio periisse aliquid non traditur.* — 2) *Magister conlegii viatorum.*

---

**1919** Tutic. Hylas hic positus, | qui fuit margaritar.; hic habuit dec. viat.[1] consu|larem, et colleg. den[*d*]r. | Roman. qq. pp.[2] fuit; qui reliquit collegio s. s.[3] | HS decem mil. n., uti ex usuris | eius omnibus annis parentet | ei hoc loco, aut si non factum | fuerit ante terminal.[4], inferet | aerario p. R. decem m. n.

*Romae (VI 1925 descr. saec. XVI Accursius).* — 1) *Decuriam viatoriam.* — 2) *Collegii dendrophorum Romanorum quinquennalis perpetuus.* — 3) *Suprascripto.* — 4) *Terminalia (cf. Marquardt Staatsv. III³ p. 202).*

---

**1920** L. Publilius [*Labeo viator*] | consulum praetor[*umq. et*] | Ti. Caesaris[1], praef. stato[*rum*][2], Philalexandreus.[3] | Λούκιος Πουβλίλιος Λαβεών οὐιάτορ ὑ[πάτων]. . .

*Prope Alexandream Aegypti rep. (III S. 6589 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Fuit Labeo unus e viatoribus qui Caesaribus et consulibus et praetoribus apparebant (sic supra N. 331).* — 2) *Vix significantur statores Augusti e praetorio, sed apparitores nescio qui praeterea ignoti.* — 3) *Videtur esse agnomen comparandum φιλέλληνι, φιλαθηναίῳ, φιλορωμαίῳ similibusque (Mo.).*

---

**1921** L. Faenius L. fil. Dona[*tus*[1] *dec.*] decuriae viatoriae eq. cos.[2] | praetoriolum pertinens ad [*her*]oum | suum et Flaviae Titi fil. Chr[*esi*]me | uxoris suae suorumque omnium | a solo exstruxit.

*Romae rep. in monte Caelio (Notizie 1889 p. 65).* — 1) *Ad eundem Donatum pertinet titulus rep. ad viam Latinam C. VI 1919, in quo appellatur* decurialis de. viator. cos. — 2) *Decuria viatoria equestris consularis memoratur etiam C. XIV 373, cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 360 not. 2.*

---

**1922** M. Valerio | Admeto | viatori pr. et | cos.[1], | seviro Aug., | fecit Valeria M. f. | Quinta | patri piissimo et | Valeria Sympherus[*a*] coniunx.

*Afile in Latio (XIV 3443 vidi). —* 1) *Praetorum et consulum.*

---

**1923** Q. Considius Q. l. Ero[s] | viator aed. pl. lege Papiria,[1] | lupercus Quinctial. vetus[2], | accensus cos., | magister trium | decuriar. | Considia Q. l. Ammia | l.[3]

*Prope Romam ad lapidem VIII viae Tiburtinae (VI 1933 aliquoties descripta saec. XVII/XVIII). —* 1) *Lex praeterea ignota (cf. Mommsen Staatsr.* $I^3$ *p. 360 not. 8). —* 2) *De lupercis Quinctilianis sive, ut hic est, Quinctialibus (Mommsen hist. Rom.* $I^5$ *p. 53) cf. Paulus p. 87 M., Festus p. 257. De luperco libertino cf. Mommsen Staatsr. III p. 566. —* 3) *Liberta.*

---

**1924** Clesipus Geganius[1] | mag. Capi[t].[2], mag. luperc.[3], viat. tr.[4]

*In paludibus Pomptinis rep., extat ad viam Appiam loco dicto Mesa (I 805. X 6488 vidit Mommsen). —* 1) *De hoc Clesippo, empto a Gegania quadam et postea manumisso atque herede instituto dixit Plinius h. n. 34, 11. Vixisse eum ultimis liberae rei publicae temporibus huius tituli litterae et ratio scribendi* (Clesip-, *non* Clesipp-) *indicant. —* 2) *De collegio Capitolinorum dixit Mo. C. l. c. —* 3) *Magister lupercorum. —* 4) *Viator tribunicius.*

---

**1925** Ti. Claudio . . [*f.*] | Secund[*o*] | viatori tribuni[*cio*], | accenso velat[*o, licto*]ri curiato, geru[*sia ho*]noris caussa su[*a pec.*] | *Ἡ γερουσία ἐτείμ[ησεν] | Τι. Κλαύδιον Σεκ[οῦνδον] | οὐιάτορα τριβου[νίκιον], | ἀκκῆνσον οὐηλ[ᾶτον], | λείκτορα κουριάτ[ιον], | ἐκ τῶν ἰδίων.*

*Ephesi rep., est Londinii (III 6078 Mommsen vidit ectypum).*

---

**1926** Q. Fabius Africani[1] l. Cytisus
viator quaestorius ab aerario,
scr. libr. tribunicius, scr. libr.
quaestorius trium decuriarum.
C. Calpetanus C. l. Cryphius viator
pullarius, prior vir Culicinae.
L. Numpidius L. l. Philomelus scr. libr.
q. III decuriarum[2], Cytisi
frater pius et fidelis.
C. Proculeius C. l. Heracleo,
Culicinae pater.
Proculeia Stibas, mater Culicinae.

et
Liviae divae
Aug. l.
Culicinae.
Plasidiena L. f.
Agrestina
Calpetani Liviani
primi pil.

*Romae (VI 1815 accurate descr. Brunelleschi a. 1513). — Titulus destinatus ab origine Cytiso et uxori eius Liviae Culicinae; adiuncta sunt nomina complurium propinquorum utriusque. —* 1) *Patronus Cytisi fuit Africanus Fabius consul a. 744 (cf. supra N. 92). —* 2) *Eidem Numpidio positus est titulus C. VI 1821.*

---

**1927** diis manibus | M. Trebellio Argolico | tabulario viatorum | quaestoriorum ab | aerario, amico optimo, | Priscus T. Flavi | Polycliti v. q. ser.[1] | et Trebellia Graphice con. b. m.

*Romae (VI 1930 vidit Detlefsen). —* 1) *Viatoris quaestorii servus.*

---

**1928** in honorem domus August. | vv. qq.[1] scholam vetustate corruptam s. p. ret. l. s. s.[2]: | L. Venuleius Agatho, M. Aurel. Auggg.[3] lib. December, M. Aurel. Spendon, C. Gemellius Privatus. | Dedic. V idus Maias[4] Fulvio Pio, Pontiano cos.[5], curat. C. Gemellio Privato.

*Romae ad circum Flaminicum (VI 816 semel descripta saec. XVI).* — 1) *Viatores quaestorii.* — 2) *Sic traditur; videtur fuisse in lapide* s. p. ref. q. i. s. s., *i. e.: sua pecunia refecerunt qui infra scripti sunt.* — 3) *Mentione trium Augustorum, in titulo dedicato mense Maio 238, fortasse significantur Maximus et Balbinus cum Gordiano Caesare.* — 4) Maias s. *traditur.* — 5) *A. 238.*

---

**1929** in honorem domus August., | Ti. Claudius Secundus coactor[1] cum Ti. Claudio Ti. [*f.*] Quir. Secundo f., viatoribus IIIvir. et IIIIvir.[2] | scholam cum statuis et imaginibus ornamentisque omnibus sua impensa fecit.

*Romae in monte Aventino in ecclesia S. Alexii (VI 1936 saepius descripta saec. XV/XVI).* — 1) *Eiusdem Ti. Claudi Secundi sunt tituli ad viam Appiam reperti VI 1859. 1860 (diversus videtur Ti. Claudius Secundus supra N. 1925).* — 2) *Viatoribus triumvirum (capitalium) et quattuorvirum (viarum curandarum) cf. Mo. Staatsr. I³ p. 345 not. 5.*

---

**1930** Libe[*r*]o patri Procliano sacru[*m*] | C. Avillius C. f. Romilia Ligurius | Lucanus pater, viator IIIviralis | IIIIviralis, sacerdos Isis et | . . . .

*Romae rep. in monte Aventino (VI 466 vidit Bormann).*

---

**1931** . . [*Volu*]ntilius C. f. Voluntilia
Macer Prisca uxor
[*viator XVvi*]r sacr. faciund.
[*viator IIIvir et IIII*]vir.[1], scr. curul.[2]
. . . . . . . . . . . . . us
. . . . . . . . . . . . . o locus sepulturae public. datus . .
. . . . . . . . . . . . . tiumque in campo, sibi e . . co . . . .

*Prope Praeneste (XIV 2940 vidi).* — 1) *Supplementum non certum.* — 2) *Scriba curulis (videtur id dictum pro scriba aedilium curulium).*

---

**1932** Rogat, ut resistas, hospes, t[*e*] hic tacitus lapis,
dum ostendit, quod mandavit, quoius umbram te[*git*].
Pudentis hominis, frugi, cum magna fide,
praeconis Oli Grani[1] sunt ossa heic sita.
Tantum est. Hoc voluit, nescius ne esses. Vale.
A. Granius M. l. Stabilio | praeco.[1]

*In Anglia, Rokeby-Hall prope Barnard Castle (Eph. epig. 4, 861 descr. Matz).* — 1) *Hunc Aulum sive Olum Granium praeconem Buechelerus (mus. Rhen. 37, 1882 p. 521) non diversum putat a Granio praecone, propter dicacitatem celebrato a Lucilio (Cic. Brut. 43, 160. 46, 172, ad Att. 6, 3, 7, cf. de or. 2, 60, 244 cet., pro

*Plancio 14, 33) et Ciceronis adulescentis familiari (Cic. Brut. 46, 172), licet hunc Quintum praenomine fuisse ex codicibus Bruti Ciceroniani et scholiastae Bobiensis in Plancianam (p. 259 Or.) relatum sit.*

---

**1933** C. Matius Amphio patronus, | praeco ex tribus decuris | qui cos. cens. pr. apparere solent, | apparuit Caesari Augusto, | Matia C. C. C. l.[1] Iucunda uxor, | C. Matius Urbanus conlibertus. | Arbitratú C. Mati Urbani conliberti.

*Romae rep. ad viam Praenestinam (VI 1945 descr. Detlefsen).* — 1) *Trium Gaiorum liberta.*

---

**1934** M. Falcidio | M. fil. Pal. | Hypatiano | adlecto in | ordinem dec. | Puteolanor., | ordo | decuriae Iuliae | praec. cos.[1], | ob merita | M. Falcidi Cupiti | praeconis et | apparitor. Aug., | patris eius.

*Romae rep., est Neapoli (VI 1944 vidit Mommsen).* — 1) *De decuria Iulia praeconum consulari cf. Mommsen Staatsr.* $I^{2}$ *p. 329 =* $I^{3}$ *p. 344 not. 5.*

---

**1935** L. Peducaeo | Saturnino | decuriali | dec. scribar. libr. | et Iuliae praeconiae | consularis, ex tes|tamento. Arbitratu | Peducaeae C. f. | Severinae, uxoris.

*In agro Albano rep. (XIV 2265 semel descripta saec. XVIII).*

---

**1936** hoc monimentum | apparitorum praeconum | aedilium veterum | vicarium est[1], | et posterisque eorum.

*Romae in vinea Casali (VI 1946 vidit Gatti).* — 1) *Monumentum destinatum praeconibus qui apparebant aedilibus tam veteribus quam vicariis eorum (de veteribus et de vicariis cf. Mommsen Staatsr.* $I^{3}$ *p. 340 not. 1).*

---

**1937** Anniae | Agrippinae | uxori | C. Iuli Apolloni[1] | decur. Romae | trib. item aedil.[2], | accens. velató, | cur. mun. glad.[3] | tridui, hered. | l. d. d. d.

*Puteolis (Eph. ep. 8, 370 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Ad eundem hominem spectat titulus fractus C. X 1721.* — 2) *Decurialis Romae tribunorum item aedilium.* — 3) *Curatoris muneris gladiatorii.*

---

**1938** M. Vetius M. l. Cissus | apparitor Xvir.[1], | VIvir Aug. T[*r*]ebulae Su[*f*].[2], | libertis libertabusque | suis posterisq. eorum | testamento fieri iusit. | Arbitratu Martialis l.

*In Latio prope oppidum Saracinesco rep. (XIV 3492 solus descr. saec. XVIII Revillas auctor accuratus).* — 1) *Cf. supra N. 1909 not. 4.* — 2) Tebulae Sue. *excepit Revillas; apparet significari Trebulam Suffenatium memoratam a Plinio hist. nat. 3, 107.*

---

**1939** C. Aquillius | C. f. Cla. Mela | ex decuria | armamentaria[1], | quinquevir bis[2], | fieri iussit.

*Concordiae (V 1883 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. Mommsen Staatsr.* $I^{3}$ *p. 368.* — 2) *Significatur sine dubio idem munus quod ab Horatio verbis (sat. 2, 5, 55) recoctus scriba ex quinqueviro', fortasse quinqueviratus cis Tiberim, de quo cf. Mommsen Staatsr.* $II^{3}$ *p. 611.*

---

**1940** [*iu*]ssu imp. Caesari[*s*] | Augusti | gerulis[1] ped. III S=.

*Romae, nunc Neapoli (VI 9438). In parte aversa eiusdem lapidis extat titulus quem* Cn. Pompeius, Pompeiae, Cn. Magni f., lib., Isochrysus *collibertae posuit.* — 1) *Significatur decuria gerulorum (supra N. 366. 504. 1909, Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1082, cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 366 not. 4). Huic decuriae ubi locum pedum trium cum dodrante (3³/₄) imperator Augustus adsignaverit, ignoratur, cum de loco ubi reperta sit inscriptio non satis constet.*

---

**1941** L. Luccei | Narcissi | perpetuarius | decuriatus Rom.

*Bomarzi in Etruria rep., tabella aenea (XI 3041 descr. Zangemeister).*

---

**1942** C. Iulius Aug. l. Sam[*ius*] | proc., | accensus divi Claudii et | Neronis Augusti | patronorum.

*Tibure (XIV 3644 vidi ipse).*

---

**1943** Eutacto | Aug. lib. próc., | accenso delat.[1] | a divo Vespasiano, | patri optimo, | Clemens filius.

*Romae (VI 1962 vidit Henzen).* — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. I² p. 321 not. 5.*

---

**1944** Sécuritáti | cognationis suae | Fortunatus Aug. l., | verna paternus, | ab epistulis, | accénsus patron. | dívo Aug. Vespasiano, | lictor cúriat., | viát. honór. dec. cos. et pr., | et sibi et | Epaphrodito Aug. l. | ab epistulis, fratri suo.

*Romae, nunc Florentiae (VI 1887 vidit Henzen).*

---

**1945** M. Caelius M. l. Phileros accens. | T. Sextí imp. in Africa[1], Carthag. aed., praef. | i. d. vectig. quinq. locand. in castell. ⊥XXXIII, | aedem Tell. s. p. fec.[2]; IIvir Clupiae[3] bis; Formis | August.[4], aedem Nept. lapid. varís s. p. órnav.[5] | Fresidiae N. l. Florae uxori, viro opseq.[6] | Q. Octavio Ɔ. l. Antimacho karo amico.

*Prope Formias (X 6104 vidit Mommsen).* — 1) *Res a. T. Sextio post necem Caesaris dictatoris in Africa contra Cornificium et contra duces Caesaris Octaviani gestas enarrant Dio 48, 21—23 (sub a. 714), Appianus 4, 52—56. 5, 26. Imperatorem eum appellatum esse alibi non traditur.* — 2) *Carthagine aedilis, praefectus iure dicundo vectigalibus quinquennalibus locandis in castellis octoginta tribus, aedem Telluris sua pecunia fecit.* — 3) *Clupea oppidum Africae, quo coloniam videtur deduxisse Caesar dictator (cf. C. VIII p. 28). Apparet Philerotem, postquam cum T. Sextio in Africam venit, ibi per aliquod tempus domicilium fixisse et in compluribus oppidis honoribus functum esse. In coloniis quas C. Caesar in provinciis constituit, aditum ad summos honores etiam libertinis patuisse colligitur ex lege coloniae Iuliae Genetivae.* — 4) *Augustalis (ab honoribus igitur municipalibus Formianorum arcebatur ut videtur Phileros utpote libertinus). Ceterum est haec antiquissima fortasse mentio Augustalitatis (cf. supra N. 89).* — 5) *Sua pecunia ornavit.* — 6) *Opsequentissimae.*

---

**1946** Cn. Cornelius Magni[1] l. | Oceanus accensus | patrono in cos.[2] | Antipho Magnae. | Synhetus Magnae l. | a manu.

*Romae rep. (VI 1961 vidit de Rossi).* — 1) *Cn. Cornelius Cinna Magnus consul fuit a. p. Chr. 5.* — 2) *In consulatu.*

---

**1947** C. Pápius C. l. | Salvius. ‖ C. Pápius C. l. | Apelles argent., | accensus P. Sili[1] cos. ‖ Pápiai C. l. | Cleopatrai | patronus | dignae posuit.

*Capuae (X 3877 vidit Mo.). — 1) Significatur aut is qui fuit consul a. 3 p. Ch., aut is qui a. 28.*

---

**1948** C. Iulius divi Aug. l. | Niceros Vedian. acces. *(sic)* | Germanico[1] Caisar. cos. et | Calvisio Sabino[1] cos. | Iulia L. f. Helice | vix. ann. XX. ‖ C. Iulius Aug. l. Amaranthus | sibi et Iuliae C. l. Clarie et | Iuliae C. l. Mercatillae | delicio meo. | Iulia Euheteria | Helices mater.

*Romae in eodem columbario in quo N. 1588 (VI 1963. 5180 vidit Henzen). — 1) Germanicus consul fuit a. p. Chr. 12 et a. 18, Calvisius Sabinus a. u. c. 750, filius eius eiusdem nominis (cf. supra N. 925) a. p. Chr. 26. Videntur intellegi consulatus annorum 18 et 26 p. Chr.*

---

**1949** M. Aurelius Cottae | Maximi[1] l. Zosimus, | accensus patroni.

Libertinus eram, fateor; | sed facta legetur |
patrono Cotta nobilis umbra mea. |
Qui mihi saepe libens census donavit | equestris,
qui iussit natos | tollere, quos aleret |
quique suas commisit opes | mihi semper, et idem
dotavit | natas ut pater ipse meas, |
Cottanumque meum produxit | honore tribuni,
quem fortis | castris Caesaris emeruit. |
Quid non Cotta dedit? qui nunc | et carmina tristis
haec dedit | in tumulo conspicienda meo. |

Aurelia Saturnia Zosimi.

*Ad viam Appiam rep. in agro Albano (XIV 2298 descr. Gatti). — 1) M. Aurelius Cotta Maximus postea dictus Messalinus, consul fuit a. p. Chr. 20.*

---

**1950** L. Calpurnio | Calai | viatori tribunic., | accenso a patron., | idem allecto | IIIIIIvir. Aug. | vetere Fabrateria, | et | Baibiai | Proculae | contubern[*ali*].

*Veronae (V 3354 vidit Mommsen).*

---

**1951** L. Nummius | L. l. Chilo | accensus bis.

*Romae, nunc Potsdam (VI 1965 vidit Mommsen).*

---

**1952** L. Licinio | Secundo[1] | accenso | patron. suo | L. Licin. Surae[2] | prim. secund. | tert. cons. | eius, IIIIIIvir. | Aug. col. I. V. T. | Tarrac. et col. F. I. A. P. Barcin.[3], | ex d. d. Barc.

*Barcinone (II 4536 duo lapides eadem inscriptione inscripti, quorum alterum vidit Huebner). — 1) Eidem Licinio Secundo multi alii tituli similiter concepti positi sunt Barcinone (II 4537—4548 II S. 6148. 6149), plerique ab hominibus privatis, nonnulli a municipiis Hispanis vel a collegiis. — 2) De Licinio Sura et de tribus eius consulatibus cf. supra N. 1022. — 3) Seviro Augustali coloniae Iuliae Victricis Triumphalis (cf. Huebner C. II p. 538) Tarraconis et coloniae Faventiae (cf. Plin. h. n. 3, 22) Iuliae Augustae Piae (cf. Huebner l. c. p. 599) Barcinonis.*

**1953** L. Volusio | Urbano | nomenclatori | censorio[1].

*Romae, ubi reperta sit ignoratur (VI 1968 vidit Henzen).* — 1) *Nomenclator fuit Urbanus, iudice Mommseno, eiusdem L. Volusii Saturnini qui memoratur N. 1954. Diversi sunt nomenclatores a censibus Augustorum liberti (supra N. 1690. 1912).*

---

**1954** [*L.*] Volusio El[*aino* | *app.*] censori[1], sac[*erdoti*] | Geni L. n.[2] | [*Vo*]lusia Syn[*tyche*].

*Romae rep. ad viam Appiam in monumento ut videtur Volusiorum (VI 1967. 7366 vidit Henzen).* — 1) *Significatur, ut vidit Mommsen (Staatsr. I³ p. 359 not. 3), L. Volusius Saturninus consul a. 742, censoria potestate legendis equitum decuriis functus (verba sunt Taciti ann. 3, 30), minus accurate censor dictus a liberto, qui ei in illo officio apparuerat.* — 2) *Idem sacerdotium Genii Lucii nostri (id est ipsius L. Volusii) reperitur in alio titulo Volusii alicuius VI 1833ᵃ.*

---

**1955** D. Alleius Cilonis l. | Pamphilus | accensus velatus, sibi et | suis posterisq. eorum. | D. Alleius D. l. Hymenaeus | accensus velatus. | Alleia D. l. Victoria. | Alleia D. f. Eugenesis. | Alleia D. f. Victorina. | Hoc sepulcrum sive ara cum suis | maceris heredem extranium | non sequetur.

*Romae (VI 1969 aliquoties descripta saec. XVII).*

---

**1956** T. Velatius accensorum | velatorum l. Ganymedes sibi et | Claudiano . . . . . .

*Romae (Fabretti inscr. 433, 4 qui vidit).*

---

**1957** Q. Fabius Maximorum[1] l. | Amicus praef. c. a. v.[2] | Maria A. f. Prima. | Q. Fabius Maximi l. Zeno. | Papiria Ɔ. l. Athenais. | C. Papirius Athenainis l. Anteros.

*Romae (VI 9219 vidit Henzen).* — 1) *Significantur puto fratres Fabii Paullus Maximus consul a. 743 et Africanus Maximus consul a. 744.* — 2) *Fortasse: praefectus centuriae accensorum velatorum (Mo. Staatsr. III 1 praef. p. XI not. 1).*

---

**1958** hic quiescit in pace Laurentius | [*s*]criba senatus[1] dep. die IIII iduum Mart. | Adelfio v. c. cons.[2] *(avis)*.

*Romae rep. in ecclesia S. Mariae Transtiberina, in parte aversa lapidis incisum est epitaphium anni 555 (de Rossi bull. crist. 1869 p. 18).* — 1) *Idem videtur esse Fl. Laurentius exceptor amplissimi senatus memoratus in Gestis de recipiendo codice Theodosiano (Mommsen Neues Archiv f. ält. deutsche Gesch. 10, 1885 p. 584 not. 4). Alius exceptor senatus reperitur in tabella aenea edita a Rossio bull. comun. 1887 p. 289.* — 2) *A. 451.*

---

**1959** hic quiescit in pace | [*F*]l. Decentius prefectianu[*s*] | cives Tuscus, qui vixi[*t*] | annis pl. m. XXX, | depos[*i*]tus XIII kal. N[*ov.*] | Basso et Filippo vv. cc. [*conss.*][1]

*Romae in coenobio S. Pauli (de Rossi inscr. Chr. I n. 588).* — 1) *A. 408.*

---

**1960** hic in pace iacet Leontius ex optione | officio magistri eq. et peditum, quem | terra extera duxit, qui vixit annus XL | vitam.

A[*l*]te. Roma.[1] que servivit an|nus XVI coniugi caro. In que arca si | quis cum suis [*et*][2] Altenam Romanam | dederit corpus, de[*t*][3] heclesiae paenam | auri pondo duo. Depositum in die | VII idus Iunias.

*Vranjicae prope Salonas (III 6399 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Nomen uxoris, Altena Romana ut videtur.* — 2) te, 3) de *lapis. Dicere voluit: si quis cum corpore ipsius et Altenae Romanae corpore aliud corpus intulerit.*

---

**1961** d. m. | Val. Felix princeps offi|ci presidis[1] vixit an. XLV, | Aurel. Aemilia bene meri|to conpari virginio posuit. | Vale viator. | *Οὐαλ. Φῆλιξ πρίνκιψ ὀφηκίου* | *ἡγεμόνος, ζήσας ἔτη με,* | *Αὐρελ. Ἐμιλία τῷ ἀειμνήστῳ ἀνδρὶ παρθενικῷ τὴν στήλην ἀν[έ]|θηκεν. Χαῖρε παροδεῖτα.*

*Tomis rep. (III S. 7549 partem vidit Domaszewski).* — 1) *Scilicet provinciae Scythiae in qua fuerunt Tomi.*

---

**1962** Saturninus centen|ar. ex off. praef. Illir. | Dac. rip.[1], amici hore[2] sep|ultus.

*Concordiae rep. (V 8771 vidit Mommsen).* — 1) *Videtur Saturninus sub praefecto Illyrici ita militavisse, ut Daciae ripensis administrationem potissimum tractaret (Mo. C. V. p. 1060).* — 2) *Expectaveris* cura *aut* opera *(Mo.).*

---

**1963** hic positus est Maximus qui | vixit annus p. m.[1] LXX, praepositus | de via Flabinia[2] *(sic).* | Loc. Filicessimes *(sic).*

*Romae rep. ad viam Flaminiam in coemeterio veterum christianorum, litteris saeculi IV exeuntis vel V ineuntis (de Rossi bull. com. 1888 p. 253. 257). In altera parte eiusdem lapidis legitur titulus multo antiquior N. Fresidi Sabbionis.* — 1) *Plus minus.* — 2) *Hunc praepositum de via Flaminia Rossius putat esse ex praepositis cursus publicis memoratis in codice Theodosiano (6, 29, 9. 8, 5, 55).*

---

**1964** Barnaeus | de familia | public. reg. VIII.[1]

*Romae (VI 2342 viderunt Pighius et Smetius).* — 1) *De familia publica regionis octavae (cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 328).*

---

**1965** *(vir togatus cum muliere et puero)* dis manibus | Graniae Faustinae, | fecit Papi.[1] ser. | publicus sibi et | contubernali suae | carissimae | bene merenti de se. | posterisque | aeorum.

*Romae (VI 2365).* — 1) *Papias.* — *Nota servum publicum toga vestitum; cf. Mo. Staatsr. I³ p. 324.*

---

**1966** Cerdo | Aemilianus[1] | publicus cens.[2]

*Romae rep. ad viam Appiam (VI 2333 vidit Henzen).* — 1) *Idem memoratur VI 2310.* — 2) *Significatur idem munus quod infra N. 1967.*

---

**1967** Bonus eventus. — | Have Victor Fabiane! — Di vos | bene faciant, amici, et vos, viatores, | habeatis deos propitios! qui Victorem | publicum Fabianum a censibus p. R.[1] non | praeteritis. Salvi eatis, salvi redeatis, et | vos qui me coronatis vel flores | iactatis, multis annis faciatis. — | Victor Fabianus fecit sibi et | Asiniae C. f. Sabinae uxori et | C. Asinio Valeriano et | parentibus eius C. Asinio Va|leriano et Attiae Sabinae | et libert. libertabusque | posterisque eorum. | H. m. d. m. a.

*Romae ad viam Aureliam (VI 2335 semel descripta saec. XVI).* — 1) *De servis a censibus populi Romani cf. Mo. Staatsr. I³ p. 329 not. 5.*

---

**1968** d. m. | Orato pub. Fabianó | ab opera publica. | Folia Trophime coniu. | bene merenti fecit, | v. a. LXV.

*Romae rep. ad portam Latinam, fortasse in eodem columbario in quo N. 1786 (VI 2337. 5558 vidit Henzen).*

---

**1969** Menophilus | Lucretianus | servos publicus | ex basilica Opimia. | Q. Aemil. Diophanti.

*Romae, tabella litteris vetustis (VI 2339 vidit Henzen; iuxta in eodem lapide extant paucae reliquiae tituli alterius).*

---

**1970** d. m. s. | Soterichi publici | Vestriciani a | bybliothece porticus | Octaviae, | Statilia Helpis | coniugi b. m. f., v. a. XXVIII.

*Romae in eodem columbario quo N. 1588 (VI 2349 = 5192 vidit Henzen).*

---

**1971** decurio | Hymnus | Aurelianus | a bybliothece | Latina | porticus | Octaviae, | vilicus.[1] || Quintia C. l. Clára.

*Romae ad viam Appiam in columbario (VI 2347 = 4431 vidit Henzen).* — 1) *Nota in eodem columbario, in quo hic servus publicus a bybliotheca publica populo Romano ab Octavia donata (Plut. Marcell. 30) sepultus est, sepultos esse nonnullos ipsius Octaviae, multos filiorum eius libertos et servos (C. VI p. 909).*

---

**1972** Philoxenus Iulian. | public. de porticu | Octaviae a bibliotheca Graeca.

*Romae, nunc Neapoli (VI 2348 vidit Mommsen).*

---

**1973** dis manib. | Ti. Claudio | Melipthongo | Obultroniano | public. a subsel. | tribunorum, | vix. ann. XL, | Primitivos | patri carissim. | posuit.

*Romae ad viam Appiam rep. (VI 2340 vidit Bormann).* — *De nomine et condicione huius Melipthongi cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 321 not. 1, p. 322 not. 5, de officio eius ib. p. 325 not. 6.*

---

**1974** d. m. | Soter servos publicus | castellar. aquae Annionis *(sic)* | veteris, fecit coniugi bene|merenti, et L. Calpurnius | Flavianus matri bene|merenti, sibi et suis | posterisq. eorum.

*Romae, nunc Cortonae (VI 2344 = 8493 vidit Bormann).*

---

**1975** d. m. | Laetus publicus populi | Romani[1], aquarius | aquae Annionis veteris | castelli viae Latinae contra | Dracones, et Flavia Dionysia | fecer. sibi et Auliae Argyridi | filiae, vixit ann. XXIIII m. II d. VIII, et | lib. liber. posterisq. eorum. H. m. [*h.*] e. n. s. | Dolus malus abesto, et | Calventiae [*Pa*]etinae itu aditum | ambitu[*m*] . . . [*mon*]umenti pertinent.

*Trebiae in Umbria, originis urbanae (VI 2345 bis descripta saec. XVI).* — 1) *Lacuna indicatur in apographis, nescio num recte.*

*Titulos servorum publicorum addictorum sacerdotiis dabimus infra post titulos sacerdotum.*

---

# CAPVT VIII.

# TITVLI NONNVLLI IVS CIVITATIS ILLVSTRANTES.

---

**1976** I. o. m. | pro salut. | imp. Caesaris | Traiani | Hadrian. Aug. | Aelii Car[*ni*][1] | cives Romani.

*In valle Savi fluminis, Straschae prope Gurkfeld, in regione Pannoniae contermina Italiae (III 3915 vidit Mommsen).* — 1) CARI/// *excepit Mommsen, sed tam vestigia quam spatium lectioni* CARNI *convenire adnotavit. Dixit de hoc titulo Mo. C. III p. 496.*

---

**1977** C. Iulius Vepo donatus | civitate Romana viritim | et inmunitate ab divo Aug., | vivos fecit sibi et | Boniatae Antoni fil. coniugi | et suis.

*Celeiae in Norico (III 5232 vidit Mommsen).*

---

**1978** P. Cornelio | Q.[1] Macro | viritim a divo | Claudio civitate | donato, | quaestori, IIvir. | ex testamento ipsius. | . . Quintius Capito | cum Q. f. h. p.[2]

*In Lusitania non longe a Portalegre, ubi videtur fuisse Ammaia (Ptol. 2, 5, 6 cf. Plin. h. n. 37, 2, 24), rep. a. 1797 (II 159 semel descripta).* — 1) *Quirina.* — 2) *Cum Quinto filio heres posuit.*

---

**1979** T. Flavio Castoris | f. Cyr.[1] Alexandro | civitate donato ab | imp. Caes. Vespasiano, | f. Hermes lib.

*Zenzibar Kalessi, ubi fuit Palaea Isaura (III S. 6785 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Intellege: Quirina.*

---

**1980** C. Iul. Mygdonius | generi Parthus, | natus ingenuus, capt. | pubis aetate, dat. in terra | Romana[1]: qui, dum factus | cives R., iuvente fato co|locavi arkam, dum esse | annor. L. Peti[2] usque a pub|ertate senectae meae[3] perveni|re; nunc recipe me, saxe, libens; | tecum cura solutus ero.

*Ravennae, litteris saeculi p. Chr. primi (XI 137 vidit Bormann).* — *Menda orationis non magnopere offendunt in titulo posito ab homine peregrino (Huebner Herm. 10 p. 406).* — 1) *Datus (i. e. venumdatus) in terram Romanam.* — 2) *Id est: petii,* 3) *ad senectam meam.*

---

**1981** Apollini Aug. | municip[*es*] Igabrenses | beneficio | imp. Caesaris Aug. Vespasiani | c. R. c.[1] cum suis per h[*onore*]m | Vespasiano VI cos.[2], M. Aelius M. fil. Niger aed. | d. d.

*In oppido Andalusiae Cabra, ubi fuit Igabrum (II 1610 cf. p. 703 vidit Huebner).* — 1) *Civitatem Romanam consecuti.* — 2) *A. 76.*

---

**1982** imp. Domitiano Caesari | Aug. Germanico | L. Munnius Quir. Novatus et L. Munnius Quir. Aurelianus | c. R. per h[*ono*]rem IIvir.[1] consecuti | d. [*s. p.*] d. d.

*Alorae, ubi fuit Iluro provinciae Baeticae (II 1945 cf. p. 704 vidit Berlanga).* — 1) *Civitatem Romanam per honorem duoviratus.*

---

**1983** d. m. s. | L. Sallustius | Victor ci|vitate Roma|na consecu|tus est, p.[1] v. a. [2] | h. s. e. | L. Sallustius | Rogatianus | p.[1] v. a. XX, h. s. e. || d. m. s. | Caecilia | Festiva | qui[3] et Le|da, L. Sallus|ti Victoris | ucxor, p.[1] | v. a. XLV, | h. s. e.

*In provincia Africa loco dicto Henchir Bu Atfân (VIII S. 16919 vidit Schmidt).* — 1) *Pius, pia.* — 2) *Spatium vacuum destinatum numero annorum quos habiturus erat Victor.* — 3) *Scr.* que.

---

**1984** D. Otacilius Felix fecit sibi et | Otaciliae Hilarae collibertae, | D. Otacilio Hilaro l., | D. Otacilio Eudoxo l., ⟨in consilio | manumisso⟩[1], | Luriae Musae uxori, | ceteris libertis libertabusque meis | omnibus posterisque eorum, praeter | quos testamento meo praeteriero. | In front. p. XXX, in agr. p. XXV.

*Ostiae rep., est Romae (XIV 1437 vidi).* — 1) *Verba uncis ⟨⟩ inclusa, litteris minoribus scripta, postea addita esse videntur. — Lege Aelia Sentia cautum erat, ut minor triginta annorum servus vindicta manumissus civis Romanus non fieret nisi apud consilium causa probata fuisset (Ulpian. fr. 1, 13 cf. Gaius inst. 1, 17). Civitatis ergo Romanae Eudoxi testificandae causa haec addita puto.*

---

**1985** dis manibus | L. Vafrio Epaphrodito | manumisso testament. | L. Vafri Tironis | centurionis leg. XXII | Primig.[1] X k. Apr. | imp. Domitiano Aug. XII cos.[2] | annorum XXX[3], vix. ann. XXXI d. X, | Helius M. Clodi | Valentis | evocati Aug. ser., | fratri benemeren. | fecit.

*Romae (Gatti bull. com. 1886 p. 83).* — 1) *Legionem vicesimam secundam Primigeniam eo tempore, quo hic titulus positus vel certe quo Tiro mortuus est, nondum dictam esse piam fidelem fortasse ex hoc titulo colligi potest.* — 2) *23 Mart. 86.* — 3) *Ex lege Aelia Sentia servus minor triginta annorum testamento manumissus non fiebat civis Romanus (cf. ad N. 1984); ideo adscriptum, Epaphroditum annorum triginta fuisse eo die quo manumissus est; civem Romanum eum fuisse etiam heredum eius intererat.*

CAPVT IX.

# TITVLI MILITARES.

## Constitutiones imperatorum de civitate et conubio veteranorum. (Diplomata militaria.)

*Imperatores militibus post iustum numerum stipendiorum honesta missione missis concedere solebant, si peregrinae condicionis erant, ut cives Romani essent, civibus Romanis, ut conubium haberent etiam cum uxoribus peregrinis.*) De hac re constitutiones perscribebantur et aeri incisae proponebantur Romae primum in Capitolio, postea (inde a temporibus Domitiani, cf. ad N. 1998 not. 6) in Palatio in muro quodam post templum divi Augusti ad Minervam; subscripta erant nomina militum ad quos constitutio pertinebat. Tabulae hae aereae Capitolinae et Palatinae (praeter frustula quaedam exigua notabili casu**) servata) dudum perierunt; sed pervenerunt ad nos apographa multarum, facta in usum privatum veteranorum, quorum intererat, beneficiorum ab imperatore tributorum testationem scriptam domum reportare, diversa ab illis ea potissimum re quod apographo constitutionis unum tantum nomen, eius militis cuius causa apographum factum erat, subscriptum est. Apographa ea perscripta sunt et ipsa in aere, singula non in singulis, sed in binis tabellis aeneis, quae olim colligatae diptycha effecerunt aenea sive diplomata†), similia codicillis (libellis) aeneis paginarum quattuor, quarum duae interiores, duae exteriores (cf. p. 391. 392). Diptycha hae claudi solebant, eo modo ut tabellae perforarentur et per foramina traduceretur triplex filum aeneum, et consignari sigillis civium Romanorum septem, qui ita testabantur scripturam recte expressam ex archetypo, et quorum nomina hodie quoque incisa inveniuntur in partibus exterioribus diptychorum (ipsa sigilla periisse non est mirum, non raro repertae sunt reliquiae fili illius aenei foraminibus adhuc inhaerentes); id autem ideo fieri solebat, quod hoc tantum modo apographum constitutionis auctoritatem habebat; apographo aliter prolato civitas vel conubium veterani iudicibus probari non*

---

*) *Memorat huius generis constitutiones Gaius inst. 1, 57 his verbis: 'veteranis quibusdam concedi solet principalibus constitutionibus conubium cum his Latinis peregrinisve, quas primas post missionem uxores duxerint; et qui ex eo matrimonio nascuntur, et cives Romani et in potestatem parentium fiunt.'*

**) *Ei qui constitutionum a. 243 et a. 248 apographa in aere inciderunt, usi sunt tabulis archetypis constitutionum superiorum principum, revulsis et dissectis, sed ita ut primitivae scripturae pars remaneret.*

†) *'Diplomata civitatis Romanae' memorat etiam Suetonius Ner. 12.*

*poterat.**) — Et primum quidem intus in diptychis videtur scripta esse ipsa constitutio cum nomine veterani, extrinsecus nomina signatorum cum nota testificante, id quod intus scriptum esset, descriptum esse ex tabula publice in Capitolio vel Palatio proposita. Sed huius generis diptychorum unum tantum superest, non antiquissimum eorum quae extant sed certe ex antiquioribus, N. 1994. Mature enim in usum venisse videtur, ut id quod intus scriptum esset, etiam extrinsecus repeteretur, sine dubio eo consilio ut etiam non resignatis tabulis quid intus scriptum esset intellegeretur. Ita factum est ut plerarumque constitutionum apographa habeamus duo, alterum perscriptum extrinsecus in diptychi pag. 1 vel 4, alterum intus in pag. 2 et 3 (in altera pagina exteriore incidi solebant nomina signatorum). Atque usque ad tempora Traiani utrumque apographum pari cura exaratum est, scilicet pari cura repetitum ex archetypo Capitolino vel Palatino; sed temporibus Traiani scriptura interior, quae vere debuit esse primaria, neglegentius confici coepit; vocabula enim passim reperiuntur non ita perscripta ut erant in archetypo, sed inchoata paucis tantum litteris perscriptis, litterae autem ita inconditae, ut vix legi queant; interdum legi omnino nequeant; non pauca denique, quae minus necessaria videbantur, in scriptura interiore omnino omissa sunt. Hanc ob causam infra N. 2005 seq. solam scripturam exteriorem repraesentavi (solum in eis diptychis, quae non integra ad nos pervenerunt, scripturam exteriorem, ubi opus erat et ubi fieri poterat, supplevi ex interiore). (Diocletiani aetate interdum in his diptychis rursus semel tantum constitutionem perscriptam esse videtur ostendere tabella aenea edita III p. 900, IX 261, non semper id factum esse ostendit alia tabella eiusdem aetatis III p. 900, X 1113.) Diptychorum quae ad nos pervenerunt pleraque spectant ad veteranos ex alis cohortibusve auxiliariis (ex infra editis N. 1987. 1992. 1995—2006), multo minor eorum est numerus quae spectant ad classiarios (N. 1986. 1990. 1991), pauciora etiam spectant ad milites cives Romanos, missos ex cohortibus praetoriis urbanisve (N. 1993. 1994. 2007. 2008. 2010), unum ad equitem singularem Augusti (N. 2009); legionariis, si exceperis milites legionum primae et secundae Adiutricum conscriptos ex classicis (N. 1988. 1989), nulla diplomata huius generis data esse videntur. — Diptycha reperta usque ad annum 1872 numero quinquaginta octo edidit et illustravit Mommsen (III p. 844 seq.); quae accesserunt usque ad a. 1884 numero XXII (— LXXX), edidit idem Eph. 2 p. 452—466, 4 p. 181—187. 495—515. 5 p. 92—100. 610—617. 652, his ultimis annis reperta, numero non minus undecim, idem editurus est in C. I. L. III supplemento. Imagines diptychorum dederunt multi, multorum, eaque optime facta, Arneth 'Zwölf römische Militärdiplome' (Vindobonae 1843), item Leo Renier libro inscripto 'Recueil de diplomes militaires' (livr. I, Paris. 1876).*

*) *Conferenda sunt quae iuris auctores praeceperunt de signandis tabulis testamenti aliisque. Paulus sent. 5, 25, 6: 'amplissimus ordo decrevit, eas tabulas, quae publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summa marginis ad mediam partem perforatae triplici lino constringantur, atque impositae supra linum cerae signa imprimantur, ut exteriori scripturae fidem interior servet; aliter tabulae prolatae nihil momenti habent.'*

**1986** Ti. Claudius Caesar Augustus Germanicus, pontifex maxim., trib. potestate XII[1], imper. XXVII, pater patriae, censor, cos. V, trierarchis et remigibus, qui militaverunt in classe, quae est Miseni sub Ti. Iulio Augusti lib. Optato[2], et sunt dimissi honesta missione, quórum nomina

(N. 1991) *Scriptura exterior.*

*Pag. 1.*

T · IVLI RVFI
P · VIBI · MAXIMI
T · FANI · CELERIS
C · MARCI · PROCVLI
P · CAETENNI · CLEM
P · LVRI · MODERA
Q · POBLICI CRES

*(locus sigillorum)*

SALONIT · EQ · R ·
EPITAVR · EQ · R
IADESTIN · DEC
IADESTIN · DEC
ENTIS · SALON
TI · RISINITAN ·
CENTIS IADEST

*Pag. 4.*

IMP·CAESAR·VESPASIANVS·AVG·PONT
MAX·TR·POT·II·IMP·VI·P·P·COS·III·DESIG
IIII·VETERANI·QVI·MILITAVERVNT·IN
CLASSE·RAVENNATE·SVB·SEX·LVCILIO
BASSO·QVI·SENA·ET·VICENA·STIPENDIA
AVT·PLVRA·MERVERVNT·ET·SVNT·DE
DVCTI·IN·PANNONIAM·QVORVM NO
MINA·SVBSCRIPTA·SVNT·IPSIS·LIBE
RIS·POSTERISQVE·EORVM·CIVITATEM
DEDIT·ET·CONVDIVM·CVM·VXORIBVS

QVAS·TVNC·HABVISSENT·CVM·EST·CIVI
TAS·IIS·DATA·AVT·SIQVI·CAELIBES·ESSEN
CVM·IIS·QVAS·POSTEA·DVXISSENT·DVM
TAXAT·SINGVLIS·SINGVLAS·*NON·APRIL*
*CAESARE·AVG·F·DOMITIANO·CN·PEDIO·CASCO·COS*
*PLATORI·VENETI·F·CENTVRIONI·*
*MAEZEIO*
DESCRIPTVM·ET·RECOGNITVM·EX·TABVLA
AENEA·QVAE·FIXA·EST·ROMAE·*IN*
*CAPITOLIO·AD·ARAM·GENTIS·IVLIAE·DE*
*FORAS·PODIO·SINISTERIORE·TAB·I·*
*PAG·II·LOCO·XXXXIIII·*

(*N. 1991*) *Scriptura interior.*

IMP CAESAR VESPASIANVS AVG PONT
MAX TR POT $\overline{II}$ IMP $\overline{VI}$ P P COS $\overline{III}$ DESIG
$\overline{IIII}$ VETERANIS QVI MILITAVERVNT IN
CLASSE RAVENNATE SVB SEX LVCILIO BASSO
QVI SENA ET VICENA STIPENDIA AVT PLVRA
MERVERVNT ET SVNT DEDVCTI IN PANNO
NIAM QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA
SVNT IPSIS LIBERIS POSTERISQVE EORVM
CIVITATEM DEDIT ET CONVBIVM CVM

*Pag. 2.*

VXORIBVS QVAS TVNC HABVISSENT CVM
EST CIVITAS IS DATA AVT SI QVI CAELIBES
ESSENT · CVM IIS QVAS POSTEA DVXISSENI
DVM TAXAT SINGVLIS SINGVLAS *NON·APRIL*
*CAESARE·AVG·F·DOMITIANO·CN·PEDIO·CASCO·COS* ·
*PLATORI·VENETI·F·CENTVRIONI·MAEZEIO*
DESCRIPTVM · ET RECOGNITVM EX TABVLA
AENEA QVAE FIXA EST ROMAE·*IN·CAPITOLIO·AD*
*ARAM·GENTIS·IVLIAE·DE·FORAS·PODIO·SINISTERIORE*
*TAB · $\overline{I}$ · PAG · $\overline{II}$ · LOC · $\overline{XXXXIIII}$*

*Pag. 3.*

subscripta sunt[3]: ipsís liberis posterisque eórum cívitatem dedit et conubium cum uxóribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut, siquí caelibes essent, cum iís quas postea duxíssent dumtaxat singuli singulas. A. d. III ídus Decembr., Fausto Cornelio Sulla Felice, L. Salvidieno Rufo Salviano cos.[4]

gregali: Spartico Diuzeni f. Dipscurto[5], Besso.[6]

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio aedis Fidei populi Romani parte dexteriore. L. Mestí L. f. Aem. Priscí Dyrrachini — L. Nutri Venusti Dyrrachini. — C. Durrachini Anthi Dyrrachini — C. Sabini Nedymí Dyrrachini — C. Corneli Ampliati Dyrrachini — T. Pomponi Epaphrodití Dyrrachini — N. Mini Hylae Thessalonicensis.[7]

*Diptychon aeneum, Stabiis rep. a. 1749, est Neapoli (III p. 844. X 769 vidit Mommsen).* — 1) *Ian. 52/53 (cf. supra N. 218).* — 2) *Huic Optato positus est titulus Tarricinensis quem dabimus infra (= C. X 6318); cf. praeterea Plin. h. n. 9, 62; Io. Lydus de mag. 3, 63 p. 237 Becker; C. XV 387.* — 3) *Numerus stipendiorum non enuntiatur; ex reliquis constitutionibus pertinentibus ad classes (N. 1990. 1991 aliisque) apparet classiarios dimissos esse post stipendia viginti sex, tertio p. Chr. saeculo (cf. Eph. ep. 5 p. 100) post stipendia viginti octo.* — 4) *11 Dec. 52.* — 5) *Primum scriptum erat in utroque exemplo* Dibpscurto, *sed* b *erasa.* — 6) *Bessi, Thraciae populus, multi fuerunt inter classiarios.* — 7) *Probabile septem hos homines, oriundos omnes ex provincia Macedonia, cuius Bessi fuerunt contermini, amicos fuisse Spartici.*

---

**1987** Nero Claudius divi Claudi f., Germanici Caesar. n., Ti. Caesaris Aug. pron., divi Aug. abn., Caes. Aug. German. pont. max., trib. pot. VII, imp. VII, cos. IIII[1], peditib. et equitib. qui milit. in coh. VII quae appellantur (1) I Astur. et Callaecor. et (2) I Hispan. et (3) I Alpinor. et (4) I Lusitanor. et (5) II Alpinor. et (6) II Hisp. et (7) V Luciens et Callaecor.[2], et sunt in Illyrico sub L. Salvidieno Salviano Rufo, qui quina et vicena stipend. aut plura meruer., quor. nomin. subscript. sunt: ipsis liberis posterisq. eorum civitatem dedit et conubium cum uxorib., quas tunc habuissent, cum est civitas iis data. aut si qui caelib. essent, cum iis quas postea duxissent dumtax. singuli singulas. A. d. VI non Iul., Cn. Pedanio Salinatore, L. Velleio Paterculo cos.[3]

coh.[4] II Hispan., cui praest C. Caesius Aper[5], equiti: Iantumaro Andedunis f. Varciano.

Descr. et recogn. ex tabula aenea, quae fixa est in Capitol. ad latus sinistr. aedis thensar. extrisecus.

*Tabella aenea, diptychi pars prior, Vindobonae in museo (III p. 845).* — 1) *A. 60 (cf. supra N. 229/230 not. 13. 14).* — 2) *Harum cohortium sub Nerone in Illyrico tendentium longe plurimae, scilicet omnes praeter primam Asturum et Callaecorum et primam Hispanorum, etiam sub imperatoribus Flaviis fuerunt in Pannonia, testibus constitutionibus annorum 80. 84. 85 (infra N. 1997; C. III p. 854. 855), duae, secunda Alpinorum et quinta Luciensium Callaecorum, tem-*

*poribus Antonini Pii fuerunt in Pannonia superiore (cf. infra N. 2005).* — 3) *2 Iun. 60.* — 4) *Cohortis (vel: cohorte).* — 5) *Cf. supra N. 781.*

---

**1988** Ser. Galba imperator Caesar August., pontif. max., trib. pot., cos. des. II[1], veteranis, qui militaverunt in legione I Adiutrice, honestam missionem et civitatem dedit[2], quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum, et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut siqui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. XI k. Ian., C. Bellico Natale, P. Cornelio Scipione cos.[3]

Diomedi Artemonis f. Phrygio.[4]

Descriptum et recognitum ex tabula aenea quae fixa est Romae in Capitolio in ara gentis Iuliae. Ti. Iulius Pardala Sard.[6] — C. Iuli Charmi Sardian. — Ti. Claudi Qui. Fidini Maonian.[7] — C. Iuli C. f. Col. Libon. Sard. — Ti. Fonteius Cerialis Sard. — P. Gralti P. f. Aem. Provincial. Ipesius[8] — M. Arri Rufi Sardian.

*Diptychon aeneum, Stabiis (Castellamare) rep. a. 1688, est Florentiae (III p. 847. X 770). Eadem leguntur in duobus aliis diptychis, quorum alterum rep. est et ipsum Stabiis (III p. 848 X 771), alterum in Sardinia (Eph. ep. 2 p. 454 X 7891), nisi quod nomina militis et signatorum diversa sunt.* — 1) *A. 68.* — 2) *Legionem primam Adiutricem Nero, legionem secundam Adiutricem Vitellius conscripserant non e civibus Romanis, sed e classicis, unde explicatur militibus ex illis legionibus anno 68 vel 70 dimissis civitatem dari potuisse.* — 3) *22 Dec. a. 68. (In diptycho Sardo Scipioni additur Asiatici cognomen, ut supra N. 238).* — 4) IAVDIC., *i. e.: Laudicia, additur in exemplo exteriore.* — 5) *In altero diptycho Stabiano legitur* Matthaio Polai f. Suros, in *Sardo* Ursari Tornalis f. Sard.; *praeterea in hoc ante nomen militis scriptum est* tab. II pag. V loc. XVIII *(cf. N. 1989 not. 5).* — 6) *Hic quoque aut omnes aut plerique testes conterranei fuerunt veterani, in cuius usum diptychum factum est.* — 7) *Maeonianus (Ptol. 5, 2, 21; C. VI 2669).* — 8) *Videtur significari: Ephesius, vel ex Ipso Phrygiae (Mo. C. III p. 917).*

---

**1989** imp. Vespasianus Caesar August., tribunic. potest., cos. II[1], veteranis, qui militaverunt in leg. II Adiutrice pia fidele, qui vicena stipendia aut plura meruerant et sunt dimissi honesta missione, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit[2] et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut siqui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. non Mart. imp. Vespasiano Caesare Aug. II, Caesare Aug. f. cos.[3]

T.[4] I, pag. V loc. XXXXVI.[5] Nervae Laidi f., Desidiati.[6]

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio in podio arae gentis Iuliae latere dextro ante signu Lib. patris.[7] C. Helvi Lepidi Salonitani — Q. Petroni Musaei Iadestini — L. Valeri Acuti Salonit. — M. Nassi Phoebi Salonit. — L. Publici Germulli — Q. Publici Macedonis Neditani — Q. Publici Crescentis.[8]

*Diptychon aeneum, rep. fossionibus Herculanensibus a. 1746, est Neapoli (III p. 849. X 1402).* — 1) *A. 70.* — 2) *Cf. supra N. 1988 not. 2.* — 3) *7 Mart. 70.* — 4) *Tabula.* — 5) *Significatur locus quo Nervae nomen scriptum erat; similes indicationes reperiuntur infra N. 1991, cf. supra N. 1988 not. 5.* — 6) *Desidiates populus Dalmatiae (Plin. h. n. 3, 143 al.)* — 7) *Verba* latere — patris *intus deficiunt, extrinsecus postea adiecta sunt.* — 8) *Omnes, de quorum patria constat, conterranei fuerunt Nervae.*

---

**1990** imp. Caesar Vespasianus Aug. pont. max., tr. pot. II, imp. VI, p. p., cos. III[1] desig. IIII, veteranis qui militaverunt in classe Misenensi sub Sex. Lucilio Basso[2], qui sena et vicena stipendia aut plura meruerant et sunt deducti Paestum, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. Nonis Apr., Caesare Aug. f. Domitiano, Cn. Pedio Casco cos.[3]

gregali: M. Damae f., Suro Garaseno

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio in podio arae gentis Iuliae parte exteriore. Appi Didi Praxiae Laudiceni eq. R. — C. Iuli Agathocli Laudiceni — Cn. Cessi Cn. f. Col. Cesti Antioches. — L. Corneli Simonis Caesarea Straton. — Ti. Claudi Epaphroditi Antioches. — C. Iuli Theopompi Antioches. — Ti. Claudi Demosthenis Laudic.[5]

**1991** imp. Caesar. Vespasianus Aug. pont. max., tr. pot. II, imp. VI, p. p., cos. III[1] desig. IIII, veteranis qui militaverunt in classe Ravennate sub Sex. Lucilio Basso[2], qui sena et vicena stipendia aut plura meruerunt et sunt deducti in Pannoniam, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas is data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singulis *(sic)* singulas. Non. April., Caesare Aug. f. Domitiano, Cn. Pedio Casco cos.[3]

Platori Veneti f., centurioni, Maezeio.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea quae est fixa Romae in Capitolio ad aram gentis Iuliae de foras podio sinisteriore, tab. I pag. II loco XXXXIIII.[4] T. Iuli Rufi Salonit. eq. R. — P. Vibi Maximi Epitaur. eq. R. — T. Fani Celeris Iadestin. dec. — C. Marci Proculi Iadestin. dec. — P. Caetenni Clementis Salon. — P. Luri Moderati Risinitan. — Q. Poblici Crescentis Iadestin.[5]

*Diptycha aenea duo, alterum rep. Pompeiis a. 1874, est Neapoli (X 867), alterum rep. Salonis, est Berolini in museo (III p. 850).* — 1) *A. 71.* — 2) *Lucilium Bassum, post praefecturam alae, Ravennati simul et Misenensi classibus a Vitellio praepositum esse narrat Tacitus hist. 2, 100.* — 3) *5 Apr. 71.* — 4) *Cf. N. 1989 not. 5.* — 5) *Signatores in N. 1990 Syri omnes, in N. 1991 Dalmatae.* — *In diplomate Salonitano dies, nomen veterani, locus tabulae in Capitolio fixae*

*(scilicet omnia ea quae p. 391. 392 dedimus litteris inclinatis) alia manu adiecta esse videntur (de qua re cf. Mommsen C. III p. 904); in eiusdem scriptura exteriore errore est* veterani *et* conudium.

---

**1992** imp. Caesar Vespasianus Augustus pontifex maximus, tribunic. potestat. V, imp. XIII, p. p., cos. V designat. VI[1], censor, equitibus et peditibus, qui militant in alis sex et cohortibus duodecim, quae appellantur (1) I Flavia Gemina et (2) I Cannenefatium et (3) II Flavia Gemina et (4) Picentiana et (5) Scubulorum et (6) Claudia nova[2], et (1) I Thracum et (2) I Asturum et (3) I Aquitanorum veterana et (4) I Aquitanorum Biturigum et (5) II Augusta Cyrenaica et (6) III Gallorum et (7) III et (8) IIII Aquitanorum et (9) IIII Vindelicorum et (10) V Hispanorum et (11) V Dalmatarum et (12) VII Raetorum[3], et sunt in Germania[4] sub Cn. Pinario Cornelio Clemente[5], qui quina et vicena stipendia aut plura meruerant, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. XII k. Iunias, Q. Petillio Ceriale Caesio Rufo II, T. Clodio Eprio Marcello II cos.[6]

alae Scubulorum, cui praest Ti. Claudius Sp. f. Atticus, gregali: Veturio Teutomi f. Pannon.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio introeuntibus ad sinistram, in muro inter duos arcus. L. Caecili L. f. Quir. Ioviani — L. Cannuti Luculli Clu. Tuder. — L. Iuli C. f. Silvini Carthag. — Sex. Iuli C. f. Fab. Italici Rom. — P. Atini Rufi Pal.[7] — C. Semproni Secundi — M. Salvi Norbani Fab.

*Diptychon aeneum, rep. in Pannonia ad vicum Hungariae Sikator (non longe a Raab), est Pestini (III p. 852).* — 1) *A. 74.* — 2) *Eaedem sex alae redeunt in constitutione Domitiani de eodem exercitu data a. 82 (infra N. 1995), nisi quod ala Claudia nova missa reperitur in Moesiam, tres tantum ex sex in diplomate dato a. 90 (N. 1998).* — 3) *Ex his cohortibus octo redeunt in diplomate dato a. 82 (infra N. 1995), scilicet prima Thracum, prima Asturum, prima Aquitanorum (altera, veterana ut videtur), tertia Gallorum, tertia Aquitanorum, quarta Aquitanorum, quinta Hispanorum, septima Raetorum, nisi quod tertia Gallorum et quinta Hispanorum missae reperiuntur in Moesiam, decem in diplomate dato a. 90 (N. 1998).* — 4) *Intellegitur Germania superior.* — 5) *Cf. supra N. 997.* — 6) *21 Mai. (74).* — 7) *P. Atinius Rufus etiam aliorum militum diplomata signavit aetate Flaviana, cf. N. 1995 not. 10.*

---

**1993** imp. Caesar Vespasianus Augustus pontifex maximus, tribunicia potestat. VIII, imp. XVIII, p. p., censor, cos. VII, design. VIII[1], nomina speculatorum, qui in praetorio meo militaverunt, item militum, qui in cohortibus novem praetoriis et quattuor urbanis, subieci: quibus fortiter et pie militia functis ius tribuo conubi dumtaxat cum singulis et primis uxoribus, ut etiam si peregrini iuris feminas matrimonio suo iunxerint,

proinde liberos tollant ac si ex duobus civibus Romanis natos. A. d. IIII non. Decembr.[2] Galeone Tettieno Petroniano, M. Fulvio Gillone cos.

coh. VI pr.: L. Ennio L. f. Tro. Feroci, Aquis Statellis.[3]

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio in basi Iovis Africi.

*Tabella aenea, pars prior diptychi, prope Kustendje (Tomos) rep., est Vindobonae (III p. 853).* — 1) *A. 76,* 2) *2 Dec.* — 3) *Nomen militis videtur postea adiectum in spatio antea vacuo relicto.*

---

**1994** ...... [*qui eorum uxores non*] habent, si qui eorum feminam peregrinam duxerit dumtaxat singuli singulas quas primo duxerint, cum iis habeant conubium. Hoc quoque iis tribuo, ut quos agros a me acceperint quasve res possederunt III k. [*I*]anuar.[1], Sex Marcio Prisco, Cn. Pinario Aemilio Cicatricula cos.[2], sint immunes.

.... I// SI\ /// C. f. Galeria Saturnini [*C*]lunia, cho. II pr.

*Tabula aenea, diptychi pars posterior, Romae rep. a. 1891 in alveo Tiberis (Barnabei monumenti inediti pubblicati per cura dell' Acc. dei Lincei I p. 431). Alterum tantum latus tabellae scriptum est, alterum, quae fuit diptychi pagina quarta, vacuum remansit; videtur igitur in hoc diptycho nulla scriptura exterior fuisse praeter notam recognitionis et nomina signatorum deperdita cum tabula priore. De imperatore, cuius nomen in principio periit, cf. not. 1. 2.* — 1) *Dies natalis Titi (Suet. Tit. 2; Philocalus, C. I p. 556); unde coniecit Mommsen (ap. Barnabeium l. c. p. 456), ipsum Titum natali suo veteranis haec praemia tribuisse.* — 2) *Sex. Marcius Priscus legatus Lyciae et Pamphyliae fuit sub Vespasiano, testibus compluribus titulis Lyciae (C. I. Gr. 4270. 4271 cf. p. 1124; Ann. inst. arch. 1852 p. 157; Iournal of hell. studies 10 p. 75 n. 25), Cn. Pinarius Aemilius Cicatricula legatus Pannoniae a. 98 (dipl.). Certum est igitur fasces gessisse hos consules temporibus Flaviorum. Mommseni coniectura (not. 1) si vera est, consules fuerunt extremo anno 79 (nam extremo anno 80 alios consules fuisse constat).*

---

**1995** imp. Caesar divi Vespasiani f. Domitianus Augustus pontifex maximus, tribunic. potestat. II, imp. II, p. p., cos. VIII designat. VIIII[1], iis qui militaverunt equites et pedites in alis quinque et cohortibus novem quae appellantur (1) I Flavia Gemina et (2) I Cannenefatium et (3) II Flavia Gemina et (4) Scubulorum et (5) Picentiana[2], et (1) I Germanorum et (2) I Aquitanorum et (3) I Asturum et (4) I Thracum et (5) II Raetorum et (6) II et (7) III et (8) IIII Aquitanorum et (9) VII Raetorum[3], et sunt in Germania[4] sub Q. Corellio Rufo[5], item in ala Claudia nova et cohortibus duabus (1) III Gallorum et (2) V Hispanorum[6], quae sunt in Moesia sub C. Vettuleno Civica Ceriale[7], quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis dimissis honesta missione, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. XII k. Octobr. M. Larcio Magno Pompeio Silone, T. Aurelio Quieto cos.[8]

cohort. I Aquitanorum, cui praeest M. Gennius M. f. Cam. Corfinianus, ex peditibus: L. Valerio L. f. Pudenti Ancyr.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea quae fixa est Romae in tribunali Caesarum Vespasiani T. Domitiani.[9] Q. Muci Augustalis — C. Pompei Eutrapeli — C. Iuli Clementis — L. Pulli Sperati — P. Atini Rufi — C. Lucreti Modesti — P. Atini Amerimni.[10]

*Diptychon aeneum, rep. prope Tirnovam (Eph. epigr. 4 p. 496 seq).* — 1) *A. 82.* — 2) *Cf. supra N. 1992 not. 2.* — 3) *Ex his novem cohortibus sex habuimus supra N. 1992, octo (scilicet omnes praeter cohortem primam Germanorum) redeunt infra in constitutione anni 90.* — 4) *Intellegitur Germania superior.* — 5) *Homo notus etiam ex Plinii epistulis (1, 12 cet.; cf. Mommsen ind. Plin.)* — 6) *Iudice Mommseno haec ala haeque cohortes, quas a. 74 reperimus fuisse in Germania (supra N. 1992), etiam a. 82 non pars fuerunt exercitus Moesici, sed ex exercitu Germanico ob nescio quam expeditionem in Moesiam missae.* — 7) *De hoc Ceriali cf. Mo. eph. ep. 4 p. 494.* — 8) *19 Sept. (a. 82, cf. not. 1; consulum par praeterea ignotum; alter ex eis, Quietus, a. 80 fuerat legatus Lyciae, C. I. Gr. 4300 cf. Reisen in Lykien II p. 49 not. 6).* — 9) *Sic scriptura exterior;* Romae in Capitolio *scriptura interior.* — 10) *Signatores redeunt in diptychis aliorum militum eiusdem aetatis, Q. Mucius Augustalis in diptychis militum exauctoratorum a. 83. 84. 90 (infra N. 1996—8), C. Pompeius Eutrapelus in diptychis pertinentibus ad a. 80 (C. III p. 854) 83. 90 (infra N. 1996. 8), C. Iulius Clemens a. 84 et a. 90 (infra N. 1997/8), L. Pullius Speratus a. 80 (C. III p. 854) et a. 93 (C. III p. 859), P. Atinius Rufus a. 74 (supra N. 1992) et a. 80 et a. 83 et a. 84, C. Lucretius Modestus a. 83 et a. 84 et a. 90, P. Atinius Amerimnus a. 93 et a. 108. Apparet temporibus Flaviorum diplomata militum signata non esse ab eorum amicis, ut antea, sed videntur ei qui diplomata conficiebant certos homines ex plebe urbana ad eam rem adhibuisse.*

---

**1996** [*imp. Caes*]ar divi Vespasiani f. Domitianu[*s August*]us pontifex maximus, tribunic. [*potesta*]t II, imp. III, p. p., cos. VIIII designat. X[1], [*equitibus*] et peditibus, qui militant in alis [*tribus e*]t cohortibus septem, quae appel[*lantur*] (1) Augusta et (2) Apriana et (3) Commagenorum, et (1) I Pannoniorum et (2) I Hispanorum et (3) I Flavia Cilicum et (4) I et (5) II Thebaeorum et (6) II et (7) III Ituraeorum[2], et sunt in Aegypto sub L. Laberio Maximo[3], qui quina et vicena stipendia aut plura meruerant, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. V idus Iunias Tettio Iuliano, Terentio Strabone Erucio Homullo cos.[4]

cohort. I Hispanorum, cui praest M. Sabinius Fuscus, centurioni: C. Iulio C. f. Saturnino Chio.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea quae fixa est Romae in Capitolio intra ianuam Opis ad latus dextrum. [*Q. Muci*] Augustalis — [*C. Pompei*] Eutrapeli — [*C. Lucreti*] Modesti — [*P. Atini*] Rufi — . . . di Sementivi — . . . . . . Celeris — . . . . . . Prisci.

*Diptychon aeneum non integrum, rep. Copti in Aegypto (Eph. epigr. 5 p. 614—615, descr. Maspero).* — 1) *A. 83.* — 2) *Alam Aprianam, cohortes primam Fla-*

*viam Cilicum, primam Thebaeorum, tertiam Ituraeorum in Aegypto tetendisse confirmant tituli infra editi, reliquas alas et cohortes (excepta sola ala Augusta) alii tituli (Graeci plerique), quos composuit Mommsen eph. ep. 5 p. 614, et Notitia dignitatum Or. c. 28. — 3) Idem qui fuit procurator Iudaeae a. 71 (Ioseph. b. Iud. 7, 6, 6, ubi errore est Λιβερίῳ), praefectus annonae a. 80 (act. Arval.) — 4) 9 Iun. (a. 85; consulum par praeterea ignotum; Tettius Iulianus videtur idem qui fuit legatus legionis septimae Claudiae a. 69 et praetor a. 70, cf. Tac. hist. 1,79. 2,85. 4,39. 40).*

---

**1997** imp. Caesar divi Vespasiani f. Domitianus Augustus Germanicus pontifex maximus, tribunic. potestat. III, imp. VII, p. p., cos. X[1], equitibus et peditibus, qui militant in alis quinque et cohortibus decem et tribus, quae appellantur (1) I civium Romanorum et (2) I et (3) II Arvacorum et (4) Frontoniana et (5) Siliana[2], et (1) I Noricorum et (2) I Britannica et (3) I Montanorum et (4) I Lusitanorum et (5) I et (6) I et (7) II Alpinorum et (8) II Hispanorum et (9) III Thracum et (10) V Gallorum et (11) V Callaecorum Lucensium et (12) VI Thracum et (13) VIII Raetorum[3], et sunt in Pannonia sub L. Funisulano Vettoniano[4], qui quina et vicena stipendia aut plura meruerant, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. III nonas Sept. C. Tullio Capitone Pomponiano Plotio Firmo, C. Cornelio Gallicano cos.[5]

cohort. I Montanorum, cui praest Nipius Aquila, pediti: Dasio Dasentis f. Dalmat.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio post thesarium veterem.[6] P. Atini Rufi — Q. Muci Augustalis — C. Lucreti Modesti — C. Iuli Clementis — L. Sesti Maximi — Q. Iuni Syllae — P. Corneli Verecundi.

*Diptychon aeneum, Pesth in museo, rep. ut dicitur Carnunti (Eph. epigr. 5 p. 94. 95). — 1) A. 84. — 2) Quinque hae alae redeunt in constitutione data die 5 Sept. 85 pertinente ad eundem exercitum Pannonicum (C. III p. 855). — 3) In constitutione a. 85 (cf. not. 2) redeunt ex tredecim his cohortibus undecim, scilicet omnes praeter secundam Alpinorum et tertiam Thracum. — 4) Cf. supra N. 1005. — 5) 5 Sept. (a. 84; consulum par praeterea ignotum; Cornelium Gallicanum constat legatum fuisse provinciae Lugdunensis a. 83, cf. C. XII 2602, et floruisse etiam sub Traiano, cf. C. XI 1147). — 6) Sic scriptura exterior,* Romae in Capitolio *(reliquis omissis) interior.*

---

**1998** imp. Caesar divi Vespasiani f. Domitianus Augustus Germanicus pontifex maximus, tribunic. potestat X[1], imp. XXI, censor perpetuus, cos. XV[1], pater patriae, equitibus qui militant in alis quattuor (1) I Flavia Gemina, (2) I Cannenefatium, (3) I singularium, (4) Scubulorum[2], et peditibus et equitibus, qui in cohortibus decem et quattuor (1) I Flavia Damascenorum milliaria, (2) I Biturigum, (3) I Thracum, (4) I Aquitanorum

veterana, (5) I Asturum, (6) II Aquitanorum, (7) II Cyrenaica, (8) II Raetorum, (9) III Delmatarum, (10) III et (11) IIII Aquitanorum, (12) IIII Vindelicor., (13) V Delmatarum, (14) VII Raetorum[3], quae sunt in Germania superiore sub [*L.*] Iavoleno Prisco[4], item dimissis honesta missione quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. VI k. Novembr. Albio Pullaieno Pollione, Cn. Pompeio Longino cos.[5]

cohort. I Aquitanorum veteranae, cui praest M. Arrecinus Gemellus, equiti: Mucapori Eptacentis f. Thrac.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug. ad Minervam.[6] Q. Muci Augustalis — L. Pulli Verecundi — C. Lucreti Modesti — C. Pompei Eutrapeli — C. Iuli Clementis — Q. Vetti Octavi — L. Pulli Ianuari.

*Diptychon aeneum, rep. Mogontiaci (Eph. ep. 5 p. 652).* — 1) *A. 90.* — 2) *Tres ex his alis redeunt supra N. 1995. Ala prima singularium praeterea in Germania non reperta est, reperitur in Raetia, primum a. 107 (infra N. 2002).* — 3) *Pleraeque ex his cohortibus redeunt in constitutionibus anni 74 et anni 82 (supra N. 1992. 1995), prima Flavia Damascenorum et prima Delmatarum, quae ibi desiderantur, in constitutione a. 116. Cf. de cohortibus exercitus Germaniae superioris Hammeran Westd. Zeitschr. 4 p. 184.* — 4) *Cf. supra N. 1015.* — 5) *27 Oct. (90; consulum par praeterea ignotum; alter ex eis, Cn. Pompeius Longinus, a. 86 legatus fuerat Iudaeae, C. III p. 857).* — 6) *De templo divi Augusti sito in Palatio forum versus, pone aedem Castorum, prope templum Minervae a Domitiano dicatum, cf. Henzen act. Arv. p. 55. In muro aliquo post id templum sito apparet propositam esse hanc constitutionem anno 90, item deinceps reliquas omnes huius generis; antea, certe usque ad annum 86 (C. III p. 857) constitutiones huius generis proponebantur in Capitolio.*

---

**1999** imp. Caesar divi Nervae f. Nerva Traianus Augustus Germanicus pontifex maximus, tribunic. potestat. III[1], cos. II, p. p., equitibus et peditibus, qui militant in alis tribus et cohortibus septem, quae appellantur (1) I Asturum et (2) I Flavia Gaetulorum et (3) I Vespasiana Dardanorum, et (1) I Lepidiana c. R. et (2) I Tyriorum et (3) I Lusitanorum Cyrenaica et (4) II Flavia Brittonum et (5) II Chalcidenorum et (6) III et (7) VII Gallorum, et classi[2], et sunt in Moesia inferiore sub Q. Pomponio Rufo, item dimissis honeste missione, qui quina et vicena plurave stipendia meruerunt, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. XIX k. Sept. Q. Fabio Barbaro, A. Caecilio Faustino cos.[4]

alae I Asturum, cui praest Ti. Iulius Ti. f. Pup. Agricola, gregali: Metico Solae f., Besso.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug. ad Minervam.

**2000** imp. Caesar divi Nervae f. Nerva Traianus Augustus Germanicus pontifex maximus, tribunic. potestat. III[1], cos. II, p. p., equitibus et peditibus, qui militant in alis tribus et cohortibus sex, quae appellantur (1) Gallorum Flaviana et (2) I Pannoniorum et (3) II Hispanorum et Arvacorum[3], et (1) I Sugambrorum veterana et (2) I Bracaraugustanorum et (3) I Hispanorum veterana et (4) II Mattiacorum et (5) II Gallorum et (6) Ubiorum, et sunt in Moesia inferiore sub Q. Pomponio Rufo, item dimissis honesta missione, qui quina et vicena plurave stipendia meruerunt, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. XVIIII k. Septembr. Q. Fabio Barbaro, A. Caecilio Faustino cos.[4]

cohort. II Gallorum, cui praest Visulanius Crescens, pediti: M. Antonio M. f. Rufo Abretten. et Marco f. eius.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug. ad Minervam.

*Tabulae aeneae duae, duorum diptychorum partes priores, altera rep., ut dicebatur, ad Philippopolim, est Parisiis (III p. 863), altera (N. 2000) rep. a. 1886 ad vicum regionis Dobrudschae Oltinam (Točilescu arch. ep. Mitth. aus Oesterreich 11 p. 25).* — 1) *A. 99 (cf. supra N. 283).* — 2) classici *scriptura exterior, male sine dubio.* — 3) *Sic scriptura interior,* ARAVACORVM *(i. e.* Aravacorum*) exterior.* — 4) *14 Aug. (a. 99, cf. not. 1). Q. Fabius Barbarus legatus exercitus Africani fuit anno 97 (comptes rendus de l'acad. des inscr. 1891 p. 293), A. Caecilius Faustinus legatus Moesiae inferioris a. 105, proconsul Africae a. 116 (VIII S. 11798).* — *Quam ob causam Traianus, cum veteranis provinciae Moesiae inferioris solita praemia tribuit, hac de re duas constitutiones perscripserit, alteram (N. 1999) pertinentem ad alas tres cohortesque septem et classem (Moesicam), alteram ad alas alias tres cohortesque sex (N. 2000), ego nescio.*

---

**2001** [*imp. Caesar*] divi Nervae f. Ner[*va Tr*]aian[*us Aug*]ustus Germanicus [*D*]acicus pontifex maximus, tribunic. potestat. VII[1], imp. IIII, p. p., cos. V, [*e*]quitibus et peditibus, qui militant in alis quattuor et cohortibus decem et una, quae appellantur (1) I Thracum et (2) I Pannoniorum Tampiana et (3) Gallorum Sebosiana et (4) Hispanorum Vettonum c. R., et (1) I Hispanorum et (2) I Va[*ng*]ionum milliaria et (3) I Alpinorum et (4) I Morinorum et (5) I Cugernorum et (6) I Baetasiorum et (7) I Tungrorum milliaria et (8) I Thracum et (9) III Bracaraugustanorum et (10) IIII[2] Lingonum et (11) IIII Delmatarum[3], et sunt in Britannia sub L. Neratio Marcello[4], qui quina et vicena plurave stipendia meruerunt, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quae tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui

caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. XIIII kal. Febr. M.' Laberio Maximo II, Q. Glitio Agricola II cos.[5]

alae I Pannoniorum Tampianae, cui praest C. Valerius Celsus, decurioni: Reburro Severi f., Hispan.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in muro post templum [*divi A*]ug. ad Minervam. Q. Pompei Homeri — C. Papi Eusebetis — T. Flavi Secundi — P. Cauli Vitalis — C. Vettieni Modesti — P. Atini Hedonici — Ti. Claudi Menandri.

*Diptychon aeneum, rep. in Anglia loco dicto Malpas inter Chester, ubi fuit Deva, et Shrewsbury, est Londinii (III p. 864; VII 1193).* — 1) *A. 103.* — 2) III *(pro* IIII*) scriptura exterior, minus recte ut videtur; cf. Eph. ep. 5 p. 99.* — 3) *Ex his alis cohortibusque pleraeque etiam in aliis inscriptionibus Britanniae repertae sunt. Ceterum cum in constitutione anni 124 (III p. 873) recenseantur in Britannia alae sex cohortesque viginti una, fieri potest, ut hic habeamus dimidiam tantum partem auxiliorum exercitus Britannici; similiter constitutiones N. 1099 et 2000 ad dimidiam tantum partem auxiliorum Moesiae inferioris pertinuerunt.* — 4) *Huic legato positus esse videtur titulus supra N. 1032.* — 5) *19 Ian. 103 (eo anno consules ordinarii traduntur fuisse imp. Traianus quintum et Maximus iterum; Traiano idibus Ianuariis successisse Agricolam hoc diploma docet, de Glitio Atilio Agricola cf. supra N. 1021).*

---

**2002** imp. Caesar divi Nervae f. Nerva Traianus Augustus Germanicus Dacicus, pontifex maximus, tribunic. potestat. XI[1], imp. VI, cos. V, p. p., equitibus et peditibus, qui militaverunt in alis quattuor et cohortibus decem et unam, quae appellantur (1) I Hispanorum Auriana et (2) I Augusta Thracum et (3) I singularium c. R. p. f. et (4) II Flavia p. f. ∞[2], et (1) I Breucorum et (2) I et (3) II Raetorum et (4) III Bracaraugustanorum et (5) III Thracum et (6) III Thracum c. R. et (7) III Britannorum et (8) III Batavorum ∞ et (9) IIII Gallorum et (10) V Bracaraugustanorum et (11) VII Lusitanorum[3], et sunt in Raetia sub Ti. Iulio Aquilino, quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis dimissis honesta missione, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. Pr. k. Iul. C. Minicio Fundano, C. Vettennio Severo cos.[4]

alae I Hispanorum Aurianae, cui praest M. Insteius M. f. Pal. Coelenus, ex gregale: Mogetissae Comatulli f. Boio, et Verecundae Casati filiae uxori eius Sequan., et Matrullae filiae eius.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug. ad Minervam. Q. Pompei Homeri — L. Pulli Verecundi — P. Cauli Vitalis — P. Atini Amerimni — C. Tuticani Saturnini — Q. Apidi Thalli — C. Vettieni Modesti.

*Diptychon aeneum, rep. trans Danuvium ad limitem Raetiae, prope oppidum Weissenburg (III p. 867).* — 1) *A. 107.* — 2) *Ex his alis tres etiam postea fuerunt*

*in Raetia (cf. supra N. 1364); secunda Flavia a. 153 reperitur in Norico (dipl. a. 153, Eph. ep. 4 p. 503).* — 3) *Undecim cohortes, excepta sola tertia Batavorum milliaria, redeunt omnes in constitutione anni 166 (Eph. ep. 2 p. 462).* — 4) *30 Iun. (a. 107, cf. not. 1; iidem consules reperiuntur etiam VI 630. XIV 2242).*

---

**2003** imp. Caesar divi Nervae f. Nerva Tra[*i*]an. Aug. Germanic. Dacicus pontif. maximus, tribunic. potest. XI[1], imp. VI, cos. V, p. p., equitibus et [*p*]editibus, qui militaverunt in alis tribus et cohortibus decem, quae appellantur (1) I Nerviana Augusta felix ∞ et (2) II Thracum Augusta p. f. et (3) Parthorum[2], et (1) Augusta Nerviana velox et (2) I Corsorum c. [*R.*] et (3) I Pannoniorum et (4) I Nurritanorum et (5) I Flavia Musulamiorum et (6) I Flavia Hispanorum et (2) I Brittonum et (8) II Breucorum et (9) II Gallorum et (10) IIII Sugambrorum[3], et sunt in Mauretania Caesariensi sub T. Caesernio Macedone[4], quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis dimissis honesta missione, item classicis, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. VIII k. Dec. C. Iulio Longino, C. Valerio Paullino cos.[5]

coh. IIII Sugambrorum, cui praest Ti. Claudius Ti. f. Quir. Magnus, ex pedite: Lovessio Maximi f. Bracar.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug. ad Minervam. Q. Aemili Soterici — C. Iuli Eutychi — Ti. Vetti Heraclidae — A. Larci Phronimi — C. Pompei Hylli — P. Anni Trophimi — C. Norbani Primi.

*Diptychon aeneum, rep. Caesareae (Cherchel) Mauretaniae a. 1891 (descr. Waille, ad cuius apographum prodibit in actis academiae Parisiacae).* — 1) *A. 107.* — 2) *Ala Nerviana praeterea ignota; ala Parthorum et ala secunda Thracum aliquoties reperiuntur in inscriptionibus Mauretaniae.* — 3) *Ex his cohortibus quinque, scilicet Nurritanorum et I Musulamiorum et I Flavia Hispanorum et II Breucorum et quarta Sugambrorum iam antea innotuerant ex inscriptionibus Africae; cohortes primam Pannoniorum, primam aliquam Brittonum (videntur autem tunc temporis fuisse duae cohortes primae Brittonum, Flavia et Ulpia, cf. eph. ep. 5 p. 178), secundam aliquam Gallorum (cf. eph. ep. 5 p. 172), aliquando fuisse in Africa novum est; primae Corsorum civium Romanorum mentio extat IX 2853; prima Augusta Nerviana velox videtur redire in constitutione quadam Antonini Pii (III p. 886, dipl. XLV).* — 4) *Homo notus etiam ex titulo Sirmiensi III S. 10224 nuper reperto; fortasse pater Caeserniorum supra N. 1068. 1069.* — 5) *24 Nov. (a. 107, cf. not. 1; consules suffecti praeterea ignoti).*

---

**2004** imp. Caesar divi Nervae f. Nerva Traianus Aug. Germ. Dacicus pontif. maximus, tribunic. potestat. XIIII[1], imp. VI, cos. V, p. p., equitibus et peditibus, qui militaverunt in alis duabus et cohortibus decem, quae appellantur (1) I civium Romanorum et (2) I Aug. Ituraeorum, et (1) I Aug. Ituraeorum sagittar. et (2) I Britannica ∞ c. R. et (3) I Hispanor. p.

f. et (4) I Thracum c. R. et (5) I Ituraeorum et (6) I Flavia Ulpia Hispanorum ∞ c. R. et (7) II Gallorum Macedonica et (8) III campestris c. R. et (9) IIII Cypria c. R. et (10) VIII Raetorum c. R.[2], et pedites singulares Britannici[3], et sunt in Dacia sub D. Terentio Scauriano[4], quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis dimissis honesta missione, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. XIII k. Mart. Ser. Scipione Salvidieno Orfito, M. Peducaeo Priscino cos.[5]

alae I Aug. Ituraeor., cui praest C. Vettius Priscus, ex gregale: Thaemo Horati f. Ituraeo, et Nal f. eius, et Marco f., eius et Antonio f. eius.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug. ad Minervam.

*Tabella aenea, pars prior diptychi, rep. in Hungaria (III p. 868 ad ectypum gypsaceum musei Vindobonensis).* — 1) *A. 110.* — 2) *Ex his alis cohortibusque sub Traiano in Dacia tendentibus complures, scilicet ala prima civium Romanorum, cohortes prima Britannica miliaria civium Romanorum, octava Raetorum, item altera ex duabus cohortibus primis Ituraeorum, sub imperatoribus Flaviis fuerant in Pannonia (cf. supra N. 1997), cohors prima Augusta Ituraeorum etiam anno 158 fuit in Dacia (cf. N. 2006). Cohors tertia campestris praeterea nota ex solo titulo Atheniensi III S. 7289; cohortium Cypriarum praeterea nulla mentio nisi in titulo Panticapaeensi ap. Latyschev inscr. Ponti Euxini 2 p. 141.* — 3) *Pedites singulares Brittannici memorantur etiam in alia constitutione pertinente ad exercitum Dacicum dato anno circ. 157 (III p. 882 cf. etiam tegulas editas arch. ep. Mitth. 14 p. 99) cf. Mommsen Herm. 19 p. 226, 3. 229.* — 4) *Legatus memoratur etiam C. III 1443.* — 5) *17 Febr. 110.*

---

**2005** imp. Caesar divi Hadriani f., divi Traiani Part. nep., divi Nervae pronepos T. Aelius Hadrianus Antoninus Aug. Pius pont. max., tr. pot. XI[1], imp. II, cos. IIII, p. p., equitib. et peditib., qui militaver. in alis V et coh. VII, quae appell. (1) I Ulpia contar. ∞ et (2) I Thrac. victr. et (3) I Hisp. Arvac. et (4) I Cannef. c. R. et (5) III Aug. Thr. sag.[2], et (1) I Ulp. Pann. et (2) I Aelia sagit. et (3) XVIII vol. c. R. et (4) IIII vol. c. R. et (5) I Thrac. c. R. et (6) V Callecor. Lucensium et (7) II Alpinor.[3], et sunt in Pann. super. sub Pontio Laeliano[4], quinque et viginti stipend. emer. dimiss. honest. mission., quor. nomin. subscr. sunt, civit. Roman. qui eorum non haber., dedit et conub. cum uxorib., quas tunc habuiss. cum est civit. iis data, aut cum iis quas post. duxiss. dumtaxat singulis. A. d. VII id. Oct. C. Fabio Agrippino, M. Antonio Zeno *(sic)* cos.[5]

coh. I Ulpiae Panonior., cui praest A. Baebius Regillus Suess., ex pedite: Attae Nivionis f. Azalo.

Descript. et recognit. ex tabul. aenea, quae fixa est Romae in muro post templ. divi Aug. ad Minervam. L. Pulli Daphni — M. Servili Getae

— L. Pulli Chresimi — M. Sentili Iasi — Ti. Iuli Felicis — C. Iuli Silvani — P. Ocili Prisci.

*Diptychon aeneum, in vico Hungariae Aszár (prope Kis-Bér, inter Raab et Stuhlweissenburg) rep. a. 1884 (Mowat revue arch. ser. III t. 17, 1891 p. 216 tab. IV. V). — 1) A. 148. — 2) Cum habeamus constitutiones huius generis pertinentes ad exercitum Pannoniae superioris praeter hanc quattuor, datas a. 133 (archaeologiai ertesitö uj. fol. 6, 1886 p. 207), a. 138 (C. III p. 879), a. 149 (communicavit Bormann), a. 154 (C. III p. 881), certe anno 154 eaedem alae quinque enumerantur, item ut videtur enumeratae fuerunt a. 133, quattuor ex eis, scilicet omnes praeter primam Ulpiam contariorum milliariam, enumerantur a. 149; at in constitutione a. 138 adest una tantum ex eis, prima Thracum victrix. — 3) Septem hae cohortes, enumerantur etiam in constitutione anni 149, sed alio ordine, scilicet secundum numeros (ut incipiant primae, sequantur secundae, et sic deinceps), duae ex eis, prima Ulpia Pannoniorum et prima Thracum civium Romanorum, memorantur praeterea in constitutionibus a. 133. 138. 154, duae, secunda Alpinorum et quinta Callaecorum Lucensium, in constitutionibus a. 133 et a. 154, una, octavadecima voluntariorum, in constitutionibus a. 138 et a. 154, una, cohors prima Aelia sagittariorum, in constitutione a. 133; cohors quarta voluntariorum civium Romanorum neque in constitutionibus a. 133. 138. 154 memoratur neque alibi usquam. — 4) Cf. supra N. 1094 not. 1. — 5) 9 Oct. (a. 148 cf. not. 1; par consulum praeterea ignotum; Fabium tamen Agrippinum legatum Thraciae sub Antonino Pio fuisse declarant nummi civitatium Thracicarum, ap. Mionnet suppl. II p. 404, 1203 et p. 500, 1751, item catal. mus. Britann. p. 150, 23 et p. 175, 1—3).*

---

**2006** imp. Caes. divi Hadriani f., divi Traiani Parthic. nep., divi Nervae pron. T. Aelius Hadrianus Antoninus Aug. Pius pont. max., tr. pot. XXI[1], imp. II, cos. IV, p. p., equit. et pedit., qui milit. in alis III, quae appell. (1) I Batav. ∞ et (2) I Hisp. Campag. et (3) I Gall. et Bospor.[2], et coh.[3] (1) I Thrac. sag. (2) et IV Hisp. et (3) I Aug. Itur.[4], et vexil. Afri[*c.*][5] et Mauret. Caes. qui sunt cum Mauris gentilib.[6] in Dacia super. et sunt sub Statio Prisco leg.[7], quinq. et vigint. stip. emer. dimiss. hon[*e*]sta mission., quor. nomin. subscripta sunt, civitat. Roman., qui eorum non [*h*]aber[*ent*], dedit et conub. cum uxoribus, [*qua*]s tunc habuis. cum est civitas is [*data, a*]ut cum is quas postea duxiss. [*dum*]taxat singulis. A. d. VIII id. Iul. [*M.*] Servilio Fabiano, Q. Allio Basso cos.[8]

alae I Gallor. et Bospor.[9], cui praest Licinius Nigrinus, ex gregale: Heptapori Isi f. Besso.

Descript. et recognit. ex tabul. aerea, quae fixa est Romae in muro post templ. divi A[*u*]g. ad Minervam. M. Servili Getae — L. Pulli Chresim[*i*] — M. Sentili Iasi — Ti. Iuli Fel[*icis*] — C. Belli Urb[*ani*] — C. Pomponi Stat[*iani*] — P. Ocili Pris[*ci*].

*Diploma aeneum, rep. in Transsylvania prope vicum Maros-Keresztúr, non longe ab Apulo (Karlsburg) Daciae (archaeologiai értesitö új. fol 6, 1886 p. 507). — 1) A. 158. — 2) Tres has alas in Dacia tetendisse etiam aliunde constat. Alae primae Batavorum eques sepultus est Apuli (III S. 7800); ala prima Hispanorum Campagonum recensetur inter alas tres in constitutione mutila eiusdem fere temporis ad eundem exercitum pertinente (III p. 887); de ala prima Gallorum et*

*Bosporanorum cf. not. 9.* — 3) *Expectaveris* et coh. III, *idque collocatum post* alis III. — 4) *Ex cohortibus certe una, prima Thracum sagittariorum, memoratur in constitutione supra (not. 2) citata; prima Augusta Ituraeorum in constitutione a. 110 (supra N. 2004); quarta Hispana fortasse re vera est prima Flavia Ulpia Hispanorum ibidem memorata.* — 5) vexila. Frig. *editum est; correxit Mommsen.* — 6) *Videtur significari nescio quis numerus Maurorum (cf. Mommsen Herm. 19 p. 226 not. 4).* — 7) *Cf. supra N. 1092.* — 8) *8 Iul. (158, supra not. 1; consulum alter est supra N. 1080, alter ignotus est).* — 9) *Eo ipso loco, quo hoc diploma datum militi alae primae Gallorum et Bosporanorum repertum est, prodierunt etiam tegulae inscriptae* al. Bosp. *(III S. 8074, 3).*

**2007** [*imp. C*]aes., divi Septimi Severi Pii Arab. Arab.[1] [*Par*]th. max. Brit. max. f., divi M. Antonini Pii Germ. Sarm. nep., divi Antonini Pii pronep., divi Hadriani abnep., divi Traiani Parthici et divi Nervae adnep. M. Aurellius Antoninus Pius Felix Aug. Parth. max. Brit. max. Germ. max., pontif. max., trib. pot. XVIIII[2], imp. III, cos. IIII, p. p., proc., nomina militum, qui militaverunt in cohortibus urb. Antoninianis quattuor X XI XII XIIII subieci, qui fortiter et pie in militia functi sunt, ius tribui conubii dumtaxat cum singulis et primis uxorib., ut, etiam si peregrini iuris feminas in matrimonio suo iunxerint, proinde liberos tollant ac si ex duob. civib. Romanis natos. A. d. VII id. Ian. P. Catio Sabino et P. Cornelio Anullino cos.[2]

coh. X urb. Antoniniána: C. Popilio C. f. Pol. Queto, Faventia.

Descriptum et recognit. ex tabula aerea, que fixa est Rome in muro pos templum divi Aug. ad Minervam.

*Tabella aenea, diptychi pars prior, Faventiae rep., postea Romae (III p. 891; XI 628).* — 1) *Sic et exterior et interior scriptura; debuit esse* Adiab. — 2) *A. 216, 7 Ian.*

**2008** [*imp. Caes. div*]i Antonini Magni Pii Aug. fil., [*divi Severi*] Pii nepos, M. Aurelius An[*to*]ninus Pius Felix Aug., sacerdos am[*plis*]simus dei invicti Solis Elagabali, pont[*ifex ma*]x., trib. pot. IIII[1], cos. III, p. p., nomina milit. [*q*]ui militaverunt in coh[*o*]rtibus praetoris Antoninianis decem [*I I*]I III IIII V VI VII VIII VIIII X piis vindicibus, qui pie et fortiter militia functi sunt, ius tribui conubi dumtaxat cum singulis et primis uxoribus, ut etiam si peregrini iuris feminas in matrimonio suo unxerint, proinde liberos tollant ac si ex duobus civibus Romanis natos. A. d. VII idus Ianuar. C. Vettio Grato et M. Vitellio Seleuco cos.[1]

coh. IIII pr. Antoniniana p. v.: M. Septimio M. fil. Ulp. Maetico Trimontio.[2]

Descript. et recognit. ex tabula aerea quae fixa [*est*] Romae [*i*]n muro pos templ. divi Aug. ad [*Miner*]vam.

*Tabella aenea, pars prior diptychi, rep. prope Philippopolim Thraciae (Eph. ep. 2 p. 464).* — 1) *A. 221, 7 Ian.* — 2) *Cf. N. 2048 not. 2.*

**2009** imp. Caés. divi Antonini Magní Pii fil., divi Severi Pii nepos, M. Aurellius Severus Alexander Pius Felix Aug. pontif. max., trib. pot.

VIIII[1], cos. III, p. p., equitibus, qui inter singulares militaver. castris novis Severianis, quibus praest[2] Aelius Victor tribunus, quinis et vicenis pluribusve stipendis emeritis dimissis honesta missione, quorum nomina subscripta sunt: ipsis filisque eorum[3] civitatem Romanam qui eorum non haberent, dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc secum habuissent, cum es[*t*] civitas iis data, aut cum iis quas postea duxissent dumtaxat singulis. A. d. VII id. Ian. L. Virio Agricola et Sex. Catio Clementino cos.[1]

ex equite domini n. Aug.: M. Aurelio Deciani fil. Deciano, colonia Malnese ex Dacia.

Descript. et recognit. ex tabula aerea. que fixa est Romae in muro pos templ. divi Aug. ad Minervam.

*Tabella aenea, diptychi pars prior, nescio quo loco rep., est Neapoli in museo (III p. 893 descr. Mommsenus).* — 1) *A. 230, 7 Ian.* — 2) *Sic scriptura interior,* praeest *exterior.* — 3) *Verba* ipsis filisque eorum *desunt in scriptura exteriore.*

---

**2010** imp. Caes. P. Licin. [*Valerianus*] Pius Fel. Aug. pont. max. tr. pot. II[1] [*cos. II*], imp. Caes. P. Licinius Egnatius Gal[*ienus Pius*] Fel. Aug. pont. max. trib. pot. II cos., nomina militum qui militaverunt in c[*ohorti*]bus praetori[*s*] Valerianis Galienis d[*ecem*] I II III IIII V VI VII VIII VIIII X piis vindi[*cibus*], qui piae et fortiter militiam funct[*i sunt*], ius tribuimus conub[*i*]i [*dumtaxat cum sin*]gulis et primis uxoribu[*s, ut etiam si pe*]re[*grin*]i iuris feminas im matrimonio suo iu[*n*]xerint, proinde liberos tollant ac si ex duobus civibus Romanis natos. A. d. id. Ian.[2] impp. Valeriano Aug. II et Galieno Aug. cos.[1]

coh. I pr. Valerian. Galiena p. v.: P. Anneio P. f. Probo Pap., Petobione.

Descriptu et recognitu e[*x*] tabula ae[*rea, quae f*]ixa est Rom. im mu[*ro*] pos[*t templum divi*] Aug. ad M[*inervam*]. M. Aureli Quintiani — L. Aureli Simplici — P. Appei Marcellini — C. Caeli Germanicini — P. Aeli Bassani — M. Aureli Magrini *(sic)* — P. Bellici Vincenti.

*Diptychon aeneum rep. Industriae, est Taurinis (Eph. ep. 4 p. 515; Pais suppl. Ital. 937).* — 1) *A. 254.* — 2) *Scr.* a. d. VII id. Ian. *(dies 7 Ian. inde ab Hadriano sollemnis fuit missionibus militum praetorianorum et urbanicianorum, cf. N. 2097 not. 2).*

*Frustula similium diptychorum dedimus supra N. 301. 475.*

---

**2011** Genio | exercitus, qui | extinguendis sae|vissimis latronib.[1] | fideli devotione | Romanae | e[*x*]spectationi | et votis | omnium | satis fecit.

*Romae rep. in capite fori 1480 (VI 234 fortasse semel tantum descripta).* — 1) *Latronum vocabulum non raro adhibitum reperitur de factionibus adversariorum maxime bellum moventium. Ita latro dicitur Valerius Asiaticus ab ipso Claudio imperatore (supra N. 212 col. II v. 15), latrones dicuntur Maximinus eiusque milites in vit. Maximi et Balbini 2, 5. 10; cf. vit. Firmi tyranni 2, 2. Hunc titulum*

*positum esse crediderim post bellum aliquod ab imperatore factionis adversariae Italiae illatum et feliciter propulsatum, fortasse post bellum Maximini a. 238 vel post incursiones Severi et Galerii a. 308—310. — De Felice Bulla, qui tempore Septimii Severi rapinas faciebat, cogitavit Friedländer Sittengesch. II[5] p. 45 not. 1.*

## Militia urbana.

**2012** M. Aurelio Caesari, imp. Caesaris T. Aeli Hadriani Antonini Aug. Pii fil., divi Hadriani nep., divi Traiani Parthici pronep., divi Nervae abnep., cos.[1], Petronius Mamertinus et Gavius Maximus pr. pr.[2], tribuni cohortium praetoriarum decem et urbanarum trium, centuriones cohortium praetoriarum et urbanarum et statorum, evocati, cohortes praetoriae decem, et urbanae X XII XIIII, centuriae statorum, optimo ac piissimo.

*Romae (VI 1009 semel descripta saec. XV). Titulus dedicatus M. Aurelio Caesari ab omnibus copiis in urbe tendentibus, praeter vigiles et equites singulares.* — 1) *A. 140.* — 2) *Praefecti praetorio Antonini Pii, memorati etiam infra N. 2179; de Gavio Maximo cf. praeterea supra N. 1325.*

---

**2013** Genio[1] et Fortunae | tutelaeque huius | loci cohortium | praetoriarum | p[*i*]um v[*in*]dicar[*u*]m[2] | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![3] | aeterni Augusti, | Valerei . . . . . .[4] [*e*]t Dalmateus | princ. k. k.[5] e[*x v*]oto f[*ece*]runt, devoti | numini maiesta[*ti*]que eius.

*Romae rep. in castro praetorio (VI 216 vidit Henzen).* — 1) Ginio *lapis.* — 2) *Nota metaplasmum duplicem. Piae vindices dictae cohortes praetoriae inde a temporibus Septimis Severi.* — 3) *Nomen imperatoris erasum.* — 4) *Periit nomen alterius ex Valeriis, nescio an et ipsum rasura.* — 5) *Principes kastrorum; cf. Mommsen Eph. epigr. IV p. 241.*

---

**2014** [*C. P*]etronius C. f. | Fal. Varia | speculator Caesari[*s*]. | Hordionia T. l. Egist[*e*] | uxor.

*Romae (VI 1921[a], 2782 ter descripta saec. XVI. XVII ut de lectione in universum constet). — Idem sine dubio C. Petronius C. f. Varia memoratur ut curator sociorum monumenti alicuius a. p. Chr. 5 (VI 10294), inter socios eiusdem monumenti etiam a. p. Chr. 9 (Bull. comunal. 1886 p. 379).*

---

**2015** [*C.*] Iulio C. f. Vel. Basso et | L. Iulio C. f. Vel. Praesenti | speculatoribus Caesaris Aug., | C. Iulius Bassus pater v. f. | Turpilia L. f. Iunia *(sic)* Bassi.

*In vico Carinthiae Ottmanach, non longe a Viruno capite Norici (III 4843 vidit Mommsen).*

---

**2016** P. Valerius T. f. | Gal. Lunesis[1], | vix. ann. XXI, militat | specul. ann. IIII.

*Romae (Eph. ep. 4, 956 vidi ipse).* — 1) *Significatur Valerium origine fuisse Lunensem (tribus Galeriae fuisse Lunam etiam aliunde constat, cf. Kubitschek Imp. Rom. p. 86). Non raro in antiquioribus inscriptionibus militum (praesertim cognomine carentium) domus additur forma adiectiva (infra N. 2027. 2029. 2031, item tituli complures legionariorum infra editi).*

---

**2017** Q. Retulus Q. f. | Felix sp.⟩ Aemili[1] | militat an. VIII, vixit an. XXVI, | h. s., loc. publ.[2]

*Brundisii (IX 40 vidit Hirschfeld).* — 1) *Speculator centuria Aemili.* — 2) *Nota militem sepultum loco publico a Brundisinis dato.*

---

**2018** C. Fabius | C. f. Ser. | Crispus | Carthag.[1] | specul. | coh. VI pr. | 7 Flegeri[2], | mil. an. XIII[3], | vix. an. XXII[3], | heres | ex volunt. p.

*Romae (VI 2607 bis descripta saec. XV. XVI).* — 1) *Intellegitur Carthago nova Hispaniae.* — 2) *Nomen centurionis fortasse non recte exceptum (*Flageri *alterum apographum).* — 3) *Alter uter ex numeris non recte exceptus.*

---

**2019** d. m. | M. Purula Diza m[*i*]l. co[*h.*] V | pr. p. v. sp. 7 Callistiani, q. v. | a. XXX mil. a. XII, f. Aur. Ian|uarius commani.[1] | eres b. m.

*Florentiae (VI 2586 vidit Bormann).* — 1) *Commanipulus.*

---

**2020** L. Veratio C. f. Qui. Afro | Foro Iuli[1], veterano, decurioni, | quaestori Anti, | L. Munatius Sabinus 7 specul.[2], | C. Mamillius Naus 7 coh. VII pr., | N. Naevius Rufus 7 coh. VI vig., | L. Veratius Certus 7 leg.[2], | heredes. | In fronte p. XX, in agro p. XX.

*Prope Antium rep. a. 1877 (X 6674, vidi).* — 1) *Quodnam Forum Iuli intellegatur, incertum est.* — 2) *Nota ex quattuor centurionibus primo loco recenseri centurionem speculatorum, secundo centurionem cohortis praetoriae, tertio centurionem vigilum, ultimo centurionem legionis.*

---

**2021** L. Ovinius L. f. Ter. Rufus | prim. ordo[1] cohortium praet. | divi Augusti, prim. pil. leg. XIIII Gem., | trib. mil. cohort. XI urb., trib. mil. | coh. . . III praet., praef. fabr., IIvir, | L. Ovinio M. f. Ter. patri, | M. Ovinio L. f. Ter. Vopisco fratri, | Allidiae L. f. Rufae matri, | Pulliae Primae uxori.

*Venafri (X 4872 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. Mommsen Eph. ep. 4 p. 421.*

---

**2022** C. R[*e*]mmius P. f. | Rufus[1], | missus est | praetorio *(sic)* divi | Aug., curator et | . . . . . .

*Patavii rep., est Catai (V 2837 vidit Mommsen).* — 1) *Fortasse hic est Remmius memoratus a Tacito ann. 2, 68.*

---

**2023** M. Hirtuleio | M. f. Volt. | Albano militi[1] | cohortis praet.

*Prope Carpentorate (Carpentras) rep. (XII 1187 vidit Hirschfeld).* — 1) MILI^I^T *lapis.*

---

**2024** T. Antistius | Sabinus | Stel. Aug. Taurin.[1], | mil. an. X coh. I pr. | 7 Romuli.[2]

*Romae (VI 2421 bis descripta saec. XVI).* — 1) *(Tribu) Stellatina, (domo) Augusta Taurinorum.* — 2) *Militavit annos decem cohorte prima praetoria, centuria Romuli.*

---

**2025** L. Caesernius L. f. Vel. | Proculus Aquileia, | veteranus Aug. ex coh. I pr. | 7 Romuli, mil. an. XVII, v. an. XXXVII, | Antonia Grapte | coniugi b. m. fecit.

*Romae (VI 2426 vidit Henzen).*

---

**2026** d. m. s. | M. Aureli Hercula|ni mil. coh. I pr. p. v.[1] 7 | Octaviani, qui mi|litavit annis VIII, | vixit annis XXX, | Claudius Messianu|s commanipulus | et heres | bene merenti fecit.

*Romae (VI 2424 vidit Henzen). — 1) Cf. supra N. 2013 not. 2.*

---

**2027** C. Manili C. f. | Gal.[1] Hispani, militis | coh. III pr.

*Romae (VI 2498 vidit Detlefsen). — 1) Galeria tribus vulgaris municipiorum Hispanorum primis imperii temporibus (cf. Kubitschek de trib. Rom. orig. p. 155, imp. Rom. p. 167); unde certum videtur Hispani vocabulo originem significari. Cf. supra N. 2016.*

---

**2028** d. m. | Q. Caetronius Q. f. Pub. | Passer | mil. coh. III pr. annis XVIII[1], | missus duobus Geminis[2], | sibi et | Masuriae M. f. Marcellae. |

Vixi quod volui semper bene | pauper honeste,
fraudavi | nullum, quod iuvat ossa mea.[3] |

In f. p. XIS, in agr. p. XIIS.

*Romae (VI 2489 saepius descripta saec. XV. XVI). — 1) Nota praetorianum post annos demum duodeviginti missum. — 2) A. 29. — 3) Iidem fere versus leguntur in titulo Dalmatico C. III 2835.*

---

**2029** M. Munatius | M. f. Scap. | Etruscus | Florentinus[1], | vixsit ann. XIIX. | Q. Munatius | miles chor. | VII pr. | frater posuit.

*Aquileiae rep. (V 925 aliquoties descripta saec. XVII/XVIII). — 1) Cf. N. 2016 not. 1.*

---

**2030** C. Iulius Dizalae f. | Fab. Gemellus | domo Heraclea | Sentica[1], | vixit ann. XVIII, | militavit ann. II | in coh. VII pr.

*Romae (VI 2645 vidit Henzen). — 1) Heraclea Sintica oppidum Macedoniae. Macedoniam inter provincias, ex quibus etiam ante Severum praetoriani conscripti sint, enumerat Dio 74, 2.*

---

**2031** M. Virius . . . | Scaptia Celer | Florentinus[1] | mil. cohort. XII | | praetoriae[2], m[e]|ruit annis VII, | vixit annos XXX.

*Segusione (Susae) rep. (V 7258 vidit Mommsen). — 1) Cf. N. 2016. — 2) Tituli militum cohortium praetoriarum undecimae et duodecimae, numero admodum pauci, videntur esse temporum Claudii vel Neronis (cf. Mommsen Herm. 14 p. 33 seq.; inde Marquardt Staatsv. II² p. 477 not. 1).*

---

**2032** C. Iul. | Zoili filius | Fabia Montanus, | domo Heraclea | Sentica[1], | miles coh. XII pr.[2] | 7 Lartidi, | militavit annis XII, | vixit annis | XXX | h. s. e.

*Romae (VI 2767 semel descripta saec. XVI). — 1) Cf. N. 2030. Notabile hominem ex Macedonia oriundum et peregrini filium inter praetorianos inveniri ante Vespasianum (monuit O. Bohn). — 2) Cf. N. 2031 not. 2.*

---

**2033** C. Cantonio Uco . . . | aed.[1], et Iuliae Bard[*i f.*] | Eliomarae uxori, e[*t*] | C. Cantonio C. f. Cond. . . |no, et Ti. Cantonio [*C. f.*] | Montano mil. coh. I . . . . | stip. V, et L. Cantonio Mu . . . . | mil. coh. XI praet.[2], et Iuliae C . . . . | v. f. s. et s.

*Feistritz extra S. Viti opp. rep. pertinet ad Virunum (III 4858 vidit Mommsen).* — 1) *De filiis magistratuum Virunensium in praetorio militantium dixit O. Bohn die Heimat der Prätorianer p. 9.* — 2) *Cf. N. 2031 not. 2.*

---

**2034** C. Vedennius C. f. | Qui. Moderatus Antio, | milit. in leg. XVI Gal.[1] a. X, | tranlat. *(sic)* in coh. IX pr.[2], | in qua milit. ann. VIII, | missus honesta mission.[3], | revoc. ab imp. fact. evoc. Aug., | arcitect. armament. imp.[4], | evoc. ann. XXIII, | donis militarib. donat. | bis, ab divo Vesp. et | imp. Domitiano Aug. Germ.[5] | . . . . . . . . . . . *(In lateribus amussis et norma).*

*Romae rep. ad viam Nomentanam (VI 2725 vidit Henzen).* — 1) *Legio decima sexta Gallica fuit ex iis quae a. 69 Vitellium imperatorem fecerunt et quarum partes eum in Italiam secutae sunt; post annum 70 non memoratur.* — 2) *Multos ex legionariis Vitellium secutis urbanae militiae adscriptos esse, narrat Tacitus hist. 2, 94. Ex his militibus Vitellianis videntur fuisse et hic et qui infra N. 2035. 2036 (Mommsen Herm. 14 p. 32; O. Bohn die Heimat der Prätorianer p. 12).* — 3) *Retentus igitur est a Vespasiano (cf. Tac. hist. 4, 46) nec dimissus nisi post duodeviginti stipendia, anno ut videtur 77.* — 4) *Revocatus ab imperatore factus est evocatus Augusti, quo tempore functus est officio architecti armamentarii imperatoris (cf. Mo. eph. 5 p. 150).* — 5) *Si vere evocatus fuit per annos viginti tres, titulus scriptus est non ante annum 100, id est sub Traiano; unde mirum est, Domitianum cum honore nominari.*

---

**2035** d. m. | Q. Manlius[1] Q. f. Cam. | Severus | Alba Pompeia veter., | v. a. XLII m. II d. VII, | traslatus ex leg. XXII | Primig. in praet. chor. VII[2], | in q. permilitavit ann. XV, | missus honesta missione, | Q. Manlius[1] Epaphroditus | lib. patrono pientissimo | bene merenti fecit et sibi | et suis posterisq. eorum.

*Romae (VI 2649 semel descripta saec. XV).* — 1) *Videtur scribendum esse* Mantius *(cf. C. VIII 1839 cum nota Wilmannsii).* — 2) *Translatus in praetorium est a Vitellio, ut observavit O. Bohn die Heimat der Prätorianer p. 12.*

---

**2036** C. Atilius | C. f. Rom. | Crescens | militavit leg. IV[1] | annis VIIII, | traiectus in | praetorium[2] | coh. V pr., | militavit ann. III.

*Romae rep. ad portam Pincianam (VI 2558 aliquoties descripta saec. XVI).* — 1) *Videtur significari legio quarta Macedonica.* — 2) *Cum etiam legio quarta Macedonica fuerit ex Vitellianis, etiam hic videtur inter praetorianos adlectus esse a. 69.*

---

**2037** *(imago militis)* d. m. | C. Maccenio Vibio mil. coh. I pr. 7 | Primitivi, vix ann. LV, mil. in leg. X | Gem. ann. VIIII, ind. tral. in pr.[1] mil. an. XIIII, | Ulpia Valentina coiugi | karissimo b. m. f., cura agente, | demandatum fratri ex tes|tamento, Maccenio Crispino | evok. Aug. n.

*Romae rep. extra portam Salariam, nunc Parisiis (VI 2437 vidit Henzen; de imagine militis cf. Alb. Müller Philol. 40, 1881 p. 229). — 1) Inde tralatus in praetorium.*

---

**2038** d. m. s. | Aurelius Vincentius | miles cohortis | tertiae praetoriae | centuria Maximini, | militavit in legione | undecima Claudia | annis V, | in praetoria *(sic)* annis | XI, vixit annis XL, | civis Trax. | Memoria *(sic)* fecerunt | cives de rebus | ipsius bene|merenti *(miles cum hasta et scuto).*

*Caesareae Mauretaniae (Eph. epigr. 5, 985 vidit I. Schmidt).*

---

**2039** d. m. | C. Iulio Quarto | vet. ex pr.[1], n.[2] | Gallo, | M. Caecilius Felixs | [*e*]t Nonia Heraclia | s. et s.[3]

*Miseni rep., est Neapoli (X 1759 vidit Mommsen praeter paucas litteras). — 1) Veterano ex praetorio. — 2) Natione. — 3) Sibi et suis.*

---

**2040** Sanctinio Probino | mil. coh. IIII pr. p. v. ꓘ Patro|ili[1], nat. Bataus, qui mil. | in castr. praet. usque | die qua exemptus est r[*e*]|bus humanis stipen[*dia*] . . | , qui vix. ann. XXII m. . . . | d. XVII. Memoriam fecit | Sanctinius Genialis he|res et frater, cura agent. | Fl. Nobile et Verio Felice | quos secundo her. instituit.

*Romae (VI 2548 semel descripta saec. XVIII). — 1) Centuria Patroili est etiam infra N. 2050.*

---

**2041** d. m. | Aur. Victo[*r*]ino | mil. coh. VI pr., nati|one Dacisca regione | Serdicn *(sic)*[1], vixit an. XXX, | mil. in legione an. VI, | in pr. an. IIII, fecit me|moria Valerius Augustus mil. coh. VI pr., fratri | bene merenti fec.

*Romae (VI 2605 vidit Henzen). — 1) Aut scribendum* Serdica, *aut intellegendum: Serdicensi. Serdicam caput fuisse novae Daciae Aureliani notat Mommsen.*

---

**2042** Aur. Ingenus mil. coh. I | pr. ꓘ Casti, vix. an. XXV, mil. | an. VI, nat. provinc. Dacia | leg. XIII Gem.[1], Aur. Petroni|anus frat. b. m. f.

*Romae (VI 2425 descr. Fabretti). — 1) Natus erat ille in castris legionis XIII Geminae Apuli in Dacia.*

---

**2043** *(imago militis)* d. m. | Aur. Abitus mil. coh. X pr. | ꓘ Verani, vix. an. XL mil. | an. XIIII, nat. Bessus, na|tus reg. Serdica vi|co Magari, Aur. Vict|or atfinis et Aur. Ma|ximus et Aur. Zobin|us et Aur. Zantiala | et Aur. Gaianus | hered. b. m. f. c. r.

*Neapoli (X 1754 aliquoties descripta saec. XVI/XVII).*

---

**2044** d. m. s. Aur. Vero mil. chor. | VI pret. ꓘ Blicisi, stup. XIIII, nat. | Pannon., pede Sirmese[1], pago Ma|rtio, vico Budalia[2], q. vixit[3] an. | XL m. III d. XV, mil. t.[4] in l. I Atiut|rice stup. III, Aur. Marcellus | et Aur. Iustinus, Aur. Florinus, Val. | Avitianus et omnes comanipuli sui | de re ipsius b. m. f. ex ✱ L milibus.[5]

*Romae rep. (Henzen bull. dell' Inst. 1885 p. 72). — 1) Similiter in titulo alius militis praetoriani (VI 2294) legitur, ut monuit Henzen:* oriundus in Pan-

nonia superiore pede Faustiniano. *Sirmium fuit provinciae Pannoniae inferioris.* — 2) *Pagus Martius ignotus, vicus Budalia prope Sirmium situs memoratur etiam in itinerariis (it. Ant. p. 268 ed. Wess.; it. Hieros. p. 563, ubi traditur* Vedulia*). Simili diligentia praeterea vix umquam domus militis enarratur.* — 3) QVI·XIT *lapis.* — 4) *Scr.* milit. — 5) *Ex denarium quinquaginta milibus.*

---

**2045** d. m. | Val. Tertius militi | corti *(sic)* X pretorie, qui | vixit annis XXXVI mes. III | dies XV, militabit legi|one Mesiaca annis V, in|ter lanciarios annis XI, | in pretoria ann[*is*] . . . | ꓘ Salbi, Zipe . . . . . . . | eres et cete[*ri*] *commanu*]|culis[1] pr . . . . . | cuit . . . . . | i . . . . .

*Prope Romam rep. (VI 2759 vidit Henzen).* — 1) *Expectaveris* commanuculi.

---

**2046** dis ma[*nibus sacrum*]
L. Terentius Secun[*dus natio*]-
ne Noricus h. s. est
translatus in praetorio . . . . .
[*ex*] coh. II Breucorum, mil. . .
L. Terentius Lucanu[s . . . .[1]
. . . . . . . ot . . . . . . . .

*Caesareae Mauretaniae (VIII 9391 vidit Wilmanns).* — 1) *Milites ex cohortibus auxiliariis in praetorium translati praeterea in inscriptionibus non inveniuntur (sed tamen a. 69 milites ex alis in praetorium translatos esse significat Tacitus hist. 2, 94); fortasse recte Domaszewskius (arch. ep. Mitth. aus Oestr. 5 p. 205 not. 40) suspicatur plura periisse, et Terentium ex legione aliqua in praetorium translatum postea factum esse centurionem cohortis secundae Breucorum.*

---

**2047** . . . . . . | Aur. Adsula mil. coh. V pretorie, | fratri benemeren. *(sic)* | qui mecu laborait *(sic)* | an. XII et Fruninone[1] | est in barbarico.

*Saponarae in Lucania, ubi fuit Grumentum (X 216 vidit Mommsen).* — 1) *Frunino mihi locus est extra fines Romanos, ubi diem obierit is cui titulus positus est (Mo.).*

---

**2048** d. m. | Aurelio Muciano | mil. coh. V pr. ꓘ | Barbati, milita|re coepit Pompe|iano et Avito cos.[1], | ann. XV, vixit ann. | XLV, natus Tre-m|ontiae[2], Cl. Paulina | coiugi karissimo | ex testamento | fecit.

*Roma (VI 2566 vidit de Rossi).* — 1) *A. 209.* — 2) *Intellegitur Philippopolis, Latine Trimontium (Mo.). Inter praetorianos origine Philippopolitanos, qui a. 227 dedicaverunt titulum infra N. 2092 hic non reperitur, paullo ante missus puto.*

---

**2049** d. m. | P. Octavio P. fil. | Vol. Marcellin|o, Luco Feroniae[1], | veterano Augustorum, qui militavit in ch. V pr. an|nis XVIII, honesta|m missione missu|s, frumento pub|lico, collegio tibicin|um[2], qui vixit annis XXX|VII[3] mensibus sex die|bus XXIII, patrono et coi|ugi merentissimo, Oc|tavia Hermione liberta | v. f.

*Romae (VI 2584 aliquoties descripta saec. XVI. XVII).* — 1) *De oppido Luco Feroniae cf. Bormann C. XI p. 570.* — 2) *Significatur hunc post missionem frumento publico incisum (cf. infra N. 2160 not. 7) et in collegium tibicinum receptum esse; cf. Mommsen Staatsr. III p. 288 not. 5.* — 3) *Numerus videtur non recte exceptus.*

**2050** d. m. | C. Cornel. Memor | Đ[1] Celeia ϑ[2] mil. | coh. IIII pr. ꟾ Patroili[3], | mil. ann. XXVIII, ite|ratus[4], vixit ann. LXXX, | Auur. *(sic)* Ingenuilis opt. | et heres eius b. m. | posuit.

*Romae (VI 2534 ter descripta saec. XVI).* — 1) *Domo.* — 2) *Quondam.* — 3) *Cf. N. 2040. not. 1.* — 4) *Iteratus dicitur, iudice Mommseno, quod iterum miles factus erat; idque confirmat numerus stipendiorum.*

---

**2051** dis manibus | T. Valerio T. f. Secundo militis *(sic)* coh|ortis VII | praetoriae centuriae Severi.

**2052** T. Valerius T. f. Secundus miles | cohortis VII praetoriae cen|turiae Severi, domo Liguriae, | militavit annis VIII, stati|onarius Ephesi, vixit | annos XXVI menses VI.

*Ephesi rep. (III S. 7135. 7136 Mommsen vidit ectypa).*

---

**2053** C. Curtilio C. f. | Quir. Faustino | equiti coh. I pr., | adlecto in ordine dec. | cum esset annorum IIII.[1] | C. Curtilius C. f. | Quir. Marcellus et | Avidiacca Colchis | parentes filio optimo ac | piissimo.

*Paganicae, prope Aquilam (IX 3573 vidit Dressel).* — 1) *Nota hominem domi suae nobilem in praetorio stipendia facere.*

---

**2054** d. m. | Aur. Saturnino eq. coh. VIII pr. ꟾ | Verissimi, qui militavit in leg. se|cunda Italica, tesserarius ann. VI, | qui vixit an. XXVIII. Aur. Optatianus | eq. fratri bene merenti posuit.

*Romae (VI 2672 vidit Henzen).*

---

**2055** d. m. Aur. Bito eq. cor. VI pr.[1], | natione Trax cives Filopo|pulitanus, an. p. m.[2] XXXV, qui | mil. an. XVII, sic: in legione I It|alica an. II, in cor. II pret.[3] | munifex an. XIIII, factus | eq. mil. menses n. X, fratri | dignissimo Val. Aulusa|nus pret.[4] incomparabili.

*Prope Romam rep. (VI 2601 vidit Henzen).* — 1) *Equiti cohortis sextae praetoriae,* 2) *annorum plus minus,* 3) *in co(ho)rte secunda pr(a)etoria,* 4) *pr(a)etorianus.*

---

**2056** d. m. | Septimio Iusto | dupliciari | mil. coh. I pr. p. v., | qui vixit an. XL, milit. ann. XVI, | b. m. | Aurelius Das|ius fra|ter et | commanip. | f. c.

*Romae (VI 2446 vidit Henzen).*

---

**2057** d. m. | Q. Cissonio Q. f. Hor. Aprili | veterano coh. II̅ pr., | architecto Augustor., | Patulcia Trophime viro | bene merenti.

*Neapoli (X 1757 aliquoties descripta saec. XV/XVI).*

---

**2058** T. Aelio Callis|tiano fratri | rarissimo militi coh. VIIII pr., | T. Aelius Lucre|tianus pater, | mensor coh. eiusdem.

*Romae (VI 2692 descr. Amatius).*

---

**2059** M. Troianius | M. f. Marcellus | Luc. Aug., mil. | coh. X pr. ⅂ | Scipionis, | men. lib.[1], vix. | an. XXV m. VIIII, | mil. an. V m. VII, | fac. c. | L. Magius | Adeianus et | C. Iulius | Tiberinus | amici.

*Romae (VI 2754 vidit Henzen). — 1) Mensor et librator (cf. Cauer eph. ep. 4 p. 469).*

---

**2060** d. m. C. Aeli C. f. Gal. Aeliani Sego[*briga*] | libratoris et tesserar[*i*] | coh. II pr., evocato Augus[*ti*], | item libertis eius libertab[*us*] | posterisque eorum t. f. i.

*Romae (VI 2454 vidit Henzen).*

---

**2061** memoriae | C. Licini Licini|ani tesserari | praetoriani, | Aegrilia Pro|biane incomp|arabilis exem|pli coniugis, | s. p.

*Ostiae rep., deinde Romae (XIV 220 vidi).*

---

**2062** d. m. Iulii Mercatori tubicini coh. IX pr. ⅂ Vari, heres b. m. fecit.

*Romae (VI 2711 semel descripta saec. XV).*

---

**2063** d. *(miles cornu vel bucinam canens)* m. M. Antonius | M. f. Ianuarius | domo Laudicia | ex Suria, cornice | ex coh. VII pr. ⅂ Appi[1] | vix ann. XXXII, mil. | . . . . .

*Romae rep. ad viam Salariam (VI 2627 vidit Henzen; de imagine militis cf Alb. Müller Philol. 40, 1881 p. 233; Domaszewski die Fahnen im roem. Heere p. 7 fig. 2). — 1) Idem centurio est C. VI 661.*

---

**2064** d. m. | Sex. Pufio | Quarto mil. | coh. IV pr. | bucinatori, | Alliator | Ories stator | Aug. municipi | optim.

*Romae, nunc Bononiae (VI 2545 vidit Zangemeister).*

---

**2065** Iulii | Festi militis coh. II praetoriae | signiferi . . | . . a . . . vali . . ., | militavit an. | XII, promotu[*s*] | VII, cives Pe[*to*]|vionensi[*s*]. | Aur. Iusti[*nus*] | fratri b. m. f. *(in latere)* defunctus | in bello | barbarico.

*Brixiae (V 4371 partem vidit Mommsen, reliqua supplevit ex apographo non optime facto saec. XVIII).*

---

**2066** *(protome militis)* d. m. | Pletorio Primo fisci curatori coh. IIII pr. ⅂ | Silvani, oriundus ex provincia Panno. inferiore, | natus castello Vixillo, qui | vixit annis XXXV m. IIII, | mil. annis XV m. VIII, Veturia | Digna marito, b. m. f.

*Romae (VI 2544 vidit Henzen; de imagine militis cf. Alb. Müller Philol. 40, 1881 p. 244).*

---

**2067** d. m. | M. Sil. Romulianus | mil. coh. VII pr. Ɔ Victoris, | secutor trib., vixit | ann. XXVII mil. ann. VII, Vettonius Proculus | adiutor cornicul., | contubernal. bene | merenti.

*Romae, (VI 2659 saepius descr. saec. XV—XVII).*

---

**2068** d. m. | T. Aur. Alexandro corn. | trib.[1] coh. V pr., q. vix. ann. | XVIII m. III d. II, Aur. Anto|ninus evok. Aug. n., fratri | piissimo, et Aur. Hygia | marito incomparabili | et b. m. fecerunt.

*Romae (VI 2560 descr. Fabrettius).* — 1) *Corniculario tribuni.*

---

**2069** M. Cato M. f. | Anies. Crem.[1], | miles chor. | VI pr., milita. | annos XVIII, | vixsit annos | XXXIIX, benific. | tribuni fuit.

*Aquileiae (V 8274 vidit Majonica).* — 1) *(Tribu) Aniensi, (domo) Cremona.*

---

**2070** Q. Poblicius Q. f. Col. | Clarus fecit sibi et | C. Poblicio Q. f. Col. Sabino | fratri suo, militi | praetoriano coh. I | 7 Rufelli beneficio Otacili | Fusci tribuni, et | Paconiae Naidi coniugi | suae posterisque eorum.

*Romae (VI 2442 vidit de Rossi).*

---

**2071** C. Coelio Aniceto | mil. coh. II pr., sing. | trib. spe beneficiatus.[1] | Huic ordo sanctis|simus decur. ob spem | processus eius hono|rem decurionatus | gratuitum obtulit. | Qui vixit ann. XXIIII m. | V d. II, Coelia Prima ma|ter filio dulcissimo, | simul Nymphicus Vo|lc. ark.[2] et sibi fecerunt.

*Volceiis in Lucania (X 410 vidit Mommsen).* — 1) *Singulari tribuni spe beneficiatus.* — 2) *Volceianorum arkarius.*

---

**2072** d. m. | Sex. Campanio | Clementi cor. | pr. pr.[1], vix. ann. | XXXII m. II d. XII.

*Romae, postea Frusinone (VI 2776 cf. X 697*).* — 1) *Corniculario praefecti praetorio. In cohortium praetoriarum aliqua militavisse eum paene certum est.*

---

**2073** Sex. Cetri | Severi spec.[1], | benificiari | Getae[2], ab comentaris | custodiaru.

*Pisauri, tabella aenea (Orell. 3206; vidit Bormann).* — 1) *Speculatoris.* — 2) *Iudice Bormanno (cf. Eph. ep. 4 p. 400) significatur Lusius Geta praefectus praetorio a. 48–51.*

---

**2074** d. m. Aur. Domi|tiano singulari | pr. ff.[1] coh. VII pr. 7 Septimini, Aur. Lucianus lib. et | heres b. m. f. f.

*Romae (VI 2634 vidit Henzen).* — 1) *Praefectorum (scilicet praetorio).*

---

**2075** d. m. | L. Sertorio Secundo | optioni coh. I pr. 7 Renni, | vix. ann. XXX, L. Sertorius | Marcelus *(sic)* fratri cariss., | accep. loc. ab Aconio Severo, | p. in arca et verne.[1]

*Romae (VI 2447 vidit Henzen).* — 1) *Extrema non intellego.*

---

**2076** dis deabus | C. Iulius C. [*f.*][1] Arn. | Africanus Brixel|lo, optio equit. | coh. VIIII pr. 7 Iuli, signum | aereum | pantheum | d. d. v. l. l. m. | Dedicatus X k. Aug. Barbaro et | Regulo cos.[2]

*Romae (VI 100 descr. Henzen).* — 1) E *(pro* F*) lapis.* — 2) *A. 157.*

---

**2077** diis manibus | L. Naevi L. f. Cam. Paullini | evoc. Aug., | militavit in cho. I pr. eques, | optio equitum, | cornicular. tribuni, | militavit

in caliga ann. XVI, | evocatus fuit ann. III. | L. Pessedius Agilis evoc. Aug. | amico opitimo *(sic)* fecit.

*Romae (VI 2440 vidit Henzen).*

---

**2078** C. Lucilius C. f. Vel. Vindex miles chor. VI | praet., vixit ann. XXX, militavit annis XII principalis, | beneficiarius tribuni, deinde optio in centuria, | hoc testamento fieri iussit honoris pietatisque | [*causa e*]t C. Lucilio Secundo patri et Lore|[*niae*] . . . . ti matri, et | . . . . . . . e aviae, ex HS ∞ ∞ praelegatis.

*Recanati in Piceno (IX 5809 ad exempla duo plena, tertium imperfectum, facta saeculis superioribus).*

---

**2079** L. Pompeio L. f. | Pom. Reburro Fabro | Gigurro Calubrigen.[1], | probato in coh. VII pr., | beneficiario tribuni, | tesserario in 7[2], | optioni in 7, | signifero in 7, | fisci curatori, | corn. trib., | evoc. Aug., | L. Flavius Flaccinus | h. ex t.

*Compostellae vel potius in oppido San Esteban de la Rua (II 2610 descripta saec. XVI et rursus aliquoties saec. XVIII).* — 1) *Gigurros inter populos Asturum memorat Plinius h. n. 3, 3, 28 cf. Ptolemaeus 2, 6, 37 et geographus Ravennas. Sedes videntur habuisse eo ipso fere loco ubi hic titulus repertus est. Calubriga oppidum eorum praeterea ignotum (cf. Huebner C. II p. 363).* — 2) *Centuria.*

---

**2080** . . us D. f. | . . Octavius Se|[*c*]undus Curib. Sab.[1], mil. coh. | X urb., trans[*l*]at. in coh. VI pr.[2], | [*s*]ing.[3] trib., benef. trib., sing.[3] pr. | [*pr*]aet., optio in centur., sign., | [*f*]is[*c*]o curat., cornicu[*l.*] trib., | ev. Aug., [7 *l*]eg. X [*F*]retensis, | donis don. ab divo Hadrian. ob bell. Iudaicum corona au|rea tor[*q*]uib. armillis p[*h*]aler., | et ab eodem promotus succes.[4] | in leg. prim[*a*]m [*I*]ta[*l*]ic., [*p*]rimipil. leg. | eiusdem, adlectus decurio in | colonis et or[*n*]am. [*I*]I v[*i*]ralib. | [*or*]n. Actiae Nicopoli et Ulpia | . . . .

*Alicubi in Macedonia rep. (III S. 7334 ad apographum Contoleontis).* — 1) *Curibus Sabinis.* — 2) *Milites translatos ex cohortibus urbanis in praetorium habes etiam infra N. 2082—2085, qui tituli videntur omnes temporum Traiani vel Hadriani; cf. Mo. l. c.* — 3) *Singularis.* — 4) *Successione promoveri dicitur centurio gradum mutans, cf. infra titulos centurionum.*

---

**2081** C. Arrio C. f. Corn. | Clementi militi coh. IX | pr., equiti coh. eiusdem, donis | donato ab imp. Traiano | torquibus armillis phaleris | ob bellum Dacicum, singulari | pr[*a*]efectorum pr., tesserario, op|tioni, fisci curatori, cornicul. | tribuni, evocato Aug., 7 coh. I vigil., 7 | statorum, 7 coh. XIIII urb., 7 coh. VII pr., | trecenario, donis donato ab imp. | Hadriano hasta pura corona aurea, | 7 leg. III Aug., primipilari, IIviro quin|quennali, patrono municipi, | curatori rei publicae, | decur. et Aug. V[I *vir.*] municipes Matil.

*Matilicae in Umbria (Kellermann vig. p. 38 ad exemplum accuratum factum saec. XVIII).*

---

**2082** T. Flavio T. f. | Pup. Rufo | militi coh. XII urb. | et coh. IIII pr., | ordinato architec.[1], | tesserario in 7, | Ɓ. praefector. praetor.[2], |

cornicular. praef. anno.[3], | 7 leg. XIIII Gem. et XI Cl. et | II Aug. et VII Gem., | Ulpia pientissima[4] soror et | Aelia Secundina heredes | ex testamento faciend. curav.

*Ravennae (XI 20, descripsit Bormann). — 1) Iunge: ordinato architecto. — 2) Beneficiario praefectorum praetorio. — 3) Corniculario praefecti annonae. — 4) Expectaveris cognomen Ulpiae.*

---

**2083** C. Nummio C. fil. Fal. | Constanti p. p.[1] leg. II Traianae, | centurion. II, leg. III | Cyreneicae et VII Cla., | evocato in foro ab actis[2], | militi coh. III praet. | et X urb., donis donato ab | imp. Traiano torquibus | armillis phaleris ob | bellum Parthicum, i[*te*]m ab | imp. Hadriano corona | aurea torquibus armillis | phaleris ob bellum Iudeicum, heredes ex testamento.

*In Campania loco dicto Calvizzano (X 3733, aliquoties descripta saec. XVIII). — 1) Primo pilo. — 2) Cf. Mommsen eph. ep. 5 p. 149.*

---

**2084** C. Oppio C. f. Vel. | Basso p. c., | pr. Auximo[1], 7 leg. IIII Fl. fel., evoc. Aug. | ab actis fori[5], Ƀ pr. pr.[6], signif., option., tesse. | coh. II pr., mil. coh. XIIII | et XIII urbanarum, | coll. cent. Auxim. | patr. ob merita eius. | L. d. d. d. *(In latere)* posita VI k. Iul. | L. Aelio Caesare II, | P. Coelio Balbino cos.[8]

**2085** C. Oppio C. f. Vel. | Basso p. p.[3], p. c., | pr. i. d. Aux.[2], 7 leg. IIII | Fl. fel. et leg. II Tr. for.[4], | evoc. Aug. ab act. fori[5], | Ƀ pr. pr.[6], mil. coh. II pr. | et coh. XIII et XIIII urb., | omnibus officiis | in caliga functo[7], | centuriones leg. II | Traianae fortis, | optimo et dignissimo. | In cuius ded. cenam col. ded.[9] | L. d. d. d.

*Auximi in Piceno (IX 5839. 5840 vidit Mommsen). — 1) Patrono coloniae, praetori Auximo, 2) patrono coloniae, praetori iure dicundo Auximi. (Iudice Mommseno hos honores adeptus est Auximi, antequam miles fieret). — 3) Primipilari. — 4) Centurionatum alterum, in legione secunda Traiana forti, item primipilatum videtur suscepisse post positum titulum N. 2084. — 5) Cf. N. 2083 not. 2. — 6) Beneficiario praefectorum praetorio. — 7) Significantur munera signiferi, optionis, tesserarii, enumerata in N. 2084. — 8) A. 137. — 9) In cuius dedicatione cenam colonis dedit.*

---

**2086** M. Coelio C. f. | Cam. Clementi | mil. chort. VI pr., | optioni, evoc. Aug. | centurioni leg. | IIII Flav. felic. Mys. | superior.[1], aras parentib. | suis et propinq. t. f. i., | quod opus faciend. | curavit C. Petronius | Firmus. | Scrib. C. Pompeius.

*Taurinis in museo, Bagiennis fortasse rep. (V 7160 vidit Mommsen). — 1) In Moesia superiore tendebat legio quarta Flavia felix.*

---

**2087** L. Musius Q. f. Pol. October[1] | Nicom.[2], mil. in coh. IV vig. | ann. VII, mil. in pr.[3] ann. | V, 7 leg. III Aug. ann. VIII, | ann. nat. LV, h. s. e. | Heres f. c.

*Romae (VI 2780 descr. Marinius). — 1) Cf. Eph. ep. 7, 1213. — 2) (Domo) Nicomedia. — 3) Militavit in praetorio.*

---

**2088** Nemesi | sanctae | campestri pro sa|lute dominorum | nn. Augg. P. Ael. P. f. | Aelia Pacatus | Scupis, quod coh. doc|tor voverat, nunc | campidoctor coh. I | pr. p. v.[1] somnio admo|nitus posuit l. l.[2]

*Romae (VI 533 vidit Henzen).* — 1) *Cohortis primae praetoriae piae vindicis.* — 2) *Laetus libens.*

---

**2089** d. m. | C. Cesennio Se|necioni[1] c.[2] chor. II | pr. p. v., exercitatori | equitum pr., fecit C. Ce|sernius Zonysius live|rtus et heres, after|ente Zotico a Britt|ania.[3]

*Romae, nunc Panormi (VI 2464 cf. Alb. Müller Philol. 41 p. 498).* — 1) *Idem fortasse Caesernius Senecio centurio cohortis quintae vigilum anno circiter 205 (VI 1057).* — 2) *Centurioni.* — 3) *Senecio cum decessisset in Britannia, corpus eius ad urbem attulit Zoticus. In Britanniam potest venisse cum Severo a. 209.*

---

**2090** d. m. | T. Ael. Malco tectori eq. praetorian.[1] | coh. III pr., qui et urb.[2], item antistes | sacerd. temp. Martis castror. | pr.[3], | fecit ben. merenti coniugi dul. suo | Roscia Sucessa *(sic)*, cum quo vixit ann. XL, | decessit annor. LXVI.

*Romae (VI 2256 saepius descripta saec. XV—XVII).* — 1) *Alius tector equitum praetorianorum est C. VI 2773 (ubi non recte Mommsenus cogitavit de protectore), tectores equitum singularium infra N. 2190.* — 2) *Fortasse significatur, Malchum etiam cohortium urbanarum tectorem fuisse.* — 3) *Praetoriorum.*

---

**2091** pro s.[1] imp. Caes. M. An[*t*]oni Gordiani Pii Felicis Aug. et | Tranquillinae Sabinae *(sic)* Aug., venatores immun. | cum custode vivari: Pont. Verus mil. coh. VI pr., Cam|panius Verax mil. coh. VI pr., Fuscius Crescentio | ord.[2] custos vivari cohh. p[*r*]aett. et urbb., Diana Aug. d. s. ex v. p.[3] | Dedicata XII kal. Nov. imp. d. n. Gordiano Aug. et Pompeiano cos.[4]

*Romae rep. inter castra praetoria et aggerem Servii (VI 130 vidit Henzen).* — 1) *Pro salute.* — 2) *Ordinarius cf. Mommsen eph. ep. 4 p. 239 not. 1.* — 3) *Dianam Augustam de suo ex voto posuerunt.* — 4) *A. 241.*

---

**2092** Asclepio et | saluti | commilitonum, | Sex. Titius Alexander | medicus cho. V pr. | donum dedit, | *!!!!!!!!!!!!*[1] | Aug. VIII, | T. Flavio Sabino | cos.[2] |

*Romae (VI 20 descr. Smetius).* — 1) *Erasum nomen Domitiani.* — 2) *A. 82.*

---

**2093** d. m. | Ti. Claudius Iulianus me|dicus clinicus coh. IIII | pr., fecit vivos sibi et | Tulliae Epigone coniugi, | libertis libertabusq. Claudiis posterisq. | eorum. | H. m. h. n. s.

*Romae (VI 2532 descr. Sirmondus).*

---

**2094** in honore domus divinae | Asclepio Zimidreno[1] cives | Philippopolitanorum, quorum nomi|na infra scripta sunt: |

coh. I praet., 7 Coccei: | M. Aur. M. f. Fl. Diza Philippopoli vico Cuntiegerum; | 7 Valentis: | M. Aur. M. f. Fl. Diza Philippopol[*i*] vico Vevocaseno, | M. Aur. M. f. Fl. Cresces Philippop. vico Vevocaseno. |

coh. II praet.: | M. Aur. M. f. Fl. Martinus Philippop. vico Palma; | 7 Iuliani pr.[2]: M. Aur. M. f. Bitus Phil. v. Pomp. Burdap., | [*M. Au*]r. M. f. Fl. Maximus Philipp[*op*]oli vico Stelugermme, | [*M. Aur.*] M. f. Fl. Maximus Philippo[*op*]oli vico Tiutiameno. |

coh. III praet.: | [*M. Aur. M. f.*] Fl. Vitalis Philippopo[*l. v*]ico Cu .... gei; | 7 Saturnini: | [*M. Aur. M.*] f. Fl. Apollodorus Philip[*p.*] vico Peceto; | 7 Magni: [*M. Aur. M*] f. Fl. Vitalis Philippopol., vico Zburulo. |

coh. IIII praet. 7 Celeris: | C. Val. C. f. Fl. Valens Philippopoli vic[*o*] Zburulo, | M. Aur. M. f. F[*l.*] Cassius Philippopoli vico Carerino. |

coh. VII praet. 7 Quarti: | sp.[3] M. Aur. M. f. Fl. Diogenes[4] Philippopoli vi[*c*]o C ..... menos. |

coh. VIII praet., 7 Prisci: | M. Aur. M. f. Fl. Diza Philippopoli vico Ardileno; | 7 Calventi: | M. Aur. M. f. Fl. Diza Philippopoli vico Pupeses. |

coh. VIII praet. *(nomina similia eorum quae praecedunt).*

coh. VIIII praet. „ „ „ „ „

coh. X praet. „ „ „ „ „

Dedc. VI kal. Iul. | Albino et Maximo cos.[5]

*Romae rep. a. 1875 in monte Esquilino in muro quodam novicio, una cum non paucis aliis inscriptionibus pertinentibus ad praetorianos (VI 2799 vidit Henzen).* — 1) *Numen Thracicum in regione Philippopolitana ut videtur praecipue cultum. Huic numini cives Philippopolitani qui Romae in praetorio meruerunt, numero viginti unus, titulum hunc posuerunt.* — 2) *Prioris (scilicet duo fuerunt in hac cohorte centuriones Iuliani; cf. Eph. ep. 5 p. 126 not. 1).* — 3) *Speculator.* — 4) *Idem Diogenes posuit titulum C. VI 2433.* — 5) *A. 227.*

---

**2095** numini sancti dei Aescul[*api*] | Sindrinae reg. Ph[*i*]lippopoli[*ta*]|nae[1], Aur. Mucianus sacerdos, mi[*l.*] | coh. X pr. p. v. Gordianae 7 Sev[*e*|*r*]us[2] votum quod [*s*]usceperat liben|[*s*] solvit cum civibus et commil|[*i*]tonibus suis, V idus Mai. imp. G|[*or*]diano Aug. II et Pompe[*i*]ano cos.[3]

*Romae rep., fragmenta duo, non longe a castris praetoriis (Bull. com. 1888 p. 141 vidit et coniunxit Gatti).* — 1) *Cf. N. 2094 not. 1.* — 2) *Scr.* Severi. — 3) *A. 241.*

---

**2096** *(Mars; Iuppiter; Nemesis, rotae innixa, sinistra manu canonem tenet dextrum brachium tollit).* I. o. m. et Marti et Nemesi [*et*] Soli et Victoriae et omnibus | diis patriensibus, civ. ex prov. Belgica Aug. Viromandu|oru.[1], milites Iul. Iustus[2] coh. I praet. 7 Albani, et | Firm. Maternianus coh. X praet. Philippianarum | 7 Artem[*on*]is, v. s. l. m. *(In latere Victoria, in altero latere Sol, infra)* ded. IIII kal. Iul. | Presente et Albino [*cos.*][3]

*Romae rep. una cum N. 2094 (VI 2821 cf. p. 870 vidit Henzen).* — 1) *Augusta Viromanduorum, hodie St. Quentin en Vermandois (Viromandui sive Veromandui memorantur Caes. b. Gall. 2, 4. 16, Plin. h. n. 4, 106, alibi).* — 2) *Idem miles redit in simili titulo VI 2822.* — 3) *28 Iun. 246.*

---

**2097** Gallicano et Vetere cos.[1]
VII id. Ian.[2], coh. I pr. ↄ[3]
Satri, Genio ↄ[4], missi
honesta missione VII[5]
Hibero cos.[6]
Sp. Censorius Iustus Viruno
. . . . . . . . Severus Sestino
L. Volceius . . . . . . . . . .
Q. Sextilius Rufus Flanona
C. Valerius Veranus Tridente
Serviano III cos.[7]
T. Annius Crispinus Cupra Mar.[8]
T. Antonius Primus Perintho.

*Romae (VI 209 partem priorem descr. Rossi, alteram Henzen).* — 1) *A. 150.* — 2) *7 Ian.; hic dies postea sollemnis fuit missionibus militum praetorianorum et urbanicianorum (supra N. 2007—2009 cf. 2010, infra N. 2103); reperitur etiam d. 9 Ian., a. 160 (N. 2109), d. 4 Ian., a. 130 (N. 2098); temporibus Flaviorum praetoriani missionem acceperunt mense Decembri (supra N. 1993. 1994).* — 3) *Centuria,* 4) *centuriae.* — 5) *Septem, scilicet milites quorum nomina sequuntur et qui titulum dedicaverunt.* — 6) *A. 133,* 7) *a. 134, scilicet milites facti. Apparet anno 150 missos esse praetorianos non solum qui a. 134 sed etiam eos qui anno 133 militare coeperunt. Hic titulus unus est ex eis qui docent inde a temporibus Hadriani emeritos ex cohortibus praetoriis et urbanis alternis tantum annis, eis, quae ex aerae Christianae ratione numeros habent pares, exauctoratos esse, cf. quae exposuit Bormann eph. ep. 4 p. 318.* — 8) *Cupra Maritima oppidum Piceni.*

---

**2098** C. Marcius C. f. | Serg. Salvianus | Norba, | Genio centuriae | coh. X pr. ↄ Mari Bassi | in qua militavit a. XIIX, | voto suscepto, | missus honesta missione pr. non. Ianuarias | Q. Fabio Catullino, M. Flavio | Apro cos.[1] | animo libens aram sua pecunia | posuit.

*Romae (VI 208 vidit Henzen; plane similis est titulus VI 208 b).* — 1) *A. 130.*

---

**2099** signum Geni centuriae cum aede marmoribus exornata et ara, sua pecunia fecerunt | ↄ Q. Socconius Q. f. Cru. Primus Tuder., et evocati et milites quorum nomina in ara scripta sunt. | Dedicat. kal. Iunis | imp. M. Aurelio Commodo Antonino Aug. III, L. Antistio Burro cos.[1]

**2100** *(in fastigio aediculae)* Gen. ↄ[2], *(in epistylio)* signum Genium centuriae[3] cum aedicula et[4] marmoribus ex|ornata et aram sua pecunia fecer., ↄ C. Veturius C. f. Pol. Rufinus L. R.[5], | item evocati et milites quorum nomina et medicus coh.[6] in ara et aedicul. | scripta sunt. Dedicata est kal. Mai. imp. Commodo III et Burro cos.[1]

*Romae in museo Vaticano, aedicularum marmorearum epistylia, N. 2099 constat repertum esse prope castra praetoria (VI 213. 212 vidit Henzen).* — 1) *A. 181.* — 2) *Genio centuriae.* — 3) Genium centuriae *male insertum,* 4) *item* et. — 5) *Lepido Regio (quae civitas tribui Polliae adscripta erat).* — 6) et medicus coh.

*male hoc loco insertum (debuit collocari post* evocati*).* — 7) et aedicul. *male repetitum ex loco superiore.*

---

**2101** Aesculapio sac. | ex voto suscepto, | missi honesta miss. | ex coh. III pr. 7 Gradivi: | Q. Rosinius Q. fil. Pol. | Severus Mutina, | T. Popilius T. fil. Ani. | Brocchus | Caesar. Aug.[1]

*Romae (VI 9 vidit Bormann).* — 1) *Caesaraugusta Hispaniae.*

---

**2102**

| | | | |
|---|---|---|---|
| | . . . . . . . . . . . . . . . . . | | . . . . . . . . . . |
| | . . . . . . . . . . . . . . . . . | | coh. X ur[*b.* 7] . . . . |
| | 7 Coccei | *a. 138* | Nigro et C[*amerino cos.*] |
| *a. 141* | Stloga et Severo cos. | | M. Marius M. f. . . . . |
| | M. Antonius M. f. Pap. Proculus Sutr. | Ƀ pr. ur.[1] | P. Servilius P. f. O[*uf.*] . . . . . . . |
| | . . Iulius L. f. Ani. Lucanus Cremon. | | M. Turranius M. f. Pu[*p.*] . . . . . . . |
| | . . [*P*]etronius T. f. Arn. Venerand. Bler. | Ƀ pr. ur.[1] | C. Statilius C. f. Vel. . . . . . . . . . |
| | . . . . vius T. f. Cam. Roscianus Raven. | opt. ab ac.[2] | C. Iulius C. f. Mae. . . . . . . . . . |
| | . . . . itius C. f. Quir. Viator Sirmio | | P. Preccius P. f. Vet. Ma. . . . . |
| *a. 142* | [*Rufino*] et Quadrato cos. | | Q. Critonius Q. f. Cor. Proc. . . . . . . . |
| | . . . . . T. f. Pol. Nepos Mutin. | opt. 7 | L. Codonius L. f. Hor. Proc. . . . . . . . |
| | . . . . . P. f. Rom. Maximus Sora | | 7 Prisci |
| | . . . . . . . . . Hor. Sabinus Spol. | *a. 137* | L. Aelió Cáes. II [*cos.*] |
| | . . . . . . . . . Fab. Proculus Luca | Ƀ pr. ur. | L. Vib[*i*]u[*s*] . . . . . . |
| | . . . . . . . . . . . . . . . . . | *a. 138* | Nigro [*et Camerino cos.*] |
| | | | . . . . . . . . . . . . . . . |

*Romae rep. non multum ab eo loco, ubi fuerunt castra praetoria, fragmentum tabulae (Eph. ep. 4 p. 306/7, partem tantum exscripsi). Similium tabularum permulta extant fragmenta: hoc selegi, quod eo usus Bormannus (eph. 4 p. 317 seq.) primus agnovit illis tabulis recenseri secundum centurias nomina militum ex cohortibus praetoriis urbanisque secundo quoque anno exauctoratorum. Haec tabula continebat nomina militum cohortium praetoriarum et urbanarum, dimissorum anno ut videtur 158, nempe praetorianorum eorum qui milites facti erant anno 141 et anno 142 (dimissorum igitur post stipendia XVI vel XVII), urbanicianorum eorum qui milites facti erant anno 137 et anno 138 (dimissorum igitur post stipendia XX vel XXI).* — 1) *Beneficiarius praefecti urbis.* — 2) *Optio ab actis (cf. N. 2116. 2117).*

**2103** pro salute d. d. n. n. Augg., | Herculem defensorem | Genio centyriae[1] ex voto posuit | L. Domitius Valerianus | domo Kapitoliade, stip. XVIII, | mil. coh. X pr. p. v. ⅂ Fl. Caralitani[3], | lectus in praetorio d. d. n. n. | ex leg. VI ferr. f. c.[4], missus honesta missione | VII idus Ianuar.[5] d. d. n. n. | imp. Antonino Pio Aug. III et | Geta nobilissimo Caes. II cós.[6]

*Romae (VI 210 saepius descripta saec. XVI).* — 1) centyriae, 2) kapitolia de *auctores plerique.* — 3) *Huic centurioni positus est titulus Eph. ep. 8, 644.* — 4) *Ex legione sexta ferrata fideli constante (cognomina legionis redeunt in titulo corrupto X 532).* — 5) *Cf. N. 2097 not. 2.* — 6) *A. 208.*

---

**2104** P. Aelius P. f. Ser[*gi*]a[1] Apollin. | Nicop.[2], factus mil. ann. XXI, missus | honesta missione ann. XXXVII[3] ex coh. | VI pr. ⅂ Vitani Corneliani, ex voto | Iovi conservat. et comm. suis et | fut.[4] signum cum base d. d. l. m., | C. Bellicio Torq[*uato*], | P. Sal[*vio Iuliano*] | cos.[5]

*Romae (VI 375 semel descripta saec. XV exeunte).* — 1) ser. a *traditur.* — 2) *Apollinaris, Nicopoli; videtur significari Nicopolis Epiri (cf. Kubitschek imp. Rom. p. 246).* — 3) *Sedecim igitur annos militavit.* — 4) *Iovi conservatori et commanipularibus suis et futuris.* — 5) *A. 148.*

---

**2105** imp. Commodo Aug. | n. VII et P. Helvio | Pertinace iter. cos.[1], | coh. X urb.[2], Ti. Cl. | Plautius Ti. fil. | Fabia Receptus | Rom.[3] stip.[4] XX Ɔ[5] Cassi, | et L. Vettienus L. fil. | Restutus stip.[4] XV | Ɔ[5] Pollionis Came|riae[6], Marti votum | l. b. s.[7]

*Romae (VI 477 saepius descripta saec. XVI).* — 1) *A. 192.* — 2) *Cohorte decima urbana.* — 3) *(Domo) Roma (de tribu Fabia cf. N. 2109 not. 1).* — 4) *Stipendiorum.* — 5) *Centuria.* — 6) *Significatur puto oppidum unde oriundus erat Restutus.* — 7) *Libentes solverunt.*

---

**2106** Q. Tersina Q. f. | Scap. Lupus | Floren., miles | coh. XII urb. ⅂ Dex|tri, Genium | centuriae cum | base marmorea | testamento | poni iussit. *(In latere)* posita idib. April. | Mamertino et Rufo | cos.[1]

*Romae, postea Florentiae (VI 217 aliquoties descripta saec. XVI—XVIII).* — 1) *A. 182.*

---

**2107** milites coh. XII urb. | A. Aponius Sabinianus Tuder | ⅂ Veri stip. XVIIII, C. Aurelius | Alexander Dyrr. ⅂ Trebi stip. | XVIIII, L. Aelius Donatus Benev. | ⅂ Trebi stip. XIIII, imagines domin[*o*]|rum nn. et aediculam et aram de | suo fecerunt; dedicaverunt | VII kal. Octob. duob. Augg. Seve|ro III et Antonino Pio cos.[1] *(In postica)* T. Tussanius [*Resti*]|-tutus Tuder i[*m.*[2] *coh.*] | XII urb. ⅂ Vernas[*i aedicu*]|lam vetustate v[*exatam*] .... plictis[3] columni[*s*] ... *et*] | ornamentis cum [*ara* (?) *et*] | signo Victoriae et ...... | una cum Primitiv[*o Aug.*] n. verna pediseq. ...... | abigei[3] fec.

*Romae, nunc Urbini (VI 218 vidit Bormann).* — 1) *A. 202.* — 2) *Immunis, vel: imaginifer.* — 3) *Vocabula obscura.*

---

**2108** dís mán. | Q. Titio Rufo | militi urba|niciano coh. | XI stip. V, qui | vix. an. XVIIII d. | XX. Iulia Grata | mater filio pient. fecit.

*Aquini (X 5403 quater descripta saec. XVI).*

---

**2109** d. m. | Iul. C. f. Fabia Roma[1] | Seio Iuniori, veteran. | Aug., militavit in chorte | XI urb. 7 Valeri annis X, | missus honesta missio. | V idus Ianuarias Appio Annio Atilio Bradua, | T. Vibio Varo cos.[2], vixit | annis XXXX diebus XX, | fecit Iul. Palestrice co|iugi benemerenti.

*Romae (VI 2896 vidit Henzen).* — 1) *De tribu Fabia coniuncta cum origine ex urbe Roma cf. Mo. Staatsr. III p. 789 not. 4.* — 2) *A. 160. Milites urbanicianos annis p. Chr. qui habent numerum parem dimissos esse, docent inscriptiones cf. supra N. 2097. 2098. 2102; Bormann eph. ep. 4 p. 318.*

---

**2110** d. m. | Q. Carisio Pudenti | veterano coh. XII urb. 7 | Egnati, mil. an. XXII, hic | vixit pos. missióne dies | XV, et Carisio Tauro, vix. | an. II dies XXV, Carisia | Quetilla patrono et [*fi*]lio bene merenti posuit.

*Romae (VI 2907 semel descripta saec. XVIII).*

---

**2111** Statius Urbicus[1] mil. coh. X | ⟨urba.⟩[2] urbicae, Statio Urbico, filis | suis[3], qui vixit ann. X, Statae *(sic)* | Urbicae quae vixit ann. VII, | filiis dulcissimis.

*Romae rep., nunc Neapoli (VI 2881 vidit Mommsen).* — 1) *Nomina fortasse derivata a statione in urbe.* — 2) *Vocabulum postea inter lineas insertum.* — 3) filis suis *errore hic positum.*

---

**2112** d. m. | M. Antoni M. f. Fab. | Phoebi mil. coh. XIV | urb. 7 Perennis, stipendio|rum IIII, secutor tribuni, vix. | ann. XX m. VI dieb. XX h. III, | Epidectus et Phoebe parent. | infelicissimi fecerunt.

*Romae (VI 2931 saepius descripta saec. XV. XVI).*

---

**2113** Ti. Iulius Ti. f. | Cla. Ingenuus | Viruno, mil. coh. $\overline{XII}$ urb.[1] 7 Naevi, sing. | trib.[2], mil. ann. | VI vix. ann. XXIV, | Pos.[3] Secundini|us Maximus h. f. c.

*Romae (VI 2914 vidit Henzen).* — 1) *Idem miles memoratur in titulo III 4845, quem Viruni posuerunt pater eius et mater, ambo libertini (monuit Bohn Heimat der Prätorianer p. 23).* — 2) *Singularis tribuni.* — 3) *Postumus.*

---

**2114** M. Cocceius Rogatus | cornicularius | Iuli Proculi trib. | coh. X urb., ex voto fec.

*Romae, nunc in Sicilia (VI 2869 cf. X p. 51*).*

---

**2115** d. m. s. | C. Sallusti Martialis | mil. coh. X urb. | 7 Festi, a q. praef. urbis[1], | vix. ann. XXVIIII, | militavit ann. X, | Adauctus .lib. | patrono optimo fec., | h. s. e.

*Romae (VI 2880 vidit Smetius).* — 1) *Sic scribendum cum Ligorio Pighioque;* praet. urbis *Smetius. Intellegendum videtur esse: a quaestionibus praefecti urbis.*

---

**2116** Fortunae Reduci | Aug. sacr. | C. Vasidius C. fil. Palat. | Bel|licus miles co|hort. X urbanae, | optio centuriae, | signifer, fisci cu|rator,

optio ab actis | urbi[1], veteranus Aug., | decurio, aedil., praef., | IIvir. i. d., ob honorem | aedilitatis, inlatis rei | p. HS IIII n. legitimis, am|plius ex HS V n. posuit | idemq. dedicavit.

*Thubursici Numidarum (VIII 4874 descr. Villefosse).* — 1) *Cf. N. 2102 not. 2.*

---

**2117** C. Luccius C. fil. | Stell. Sabinus | Beneventi decurio, | vivus sibi et Ofilliae | Paratae uxori et Luccio | Verecundo fratri posterisq. | suis fecit, militavit in coh. | I[1] urb. ad latus tribunor., fuit | secutor, optio valetudi.[2], optio | carcaris, singularis, benefic. | tribuni, a quaestionib.[3] factus per | Annium Verum praef. urbis[4], et | tesserarius, optio, signif., fisci | curator, optio ab act., cornicul. | trib., benef. Valeri Asiatici praet. *(sic)*[5] | urb.[6], missus ab imp. Hadriano Aug. | Serviano III et Vibio Varo cos.[7], [*dec.*] X [*k*]a[*l.*] Mai. Erucio Claro II cos.[8] In f. p. XX in agr. p. XX.

*Beneventi (IX 1617 vidit Mommsen).* — 1) *Sic omnino in lapide aut fuit aut debuit esse. (*T *Mommseno lapis visus est habere).* — 2) *Optio valetudinari.* — 3) *Cf. N. 2115 not. 1.* — 4) *Annius Verus, avus Marci imperatoris, cos. II a. 121, cos. III a. 126; eum praefectum urbis fuisse narrat vita Marci c. 1.* — 5) *Scr.* praef. — 6) *Valerius Asiaticus, consul iterum a. 125 et circa eadem tempora ut videtur praefectus urbis (cf. C. XIV 3713 cum adnot.).* — 7) *A. 134.* — 8) *A. 146.*

---

**2118** M. Carantius Macrinus centurio coh. | primae urbanae, | factus miles in ead. cohorte Domitiano II cos.[1], | beneficiar. Tettieni Sereni[2] leg. Aug.[3] Vespas. X cos.[4], | cornicular. Corneli Gallicani[5] leg. Aug.[6] equestrib. | stipendis[7] Domit. VIIII cos.[8], item Minici Rufi[9] legati Aug.[6], | evocatus Aug. Domit. XIIII cos.[10], centurio imp. Nerva II cos.[11], t. p. i.[12]

*Prope Genavam rep., est ibi in vico Carouge (XII 2602 vidit Mommsen).* — 1) *A. 73.* — 2) *Consul suffectus a. inc. (cf. Eph. ep. 5 p. 615).* — 3) *Legatus Augusti videtur fuisse provinciae Lugdunensis, in cuius finibus cohortem primam urbanam temporibus Flaviorum tetendisse ex aliis titulis notum est (cf. ad N. 2119); nam aliter vix explicari potest, beneficiarium eius fuisse militem ex ea cohorte.* — 4) *In numero* X *error est; nam Vespasianus mortuus est a. 79 cos. IX, decimumque consulatum omnino non gessit.* — 5) *Consul suffectus a. 84 (cf. supra N. 1997).* — 6) *Etiam Cornelius Gallicanus et Minicius Rufus legati videntur fuisse provinciae Lugdunensis.* — 7) *Videtur tunc temporis meruisse eques; sane equites in cohortibus urbanis praeterea non memorantur. Cf. Mommsen Staatsr. III p. 543 not. 1. De equo publico equitisque Romani honore nullo modo cogitandum.* — 8) *A. 83.* — 9) *Consul fuit a. 88.* — 10) *A. 88.* — 11) *Significatur annus 90, quo consules fuerunt Domitianus decimum quintum, Nerva adhuc privatus iterum; honoris causa hic solus nominatur anticipato imperatoris titulo (Mo.).* — 12) *Testamento poni iussit.*

---

**2119** M. Curvelius | M. fil. Aniens. | Robustus mil. | cohor. I Flaviae[1] | urban.[2] Ɔ Herenni, | testamento sibi fieri iussit. H. p. c.[3]

*Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 447).* — 1) F *et* L *litterae ligatae, unde priores ediderunt* Faviae. — 2) *Cohortem primam urbanam videtur creavisse Vespasianus; castra habuit, testibus titulis (quos composuit Mo. eph. ep. 5 p. 118) non Romae, sed primum fortasse Lugduni, postea Carthagine (cf. N. 2120 seq.).* — 3) *Heres ponendum curavit.*

**2120** d. m. s. | Q. Iulius Victorinus | miles coh. I urban.[1], | vix. an. XXIX mens. III, | h. s. e.

*Carthagine rep., in eodem sepulcreto, in quo N. 1550, est Parisiis (VIII S. 12592).*

---

**2121** . . . . . . . . . . | coh. I urb.[1] 7 Clodi Rufi, | C. Regilius C. f. Volt. Priscus | Vienna veteran. coh. eiusd.

*Carthagine rep. (VIII 1024 cf. VIII S. p. 1288).*

---

**2122** d. m. s. | honori et | memoriae | Aperti Nam|famonis[1] mi|litis coh. | I urb.

*In ruderibus municipii Sataf in Mauretania (VIII 8395 ad apographum Poullii).* — 1) *Cf. Eph. ep. 7, 1220 cum nota.*

---

**2123** dis man. sac. | C. Tanusio Luppo | militi cohortis XIII | urbane stationis | I . . .

*Prope Sullecthum oppidum Byzacii (VIII S. 11107 descr. de là Blanchère).*

---

**2124** d. m. | et memoriae | Titi Iuli Virilis vet. | cor. XIII urbana, | misi *(sic)* honesta miss., | Titus Iulius | Verinus patri | carissimo et pi|entissim. et Titia | Hilara p. c.[1] et sub | asc. dedicaverunt *(ascia).*

*Lugduni (Allmer et Dissard inscr. de Lyon I p. 442).* — 1) *Ponendum curaverunt.*

---

**2125** d. m. | Sex. Cossutio | Sex. fil. Quirin. | Primo emerito | ex coh. XIII urb., | T. Silius Hospes | signifer coh. | eiusd. amico | posuit.

*Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 436).*

---

**2126** d. m. | M. Aquini Verini | optionis karce|ris ex cohort. XIII | urban., Bononi|us Gordus[1] medi|cus castrensis | et M. Accius Modes|tus et Iulius Mater|nus milites hered. | faciend. cur.

*Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 437).* — 1) *Scr.* Cordus.

---

**2127** dis manibus sacr. | Q. Vilanius[1] | Q. f. Vol. Nepos | Philippis 7 coh. XIII urb., | donis donatus a Domitiano | ob bellum Dacicum, item ab | eodem ob bellum Germanicum, | item torquib. armillis ob bellum | Dacicum[2], vixit ann. L, militavit an. XXXII, | M. Silius Quintianus optio bene merenti | posuit *(eques cum hasta).*

*Carthagine rep., est Algerii (VIII 1026 vidit Wilmanns).* — 1) Vitanius *Huebner ex. scr. ep. 449.* — 2) *Utroque loco videtur intellegendum esse bellum Dacicum Domitiani, ita ut Nepos coronis ornatus sit tam post bellum Germanicum quam ob bellum Dacicum, torquibus et armillis ob hoc solum (Wilm.).*

---

**2128** d. m. | Q. Iuni Q. fil. | Iullini | militis coh. XV urb.[1], | vixit annis XXXIIII, | militavit annis $\overline{XVI}$ | L. Iustius | Valerianus | heres p. c.

*Prope Misenum rep. (X 1765 bis descripta).* — 1) *Cohors quinta decima urbana memoratur etiam N. 2129 et praeterea in titulis tribuni eius C. X 7863. 7952; eadem fortasse est cohors XV tituli urbani C. VI 3642.*

---

**2129** L. Firvius L. f. Fab. | Postumus d.[1] Luca, | miles coh. XV urban.[2] | 𐆑 Arrunti, signifer, | mil. an. XVIII vix. an. XXXVI, | h. s. e.

*Priverni (X 6443 vidit Mommsen). — 1) Domo. — 2) Cf. N. 2128.*

---

**2130** L. Fufió Equestre[1] | mil. coh. XVII[2] | Lugudúniensis ad | monetam[3] | 〉 Ianuári. | L. i. f. [*p.*] IIII, r. p. IIII.[4]

*Vichy (dép. Allier) rep., deinde Moulins (Hirschfeld Lyon in der Römerzeit p. 27; Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 453 ad ectypum gypsaceum; cf. Mommsen Hermes 16 p. 645). — 1) Iudice Mommseno significatur domus L. Fufii, colonia Iulia Equestris Noviodunum (hodie Nyon). — 2) De hac cohorte praeterea non memorata cf. Mo. l. c.; Lugduniensis sine dubio hic dicta est quod stativa habuit Lugduni, ut cohortes prima et decima tertia urbanae; hanc quoque cohortibus urbanis adnumerandam esse probabile est. — 3) Nummos iussu imperatorum Lugduni cusos esse etiam aliunde constat (Strabo 4, 3, 2; supra N. 1639). — 4) Locus in fronte pedes IIII retro pedes IIII.*

---

**2131** Marti et Fortunae | C. Alfidius Secundus | miles coh. XVII[1] | d. d.

*Romae, nunc Berolini, tabella aenea litteris argenteis (VI 481). — 1) Intellegenda est aut cohors decima septima voluntariorum civium Romanorum praeterea non memorata, aut, id quod nuper coniecit Mommsen (Herm. 16 p. 645), cohors decima septima urbana (cf. N. 2130 not. 2).*

---

**2132** memoriam Fl. Eusebius[1] | in re sua sibi et suis incolumis | fecit, quique urbanis cohortibus | inculpatae in Campaniae | usque v. c. consularis exornans | principatum stipendiis ratione | decursis inplevit militiam.[2]

*Inter Sutrium et Nepet (XI 3203 vidit Bormann). — 1) Noli putare hunc Eusebium eundem esse atque Eusebium consulem ordinarium a. 359. — 2) Oratio confusa; hoc apparet, Eusebium urbanis cohortibus inculpate praefuisse, postea (nam tribunus cohortium urbanarum perfectissimus tantum dicebatur, cf. supra N. 722) virum clarissimum et consularem Campaniae esse factum. (Mommseno videtur Eusebius factus esse princeps officii consularis Campaniae viri clarissimi).*

---

**2133** d. m. | T. Domitio | Crescenti | stat. pr. 𐆑 | Sereni[1], he[*r.*] | b. m. f. c., mil. | an. VI, vix[*it*] | an. XXX . . .

*Romae (VI 2952 Henzen vidit ectypum). — 1) Statori praetoriano centuriā Sereni.*

---

**2134** dis manibus | L. Nonio L. f. | Martiali | stator. August. | 𐆑 Prisci, militavit | annis XXII mens. VI, | vixit annis XLIX, | posuit Nonia | Fortunata lib. | patrono | benemerenti.

*Romae rep. extra portam Nomentanam (Bull. com. 1886 p. 85).*

---

**2135** Q. Attius Florus | mil. stator 𐆑 | Domiti, vixit | annis XXXX | militavit an|nis XXIV, fecit | Trophime liber|ta patrono | suo bene | merenti.

*Romae rep. ad viam Salariam (Gatti Notizie 1887 p. 237).*

---

**2136** d. m. | Aelio Fortunato | mil. n̄. stat. praetor.[1] | Antoninianorum, | Silvanius Martinus com|manipulus et heres bene | merenti fecit.

*Neapoli (X 1766 vidit Mommsen).* — 1) *Militi numeri statorum praetorianorum.*

---

**2137** d. m. | Firminio Valenti mil. nu. | stator. pr.[1] ɣ Agricoles, natus | in prov. Thracia civit. Phi|lippopol., vixit ann. XXV, | mil. ann. VI, fecer. heredes | Tataza mater et Tata|za Mucapora uxor fec | ex ✠ CCL.

*Romae rep. ad viam Salariam (VI 2954 vidit Bormann).* — 1) *Cf. N. 2136 not. 1.*

---

**2138** d. m. | M. Vetti Verini ɣ | mil. statorum, | L. Vettius Avitus | genero optimo | de suo fecit.

*Segusione (Susae) (V 7257 vidit Mommsen).*

---

## Evocati.

**2139** L. Valerius Rufus | evocatus Caesaris.

*Romae (VI 3441 vidit de Rossi).*

---

**2140** C. Reius C. fil. Aniensis | Priscus domo Cartagin., | evocatus Aug. ex praetor.[1], | vixit annos XXXXV, milita|vit annos XXII.

*Trallibus in Asia, postea Romae (III 446 vidit Henzen).* — 1) *Ex praetorio.*

---

**2141** Q. Cassius P. f. Gal. | Valens Pisis, | milit. in coh. IIII pr. | ann. XVIII, evocatus an. II, | vix. ann. XXXX, hic situs est. | Monumentus hic est.

*Romae rep. extra portam Salariam (VI 2550 vidit Henzen).*

---

**2142** d. m. | M. Saburius Ligus | Fal. Albintimili.[1], | evoc. Aug. sal. VI[2], | vix. ann. XXXVIII, | profecit ex coh. V | pr.[3]

*Romae, nunc in Anglia (VI 2589 vidit Matz).* — 1) *Album Intimilium Liguriae tribus fuit Falernae (cf. Kubitschek imp. Rom. trib. descr. p. 101).* — 2) *Salariorum sex.* — 3) p. r. *Matz minus recte. Significatur hunc hominem ex cohorte quinta praetoria factum esse evocatum. Si in cohorte praetoria legitimos sedecim annos meruit, annos sedecim natus probatus sit necesse est.*

---

**2143** C. Iulius C. f. Gal. Ingenuus | militavit coh. V pr., signifer, | stipendia militar. XIX, evocat. XII[1], | vixit annis LX.

*Romae ut videtur (VI 2578 semel descripta saec. XVII).* — 1) *Opponuntur stipendia militaria et evocativa, cf. Mo. eph. ep. 5 p. 152 not. 2.*

---

**2144** quiet.[1] anima dulcis habe![2] | D. m. s. | Faonio Paterno ex evokat.[3], | qui se probavit ann. XVII, | militavit coh. XI urb. ann. | XIII, pavit leg. X Gem.[3], vixit | ann. LVIIII m. uno dies XIIII, fili | et heredes patri innocen|tissimo bene merenti.

*Romae (VI 2893 aliquoties descripta saeculo XV. XVI).* — 1) *Lectio incerta; nam alia apographa habent* . . quiti *vel* equiti. — 2) *Intellege: have.* — 3) *Cf. Mommsen eph. ep. 5 p. 151.*

---

**2145** L. Tros[*i*]us L. f. Pup. | Maximus Tergeste, | 7 coh. XI urb.. | militavit 7 coh. II vig., | evoc. Aug. a quaestion. | pr. pr.[1], speculator Aug. | in coh. X pr., vix. an. LV, | mil. an. XXXIII, t. f. i. | In fr. p. XII | in ag. p. XIII.

*Romae (VI 2755 semel descripta saec. XVI).* — 1) *A quaestionibus praefecti praetorio.*

---

**2146** Q. Gavius Q. f. | Arn. Clemens | Clusio, evoc. | Aug. | a questionibus *(sic).*

*Clusii (XI 2108 vidit Bormann).*

---

**2147** d. m. | Valerius Taurus miles cortis | VII pretorie, centurio[1] evocatus, qui visit[2] | annis XXXXVII, remisit[3] filios duos geminos | pisinus[4] anucus[5] et mesero[6] VIII[7], compare sua | vist bene, nationatu Panonius, uxsor fecit | bene merent.

*Romae (VI 2662 vidit Mommsen).* — 1) *Abusive hunc militem olim cohortis praetoriae, deinde evocatum, dictum esse centurionem putat Mo. eph. 5 p. 146 not. 1.* — 2) *Vixit.* — 3) *Dictum videtur esse pro: reliquit.* — 4) *Pisinus = pisinnus, pusillus.* — 5) *Anniculos.* — 6) *Mensium.* — 7) *Insere:* cum.

---

**2147**[a] L. Seugoni Agrippini evok. | Aug. n. [c]oh. VIIII praet. | p. v. S[*ev*]erian., Sextilia | Maximilla heres | itemq. uxor coniug. | rarissimo | speranti.[1]

*Tergeste (V 545 vidit Mommsen).* — 1) *Sperans Agrippinus dicitur ideo, quod mortuus est eo ipso tempore, quo fieri debebat centurio (Mo.).*

---

**2148** G. Lae[*torio*] Mar|tiali evocato | maioriario[1], patri | dulcissimo, | G. Laetorius m.[2] | Martialis | filius eius memo|riae causa, | vixit annis | XXV.

*Tyanis Cappadociae (III S. 6775 vidit Ramsay).* — 1) *Cf. adnotationes Mommseni ad C. VI 1641. 3445. IX 1095. 5550. VIII S. 14691.* — 2) m *videtur delenda esse.*

---

**2149** T. Iulius T. f. Voltinia | Paternus evocatus | Aug., militavit | an. in cal. XVII, in cal. VII[1], | vixit an. | XXXXIII.

*In monte Pago prope Smyrnas (III S. 7108 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Sic lapis exemplo ab operario Graeco male expresso; requiritur* evocat. VII *(Mo.).*

---

**2150** d. m. | L. Antistio | L. f. Sab. Quieto | evoc. Aug. ab | indices, fecit | Maria Iusta | mater filio | pientissimo.

*Prope Romam rep. (VI 3414 descr. Borghesi).*

---

**2151** d. m. | P. Aelio P. f. Basi|lide Palatina | Nicomedia, | evoc., Fl. Valens | collega fec. fra|tri pientissimo.

*Salamine Cypri (Journal of hell. studies 12, 1891 p. 170 descr. Munro).*

---

**2152** Sex. Atusius | Sex. fil. Fabia | Roma Priscus | evoc. Aug. | primus omni|um aram Tiberino | posuit quam cali|gatus voverat.

*Hortae ad Tiberim rep., est Romae (XI 3057 vidit de Rossi).*

---

**2153** in h. d. d. | T. Albanius | Principia|nus[1] evok. | Aug. n. *(In latere)* salvos veni|re *(Fortuna).* — *(In altero latere)* salvos ire *(dea, rotae innixa, cannam et flagellum manibus tenens; iuxta columna miliaria signata numero I)*[2].

*Romae (VI 830 vidit Henzen).* — 1) *Nomen militis derivatum a castrorum Albanorum principiis putat Mommsen.* — 2) *Iudice Henzeno repraesentatur numen, in cuius tutela erat res vehicularis; fortasse cogitari potest de numine viae alicuius, ut via Traiana repraesentatur in nummis Traiani (Echhel 6 p. 421).*

---

## Cohortes vigilum.

**2154** *(ornamenta sacerdotalia)* imp. Caesari | divi Antonini filio, | divi Hadriani nepoti, | divi Traiani Parthici pronep., | divi Nervae abnepoti, | M. Aurelio Antonino Aug. | pont. max., trib. pot. XVI[1], cos. III, | cohortes VII vig.[2]

*Ostiae rep. basis marmorea, in ruderibus aedificii, quod castra vigilum Ostiae tendentium fuisse apparet (Eph. ep. 7, 1200 vidit Huelsen).* — 1) *A. 162.* — 2) *Ostiae, ubi Claudius cohortem aliquam, fortasse ex numero urbanarum collocaverat (C. XIV p. 9), saec. p. Chr. II et III stationem habebat vexillatio electa ex septem cohortibus vigilum, ut tituli una cum hoc reperti docent. Ita factum est ut Ostiae septem cohortes vigilum una titulos dedicaverint, cum Romae singulae cohortes in suis quaeque stationibus imperatores honorare consueverint.*

---

**2155** imp. Caesari | L. Septimio Severo | Pio Pertinaci Aug. | Arabico Adiabenico Parthico maximo | Felici, pontifici max., trib. pot. XV[1], imp. XII, | cos. III, p. p., divi Marci Antonini Pii | Germanici Sarmat. fil., divi Commodi | fratri, divi Antonini Pii nepoti, | divi Hadriani pronepoti, divi | Traiani Parthici abnepoti, | divi Nervae adnepoti, | restitutori castrorum | Ostiensium, | sub Cn. M. Rustio Rufino pr. vig.[2], e. v.[3], | curantibus[4] | C. Laecanio Novatilliano subpr.[5] et | M. Fl. Raesiano trib. coh. II vig., | praeposito vexillationis.

*Ostiae rep. una cum ea quae praecedit (Eph. ep. 7, 1204 vidit Huelsen). Similes sunt inscriptiones eodem loco eodemque tempore positae Caracallae (Eph. 7, 1205) et Iuliae Domnae (ib. 1206).* — 1) *A. 207.* — 2) *Cf. supra N. 1343, infra N. 2156.* — 3) *Egregio viro.* — 4) *Litterae* ntibus *in litura scripta sunt, cum antea fuisset* curam agentibus; *idem factum est in similibus basibus Eph. 7, 1205. 1206; de qua re cf. ad Eph. 7, 1206.* — 5) *De hoc subpraefecto vigilum cf. Eph. 7 p. 365.*

---

**2156**

imp. Caes. M. Aurelio
Antonino Aug., Severi
Aug. n. filio, Parth. max.,
trib. pot. VIII[1], cos. II
coh. I vig. Antoniniana[2]
Cn. Rustius Rufinus praef. vig.[3],
Ti. Claudius Marcellinus
trib.[4],

C. Iulius Ingenuus 7
C. Valerius Victor 7
C. Iulius Quintinus 7
C. Mancilius Iuvenis 7
C. Caecilius Severus 7
T. Flavius Ingenuus 7
M. Aurelius Florianus 7
cum commanuculis
suis

*(In latere intuenti sinistro)* dedic. kal. . . . | [*i*]mp. Antonino Aug. II et Get[*a*] | cos.[1]

| | |
|---|---|
| 7[5] Ingenui | 7[5] Victoris |
| Q. Valeri Optate | ~~BS~~[11] Messori Victor |
| aq.[6] Iuli Iuliane | op.[7] Valeri Victor |
| opt.[7] Rutili Clemens | vex.[12] Agidi Chreste |
| tes.[8] Cassi Primitive | tes.[8] Tulli Honager |
| ~~B~~ t.[9] Laberi Celer | ~~B~~. t.[9] Petili Marcelle |
| s. t.[10] Cameri Basse | u. c.[14] Aureli Menofante |
| oc.[13] Alfadoni Saturnine | s. t.[10] Caecili Ianuari |
| Iul. Saturnine | Ulp. Victorine |
| Mari Felix | ~~B~~. t.[9] Castrici Agathope |
| tr.[13] Valeri Experite | Manili Barbate |
| *(sequuntur alia nomina CX)* | *(sequuntur alia nomina CXI)* |

*In latere dextro similiter perscriptae sunt centuriae Quintini et Iuvenis, in tergo olim perscriptae fuisse putandae sunt reliquae tres centuriae.*

*Romae in aedibus Barberinorum, rep. videtur prope plateam S. Apostolorum, ubi fuit statio cohortis primae vigilum, cf. de Rossi ann. inst. arch. 1858 p. 271 seq., basis magna marmorea (VI 1056 descr. Bormann).* — 1) *A. 205.* — 2) Antoninianae *vocabulum postea additum est, monstrante ipsa forma litterarum, scilicet post mortem Severi.* — 3) *Cf. supra N. 2155.* — 4) *Tribunus, scilicet cohortis primae vigilum.* — 5) *Centuria.* — 6) *Aquarius, explicavit Kellermann de vig. p. 16, conferens Dig. 1, 15, 3, 4; sed res incerta est; cf. Cauer eph. ep. 4 p. 360. 422.* — 7) *Optio,* 8) *tesserarius,* 9) *beneficiarius tribuni,* 10) *secutor tribuni (cf. N. 2169),* 11) *beneficiarius subpraefecti,* 12) *vexillarius.* — 13) *Litterae significationis incertae.* — 14) *Unctor cohortis (Kellermann p. 20, cf. N. 2157 not. 52).*

---

**2157** imp. Caes. M. Aurelio | Antonino Pio Felici | Aug. trib. pot. XIII[1], imp. II, | cós. III, procós., | imp. Caes. L. Septimi Severi | Pii Pertinacis Aug. filio, | devota numini et maiestati eius | coh. V vig., | C. Iulio Quintiliano pr.[2], | M. Firmio Amyntiano spr.[2], | L. Speratio Iusto trib.[3], | centuriones: | C. Antonius C. f. Antullus Beruae[4], | Ti. Claudius Ti. f. Rufinus Savar., | M. Antonius M. f. Papir. Valens Ratiar., | M. Mummius M. f. Verinus Pap. Poetov., | P. Aelius P. f. Ael. Sept. Romulus Aquinq.[5], | ! ! ! ! ! ! ! ! Severus Caesaria[6], | Iulius Sohemus[6]; | C. Rasinius

Ianuarius cornic. pr.[7], | P. Decimius Macrinus cornic. pr.[7], | M. Clodius Verecundus cornic. s. pr.[8] *(In corona lapidis)* dedicata non Iul. Faustino et Rufino cos.[1], | cura agente | C. Antonio Antullo 𐆛 | et M. Minucio Honorato vexill. *(In altero latere eiusdem coronae)* C. Runnius Hilaris, C. Iulius Hermes, Q. Fabius Pollux, S. Lutatius Ecarpus medici. —

*(In latere intuentibus sinistro):*

[𐆛 *Antulli*] *(sequuntur vel sequebantur nomina plus CLXX).*

[𐆛 *Rufini*] *(sequuntur vel sequebantur nomina plus CXL).*

𐆛 Valentis: cor. pr.[7] P. Decim. Macrinus, | Ƀ pr.[9] M. Pont. Diodorus, | a c. pr.[10] L. Aur. Donatus, | vex.[11] P. Decim. Primianus, | op. 𐆛[12] L. Clod. Macrinus, | t. 𐆛[13] M. Aurel. Eutychian., | Ƀ tr.[14] C. Vett. Primus, | Ꞩ tr.[15] C. Iulius Dignus, | lib.[16] Q. Sisenn. Severus, | ctr.[17] P. Agellan. Rufus, | ctr.[17] T. Aelius Felician., | exctr.[18] L. Iul. Herculan., | a bal.[19] L. Pomp. Felix, | vict.[20] M. Amblas. Fortunat., | *(sequuntur nomina gregariorum plus CXXIV).*

*(In latere intuentibus dextro):*

𐆛 Verini: cor. pr.[7] C. Rasinius Ianuar., | Ƀ. pr.[9] S. Cincius Callippus, | a q. pr.[21] C. Iulius Zoticus, | op. ba.[22] P. Iulius Faustinus, | vex. 𐆛[23] L. Aurelius Felicianus, | opt. 𐆛[12] L. Silicius Augustalis, | tes. 𐆛[13] C. Valerius Raeticus, | opt. c.[22] C. Firmius Firmianus, | opt. c.[22] T. Aelius Tarracinens., | buc.[24] M. Pompeius Felixs, sec. tr.[15] L. Papirius Festus, | Ꞩ tr.[15] C. Hostilius Optatus, | cod. tr.[17] L. Aponius Honoratus, | cod. tr.[17] M. Statilius Severus, | bar.[25] C. Caecilius Martialis, | *(sequuntur nomina gregariorum plus CXX).*

𐆛 Romuli: Ƀ. pr.[9] C. Aurelius Hermogen., | a q. pr.[21] M. Montan. Pudens, | vex.[11] C. Pomponius Felixs, | opt. 𐆛[12] Q. Sulleius Iulianus, | tes. 𐆛[13] P. Marcius Chrysocom., | emb.[25] Iul. Boatius Rusticus, | l. s. pr.[26] T. Aelius Livianus, | b. pr.[9] Q. Mulleius Saturnin., | buc.[24] L. Modius Saturninus, | Ꞩ. tr.[15] M. Sergius Salvianus, | Ꞩ tr.[15] L. Minucius Donatus, | Ꞩ tr.[15] L. Iulius Donatus, | aqa.[27] Q. Fabius Severus, | cod.[17] Q. Cornelius Saturn., | *(sequuntur vel sequebantur nomina gregariorum plus CXXIV).*

*(In postica):*

[𐆛 *Severi*] *(sequuntur vel sequebantur nomina plus LXXV).*

𐆛 Sohaemi: cor. s. pr.[8] M. Clodius Verecundus, | Ƀ. s. pr.[28] Ti. Claudius Speratianus, | vex. 𐆛[23] M. Iunius Rufus, | opt. 𐆛[12] Q. Octavius Modestus, | tess. 𐆛[13] L. Aelius Terentianus, | Ƀ. tr.[14] L. Cassius Urbanus, | Ƀ. tr.[14] L. Iulius Geminus, | Ƀ. tr.[14] C. Aurelius Gorgias, | ex. pr.[29] L. Valerius Aquilinus, | opt. conv.[30] Q. Nutrius Paulinus, | s. tr.[15] M. Annulenius Primus, | s. tr.[15] P. Octavius Saturianus, | s. tr.[15] C. Iulius Maximus, | buc.[24] C. Iulius Valentinus, | cacus[31] M. Sattius Felix, | unc. coh.[32] L. Cuspius Eutyches, | unc. coh.[32] Q. Tarquit. A[*p*]uleius, | em.[25] C. Caecilius Crescens, | cod. tr.[17] Q. Duranius Felixs *(sequuntur vel sequebantur alia nomina CXXXVI).*

*Romae basis magna marmorea rep. a. 1820 in monte Caelio, ubi hodie est villa Mattei, in qua extat (VI 1058). Eo loco fuisse stationem quintae cohortis vigilum iam apparet.* — 1) *A. 240.* — 2) *Quintilianus praefectus vigilum, Amyntianus subpraefectus noti etiam ex aliis titulis (VI 1059, Eph. ep. 7, 1207, hic est etiam infra N. 2178).* — 3) *Tribuno, scilicet cohortis quintae vigilum.* — 4) *Beroea aut Thraciae (it. Ant.; Amm. Marc. 27, 4, 12 cet.) aut Macedoniae.* — 5) *Oriundus ex colonia Aelia Septimia Aquinco.* — 6) *Incertum cur pars nominis Severi erasa, item cur Sohaemi origo non adscripta sit.* — 7) *Cornicularius praefecti,* 8) *cornicularius subpraefecti,* 9) *beneficiarius praefecti,* 10) *a commentariis praefecti,* 11) *vexillarius,* 12) *optio centuriae,* 13) *tesserarius centuriae,* 14) *beneficiarius tribuni,* 15) *secutor tribūni,* 16) *librarius,* 17) *codicillarius tribuni,* 18) *exceptor tribuni,* 19) *a balneis,* 20) *victimarius,* 21) *a quaestionibus praefecti (cf. N. 2117. 2146).* — 22) *De his optionibus cf. Cauer eph. ep. 4 p. 451.* — 23) *Vexillarius centuriae.* — 24) *Bucinator.* — 25) *Notae significationis incertae.* — 26) *Librarius subpraefecti.* — 27) *Aquarius (?, cf. N. 2156 not. 6).* — 28) *Beneficiarius subpraefecti.* — 29) *Exceptor praefecti (cf. Cauer eph. ep. 4 p. 432).* — 30) *Idem munus reperitur in titulo classiarii X 3478; quo pertineat, ignoratur.* — 31) *Cacus vocabulum praeterea non repertum, sed idem sine dubio quod cacula, quo vocabulo, adhibito a Plauto Trin. 3, 2, 198, servum militis significari adfirmant Paulus Festi p. 45 M. et glossae Latino-Graecae (Corpus gloss. 2 p. 95); cf. Kellermann p. 17. Idem miles, cum in inscriptione simili, sed paullum antiquiore VI 1057 (cf. infra) dicatur* c p c., *his litteris cacum praefecti cohortium significari coniecit Kellermann l. c.* — 32) *Unctor cohortis.*

*Eodem loco eodemque tempore reperta est similis basis (VI 1057), cuius frons, destinata titulo imperatoris, nescio quo casu, vacua remansit, et in cuius tribus lateribus perscriptae sunt, eodem fere modo quo hic, septem centuriae cohortis quintae vigilum, sed tertia tantum fere pars nominum eadem est; nimirum haec basis aliquot annis antiquior est quam illa, quibus annis bona pars militum vel translata erat in alios numeros vel dimissa (positam esse a. 205, quo etiam aliae cohortes vigilum Caracallae titulos dedicaverunt, coniecit Henzen). Etiam in hac basi multis militibus notae adscriptae ad designanda munera quibus in centuriis fungebantur (sed vix umquam uni eidemque militi in utraque basi eadem nota adscripta est, scilicet cum altera basis incideretur, ei milites qui remanserant in cohorte, iam non iisdem muneribus fungebantur quibus antea, sed ad ampliora officia promoti erant). Syntagmata ambarum inscriptionum dederunt Kellermann, qui eas primus descripserat, libro inscripto 'vigilum Romanorum latercula duo Coelimontana' (1837) et Henzen C. VI p. 208 seq.*

---

**2158** domino n. invictissimo | et super omnes | fortissimo imp. | Caes. M. Antonio | Gordiano | Pio Felici invicto Aug. | pontif. max., trib. pot. | II[1], cos., procos., p. p., | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! o[2] praef. vig., | p. v.[3], curantibus Aelio | Spectato subpraef. vig. v. e.[4], | et Aurelio Masculo[5] tribuno | coh. VI vig. praep. vexillat. *(In latere)* agentibus | Aurelio Diza 7, | Atilio Vitale 7, | L. Septimio Victorino 7, | Marcio Quinto 7. | corniculario trib.[6] | Cupentio Geminiano. *(In altero latere)* dedicata pr. nonas Febr. | imp. Gordiano Aug. et Aviola | cos.[7]

**2159** Furiae Sabiniae | Tranquillinae | sanctissimae Aug., | coniugi domini n. | Gordiani Aug., | curantibus | Valerio Valente[8] v. p.[3] | praef. vigil., v. a. praef. | praet. eemm. vv.[9], et | Valerio Alexandro v. e.[4] | sub-

praef. vigil., item | Iulio Magno v. e.[4] subpraef. | annonae, v. a. subpraef. vigil.[10], | cohortes septem vigilum Gordianae.

*Ostiae rep. una cum N. 2154. 2155 (Eph. ep. 7, 1210. 1211 vidit Huelsen).* — 1) *A. 239.* — 2) *Nomen praefecti vigilum erasum.* — 3) *Perfectissimo viro, viro perfectissimo.* — 4) *Viro egregio.* — 5) *Idem qui postea fuit praeses Alpium maritimarum (V 7881).* — 6) *Corniculario tribuni.* — 7) *4 Febr. 239.* — 8) *Valerius Valens paullo antea praefectus fuerat classis Misenensis (X 3336).* — 9) *Vices agente praefectorum praetorio eminentissimorum virorum.* — 10) *Vices agente subpraefecti vigilum.*

---

**2160** C. Clodio Crispino cos.[1], | Q. Rammio Martiale pr.[2], C. Maesio Tertio s. pr.[3], | L. Numerio Albano tr.[4], | 7[5] C. Iuli C. f. Serg. Rufi Iader[6], principales | infra scripti aediculam et Genium centuriae d. d. |

| | |
|---|---|
| b. s. pr.[7] Q. Marius Arn. Proculus Hist.[14] | lib. coh.[10] C. Occius Arn. Similis Bler.[17] |
| vex. in 7 Sex. Iulius Trom. Clemens Vet.[15] | sec. tr.[11] M. Terentius Pap. Callistus Tic.[18] |
| optio in 7 C. Lucretius An. Verecund. For. I.[16] | buc. in 7 M. Nonius Fab. Probus Rom. |
| tess. in 7 C. Messius Arn. Aper Hist.[14] | hor. leg.[12] C. Peturcius Cru. Pudens Int.am.[19] |
| b. trib.[8] L. Postumius Pom. Maxim. Dert. | sec. tr.[11] Ti. Claudius Men. Latinus Surr. |
| lib. ur. spr.[9] C. Antistius Mae. Earin. Neap. | ex opt. tran. inst.[13] L. Aponius An. Matern. Foro I.[16] |

*Romae rep. in monte Caelio, ubi fuit statio cohortis quintae vigilum, nunc in museo Vaticano (VI 221 vidit Henzen).* — 1) *A. 113 (nomen alterius consulis, Publilii Celsi, omissum est).* — 2) *Praefecto,* 3) *subpraefecto, sc. vigilum.* — 4) *Tribuno, scilicet cohortis quintae vigilum.* — 5) *Centuriae (vel: centuriā).* — 6) *Iader oppidum Dalmatiae.* — 7) *Beneficiarius subpraefecti,* 8) *beneficiarius tribuni.* — 9) *Has litteras nunc deperditas ita excepit Marinius (*lib. ur. ser. *Maffei); librarium urbanum (vel urbicorum) subpraefecti significari putat Mommsen (cf. Eph. ep. 4 p. 427 n. 15).* — 10) *Librarius cohortis.* — 11) *Secutor tribuni.* — 12) *Horrearius legionis, dubitans proposuit Henzen.* — 13) *Ex optione translatus in statores (?) (Mo.).* — 14) *Histonio,* 15) *Vetulonia,* 16) *Foro Iulii,* 17) *Blera (Etruriae),* 18) *Ticino,* 19) *Interamnio.*

---

**2161** C. Calpurnio Pisone M. Vettio Bolano cos.[1], | Q. Rammio Martiale pr.[2], T. Flavio Priamo tr.[3], | T. Saenio Clemente 7[4], aedicula facta cum | Genio a Gresio Facundo b. trib.[5], quam | M. Ceionio Silvano C. Serio Augurino cos.[6], | C. Tattio Maximo pr., T. Flavio Anterotiano s. pr.[7], | Q. Plotieno Sabino tr. coh. V vig., | Ti. Claudius Ti. f. Fab. Messalinus Heracl.[8] 7 coh. s. s.[9] | vetustate corruptam adampliavit columnis | purpuriticis, valvis aereis, marmore et omni | ornamento a novo ex pecunia furfuraria[10] | 7 suae fecit, volentib. manipul.[11] suis quor. | nomina in tab. aer.[12] scripta sunt.

*Romae rep. saec. XVI in monte Caelio, ubi fuit statio cohortis quintae vigilum (VI 222 partem vidit Henzen in museo Vaticano, reliqua sumpsit ex apographis priorum).* — 1) *A. 111.* — 2) *Praefecto, sc. vigilum.* — 3) *Tribuno, sc. cohortis quintae vigilum.* — 4) *Centurione.* — 5) *Beneficiario tribuni.* — 6) *A. 156.* — 7) *Subpraefecto.* — 8) *Heraclea sc. Sentica.* — 9) *Centurio cohortis supra scriptae.* — 10) *Pecunia furfuraria creditur esse pecunia collecta ex vendito furfure frumenti publici, quod vigilibus tributum erat.* — 11) *Volentibus manipularibus.* — 12) *In tabula aerea.*

---

**2162** Q. Fabio Catullino M. Flavio Apro cos.[1], coh. IV[2] 7 C. Coeli C. f. Papiria Valent. Tusculo, | aediculam marmoream cum valvis aereis centuria ex pecunia sua fecit, | item C. Coelius Valens 7 ex pecunia sua centuriae paimentum stravit.[3]

*Romae in monte Aventino, a dextra clivi quo ad S. Sabae ecclesiam adscenditur (VI 219 vidit Bormann).* — 1) *A. 130.* — 2) *Cohors quarta, vigilum sine dubio; stationem cohortis quartae vigilum fuisse in monte Aventino eo ipso loco, quo hic titulus repertus est, iam ante eum prolatum statuit de Rossi ann. inst. arch. 1858 p. 285 cf. p. 392.* — 3) *Fecit aediculam ipsa centuria, pavimentum adiecit centurio.*

---

**2163** *(protomae Severi, Caracallae, Getae)* impp. Severo et Antonino Augg. | ⟨Brittanicis p. p.⟩[1] et Iuliae Aug. matri Augg. et castror. | et Fulviae Plautillae Aug., C. Fulvio Plautiano pr. pr.[2] | c. v. II P. Septimio Geta[2] II cos.[3], C. Iunio Rufino pr.[4], C. Iunio Balbo s. pr.[5] | M. Ulpio Constantino tr., C. Atticio Sperato 7, | Genio 7[6] ii qui frument. publ. incisi sunt kal. Martis[7] | de suo posuerunt, quorum nomina infra scripta sunt. Milites fact. |

Anullino II et Frontone cos.[8]

T. Scutrius T. lib. Fab.[9] Sabinianus Rom., m. f.[10] pr. k. Iun. Magno pr.[11], f. p. a.[12] d. X[13] t.[14] CXLIV k.[15] C.

M. Anniu s M. fil. Fab. Primitius Rom., m. f. VIII k. Aug. Magno pr., f. p. a. d. X t. CXLIV k. C.

T. Flavius T. fil. Maec. Alexander Neap., m. f. VIII k. Aug. Magno pr., f. p. a. d. X t. CXLIV k. C.

A. Cervidius A. fil. Iul. Repostus Utin., m. f. VIII k. Aug. Magno pr., f. p. a. d. X t. CXLIV k. C.

L. Laelius L. lib. Thars. Iulianus Cilic., m. f. VIII k. Aug. Magno pr., f. p. a. d. X t. CXLIV k. C.

Q. Valerius Q. fil. Iul. Felix Karth., m. f. VIII k. Aug. Magno pr., f. p. a. d. X t. CXLIV k. C.

C. Satrius C. fil. Fab. Neptunalis Roma, m. f. IIII id. Aug. Magno pr., f. p. a. d. X t. CXLIV k. a. *(sic)*

Q. Minucius Q. fil. Arn. Flavianus Karth., m. f. XVI k. Nov. Magno pr., f. p. a. d. X t. CXLIV k. C.

M. Gargilius M. fil. Fab. Ianuarius Roma, m. f. VI k. Nov. Magno pr., f. p. a. d. X t. CXLIV k.
M. Calvisius M. fil. Ulp. Fortunatus Hadr., m. f. id. Nov. Magno pr., f. p. a. d. X t. CXLIV k.
T. Mutilius T. fil. Zosimus Maced., m. f. VIII id. Dec. Magno pr., f. p. a. d. X t. CXLIV k. C.
C. Aufidius C. fil. Arn. Restitutus Karth., m. f. VIII id. Dec. Magno pr., f. p. a. d. X t. CXLIV k.
M. Arrius M. fil. Fab. Castor Roma, m. f. VIII id. Dec. Magno pr., f. p. a. d. X t. CXLIV k.
adiut.[16] L. Cassius L. lib. Agor. Lepidus Regio[17], m. f. IIII k. Ian. Magno pr., f. p. a. d. X t. CXLIV k. C.

Severo et Victorino cos.[18]

Q. Sosius Q. lib. Iul. Theomnestus Regio[19], m. f. k. Feb. Magno pr., f. p. a. d. X t. CXLIV k.
s. d.[20] L. Septimius L. lib. Fab. Hyginus Roma, m. f. id. Feb. Magno pr., f. p. a. d. X t. CXLIV C.

Item principalibus, quibus honorem habuerunt: | P. Tuticanio Hermeti b. pr., P. Aelio Stefano libr. i. d.[21], | L. Cornelio Honorato vex. 7, L. Cornelio Herculano opt. 7, | M. Sentio Vitali tess. 7. Cura agente | L. Cornelio L. f. Honorato vexil. 7 et L. Cornelio L. f. Herculano opt. 7.

*Romae in museo Capitolino, tabula aenea; repertam esse in monte Aventino, ubi fuit statio cohortis quartae vigilum (cf. N. 2162 not. 2), coniecit de Rossi ann. inst. 1858 p. 289 (VI 220).* — 1) *Quae uncis inclusa sunt, reposita sunt loco verborum erasorum* et Getae Caes., *quorum vestigia adhuc apparent.* — 2) *Nomina Plautillae, Plautiani, Getae consulis (huius nomen errore) erasa sunt, sed adhuc cognoscuntur.* — 3) *A. 203.* — 4) *Praefecto, scilicet vigilum (cf. C. VI 1055 et Dig. 1, 15, 4).* — 5) *Subpraefecto.* — 6) *Centuriae.* — 7) *Frumento publico incisi, sive relati in numerum eorum qui frumentum publicum accipiebant kalendis Martiis anni 203, ii qui milites facti erant a. 199 et ineunte anno 200, sine dubio postquam cives Romani facti sunt, scilicet peracto tertio militiae anno. Vigiles enim, lectos ex Latinis libertinisque, civitatem Romanam accepisse, cum tres annos militaverint, scimus ex Ulpiani fr. 3, 5.* — 8) *A. 199.* — 9) *Nota militi libertino cum iure Quiritium concessam tribum ingenuorum (Mo. Staatsr. III p. 786).* — 10) *Miles factus.* — 11) *Magno praefecto (intellegitur T. Flavius Magnus praefectus vigilum, cf. VI 3761).* — 12) *Frumentum publicum accipit.* — 13) *Die decima,* 14) *tabula,* 15) *kapite, proposuit Mo.* — 16) *Fortasse intellegitur: adiutor centurionis, cf. infra N. 2176, C. VI 3069 et Cauer eph. ep. 4 p. 419.* — 17) *Henzenus errore transposita putat cognomina hominis et oppidi, unde oriundus erat, Lepidi Regii, scilicet incidendum fuisse* L. Cassius L. lib. Lepido Agor. Regio. — 18) *A. 200.* — 19) *Iulium Regium Bruttiorum.* — 20) s. d. *non intellegitur.* — 21) *De librario instrumentorum depositorum cogitavit Mo. (memorantur librarii depositorum inter milites a Tarrutenio Paterno, Dig. 50, 6, 7).*

---

**2164** . . . . . [*Fe*]lix 7 Papiri
. . . . . . . . . o Scaevola pr.[1]
. . . . . . . . . o Archelao s. pr.[2]

. . . . . . . . . o Corne[*l*]iano tr.
. . . . . . . . . o Rufi[*n*] o tr.
. . . . [*ex*] id. Aug. in idus Dec.[3]
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .[4]

*Ostiae rep. in ruderibus castri vigilum (Eph. ep. 7, 1215 vidit Huelsen).* — 1) *Praefecto,* 2) *subpraefecto.* — 3) *Iduum Augustarum mentio fit etiam in titulo huius simili C. XIV 250, verum non, ut hic, una cum idibus Decembribus, sed una cum idibus Aprilis. Possis suspicari ternas has dies sollemnes fuisse stipendio numerando (cf. Marquardt Staatsverw. II² p. 96 not. 1).* — 4) *Omisi litteras nonnullas dimidiatas, plane incertas.*

---

**2165** d. m. | M. Iuventio M. lib. | Publ. Felici Verona, | vetrano ex coh. III | vig., missus honest. | missione. mil. . . . . . .

*Romae extra portam Latinam (Lanciani Bull. com. 1884 p. 15).*

---

**2166** C. Virrius Iucundus | vexil. coh. II vig. | Ɔ[1] Viserti Latini, | milit. ann. VI men. VII | dies XVIIII, | in eis tesserar., optio, | vexillarius, | vix. ann. XXVII, | aram cum base sua | t. p. i. | Arbitratu Luciliae Lacaenae | et C. Virri Iucundi f.

*Pisis, nunc Florentiae (XI 1438 vidit Bormann).* — 1) *Centuria.*

---

**2167**

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
qui quond|am situs | est prata | per Inlyr|ici
litora | Danuvii, |
patrono et | L. Popilio | Securo | vexllario *(sic)* | coh. III vig. | fratri, |
L. Popilius | Eutych|us fecit.

*Romae (Lanciani bull. com. 1884 p. 15).*

---

**2168** d. m. | Canio Eutycho mi|[*l*]iti cho. vig. Ɔ Antoni, | tesserario qui milita|vit annis XI vixit anis | XXXI, fecit Aelius Fortun|atus amico bene m[*e*]r|enti.

*Centumcellis (Civitavecchia), rep. videtur in sepulcreto classiariorum (XI 3520 viderunt Bormann aliique).*

---

**2169** *(imago militis)* Q. Iulius Q. f. | Galatus Thysdro | mil. coh. VI vigil. | ⅂ Lucani Augurini, | milit. ann. XIV, in eis | secutor tribuni ann. II, | beneficiarius | eiusdem ann. II. | vexillarius ann. III, | vix. ann. XXXVII, | t. p. i.[1]

*Romae (VI 2987 vidit Henzen; de imagine militis cf. Alb. Müller Philol. 40, 1881 p. 245).* — 1) *Testamento possi iussit.*

---

**2170** d. m. | T. Sextio Iuliano | cohort. V vig. | benef. praef., | qui vix. ann. XXVIIII | mens. VI dieb. VIII, | T. Sextius Epaphra pat.

*Ostiae (XIV 226 vidi).*

---

**2171** d. m. s. | C. Aeci Similis | benef. trib., optio | coh. V vig., mil. coh. XI urb. | ⅂ Brutti, | . . . . chretus | . . . . . . . .

*Capuae (X 3880 vidit Mommsen).*

---

**2172** d. m. | T. Avidi Romani milit. | coh. VII vig. siponar.[1], | 7 Laetori, Avidia | Romana | mater | filio pientissimo.

*Originis urbanae, est Florentiae (VI 2994 vidit Henzen).* — 1) *Siphonibus utebantur ad incendia extinguenda (Plin. ad Trai. 33; Dig. 33, 7, 12, 18); unde explicatur inter vigiles inveniri siphonarios.*

---

**2173** d. m. | M. Aur. Augustiano | 7 coh. V vig., vix. an. XXXIIII, | provitus ann. XVII, excep|tor presidi[1] provincies | M. s.[2] ann. IIII, lectus in prae|toria, eques sive tabu|larius ann. V, factus 7 | in Syria, vixit ann. VIII, | Claudia Pacata coniux | piissimo et Ulpius Mar|cellus nepos b. m. fece|runt.

*Romae (VI 2977 quater descripta saec. XVI).* — 1) *Intellege: praesidis.* — 2) *Moesiae superioris.*

---

**2174** ϟ Maxim., Vetti. F|lorentini. | sebaciaria[1] | feci mense | Iunio[2], gratas ag a[3] Genio escubitori[4] | et ceomanipul|is[5] suis in perpetu|o.

**2175** coh. VII vi[*gil.*] Antoniniana, | 7 Saluta[*r*]is, | Cornelius Iucundus sebac. | fecit mense Febr. | Leto II et Ceriale cos.[6]

**2176** cho. | VII vig. | imp. M. Aureli|o Severo Alexan|dro cos.[7], | optione P. Numisi|o Nepote, 7 adiuto|re[8] Pompeio Celso, 7 | 7[9] Aurelio Hercula|no Rubrius Dexter | sebaciaria fecit men|se Maio, nomine Claudii [*Fortu*]|nati, | omnia tuta, | salvo emituliario[10], | feliciter! *(Iuxta)* vot. X — vot. XX.

**2177** imp. Severo Alexand. III | et Cassio Dione iteru cos.[11], | coh. VII vigilum Severiane | 7 Felicis, Purius[12] Victor | sebaciaria fecit m. | Febr. I.[13] Omnia tuta. Votis X, | cogiariu X aurios.[14]

*Romae trans Tiberim in aedificii cuiusdam, quod excubitorium cohortis septimae vigilum fuisse videtur (cf. not. 4), parietibus, inscriptiones scariphatae (VI 3010. 3002. 3076. 2998); eodem loco extant multae aliae similes inscriptiones (VI 2999—3091).* — 1) *Vocabulum alibi non repertum, derivatum, ut coniecit P. H. Viscontius, a sebo, ita ut sebaciaria facere, quod in plerisque his titulis vigiles de se praedicant, idem sit quod lumina accendere. Sed ipsa haec res quo pertineat, incompertum; cf. virorum doctorum coniecturas, ap. Henzen ann. inst. arch. 1874 p. 120 seq., Cantarelli bull. com. 1886 p. 257 seq.* — 2) *Officium sebaciaria faciendi per singulos menses videtur vigilibus iniunctum fuisse.* — 3) *Scr.:* gratias agam. — 4) *'Cohortes vigilum VII, quorum excubitoria XIIII' legitur in breviario adiecto ad Notitiam urbis (Jordan top. II p. 573). Aedificium igitur, in quo hae inscriptiones repertae sunt, fuit excubitorium cohortis septimae vigilum, destinatum tutelae regionis decimae quartae.* — 5) *Scr.:* commanipulis. — 6) *A. 213. Cum multis ex his inscriptiunculis adiecti sunt consules, nulli reperiuntur antiquiores quam hi.* — 7) *Mihi videtur significari consulatus Alexandri primus, quem iniit cum Elagabalo a. 222.* — 8) *Centurionis adiutore. Idem adiutor centurionis memoratur VI 3069 anno 221.* — 9) *Nota centurionis bis posita quid sibi velit, nescio.* — 10) *Emituliarius vocabulum, quod lectum est etiam in altera eiusdem aedificii inscriptione, derivatum videtur ab emitolio, cf. G. Loewe bull. dell' Inst. 1882 p. 60. 191.* — 11) *A. 229.* — 12) *Mirum nomen; primam litteram non certam sed probabilem esse ait Henzen.* 13) *Lineola casu, non consilio adiecta.* — 14) *Qui scripsit, cogitavit de congiario quod divisum iri sperabat die festo decennalium Alexandri.*

---

**2178** pro salute et incolumit[*a*]|te domini nostri Marci | Aureli Severi[1] Antonini Pii A[*ug.*] | et Iuliae Aug. matri[2] Aug. n. [*et*] | castrorum, | Cerellio Apollinare pr. vig. et Firmio Amuntia[*no*] | subpr.[3], Ulpio Firmo 7 fr.[4], Rufio Verino 7 fr.[4], | Fulvio Socraten tesserario[5], Claudius [*G*]norim[*us*][6] | aedilis factus a vexillatione et ludos edidit[7] de | suis acroamatis[8], item scenici[9]: Cluvius Glaber arch.[10], | Caetenius Eucarpus arc.[10], Volusius Inventus stup.[11], Suelli[*us*] | Secundinus stup.[11], Lucilius Marcianus arc.[10], Vindicius Fel[*ix*] . . ., | Flavius Saturninus scur.[12]; Datibus Baianus opera feliciss[*ima*].[13]

coh. I vig., | 7 Serotini: | Atili Heliodor., | Gemelli Felicissim., | Acci Montani; | 7 Quadrati: | Fulvi Socrates tes.[14], | 7 Iuventini: Caecina Valerian., | Arrunti Valerian.; | 7 Cordulonis: | Cluvi Glaber[15] arc.[10], | [*C*]aeteni Eucarpe[15] arc.[10]; | 7 Zenonis: | Helvi Ianuari. |

coh. II vig., | 7 Metretis: Anni Ianuari, | Vibi Celer, | Flavi Marce; | 7 Candidiani: Lucili Marciane[15], | Iuli Maxime. |

coh. III vig., | 7 Victoris: | [*A*]ureli Exorate. |

coh. IIII vig., | 7 Caesi: | Vindici Felix[15]; 7 Provincialis: | Iuli Donate, | Messi Messiane; | 7 Decembriana: Ameti Felix, Suelli Secundin.[15]; 7 Asclepi: Iuli Felix, Datibe Baiane, | Flavi Saturnin.[15], 7 Peregrini: | Corneli Solutor. |

coh. V vig., | 7 Ve[*r*]ini: | Statili Severe; | 7 Rufi: | Mari Claudian. |

coh. VI vig., 7 Severiani: | Claudi Gnorime[16], | Aoni Cratere; | 7 Marcellini: Minuci Secundian. |, 7 Iuliani: | Turi Ianuari, | Statili Satyr; | 7 Venatoris: | Aemili Felix. |

coh. VII vig., | 7 Victoris: | Licini Maxim[*e*]; | 7 Restuti: | Volussi Invente.[15] |

item classis pr. M.[17], | 7 quadrieri Fide: | Naevi Eutychian[*e*]; | 7 trieris Spei: | Flavi Antioce, | Iuli Domnion; | 7 liburna Fidei: Aeli Alexandr. . . |

Dedicata III id. Apr., As[*pro*] | et Aspro cos.[18]

***Ex urbe Roma tabula allata Florentiam, ubi extat, excepta particula translata Veronam (VI 1063 viderunt Mommsen et Henzen).*** — 1) ***Severi nomen raro Caracallae datur in inscriptionibus Italicis.*** — 2) ***Debuit esse*** matris. — 3) ***De Firmio Amyntiano subpraefecto vigilum cf. supra N. 2157.*** — 4) ***Centurione frumentariorum.*** — 5) ***Notabile tesserarium adiungi praefecto reliquisque praepositis. Redit huius tesserarii nomen infra, in cohorte prima centuria Quadrati.*** — 6) ***Claudius Gnorimus redit infra, cohorte sexta centuria Severiani.*** — 7) ***De his ludis (scaenicis, ut infra apparet) editis non solum sumptibus vexillationis vigilum et classis praetoriae Misenensis, sed ita ut ex ipsis vigilibus electi in scaenam prodirent, praeterea nihil innotuit; nisi quod ad eosdem ludos, sed alterius anni, spectat titulus N. 2179. (Sed fortasse huc trahi potest, quod in titulo infra edito*** [= ***X 5487***] ***miles quidam classis Misenensis dicitur scaenicus principalis). Aedilem apparet dici eum militem cui cura ludorum a vexillatione mandata erat. Ubi constiterit haec vexillatio et ubi ludi editi sint, non constat, sed vix Romae. Potest cogitari de Ostia. (Momm-***

*senus Herm. 5 p. 304 putabat vexillationem dici ipsos milites qui sua sponte horum ludorum causa coierint).* — 8) *Non intellegitur quid sit, ludos edere de acroamatibus; collato titulo N. 2179 excidisse aliquid* (de[*dicationis cum*] suis acr.) *putat Mo. Herm. 5 p. 305.* — 9) *Septem scaenicorum horum nomina redeunt inter milites infra recensitos, Cluvius Glaber et Caetennius Eucarpus cohorte prima centuria Cordulonis, Volusius Inventus cohorte septima centuria Restituti, Suellius Secundinus cohorte quarta centuria Decembriana, Lucilius Marcianus cohorte secunda centuria Candidiani, Vindicius Felix et Flavius Saturninus cohorte quarta centuriis Caesi et Asclepi.* — 10) *Archimimus,* 11) *stupidus,* 12) *scurra (sic interpretatus est Mommsen Herm. vol. 5 p. 306).* — 13) *Videtur significari, opera Dativi Baiani (eiusdem qui infra recensetur cohorte quarta centuria Asclepi) titulum incisum esse, cum in simili titulo N. 2179 eodem fere loco scriptum sit* Flavius Iovinus scripsit. — 14) *Cf. supra not. 5.* — 15) *Cf. not. 9.* — 16) *Cf. not. 6.* — 17) *Classis praetoriae Misenensis.* — 18) *11 Apr. 212. Dies autem 11 Apr. natalis fuit, ut monuit Mo., imperatoris Severi (cf. Hirschfeld Wiener Studien 1884 p. 120) anno 211 defuncti; eius igitur natalis celebrandi causa videntur hi ludi instituti esse.*

---

**2179** . . . . . [*ludos*][1] ededit ob di[*e*]m [*natalem*][1] . . . . . . | agentibus commilitonibus cum suis acroamatibus nominibus | infrascriptis: Cluvi Glaber arc.[2], Demetri Ammoni arc., Grecus, | Valeri Heraclida stup. Grecus, Lucilius Marcianus stup. Grecus, Aureli | Alexander scen. Grecus, Aureli Serene scen. Grecus, Vareni Fortuna|te scenicus Grecus; F[*la*]vius Iovinus scripsit.

coh. I vig., | ꝩ Serotini[3]: | Septeni Prisc.; | ꝩ Saturnini: Aureli Serene, | Helvi Ianuari[4]; | ꝩ Turronis: | Cluvi Glaber, | Furi Servande pec.[5], | Ceteni Eucarpe sc.[6]; ꝩ Candidi: Laeli Sabiniane, Asini Ingenue exo.[7]; ꝩ Victorini: Iaegi Vere; ꝩ Euscemi: | Coreti Verissime arc.[8]

coh. II vig., | ꝩ Metretis: | Anni Ianuari sc.[9], Flavi Reburre; ꝩ Maximi: Domiti Octaviane; ꝩ Candidiani: | Lucili Marciane.

coh. III vig., | [ꝩ] . . . . . . . . ., | ꝩ Victoris *(nomina III)*; ꝩ Pauli: | Aureli Alexander; ꝩ Felicis: | Caeli Saturnine. |

coh. IIII vig., | ꝩ Caesi: | Arrunti Filumene sc.[10], | Iuli Donate; | ꝩ Provincialis: | Iuli Donate; | ꝩ Peregrini: | Scriboni Mariane, | Corneli Solutor; | ꝩ Decembris: Cossideni Iustine, | Vareni Fortunate. | Anfi Felixs; | ꝩ Iulli: | Salvi Valeriane; | ꝩ Asclepi: | Demetri Ammoni. |

coh. V vig., | ꝩ Valentis | . . . . . . . .

coh. VI vig., | ꝩ Apri: | Claudi [*G*]norime; | ꝩ Mindiani: | Aemili Inpetrate sc.[11]; | Minuci Secundiane; | ꝩ Iuliani: | Flavi Iovine; ꝩ Severi: | Baebi Luxuri mul.[12], | Aemili Felixs. |

coh. VII vig., | ꝩ Aviti: | Licini Maxime; | ꝩ Vibiani: | Antoni Secunde; | ꝩ Longini: | Valeri Heraclida.

item ex cl. pr. Mis., | ꝩ quadriere Fide: | Nevi Eutychiane, | ꝩ triere Spe: | Flavi Antioche, | Iuli Domnion, | Hortensi Maxime, | . . .

*Romae, nunc Florentiae (VI 1064 vidit Henzen). Hunc titulum apparet positum esse ab eadem vexillatione vigilum et classis praetoriae Misenatis, a quo positus est N. 2178, et propter similes ludos, sed aliquot annis antea aut postea quam ille*

*positus est; nam nomina centuriarum et militum ex parte tantum eadem sunt quae in N. 2178, ex parte diversa.* — 1) *Supplevit Mommsen, probabiliter; etiam ludi memorati N. 2178 videntur editi esse ob diem natalem imperatoris.* — 2) *Hic quoque ut in N. 2178 recensentur septem scaenici, inter hos duo tantum, Cluvius Glaber et Lucilius Marcianus, noti etiam ex N. 2178; omnes autem redeunt inter milites infra recensitos, Glaber archimimus cohorte prima centuria Turronis, Demetrius Ammonius archimimus cohorte quarta centuria Asclepii, Valerius Heraclida stupidus Graecus (Mo. Herm. 5 p. 306) cohorte septima centuria Longini, Lucilius Marcianus stupidus Graecus cohorte secunda centuria Candidiani, Aurelius Alexander scaenicus Graecus cohorte tertia centuria Pauli, Aurelius Serenus scaenicus Graecus cohorte prima centuria Saturnini, Varenius Fortunatus scaenicus Graecus cohorte quarta centuria Decembris. Sed praeterea in hoc titulo aliis octo militibus adscriptae sunt notae quae et ipsae manifesto spectant ad rem scaenicam. Cf. infra not. 5—12.* — 3) *Ex sex centuriis cohortis primae vigilum hic recensitis, una tantum, centuria Serotini, sub eodem nomine redit in titulo N. 2178, pleraeque igitur centuriae cohortis primae alios centuriones habuerunt cum titulus N. 2178 positus est (cf. not. 4).* — 4) *Helvius Ianuarius recensetur etiam supra N. 2178, item in cohorte prima, centuria autem non Saturnini sed Zenonis; apparet eo tempore quod extitit inter titulos N. 2178 et 2179 positos, aut Saturninum Zenoni aut Zenonem Saturnino successisse.* — 5) *Pecuniosus,* 6) *scaenicus,* 7) *exodiarius,* 8) *archimimus,* 9—11) *scaenicus,* 12) *mulier (Mommsen Herm. 5 p. 306 qui putat octo hos homines, diversos ab actoribus supra enumeratis, esse acroamata una cum eis supra memorata, sive, ut alibi dicuntur, symphoniacos; eos autem, excepto exodiario, adfuisse singulis illis actoribus).*

---

## Equites singulares Augusti.

**2180** Iovi optimo maximo, | Iunoni, Minervae, | Herculi, Fortunae, Felicitati, | Saluti, Fatis, Genio sing. Aug.[1], | emeriti ex numero eod[*em*][2] | missi honesta missione | ab imp. Traiano Hadriano Aug., | ipso II cos.[3], l. l. m. v. s.[4] *(supra secespita et lituus, hinc illinc urceus et patera).*

*Romae rep. ara marmorea, una cum multis aliis aris similibus, quarum haec est antiquissima, inter rudera quaedam non longe ab ecclesia Lateranensi, a Scala sancta quae dicitur septentrionem versus, ubi hodie dicitur via Tasso: eo loco fuisse castra equitum singularium iam apparet (Henzen, qui vidit, ann. inst. arch. 1885 p. 239).* — 1) *Genio singularium (intellege: equitum) Augusti.* — 2) *Nempe ex numero singularium* (EODHOMC *lapis, litteris* HO *in litura positis*). — 3) *A. 118.* — 4) *Laeti libentes meritis vota solverunt.*

---

**2181** Iovi optumo maximo, | Iunoni, Minervae, | Marti, Victoriae, Herculi, | Fortunae, Mercurio, | Felicitati, Saluti, Fatis, | Campestribus, Silvano, | Apollini, Dianae, Eponae, | matribus Sulevis et Genio sing. Aug., | veterani missi | honesta missione | ex eodem numero ab | imp. Traiano Hadriano Aug. p. p., | C. Serio Augurino C. Trebio | Sergiano cos.[1] l. l. m. v. s. *(In latere dextro)* divo Traiano V c[*os*][2]: | M. Ulp. Iulius, | *(sequuntur nomina quindecim). (In latere sinistro)* Suburano et Marcello cos.[3]: | M. Arrad. Priscus Traianenses *(sic)* Baetasius[4], | M. Ulp. Frequens, | *(sequuntur nomina triginta).*[5]

*Romae, ara rep. cum ea quae praecedit (Henzen ann. inst. arch. 1885 p. 239).* — 1) *A. 132.* — 2) *A. 103,* 3) *a. 104, scilicet milites facti; duodetriginta igitur vel undetriginta annos meruerant. Similiter anno 133 exauctorati sunt equites singulares qui milites facti erant annis 105 et 106 (Henzen l. c. p. 242), sed anno 134, testibus aliis lapidibus similibus, ii tantum qui milites facti erant anno 107, a. 135 milites facti a. 108, a. 136 milites facti a. 109, a. 137 milites facti a. 110, a. 138 milites facti a. 111. De iis qui milites facti erant a. 112 et a. 113, nihil scimus. Milites facti anno 114, dimissi sunt a. 139 post stipendia viginti quinque, cf. N. 2182, similiter a. 140 ii qui milites facti erant a. 115, a. 141 milites facti a. 116, a. 142 milites facti a. 117, a. 143 milites facti a. 118 (Henzen l. c. p. 252—255). Etiam sub Severo Alexandro numerus viginti quinque stipendiorum legitimus fuit in equitibus singularibus Augusti (supra N. 2009).* — 4) *Oriundus ex colonia Traiana Baetasiorum in Germania inferiore.* Traianensis Baetasius *etiam aliis duobus nominibus adscriptum est, praeterea uni tantum domus:* Fl. Sirmi. — 5) *Ex XLVIII militibus exauctoratis a. 132 triginta sex appellati fuerunt M. Ulpii, tres P. Aelii, duo M. Cocceii, tres C. Iulii, duo aliis nominibus.*

---

**2182** I. o. m. et Genio imp. | Titi Ael[*i*] Hadr[*i*]ani Antonini | Aug. P[*ii*] p. p., cives Thraces | missi honesta missione ad diem[1] | e[*x*] numero equitum sing. Aug., | quorum nomina in lateribus | d[*e*]scripta sunt, laeti libentes | p[*o*]suer[*u*]nt statuam | marmoream cum sua base, | imp. Antonino Aug. II et | [*B*]rutti[*o*] Praesente II cos.[2] | k. M[*ar*]t., sub Petronio | Mame[*r*]tino et Gavio Maximo p[*r. pr.*][3] et Alerio[4] Maximo tribuno, et | centuriones exercitatores[5] | [*F*]l. Ingenuo, Iul. [*C*]erto, Ulp. Agrippa, | Val. Basso[6], qu[*i*] m[*i*]litare coeperu. | Vopisco et Hasta cos.[7] *(In lateribus perscripta sunt nomina militum undequadraginta)*[8].

*Romae ara rep. una cum N. 2180 (Henzen ann. inst. arch. 1885 p. 250).* — 1) *Ad diem missos cum se praedicant hi milites, indicant commilitones suos saepius ultra tempus statutum retentos esse. Videntur esse hi primi equites singulares dimissi post stipendia XXV, cf. not. 7.* — 2) *A. 139.* — 3) *Cf. N. 2012 not. 2.* — 4) *Scr.* Valerio *vel* Galerio. — 5) *Requiritur casus sextus.* — 6) *Ex quattuor his centurionibus tres primi redeunt in similibus basibus a. 142 et 143, loco Valeri Bassi adest Pontius Maximus.* — 7) *A. 114. Viginti quinque igitur annos hi meruerant; is iustus fuit numerus stipendiorum equitum sub Severo Alexandro (cf. N. 2181 not. 3).* — 8) *Ex his XXXIX militibus duodetriginta fuerunt appellati P. Aelii, decem M. Ulpii, unus L. Cassius.*

---

**2183** *(imago Silvani)* imp. Caes. T. Aelio | Hadriano | Antonino | Aug. Pio p. p. IIII, | M. Aelio Aurelio | Caesare II cos.[1], | pr. non. Ianuar. | veterani ex | numero eq. sng. *(sic)* | imp. n., missi | honesta missione | quibus praefuit | Tattius Maximus[3] | tribunus | Silvan. aram | votum animo | libentes posuer. *(In latere)* P. Aelius Bassus, | P. Aelius Satyrio sig., | C. Iulius Valens | armor. cust., | T. Flavius Macedo, | P. Aelius Celsus, | P. Aelius Sextus, | P. Aelius Bithus tubice., | P. Aelius Domitius, | P. Aelius Petronius, | P. Aelius Severus | tablifer[4], | *(in altero latere)* P. Aelius Senilis, | C. Iulius Senilis, | C. Iulius Saepinus, | L. Cassius Tertius, | P. Aelius Neo sign., | P. Aelius Optatus, | P. Aelius Numerius, | P. Aelius Valens hast.[5], | P. Aelius Quintus, | P. Aelius Domitius, | P. Aelius Saturninus sig.

*Romae rep. eodem loco quo N. 2180 (Notizie 1891 p. 128 vidit Gatti).* — 1) *A. 145.* — 2) *Quo anno milites facti sint, non adscriptum est; sed videntur milites facti esse anno 120.* — 3) *Idem tribunus equitum singularium memoratur in similibus basibus anni 142 et anni 143 (Henzen l. c. p. 254. 255); idem praefectus vigilum fuit a. 156 (supra N. 2161) et sub finem vitae praefectus praetorio (vit. Pii 8).* — 4) *Tabliferi munus apud solos equites singulares inventum (cf. Gatti bull. com. 1891 p. 287).* — 5) *Cf. infra N. 2201.*

---

**2184** *(protome dei Solis)* Soli invicto deo, | ex voto suscepto, | accepta missione | honesta ex nume|ro eq. sing. Aug., P. | Aelius Amandus | d. d., Tertullo et | Sacerdoti *(sic)* cos.[1].

*Romae incertum quo loco rep. (VI 715 vidit Henzen).* — 1) *A. 158.*

---

**2185** Herculi invicto et | dibus omnibus deabus|q. sacrum pro salutem | imp. L. Sept. Severi et | M. Aurelio Antoni|no[1] Caesari Aug. nn. et [*C. Fulvio Plauti*|*ano*] c. v. pr. pr., et tri|bunis[1] Helio Monimo[1], | Trebio Germano[1], | exercitatoribus[1] | Helius Sabinianus[1], | Aur. Titianus[1], Genio | t.[2] Optati ob reditum | numeri[3], votis feli|cissimis, T. Fla. Res|pectus[4], C. Severin[*i*]us | Vitalis, Secius Gemellinus Pudes, a. s. s.[5] | fecerunt, | dedikararunt[6] | V idus Iunias Later|ano et Rufino cos.[7]

*Romae, extabat in basilica Lateranensi (VI 224 descr. Pighius aliique).* — 1) *Requiritur casus secundus.* — 2) *Turmae.* — 3) *Apparet numerum equitum singularium participem fuisse expeditionis alicuius, contra Albinum nisi fallor.* — 4) *Huius Flavii Respecti equitis singularis turma Optati titulum sepulcralem habemus C. VI 3257; in eodem memoratur etiam Severinius Vitalis.* — 5) *Aram suo sumptu (?) (Scaliger).* — 6) *Sic Pighius, idque videtur fuisse in lapide.* — 7) *9 Iun. 197.*

---

**2186** pro salute, | itu, reditu | et victoria | impp. Caess. | L. Sept. Severi | Pii Pert. Aug., | Arabic., Adiab., | pont. et Part. | max., tr. pot. VIII[1], | imp. XI, cos. II, | procos., p. p., et | M. Aur. Anto|nini Pii Feli|cis Aug., tr. pot. | III[1], procos., ! ! | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! | ! ! ![2] et Iuliae | Aug. m. k.[3] ! ! | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![2] *(in latere)* et Genio | turmae, pro | reditus[4] eo|rum ab ex|peditione | Parthica, | quod vove|rat, aram | marmoream | posuit sua | pecunia | M. Aurelius | Nepos re|mansor.[5] | Dedicata kal. April. | Severo et | Victorino | cos.[6] *(In altero latere)* | nomina turmae: | Iul. Mascel. dec.[7], | Nonius Severus dup.[8], | Iul. Victorinus sesq.[9], | Aur. Mucatral., | Aur. Lucius, | Ael. Crescens sig.[10], | Aur. Victor. arm.[11], | Aur. Atero cur.[12], | Ael. Victor. bf.[13], | Cl. Victorinus lib.[14], | Iul. Vindex bf.[13], | *(sequuntur nomina gregariorum XVII).*

*Romae rep. prope basilicam Lateranensem, nunc in aedibus Corsiniis (VI 225).* — 1) *A. 200.* — 2) *Erasa nomina Getae et Plautiani.* — 3) *Matris kastrorum.* — 4) *Scr.* reditu. — 5) *Remansor videtur appellari quoniam domi remansit.* — 6) *A. 200.* — 7) *Decurio,* 8) *duplarius,* 9) *sesquiplarius,* 10) *signifer,* 11) *armorum custos,* 12) *curator,* 13) *beneficiarius,* 14) *librarius.*

---

**2187** . . . . . . . . . . . . . . . . . . Cl. Maximus arm. cu.[1], *(sequuntur alia nomina undetriginta, equitum singularium, ut ex infra scriptis apparet; in fine)* Aur. Ianuarius factus dec.[2] in pro|vinc. Syria Foinicia et Aurel.

Maximinus fact. dec.[2] in pro. | Dalmatia, sub | Maecio Laeto et Aemilio | Papiniano[3] p[*r.*] p[*r. v. v.*]em.[4], | Octavio Pisone[5] et Valerio | Herculano tribb. equit. sing. | ddd. nnn. Auggg., et Aelio | Flaviano et Aur. Lupo[5] et | Ulpio Paeto ү ү ү exercitator. | Dedic. impp. M. Aurelio | Antonino II [*e*]t P. Septimio | Geta cos. V kal. Iunias.[6]

*Romae rep. loco non suo, in coemeterio Callisti (VI 228 semel descripta, a Boldetto).* — 1) *Armorum custos.* — 2) *Aurelius Ianuarius et Aurelius Maximinus eo tempore quo titulus dedicatus est, promoti erant ad decurionatus alarum, cf. Domaszewski ad C. III S. 7449.* — 3) *Papiniani iuris consulti praefecturam praetorianam memorant etiam Paulus Dig. 12, 1, 40, Dio 76, 10, 14. 77, 1, Victor Caes. 20. Successit (una cum Maecio Laeto) sine dubio Plautiano.* — 4) *Praefectis praetorio viris eminentissimis;* p. p. p. p. mem. *(vel* item*) traditur.* — 5) *Octavius Piso tribunus equitum singularium, Aurelius Lupus exercitator eorundem fuerunt iam a. 202, teste titulo C. VI, 226.* — 6) *28 Mai. 205.*

---

**2188** Herculi Macusano[1] | ob reditum[2] domini nostri | M. Aureli Antonini Pii | Felicis Aug., equites singulares | Antoniniani eius, cives | Batavi sive Thraces adlecti | ex provincia Germania | inferiori[3] votum solverunt | libentes merito, III kal. Oct. | imp. d. n. Antonino Aug. II et | Tineio Sacerdote II cos.[4]

*Romae rep. ibi ubi N. 2180 (Henzen ann. inst. 1885 p. 272).* — 1) *Numen cultum in Germania inferiore et praecipue a Batavis (Brambach 51. 130. 134; ann. Rhen. 75 p. 74, 77 p. 45; nummi Postumi ap. Eckhel 7, 444).* — 2) *Elagabalus, cum secundum consulatum (a. 219) inierit Nicomediae (Dio 79, 8), Romam intravit anno demum 219.* — 3) *Intelleguntur equites singulares Augusti, sumpti sive allecti, ut dicebatur (cf. infra N. 2205. 2209. 2210) ex exercitu provinciae Germaniae inferioris; saepius ex alis provincialibus milites allectos esse inter equites singulares tituli infra N. 2189. 2208 seq. aliique docent.* — 4) *29 Sept. 219.*

---

**2189** I. o. m. | deo Sabadio sacrum | Iulius Faustus, dec. n. | eqq. sing. d. n.[1], ex votum *(sic)* | posuit et conalarium | nomina inseruit, | ex ala prima Darda. prov. Moesiae inf.[2] *(In latere)* Fl. Bassus dec., | Fl. Valens dupl., | Aelius Bonus dupl., | Aurel. Vitalis du[*p*]l., | Iulius Longinus tab.[3], | Aelius Severus sig., | Aurelius Victor tur.[4], | Iulius Valentinus, | Aurel. Pistus, | Aurel. Sudius, | Aurel. Mesibius, | Aurel. Mucianus, | Aurel. Diogenes. *(In altero latere)* dedicata | IIII non. Aug. | domino n. Gordiano Aug. | II et Pompeiano cos.[5]

*Romae rep. cum ea quae praecedit (Henzen ann. inst. 1885 p. 273).* — 1) *Decurio numeri equitum singularium domini nostri.* — 2) *Cf. N. 2188 not. 3. Ala prima Dardanorum recensetur inter auxilia exercitus Moesiae inferioris supra N. 1999 alibique.* — 3) *Cf. N. 2183 not. 4.* — 4) *Turmarius (cf. Henzen l. c. p. 283).* — 5) *2 Aug. 241.*

---

**2190** pro salute | eq. sing. | Genio turmes, | Herculi sancto, | Aur. Hermogenes | et . . ibius Sabinus | et Aur. Maximianus | tec[*t*]ores[1] n. s. s.[2] f.[3] Maximi ex votum | tu[*r*]malibus bene | mer[*e*]ntes animo | animo pleno | posuerunt | columna et | lucerna aenea, | Decio Aug. | II et Grato cos.[4]

*Romae rep. non longe a platea Lateranensi (Gatti bull. com. 1889 p. 145). — 1) Cf. supra N. 2090 not. 1. — 2) Numeri supra scripti. — 3) Scribendum esse* t. *(turma) putat Gatti. — 4) A. 250.*

---

**2191** I. o. m. | pro salute | imp. Aug. n., | turma Maxi.[1] | Aurel. Syrus | cera Candidiana[2], | allec. ex provinci[*a*] | . . . [*ala*] . .[3]

*Romae sine dubio rep., est Panormi (Eph. ep. 4, 739). Titulum esse equitis singularis probabile est. — 1) Scr.* Maximi. *— 2) Non intellegitur; explicationem temptatam a Mommseno vide Eph. l. c. — 3) Cf. N. 2188 not. 5.*

---

**2192** . . | Mansuetu[s][1] | singulari[s] | imp. Traiani | t.[2] Marini, | v. s. l. m.

*Romae rep. una cum N. 2188 (Henzen ann. inst. 1885 p. 238). — 1) Inter equites singulares milites factos a. 106 et honesta missione missos a. 133 (ann. l. c. p. 243), memorari M. Ulpium Mansuetum, ab hoc Mansueto fortasse non diversum, monuit Henzen. — 2) Turma.*

---

**2193** M. Ulp. Crhsimus *(sic)* . . . . eri . . . *(a parte Apollinis)* natione Parth|us et ex gener|osis MHNA[2] tur. | Issi, | fecit pro salu|te imp. et sing. | Aug. et omni|bus amici | mei. | Q. Marcius Ar|temidorus[3] . . . . . . *(a parte Dianae quae scripta fuerunt, perierunt praeter vocabulum)* templa.

*Romae, tabula cum imaginibus Apollinis et Dianae (C. L. Visconti bull. com. 1889 p. 221 tab. IX). — 1) Idem ut videtur M. Ulpius Chresimus dedicavit titulum editum ann. inst. 1885 p. 290. — 2) Non intellegitur. — 3) Idem redit N. 2193 a.*

---

**2193[a]** Iovi | Dolicheno | pro salute n. | eq. sing. Aug., | Q. Marcius | Artemidorus | medicus cas|trorum aram | posuit.

*Romae rep. una cum N. 2188 (Henzen ann. inst. 1885 p. 289).*

---

**2194** Aesculapio et Hy|giae M. Ulpius Ho|noratus dec. | eq. sing. imp. n., | pro salute sua | suorumque et | L. Iuli Helicis me|dici, qui curam | mei diligenter egit | secundum deos, | v. s. l. l. m.

*Romae (VI 19 vidit Henzen).*

---

**2195** T. Aur. T. f. Genetivo | dec. eq. sing. Aug. nat. | Noricus, vix. an. XXIX | mil. ann. X, amici | faciend. curav. *(homo equos tres ducens).*

*Romae in museo Capitolino (VI 3206 vidit Henzen). — De anaglypho cf. Alb. Müller Philol. 40, 1881 p. 261 qui agnovit equos tres ab Hygino de mun. castr. c. 16 decurionibus alarum tributos.*

---

**2196** d. m. | P. Ael. Basso arm. cust. | eq. sing. Aug. tur. Aeli Crispi, | nat. Bessus Claudia Apris[1], | vix. an. XLI mil. an. XXI, | T. Fl. Marcellinus signifer, h.[2], et | Aurelius Quintus dup. sec. h.[3] municipi et | amico b. m. f. c.

*Romae (VI 3177 vidit Henzen). — 1) Significatur colonia Claudia Apri Thraciae. — 2) Heres, 3) secundus heres.*

---

**2197** d. m. | T. Aur. Vitelliano vex.[1] eq. | sing. Aug. tur. Valeri, | nat. Pann., v. a. XXX, mil. a. | XII, T. Aur. Verus fratri pientissimo f. c.

*Prope Romam rep. ad secundum fere milliarium viae Labicanae prope aedificium Torre Pignatarra dictum, quo loco equites singulares sepeliri solitos esse tituli ibi reperti monstrant (VI 3239 vidit Henzen).* — 1) *Vexillarius* (vex. *vocabulum postea additum videtur, quippe inter lineas positum).*

---

**2198** [*d.*] m. | [*S*]ecundinio Vero | s. f.[1] equi. sing. imp. n. | natione Suaebo, | vixit an. XXXI, mil. an. XIII, | faciendum quravit | . . . . catus dupli|[*carius*] . . . .

*Romae (Eph. ep. 4, 935 vidi).* — 1) *Signifero.*

---

**2199** d. m. | P. Aelius Avitus | Traianopoli, | tubicen eq. sing. Aug. | turm. Aeli Lucani, | natione Thrax, | v. a. XXXV mil. a. XV, | P. Aelius Aurelius her. et Iulius Maximus | decurio secus[1] heres optimo | amico faciend. curaver. *(vir equum tenens).*

*Romae (VI 3176 vidit Henzen).* — 1) *Scr.* secundus.

---

**2200** d. m. | Aelius Lucius | qui vixit ann. XL, | P. Ael. Decimianus | eq. sing. Aug., | bucinator, heres | pientissimo | amico titulum | fecit.

*Romae (VI 3179 saepius descripta saec. XVI).*

---

**2201** d. m. | T. Aur. Tacito eq. | sing. Aug. n. | hastiliarius,[1] nat. | . . .

*Romae (VI 3226 Henzen vidit ectypum).* — 1) *Hastiliarii saepius reperiuntur inter equites singulares (VI 3192; Henzen ann. inst. 1885 p. 282; supra N. 2183); vocabulum ductum ab hastili sive ligno hastae.*

---

**2202** T. Aur. Fi|rmino libr.[1] eq. | sing. imp. | n., nat. Nori|co, milit. an. | XV, vix. an. | XXXII, Aur. | Marcus | h. f. c.[2]

*Ancyrae (III S. 6763 Domaszewskius vidit ectypum).* — 1) *Alii librarii equitum singularium sunt supra N. 2186, Eph. ep. 4, 933.* — 2) *Heres faciundum curavit.*

---

**2203** d. m. | T. Aur. Africano | eq. sing. Aug. ex tur. | Germani, nat. | Raetus, vix. ann. XXIIII, | mil. ann. V, T. Aur. | Faustinianus Ƀ[1] | tribuni heres | amico optimo f. c.

*Romae rep. ad viam Labicanam (VI 3190 vidit Huebner).* — 1) *Beneficiarius.*

---

**2204** d. m. Aurelius Victorinus | eques singulari *(sic)* d. n. | castris prioribus[1] turma | Sabiniani, inmunis tur.[2], nati|one Daqus, domum coloni. | Zermiegete[3], vix. anos XXXV, | militavit anos XI, Aurel. | Longinus paganus et Ma | . . . . . . . nu nep[*oti*] pientissime | . . . .

*Romae (VI 3236 vidit Henzen).* — 1) *Castra priora opponuntur castris novis Severianis (supra N. 2009, infra N. 2206/7).* — 2) *Immunis turmae.* — 3) *Significatur colonia Sarmizegetusa Daciae.*

---

**2205** *(vir equo vectus, sub cuius pedibus aper, approperante altero viro pone equum)* d. m. | Aurel. Antonio curat.[1] eq. sing. d. n., tur. | Herod[*i*]s, kastr. prior.[2], nat. Dacus, allect. ex | ala Gallor.[3], vix. ann. XXXX mes. V dies XXV, | mil. ann. XXI, Aur. Curia., tur. Rufiniani, et Aur. | Leo libert. eius, hered., b. m. f. c. |

Optamus cuncti, sit tibi terra levis.[4]

*Romae, nunc Albani (VI 3191 vidit Mommsen).* — 1) *Curatores reperiuntur etiam in turmis alarum auxiliariarum.* — 2) *Cf. N. 2204 not. 1.* — 3) *Cf. supra N. 2188 not. 3.* — 4) *Cf. infra N. 2210.*

---

**2206** d. m. Aurelio | Romano equiti | singul. d. n. ex cas|tra nova[1], turma | Vitalis, qui vixit | ann. XXXXIII, milita|vit ann. XXIII, dupla|rius, ex bonis suis | Amandus decur.[2] cur.

*Luceriae (IX 795 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. N. 2204 not. 1.* — 2) *Idem videtur postea factus esse centurio legionis tertiae Augustae, infra N. 2212.*

---

**2207** d. m. | Aurelius Constans eques sin[*g.*] | Aug. n. castris nobis[1], t.[2] Balerian[*i*] inferioris[3], stip. XX, natus in Pa[*n*]|nonia inferiore domo Briget[*i*]one[4] at[5] legione prima At[*i*]utri[*ce*][6], | fecit Aurelia Ianuaria coiugi dulcissimo bene merito.

*Romae (VI 3198 semel descripta saec. XVI).* — 1) *De castris novis cf. N. 2204.* — 2) *Turma.* — 3) *Mommsenus collatis aliis quibusdam titulis (VI 3209. 3213. 3293, quibus accedit fragmentum editum Bull. com. 1886 p. 150) coniecit, decuriones cognomines distingui adiectis vocabulis, si bini essent, superioris et inferioris, si terni, summi medii infimi.* — 4) *Tempore quo hic titulus positus est, videtur Brigetio cum legione prima Adiutrice legato Pannoniae superioris ablata et Pannoniae inferiori adiuncta fuisse (cf. infra N. 2375).* — 5) *Sic traditur.* — 6) at utri *traditur.*

---

**2208** d. m. | Aurel. Vital. t. b.[1], equ. | sing. turm. Lupionis, | nat. Dacus, ala Cam|pacon.[2], vix. ann. XXX mes. II die. V, mil. ann. | XII, Aurel. Severus | protect. pr. pr.[3] b. m. f.

*Florentiae, originis urbanae (VI 3238 vidit Henzen).* — 1) *Tribuni beneficiarius.* — 2) *De ala Campagonum cf. supra N. 2006 not. 2.* — 3) *Protector praefectorum praetorio (Mo. eph. ep. 5 p. 122. 126).*

---

**2209** d. m. | Aurel. Victori eq. | sing. tur. Costan|tini, nat. Dacus, | allect. ex ala I Illy|ricor., vix. an. XXXIII | mil. an. XIII, Ulpius | Macedo et Ulp. Ma|ternus dupl. hered. b. m. f.

*Romae rep. ad viam Sabicanam, ibi ubi N. 2197 (VI 3234 vidit Henzen).*

---

**2210** d. m. | Ulpi Titi eq. sing. Aug. n. | tur. Emeriti, nat. Boius, vix. | ann. XXXV mil. ann. XVI, al|lect. ex ala I Thr. ex Pann. | sup.[1], Ulpius Felicio pat. | et her. et Septim. Provincia|lis et Marcellin[*i*]us Verus | her. b. m. f., curant. C. Cestio | Severo vet. Aug. n. | *(equi figura).*

Optamus cuncti, sit tibi terra levis.[2]

*Romae (VI 3308 solus descr. Sirmondus).* — 1) *Cf. supra N. 2005.* — 2) *Idem pentameter legitur adscriptus ad alium titulum equitis singularis supra N. 2205.*

---

**2211** diis manibus | T. Flavius Quitinus[1] | eq. sing. Aug., lectus | ex exercitu Raetico | ex ala Flavia pia fidelis[2] *(sic)* | miliaria, stipendio|rum sexs, vixit annis | XXXVI, Publius Crescens | et Claudius Paternus | heredes benemerenti | posuerunt.

*Castel-Gandolfi in agro Albano rep. (VI 3235. XIV 2287 saepius descripta saec. XVIII).* — 1) *I. e.: Quintinus.* — 2) *De hac ala cf. supra N. 2002 not. 2.*

---

**2212** [*d.*] m. [*s.*] | Aurelius A[*man*]|dus ɣ leg. III A[*ug.*], hic situs e[*st*], | T. fil.[1], ex dec. | eq. sing. imp.[2], | vix. annis XLV, | heredes eius |

[*Au*]relius Amandu[*s*] | [*e*]t Aurelius Gen|tilis ↗ leg. eius|dem facere | curaverunt | ex ~~SS~~ II mil. n.

*Prope Lambaesim (VIII 2817 descr. Renier).* — 1) T. fil. *male hoc collocatum.* — 2) *Cf. N. 2206 not. 2.*

---

**2213** I. o. m., | Iunoni, | Herclenti, | Campestribus, | M. Ulpius Martialis | ex decurione[1] | factus ↗ ab | imp. Caesare | Hadriano | leg. I Minervae *(sic)*, voto suscepto | d. d.

*Romae rep. una cum N. 2183 (Notizie 1891 p. 129 vidit Gatti).* — 1) *Decurio fuit equitum singularium, teste loco quo titulus repertus est; titulum posuit promotus ad centurionatum, sed antequam in provinciam ad legionem abiret.*

---

**2214** d. m. s. | M. Aurellio M. f. | Pal. Sextiano Os|tia ↗ frumenta|rio, exercitato|ri singularium | imp., hastato | leg. III Aug., | vix. an. XLVIII, | Paccia Prima | coniunx et he|res eius marito | piissimo.

*Lambaesi (VIII 2825 semel descripta).*

---

## Castra peregrina; stationes frumentariorum.

**2215** Genio sancto | castrorum | peregrinorum[1] | Aur. Alexander | [*c*]analiclarius[2], | quod peregre | [*c*]onstitutus vovit, | aedil.[3] castrorum | [*vo*]tum libens solvit.

*Romae rep. in monte Caelio inter ecclesias S. Stephani Rotundi et S. Mariae in Navicella (VI 231 vidit Henzen).* — 1) *Castra peregrina fuerunt in regione secunda Caelimontio, teste Notitia urbis, id est eo ipso loco quo hic titulus et N. 2218. 2219 reperti sunt. Genio castrorum peregrinorum, praeter hunc et qui sequuntur, dedicatus est etiam titulus supra N. 484.* — 2) *Idem munus reperitur etiam in titulo mutilo, qui et ipse ad castra peregrina videtur pertinuisse, VI 1110.* — 3) *Aedilis, iudice Mommseno, idem qui aedituus. Ceterum aedilis inter vigiles est supra N. 2178.*

---

**2216** pro salute imp. Caes. M. Aur. Severi | Alexandri Aug.[1], Genio sancto kast. per.[2] | totiusque exercituus, Q. Haterius Valeria|nus frum. leg. VIII Aug. et M. Aurelius | Sophaenetus frum. leg. XIII Gem. Severi|anarum, stationem collegiis[3] suis | impendis fecerunt.

*Romae rep. ad viam Appiam (VI 230 bis descripta hoc saeculo).* — 1) *Alexandri nomen erasum.* — 2) *De ratione quae intercedebat inter frumentarios et castra peregrina cf. Henzen Bull. dell' Inst. 1884 p. 21 seq.* — 3) *Intellege: collegis.*

---

**2217** Genio kastro|rum peregrinor. | Optatianus et Pudens | frumm.[1] fratres | ministerio ! ! ! ! ! ![2] | vota solverunt.

*Ostiae, titulus incisus sub imagine Genii, de qua cf. Iordan ap. Preller, Röm. Myth. 2 p. 201 (XIV 7 descripsi).* — 1) *Frumentarii.* — 2) *Litterae nonnullae erasae.*

---

**2218** Isidi reginae | pro salute et incolumitate | impp. Caess. L. Septimi Severi Pii Per|tinacis Aug. Arab. Adiab. Parth. | maximi et | M. Aurelii Antonini Pii Felicis | Aug. ⟨Britt. max.⟩[1] | principis iuventutis,

et | Iuliae Aug. matris Aug. ⟨n.⟩[1], et | castror. et ⟨senatus | et patriae⟩[1], | L. Ceius L. fil. Privatus | quod, cum exampliaretur | balneum, subprinceps | voverat, princeps castr. | peregrinorum v. s. l. m.

*Romae rep. in monte Caelio ibi fere ubi N. 2215, est Parisiis (VI 354 cf. p. 833). — 1) Verba uncis inclusa reposita sunt in locum aliorum erasorum.*

---

**2219** pro salute et reditu d. n. imp. Caesaris *!!!!* | ⟨C. Iulio Vero Maximino Pio Felici | invicto Aug.⟩[1], Domitius Bassus 7 fr.[2] agens | vice principis peregrinorum, templum Iovis reducis c. p.[3] omni | cultu de suo exornavit. *(Iuxta, a sinistra intuenti)* votis | Xannalib.[4] | feliciter *(a dextra)* votis | XXannalib. | feliciter.

*Romae rep. in monte Caelio ibi fere, ubi ea quae praecedit, ubi fuerunt castra peregrinorum (VI 428 vidit Henzen; cf. Huebner ex. scr. ep. 499). — 1) Quae uncis inclusimus, nomen et agnomina Maximini, reposita sunt in locum aliorum nominum erasorum, Alexandri ut videtur et Mamaeae (cf. Borghesi opp. 3 p. 435); ipsum deinde Maximini nomen (id quod punctis subiectis notavi) erasum ut vix legi possit. — 2) Centurio frumentariorum. — 3) Castrorum peregrinorum. — 4) Decennalibus.*

---

**2220** Cocceius | Patruinus | princ. | peregri|norum.

*Romae rep. in monte Caelio ibi fere ubi N. 2215 (VI 3327[a] vidit Henzen; una reperta est basis iisdem verbis inscripta VI 3327[b]).*

---

**2221** Cocceius | Iulianus[1] | 7 frum. | v. a. princ. | pereg.[2] | devotus | numini | maiestat. | aeorum.[3]

*Romae, columella marmorea (VI 3326 vidit Henzen). — 1) Num idem sit Cocceius Iulianus Synesius κράτιστος δουκηνάριος, Ἀντιοχεὺς τῶν πρὸς Δάφνην, qui uxorem et filium condidit in sarcophago rep. Romae ad S. Clementis (Henzen bull. inst. arch. 1862 p. 82 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1347), nescio. — 2) Centurio frumentariorum, vices agens principis peregrinorum. — 3) Titulum dedicatum fuisse imperatoribus quibusdam apparet.*

---

**2222** . . . . . . [*V*]ictor subprinc. peregrinor. | [*stationem ad mil.*] III vie Appie frumentaris de | suo refecit.

*Romae rep. ad viam Appiam una cum N. 2216 (VI 3329 vidit Henzen).*

---

**2223** imp. Caesari M. [*A*]urelio | Severo Alexandro | Felice Aug. et Iulie Mameae[1] | matri domini n. et castror. | totiusq. d. d.[2], statio n. fr[*u*]mentariorum.[3] | Locus adsignatus ab Agricola Aug. lib. proc. p. u.[4] | et Petronio Maxsimo 7 ann.[5] et Fabio Maronae *(sic)* 7 | operum; dedic. III non. Aug. Appio Cl. Iuliano et Brutt. | Crispino cos.[6], patrono Q. Turranio Masila, cura | agente P. Flavio Fl. filio Felice iuniore | et Valerio Donato cur.

*In Portu Romano ad Ostia Tiberina (XIV 125 vidi). — 1) Verba quae punctis subiectis notavimus, data opera erasa sunt, sed non ita ut legi nequeant. —*

2) *Totiusque domus divinae (expectaveris* totiq. d. d.*)*. — 3) *Statio numeri frumentariorum. (Latet causa rasurae, sed conferri potest, quod etiam in titulo N. 2247 aliquod vocabulum erasum est).* — 4) *Procuratore portus utriusque.* — 5) *Centurione annonae.* — 6) *A. 224.*

---

# Legionarii.

**2224** N. Granonius N. f. CΛI[1] | domo Luceria, IIIIvir[2], centu|rio Cornelei Spin[*t*]eri[3] | legio. XIIX[4] et Cn. Pompei | Mag.[5] legione secunda.

*Athenis rep. a. 1872 (III 6541[a] descr. Lueders et nuper Wolters; litterae male exaratae, nimirum a quadratario titulis Latinis scribendis non adsueto, pro* G *posita* C, *pro* D *semel* O*).* — 1) *Cognomen Granonii, fortasse: Catulus.* — 2) IIII-vir *legitur inter v. 1 et 2, fortasse postea insertum.* — 3) *P. Cornelius Lentulus Spinter cos. a. 697; is fuit propraetor in Hispania a. 695 (Caes. b. c. 1, 22, Cic. ad fam. 1, 9, 13), proconsul in Cilicia a. 698—701 (cf. Cic. ad fam. 1, 1 seq.)* — 4) *Diversa sine dubio a legione decima octava quae fuit in exercitu Augusti. Videtur Spinter antiquam consuetudinem, legionum quotquot in exercitibus Romanis essent connumerandarum, observasse, ut legio in qua Granonius meruit fuerit octava decima inter eas quae eo anno erant legiones Romanae (Mo.).* — 5) *Sub Cn. Pompeio potest militavisse Granonius aut in Hispania, quam ille absens rexit per legatos a. 700—705, aut in Macedonia bello civili; idque praefert Mo., cum ita explicetur, quomodo Athenis sepulcrum nancisci potuerit Granonius.*

---

**2225** C. Canulei[*u*]s | Q. f., leg. VII[1], evo cat.[2], mort. est ann. nat. | XXXV, donat. torq. armil. | paler. coron.; | Q. Canuleius Q. f., | leg. VII[1], occeis. in Gall., | annor. nat. XVIII, | duo fratr. | Ieis monum. pat. fec.[3]

*Capuae (I 624. X 5886, Ritschl tab. LXXVI d).* — 1) *Q. et C. Canuleii fratres meruerunt in legione septima, ea ipsa quam inter veterrimas et spectatissimas legiones exercitus sui enumerat Caesar b. Gall. 8, 8, ut inde colligitur quod alter ex eis occisus est in Gallia.* — 2) *Evocatus est ab Octaviano. Veteranos ex septima potissimum legione, in Campaniam a Caesare patre deductos, ab Octaviano a. 710 ad militiam revocatos esse ait Nicolaus Damascenus vit. Aug. c. 31 (Mueller p. 455).* — 3) *Iis monumentum pater fecit.*

---

**2226** L. Firmio L. f. | prim. pil., tr. mil., | IIIIvir. i. d., | colonia deducta | prim. pontifici[1], | legio IIII Sorana[2] | honoris et virtutis | caussa.

*Sorae (X 5713 vidit Mommsen).* — 1) *Videtur fuisse quattuorvir ante deductam coloniam, post deductam eam pontifex primus (Mo.).* — 2) *Legio videtur conscripta a triumviris rei publicae constituendae ex civibus potissimum Soranis ideoque dicta Sorana, ut habemus Sabinam infra N. 2227. Deinde cum post proelium ad Philippos victoris exercitus militibus in Italia agri adsignarentur, Sora autem inter municipia esset ei adsignationi destinata, consentaneum est eo potissimum deductam esse legionem ibi conscriptam (Mommsen, cf. etiam Herm. vol. 18 p. 171).*

---

**2227** C. Aclutius L. f. Ter. Gallus | duovir urbis moeniundae bis, | praefectus iure deicundo bis, | duovir iure deicundo, tr. mil. | legionis [*pr*]imae[1], tr. militum | legionis secundae Sabinae.

*Venafri (X 4876 integram descripsit de Utris Venafranus, paucas litteras vidit Mommsen).* — 1) IX imae *traditur.*

**2228** . . . . . . . . | Tro. Maximo IIIIvir. | i. d., IIIIvir. quinq. bis, | flamini Augustali, | trib. mil. leg. VI Gemell.[1], | praef. fabr., auguri, | quaéstóri d. d.

*Aeserniae (IX 2648 vidit Dressel).* — 1) *Legio gemella memoratur inter legiones Caesaris dictatoris a. u. c. 706, ita dicta quod ex duabus facta erat (Caes. b. c. 3, 4). Praeterea legio aliqua gemella videtur memorari Eph. ep. 4, 942.*

**2229**

| *1.* | *2.* | *3.* | *4.* | *5.* |
|---|---|---|---|---|
| L. Sergius C. f.<br>aed., IIvir. | Salvia Postuma Sergi. | L. Sergius L. f.<br>Lepidus aed.,<br>tr. mil. leg. XXIX. | *(vacat)* | Cn. Sergius C. f.<br>aed., IIvir. quinq. |

*6.*

Salvia Postuma Sergi de sua pecunia.

*Polae in arcu qui dicitur Porta Aurata (V 50 vidit Mommsen).*

**2230** [*Q.*] Caecilio Q. f. | Attico tri. mil., | [*c*]oloni leg. XXXXI.[1]

*Tuder (Henzen bull. inst. 1880 p. 70).* — 1) *Legio quadragesima prima, nisi in titulis Tudertinis non memorata, videtur esse Tuder deducta temporibus triumviralibus; cf. Mommsen Herm. 18 p. 182.*

**2231** C. Edusius Sex. f. Clu. | natus Mevaniae, | centurio legion. XXXXI | Augusti Caesaris | et centurio classicus, | ex testamento.

*In agro Tudertino (Orell. 3571 cf. Bull. inst. 1880 p. 72 semel descripta).*

**2232** . .[1] Aticius T. f. Pol. | Mutina, 7 l. XXX | classicae.[2]

*Prope Locros (X 18 ad exemplum Locrensis cuiusdam accurate ut videtur factum).* — 1) *Deesse aliquid non traditur (fortasse nomen non recte exceptum).* — 2) *Legio tricesima classica praeterea non memoratur; fortasse non fuit diversa ab ea legione tricesima, cuius veteranis Augustus Beneventi agros adsignavit (cf. infra N. 2235). Legio decima septima classica memoratur inter legiones M. Antonii (Eckhel 6 p. 51).*

**2233** C. Vettius C. f. Ser. | centur. leg. XXX[1], | IIvir iterum, | c. c. G. Iul.[2] sacrum dat.

*Osunae prov. Baeticae, ubi fuit colonia Iulia Genetiva Urso, litteris aetatis sive Augusti sive Caesaris (II 1404. II S. 5438 Huebner vidit ectypum).* — 1) *Haec quoque sine dubio legio Caesaris vel potius triumvirorum.* — 2) *Colonis coloniae Genetivae Iuliae.*

**2234**

| | | | |
|---|---|---|---|
| M. Papius Sex. f. Vol.<br>. . . . . . . | Sex. Papius N. f.<br>. . . . . . . | C. Papius Sex. f.<br>. . . . . imus[1]<br>l. XXXIII<br>. . . . . . coerarunt | L. Papius Sex. f. Vo[*l.*]<br>princeps tertius |

*In Samnio, non longe a Boviano vetere, prope Vasto Girardi (I 1278. IX 2770 vidit Dressel).* — 1) *In lapide fuit* pilus *(vel* hastatus *vel* princeps*)* primus *(vel* septimus *vel* decimus*).*

---

**2235** M. Albio M. f. Ste. leg. | XXX[1], signifero, | Albiae M. l. Hilarae, | Curtiai P. l. Chilae, | Epaphroditus et Celer | liberti f. c.

*Beneventi (IX 1603 vidit Dressel).* — 1) *Legionis tricesimae milites deductos esse Beneventum lapides multorum militum eius legionis ibi reperti (cf. C. IX p. 137) docent. Factum id est sine dubio temporibus triumviralibus. (Inter oppida Italiae anno 712 militibus destinata Beneventum enumerat Appianus b. civ. 4, 3). Praeterea eo deducti sunt etiam milites ex legione sexta Ferrata. Omnino diversa est legio tricesima Ulpia conscripta a Traiano.*

---

**2236** C. Titi C. f. Ro[*m.*] | Magni, leg. V | urb.[1] signifer.

*Prope Ateste rep. (V 2514 vidit Mommsen).* — 1) *Eiusdem legionis quintae urbanae miles memoratur in titulo item Atestino V 2518, tertius in titulo qui et ipse videtur olim Ateste stetisse V 2515. Eiusdem videntur fuisse milites duo legionis quintae Ateste sepulti V 2508. 2510, quamvis urbanae vocabulum ad numerum legionis non adscripserunt. Apparet aliquando milites ex ea legione Ateste deductos esse. Factum id esse videtur post bellum Actiacum, quo tempore eo deducti sunt etiam multi milites legionis undecimae (cf. ad N. 2243).*

---

**2237** T. Campusius C. f. Ser. | vetranus de legione | V Galica *(sic).*

**2238** T. Cissonius Q. f. Ser. vet. | leg. V Gall.

Dum vixi, | bibi libenter; bibite vos | qui vivitis.

P. Cissonius Q. f. Ser. frater | fecit.

*Antiochiae Pisidiae (III S. 6824 descr. Sterrett, 6825 descr. Ramsay).* — *Tituli hi cum tertio III S. 6828 docent milites e legione quinta Gallica Antiochiam deductos esse. Legionem eandem esse, quae alibi appellatur Alaudae, coniecit Henzen. Coloniam Romanam Antiochiam deductam esse testatur Strabo 12, 8, 14 p. 577 cf. Plin. h. n. 5, 94 et nummi ap. Eckhel 3, 18.*

---

**2239** C. Cabilenus C. f. Fal. | Gallus leg. VIII Mutinensis.[1]

*Teani (X 4786 aliquoties descripta saec. XVIII).* — 1) *Legiones octava haec Mutinensis, nona triumphalis (N. 2240), decima Veneria (N. 2241), duodecima paterna (N. 2242), in singulis tantum titulis memorantur.*

---

**2240** L. Vinusius | L. f. veter. | leg. VIIII | triumph.[1], | Septumiae | P. f. Sabinae | uxori, | Vinusiae Tertu|llae f. anno[*r.*] | X . . .

*In Histria rep. prope vicum Visinada, est Venetiis (V 397 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. N. 2239 not. 1.*

---

**2241** C. Lanius | C. f. Ani.[1], de | leg. X Vener.[2], | L. Lanius C. l. *(sic)* | Eros filius[3] | de suo | . . . . . ,

*Bagnoli, nunc Brixiae (V 4491 vidit Mommsen).* — 1) *(Tribu) Aniensi.* — 2) *Cf. N. 2242 not. 1.* — 3) *Fortasse filius naturalis patroni (Mo.).*

---

**2242** . . . Tertia | [*uxo*]r. | L. Vettidius C. f. | veteranus leg. XII | paternae[1], sexvir, aed.

*Prope Parmam rep. (XI 1058 vidit Bormann).* — 1) *Paternae cognomen, ut et Veneriae cognomen supra N. 2241, in titulo qui videtur esse temporum Augusti, alludit ad Caesarem dictatorem. Videtur esse igitur haec ipsa legio duodecima quae fuit in exercitu Caesaris dictatoris (Caes. b. Gall. 2, 23, b. civ. 1, 15). Eadem videtur legio XII antiqua memorata in nummis M. Antonii (Eckhel 6 p. 51). Cf. Henzen bull. dell' Inst. arch. 1867 p. 179.*

---

**2243** M. Billienus M. f. | Rom. Actiacus | legione XI[1], proe|lio navali facto | in coloniam[2] de|ductus, ab ordi|ne decurio allec|[*tus*] . . . mo Eruc. . . | . . . . .

*Prope Ateste loco dicto Pojana maggiore, postea Vicetiae (V 2501 vidit Mommsen).* — 1) *Praeterea Ateste reperta sunt epitaphia aliorum militum eiusdem legionis quinque (infra N. 2336. C. V 2495. 2512. 2839, nam hic quoque, quamquam Patavii descriptus, Ateste olim stetisse videtur, denique is quem edidit Pietrogrande notizie degli scavi 1891 p. 217), quorum duo, ut hic Billienus, dicuntur Actiaci (infra N. 2336; C. V 2839; tertius Actiacus est in titulo descripto primum in vicina Ferraria, V 2389, quartus in t. Aquileiensi V 890). Apparet milites e legione undecima post proelium Actiacum Ateste deductos esse. Eodem sine dubio tempore eo deducti sunt milites e legione aliqua quinta dicta urbana, quae postea non memoratur (cf. supra N. 2236), item aliarum quoque nonnullarum legionum milites (cf. C. V p. 240).* — 2) *Colonia sine dubio facta est Ateste ipsis his militum deductionibus. Cf. Mommsen Herm. 18 p. 172. Enumeratur Ateste inter colonias (Augusti) a Plinio h. n. 3, 130.*

---

| | | | |
|---|---|---|---|
| **2244** | *protome* | *miles indutus lorica* | *protome* |
| | M. Caelius | *torquibus et phaleris* | M. Caelius |
| | M. l. | *ornata, dextra tenet* | M. l. |
| | Privatus | *vitem* | Thiaminus |

M. Caelio T. f. Lem. Bon.[1],
Ɔ[2] leg. XIIX[3], ann. LIIIS[4],
[*ce*]cidit bello Variano, ossa
[*i*]nferre licebit. P. Caelius T. f.
Lem. frater fecit.

*Ad Castra Vetera (Xanten) Germaniae inferioris rep., est Bonnae (Brambach 209; imaginem dedit Lindenschmitt Alterthümer unsrer heidn. Vorzeit 1 fasc. 6 tab. 5).* — 1) *(Tribu) Lemonia, (domo) Bononia.* — 2) *Nota centurionis, quo pertinet etiam vitis quam tenet Caelius. Ceterum in lapide non Ɔ fuisse, sed O, adfirmant testes oculati complures; ea ipsa nota significari centurionem, id autem explicandum ex prisco usu, quo O vel Θ numerum centenarium significaverit, ait Buecheler mus. Rhen. 46, 1891 p. 239.* — 3) *Legio deleta proelio Variano una cum undevicesima, de cuius exitu testem habemus Tacitum ann. 1, 60, item ut videtur cum decima septima; harum trium legionum nulla postea restituta.* — 4) *Annorum quinquaginta trium semissis.*

---

**2245** P. Clodio P. f. Vol. | Alb.[1], mil. leg. I[2], | an. XLIIX stip. XXV, | h. s. e.

*Bonnae (Brambach 486 vidit).* — 1) *Significatur Alba Helvorum provinciae Narbonensis (C. XII p. 336).* — 2) *Legio prima conscripta ut videtur post cladem*

*Varianam (cf. Tac. ann. 1, 42) in Germania inferiore tetendit inde ab excessu Augusti (Tac. ann. 1, 31 seq.; Mo. ad mon. Ancyr.² p. 68 not. 1) usque ad a. 70, postea non memoratur. Aliorum quoque complurium eiusdem legionis militum et veteranorum epitaphia reperta sunt Bonnae, unum Coloniae Agrippinae (ann. Rhen. 1886, infra N. 2324). Eadem in titulo infra N. 2342 videtur appellari Germanica.*

---

**2246** C. Largennius | C.[1] Fab. Luc.[2], mil. | leg. II[3] ⅃ Scaevae, | an. XXXVII stip. | XVIII, h. s. e.

*Prope Strassburg ad vicum Königshofen rep. (Straub antiquités Gallo-romaines de Königshofen, cf. ann. Rhen. 66, 1879 p. 72).* — 1) *Nota* f. *omissam, ut non raro in inscriptionibus militum provincialibus praeterea accurate scriptis (infra N. 2279; tituli Carnuntini arch. ep. Mitth. 4 p. 128, 5 p. 203, Poetovionenses ib. 10 p. 236, 15 p. 47, Britannicus C. VII 794).* — 2) *Tribu Fabia, domo Luca.* — 3) *Eiusdem legionis militum eodem loco tres alii tituli sepulcrales prodierunt (cf. Mommsen Korrespondenzbl. der westd. Zeitschr. 3 p. 131), unde colligi potest, legionem non procul ab eo loco per aliquod tempus stativa habuisse, unus prodiit Moguntiaci (Brambach 946). In omnibus his titulis legio appellatur secunda, sine cognomine. Significatur autem legio secunda cognomine Augusta, in Germania superiore tendens a. p. Chr. 14 (Tac. a. 1, 37), a Claudio in Britanniam translata (Tac. hist. 3, 44 cf. Suet. Vesp. 4; Tac. a. 14, 37, hist. 3, 22 cet.). Argentorati postea stetit legio octava Augusta.*

---

**2247** C. Niger C. f. Pol. miss.[1] | Amasia, et M. | Longinus M. f. Pol. Gangr.[2], | mil. leg. III[3] ⅃ Laeli Tiron.

*Nicopoli prope Alexandream Aegypti rep. (III S. 6607 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Missicius.* — 2) *Gangris (Gangra oppidum Paphlagoniae).* — 3) *Legio tertia Cyrenaica, quae una cum duoetvicesima Deiotariana primo p. Chr. saeculo Alexandriae castra habuit (Tac. h. 5, 1; cf. infra N. 2282).*

---

**2248** L. Cattoniu|s L. f. Secund|us Claud. Viru. | m. leg. IIII[1], an. XXIV, | sti. IIII, h. s. e. Here|des Cotti f. c.

*Moguntiaci (Brambach 2058 cf. p. XXXIV).* — 1) *Multa alia epitaphia militum huius legionis prope Moguntiacum prodierunt (Brambach 1150 seq.), unde apparet eam per aliquod tempus castra ibi habuisse, scilicet a temporibus Claudii, qui eam accitam ex Hispania suffecisse videtur legioni decimae quartae in Britanniam translatae (cf. N. 2262), usque ad a. 69 (Tac. hist. 1, 18 cet., cf. infra N. 2283. 2284); sed in illis epitaphiis omnibus, ut et alibi, appellatur quarta Macedonica.*

---

**2249** Q. Annaeus | Q. f. Pol. Balbus Faven|tinus[1], ann. LIII, meiles | leg. V[2], donatus bis, II|vir Thuburn., h. s. e. Vixit | honeste. Et tu ave. Arbi|tratu Q. Annae[*i S*]capulae.

*In Africa eo loco ubi fuit Thuburnica (VIII S. 14697 vidit Schmidt ectypum).* — 1) *Oriundus fuit Faventia. De domo per adiectivum significata cf. supra N. 2016. 2027. 2029. 2031, infra N. 2258. 2264. 2274. 2277. 2341. 2489.* — 2) *Fortasse legio quinta exercitus Caesaris dictatoris (bell. Afr. 28. 47. 60. 81. 84). Sub Augusto et eius successoribus duae fuerunt legiones quintae, Alauda et Macedonica.*

---

**2250** T. Turpilius | T. f. Pap., m. leg. | VI[1], h. s. e.

*In Andalusia prope Estepam, ubi fuit Ostippo Baeticae (II 1442 descr. Crepo Estepanus).* — 1) *Intellegitur legio sexta Victrix, anno p. Chr. 70 ex Hispania in Germaniam (Tac. hist. 4, 68), sub Hadriano e Germania in Britanniam (supra*

*N. 1100) translata. Titulos, quos in Hispania reliquit composuit Boissevain de re militari Hispaniarum p. 79. Praeterea Foro Clodii extat titulus quem tribuno militum posuerunt* centuriones leg. VI ex Hispania *(XI 3312).*

---

**2251** P. Puticius | P. f. Mae. Niger | mil. leg. VI, | missus. | H. s.[1]

*Tarenti (IX 6157 descr. Viola).* — 1) *Hic situs.*

---

**2252** T. Ancharenus | T. f. Ser. | dom. Laranda, | mil. leg. VII[1], an. | XLV stip. XXIII, | h. s. e.

**2253** Cn. Domiti|us Cn. f. Vel. | Pessinunte, | an. XLIV stip. | XXV, veteran. | ex leg. VII[1], h. s. e., | testamento | fieri iussit.

*In Dalmatia prope Trigl rep., ubi fuit Delminium (III 2709 vidit Mommsen). Hi duo tituli dicuntur in eodem lapide extitisse.* — 1) *Legionem septimam castra stativa saec. p. Chr. primo habuisse Delminii in Dalmatia tituli compositi a Mommseno III p. 281 ostendunt. Hic, ut et alii non pauci (cf. Mo. l. c.) antiquior esse videtur anno 42, quo anno legio Claudia pia fidelis dici coepta est (Dio 55, 23. 60, 15). Legio septima Macedonica aliquoties memorata (III S. 7386. VI 3658?. X 1711. 4723. 8241) fortasse haec ipsa est (Mo. mon. Anc.[2] p. 69 not. 4). Ex Dalmatia in Moesiam translata est legio septima Claudia ante a. 68 p. Chr. (Tac. hist. 2, 85 cf. 1, 79).*

---

**2254** Cn. Acilio Relato | mil. leg. VIII[1] | missicio, | Cn. Acilio | Saturnino f., | anno. V, | Caesiae Sp. f.[2] | Proculae f.

*Aquileiae rep. a. 1883 (Pais n. 1160 vidit Gregorutti).* — 1) *De legione octava cf. infra N. 2264.* — 2) Sp. f. *originem illegitimam significat.*

---

**2255** C. Saufeio | C. f. Fab. Her.[1] | milit. legio. | VIIII[2], | ann. XXXX | stip. XXII, | h. s. e.

*Lindi (Lincoln) in Britannia rep. anno 1865 (VII 183 semel vel bis descripta).* — 1) *Tribu Fabia, domo Heraclea.* — 2) *Legio nona, dicta Hispana vel etiam Hispaniensis (cf. N. 2321), eadem fortasse non diversa a nona Macedonica (supra N. 928 not. 2), a. p. Chr. 14 fuit in Pannonia (Tac. ann. 1, 23), postea, cum sub Tiberio per aliquod tempus in Africa fuisset (cf. supra N. 940), certe inde ab a. 61 (Tac. a. 14, 32) in Britannia.* Hisp. *cognomine modo caret in titulis Britannicis (ut hic etiam in altero titulo Lindensi VII 184 et in Eburacensi VII 243), modo eo ornatur (VII 241. 244. 1224. Eph. ep. 7, 928).*

---

**2256** M. Volum|nius C. f. Anie. | Crem.[1], miles | leg. X[2], h. s. e.

*In Asturia loco dicto Fuente Encalada (II 2631 fortasse non plus semel descripta saec. XVI).* — 1) *Tribu Aniensi, domo Cremona.* — 2) *Legio decima Gemina, sub imperatoribus Iuliis Claudiisque in Hispania castra habens.*

---

**2257** T. Cominius | C. f. R[*o*]milia | Ateste, miles | leg. XI[1], anno|rum XL stip. XVI, | h. s. e., frater | fratri posuit. |

Vixsi quad *(sic)* potui sem|per bene pauper honeste. |
[*fr*]audavi nullum: nunc iuvat | [*os*]sa mea.[2]

*Kistagne in Dalmatia, ubi fuit Burnum (III 2835 vidit Mommsen).* — 1) *Legio undecima una cum septima sub Tiberio et eius successoribus Dalmatiae praesedit, stativa autem habuit Burni in conventu Scardonitano. De aetate huius tituli et eorum qui sequuntur item dicendum quod de N. 2252. 2253; nam etiam undecima legio a. p. Chr. 42 cognomina Claudiae piae fidelis abstulit. Anno 70 translata est*

*in Germaniam superiorem (Tac. hist. 4, 68, cf. infra N. 2286). — 2) Iidem fere versus sunt supra N. 2028.*

**2258** P. Cornelius P. [*f.*] Epor[*e*]diensis[1] | mil. leg. XI, ann. XXX stip. VIII.

*Scardonae (III 6413 semel descripta saec. XVIII). — 1) Cf. N. 2249 not. 1.*

**2259** A. Sentius A. f. | Pom. Arreti., | vet. leg. XI h. s. e., t. f. i., | hic est occisus | finibus Varvari|norum[1] in agello | secus Titum[1] flu|men ad Petram | Longam. F. c. her.[2] | Q. Calventius L. f. Vitalis.

*Ad montem Prominam Dalmatiae rep., ibi fere ubi fuit Burnum (III 6418 ad duo apographa). — 1) Cf. Plin. h. n. 3, 139. — 2) Faciundum curavit heres.*

**2260** Quartus Iventus T. f. | missicius[1] leg. XI, | ann. XXXV, | h. s. e.

*Salonis (III 2037 vidit Mommsen). — 1) Hunc militem missum esse non perfunctum stipendiis, quae anno vitae XXXV emerita esse non potuerunt, sed ex causa, fortasse propter morbum, ideoque dici non veteranum, sed missicium, ait Mommsen. Ceterum missicii vocabulum aetate primorum imperatorum reperitur semel certe usurpatum de milite, qui iustum numerum stipendiorum emeruerat (infra N. 2267), item semel coniunctum cum vocabulo veterani (infra N. 2521).*

**2261** P. Urvinus | P. f. Vol. For. | Fulvi[1], spec|ulator leg. | XIII[2], stipend. | XIIX anoru. | XXXV, h. s. e. | M. Aruntiu|s cosob. cur. | egi.

*Moguntiaci (Brambach 1171). — 1) Tribu Voltinia, domo Foro Fulvii (cf. C. V p. 840). — 2) Legio decima tertia (Gemina) fuit in Germania anno p. Chr. 14 (Tac. a. 1, 37); postea, ante a. 69, translata est in Pannoniam, ubi stativa eius fuerunt Poetovione (Tac. hist. 3, 1). Cf. infra N. 2330. Commorationis in Germania praeterea nullum documentum reliquit (nisi fortasse tegulas ap. Brambach 1377 d; veterani est inscr. Helv. 267).*

**2262** Sec. Metius C. | f. St. F. Vibi[1], | mi[*l.*] | leg. XIIII[2], ann. | . . . .

*Castelli Mattiacorum (Kastel) prope Moguntiacum (Brambach 1339 semel descripta saec. XVIII). — 1) Tribu Stellatina, domo Foro Vibi (Forum Vibii Caburrum, hodie Cavour, sub Alpibus Cottiis, cf. C. V p. 825). — 2) Praeterea multorum aliorum militum legionis decimae quartae epitaphia Moguntiaci prodierunt, sed in his omnibus (excepto solo titulo edito Korrespondenzbl. der westd. Zeitschr. 8, 1889 p. 245) legio appellatur aut XIV Gemina (ut etiam in epitaphio quod videtur esse fratris huius Sec. Metii, Brambach 1179:* Qu. Mettius | C. f. Stel. For. | Vibi, mil. leg. | XIIII Gem., ann. | XXX stip. VII, | h. s. e.; | fratres | pro pietate | d. d. s.*), aut XIV Gemina Martia Victrix. Legio decima quarta Gemina Moguntiaci stetit certe inde ab extremis temporibus Augusti usque ad Claudium, iterum, cum in Britannia cognomenta Martiae et victricis sibi peperisset, inde ab anno 70 (Tac. hist. 5, 19) usque ad tempora Domitiani ut videtur.*

**2263** Sex. Cliternius | miles, | Aniensis[1], | Cremona, | leg. XIIII[2], | aerorum | V[*IIII*], h. s. e.

*In Gallia rep., in finibus Biturigum, ad vicum Néris les Bains, ubi fuerunt Aquae Neri (de Laigue mémoires des antiquaires de France 49, 1888 p. 176). —* 1) *Tribus Aniensis. —* 2) *Legio decima quarta Gemina Germaniae superioris.*

**2264** L. Oclatius Tar|quiniensis[1], vet. | leg. XV[2], h. s. e. | T. Calventius | T. f. vet. leg. VIII[2] | et Oc[*l*]atia L. l. | Expectata de | suo posuerunt.

*Laibach, ubi fuit Emona Pannoniae (III 3845 vidit Mommsen).* — 1) *Significatur origo; cf. ad N. 2249.* — 2) *Intelleguntur legiones decima quinta Apollinaris et octava Augusta, quas anno p. Chr. 14 tetendisse non ita longe ab Emona apparet ex Tacito a. 1, 23 cf. 1, 20 (ubi mentio fit manipulorum missorum Nauportum, qui locus fuit prope Laibach, ubi hodie est Oberlaibach). Illa, si exceperis absentiam annorum 63 (Tac. ann. 15, 25) ad 70 (Ioseph. bell. 7, 5, 3), permansit in Pannonia usque ad saec. II, haec sub Claudio vel Nerone translata est in Moesiam, ubi fuit a. 69 (Tac. hist. 2, 85), et deinde in Germaniam (Tac. h. 4, 68). Et videtur hic titulus Claudio non, aut vix recentior (cf. Hirschfeld arch. ep. Mitth. 5 p. 218 not. 11).*

---

**2265** miles leg. | XVI[1] Ↄ[2] Viato|ris, Sex. Lartidius | Sex. f. Vel. | Pistoris[3], | anno. | XXVI stip. | IV, h. s. e.

*Prope Moguntiacum ad vicum Zahlbach rep. (Brambach 1200 vidit).* — 1) *Praeterea Moguntiaci prodierunt multorum aliorum militum eiusdem legionis inscriptiones sepulcrales (Brambach 1197 seq. 1303), qui milites paene omnes, quod indicium est temporum primorum imperatorum, cognomine carebant. In Germania superiore legio tetendit a. 14 (Tac. ann. 1, 37), in Germania inferiore anno 69 (Tac. hist. 1, 55). Ipsa legio dicitur XVI Gallica supra N. 2034, item C. X 1711, XVI Germaniae supra N. 975.* — 2) *Centuria.* — 3) *Pistoriae oppidum Etruriae.*

---

**2266** L. Aelius Fab. Brixia veteranus, | militavit legione XVI | in Germania ann. XXII, | vixit ann. XXX . ., | P. Aelius Fab. Brixia, idem frater, veter[*an.*], | milit. legion. XVI in Germania an. XXII, v. a. XX[X] . .

*Romae (VI 3360 descr. Pighius).*

---

**2267** Ti. Caesaris | dívi Aug. f. Augusti | miles missicius[1], T. Iulius | Féstus, militávit annos XXV | in legióne XVI, decreto decurion. | accepit frumenti m. L[2], balneum et | sui[3] gratuitum in perp. et aream[4] in|ter duós (*sic*) turrés per P. Pusonium Pere|grinum IIIIvir. et XI vir.[5] adsignátam.

*Nemausi (XII 3179 vidit Hirschfeld).* — 1) *Fuisse hunc inter milites Germaniae superioris, quibus a. p. Chr. 14 missio quamvis non flagitantibus oblata est (Tac. ann. 1, 37), ideoque appellari missicium, non veteranum, coniecit Hirschfeld (l. c.).* — 2) *Modios quinquagenos.* — 3) *Non intellegitur; fortasse debuit esse* et balnei usum *(pro* baln. et sui*) (Hirschfeld).* — 4) *Ad aream hanc pertinent tituli XII 3233 ab.* — 5) *Undecimviri Nemausi praeterea non reperiuntur (cf. Hirschfeld p. 382).*

---

**2268** T. Atidius T. [*f.*] | Rom. Porcio | miles leg. XIIX.[1]

*Ateste (Este) (V 2499).* — 1) *Cf. supra N. 2244.*

---

**2269** L. Artorius C. f. mil. | veteran. leg. XIX[1] | Artoria L. l. Cleopatra | L. Artorius L. l. Licinus.

*Inter Ravennam et Ariminum rep. (XI 348 descr. Bormann).* — 1) *Legio XIX una cum Varo periit (Tac. ann. 1, 60). Militem veteranum Mommsenus putat hic secundum aevi vetustioris usum dici qui sit multorum stipendiorum.*

---

**2270** L. Plinius Sex. f. | Fab. domo | Trumplia[1], | mil. leg. XX[2] | annorum XLV, | stipendiorum XVII, | hic situs est, | testamento fieri | iussit. | Secundus | L. Plin. et P. Mestri | libertus fecit.

*In Bulgaria rep. ad Isker (Oescum) fl. non longe a Plevna, i. e. in provincia Moesia inferiore (III S. 7452 ad apographa duo).* — 1) *Trumplia praeterea non memoratur, Trumplini memorati inter gentes Alpinas ab Augusto devictas (cf. supra N. 847), addicti fuerunt rei publicae Brixianorum (C. V p. 515). Horum tribus Fabia fuit.* — 2) *Legio vicesima a. p. Chr. 6 sub Messallino in Illyrico pugnavit (Vell. 2, 112). Eadem — dicitur enim apud Tacitum a. 1, 42 Tiberio multorum proeliorum socia fuisse — a. 14 fuit in Germania inferiore, translata eo sine dubio post cladem Varianam. Hic titulus fortasse pertinet ad militem ex ea legione qui militaverat in Illyrico. Alia et certiora stationis Illyricae documenta sunt III 2836, 2911. III S. 9909. 9910.*

---

**2271** M. Sulpicius | P. f. Fab. Pat.[1], | mil. leg. XX[2], | anno. XXXVII | stip. XVII, | h. s. est.

*Prope Novaesium (Neuss) Germaniae inferioris rep. a. 1591 (Brambach 268 bis descripta).* — 1) *Fabia, Patavio.* — 2) *In Germania inferiore videtur stetisse legio vicesima usque ad a. 43, quo anno translata esse videtur in Britanniam, ubi fuit a. 61 (Tac. a. 14, 34. 37) et morata est per saecula (cf. N. 2288), dicta etiam Britannica C. XII 3182.*

---

**2272** L. Antonius L. f. | Fab. Quadra|tus, donatus | torquibus et | armillis ab | Ti. Caesare bis[1], | leg. XX *(dona militaria, signum legionis).*

*Brixiae (V 4365 vidit Mommsen).* — 1) *Donis militaribus donatum esse bello Pannonico (Vell. 2, 112) coniecit Domaszewskius Fahnen im röm. Heere p. 38 not. 2; idem signiferum in legione Quadratum fuisse putat, propter imaginem signi.*

---

**2273** L. Marius L. f. Pu|pinea Baeterris | miles leg. XXI[1] sti|pendiorum | XVI, anno. XXXX, | hic sit. est, frate|r faciendum | curavit.

*Moguntiaci (Brambach 1057 vidit).* — 1) *Legio vicesima prima a. 14 fuit in Germania inferiore (Tac. ann. 1, 31), postea, certe a. 69, in Germania superiore (Tac. hist. 1, 61). Cognomen Rapacis, memoratum a Tacito (hist. 2, 43), etiam in compluribus epitaphiis militum eius Germanicis adscriptum est (item infra N. 2284).* — *Post Domitianum legio non memoratur; erasum nomen eius reperitur in titulo Vindonissensi inscr. Helv. 248* [= *C. XIII 5200. 5201*]; *cf. supra N. 1038 not. 3.*

---

**2274** Sex. Mu[*n*]atius[1] Sex. f. | [*G*]alata[2] | meiles leg. | XXII.[3]

*Prope Alexandriam rep. (Neroutsos revue arch. 1891 t. 18 p. 341).* — 1) Muatius *(correxit editor),* 2) C. alata *traditur. Significatur origo ex Galatia.* — 3) *Est legio vicesima secunda Deiotariana dicta, in Aegypto tendens. Legionum sub Augusto in Aegypto tendentium milites ex bona parte fuisse oriundos ex Galatia ostendit titulus Coptitanus infra N. 2483.*

---

**2275** *(imago militis)* Q. Petilius Q. f. Ofen.[1] | Secundus dom. Medio., miles leg. | XV Prim.[2], ann. XXV | stip. V, h. ex t. f. c.

*Bonnae (Brambach 479; Huebner ex. scr. ep. 201).* — 1) *Sic non raro scribitur pro eo quod consuetudo requirebat,* Ouf. — 2) *Legio decima quinta Primigenia, conscripta ut videtur a Claudio et in Germania inferiore collocata, certe ibi tetendit anno 69 (Tac. hist. 1, 55 cet.). Post annum 70 non memoratur. In Germania reliquit praeterea alium cippum sepulcralem una cum hoc repertum (Brambach 480) et tegulas nonnullas.*

---

**2276** C. Vibullius C. f. | Ofen.[1] Valentin|us Mediola., | mil. leg. XXII[2], an. XXXVIII, stip. | XVIII, h. s. e.

*Moguntiaci (Brambach 1225 vidit). — 1) Cf. N. 2275 not. 1. — 2) Est legio vicesima secunda Primigenia, conscripta ut videtur a Claudio et in Germaniam superiorem missa (Tac. hist. 1, 55 cet.), in cuius provinciae capite, Moguntiaci, per saecula tetendit, nisi quod temporibus Flaviorum primum in Illyrico videtur fuisse, deinde in Germania inferiore. Ex multis epitaphiis militum huius legionis Moguntiaci vel prope Moguntiacum repertis quattuor tantum (hoc et Bramb. 932. 1075. 1217), reliquis nisi fallor antiquiora, cognomen Primigeniae omittunt.*

---

**2277** L. Appuleius | L. f. Sergia | Iadestinus[1] | Iader[2], mil. | leg. I Adiut.[3] | an. XXV, stip. | VI, h. s. e., h. f. c.

*Prope Moguntiacum ad vicum Zahlbach rep. (Brambach 1141 vidit). — 1) Cf. N. 2016 not. 1. — 2) Iader oppidum Dalmatiae. Praeterea epitaphia Moguntiaci reperta dederunt tres alios legionis primae Adiutricis milites oriundos ex Dalmatia, quattuor oriundos ex Pannonia (Mo. eph. ep. 5 p. 200). Hos omnes fuisse ex eis qui cum primum militassent inter classicos, a. 69 in formam legionis redacti sunt, probabiliter coniecit Domaszewskius mus. Rhen. 46 p. 603 not. Classici enim illis temporibus magna pars Dalmatae Pannoniique erant, testibus Tacito (hist. 5, 12) et inscriptionibus (cf. supra 1989. 1991; Mo. eph. 5 p. 184. 185). — 3) Legio prima Adiutrix, de cuius origine ex classicis cf. supra N. 1988 not. 2, a Vitellio in Hispaniam relegata (Tac. hist. 2, 67. 3, 44), anno 70 accita est in Germaniam (Tac. hist. 4, 68 cf. Mo. Herm. 19 p. 440 not. 1); Moguntiaci per aliquod tempus stetisse testantur tituli; fuit in Germania superiore etiam initiis Traiani, cf. infra N. 2286; paullo post in Pannoniam superiorem translata est.*

---

**2278** T. Valerius T. f. | Cla. Pudens Sav.[1] | mil. leg. II A. p. f.[2] | ϒ Dossenni | Proculi a. XXX, | aer. X . . ., h. d. s. p., h. s. e.[3]

*Lindi rep., est Londini (VII 185 vidit Huebner). — 1) Savaria. — 2) Alia quoque epitaphia complura militum legionis secundae Adiutricis in Britannia reperta sunt (VII 48. 186; Haverfield Athenaeum 16 Apr. 1892); unde colligi potest eam per aliquod tempus, antequam in Pannonia sedem figeret, in Britannia moratam esse. — 3) Heres de suo posuit, hic situs est.*

---

**2279** L. Magius L.[1] | Ouf. Dubius | Mediolani, mil. | leg. I F. M. p. f. D.[2], ar|morum custos Ɔ[3] | Aufidi Martialis, | ann. XXXI stip. XIII, | h. f. c.

*Prope Bonnam rep. a. 1875 (Freudenberg ann. Rhen. 57 p. 70). — 1) Cf. N. 2246. — 2) Miles legionis primae Flaviae (?) Minerviae piae fidelis Domitianae (?). Legio prima Minervia pia fidelis in hoc solo titulo videtur dici Flavia et Domitiana (Mo. eph. 5 p. 202; Ritterling de legione decima Gemina p. 15), quae cognomina post mortem Domitiani abolita esse consentaneum est. — 3) Centuria.*

---

**2280** Ti. Caesar divi Aug. f. | Augustus imp.[1], pontif. max., | trib. potest. XX[2], cos. III. | Leg. VII, leg. XI[3], | P. Cornelio Dolabella[4] | leg. pro pr.

*Zarae, ubi fuit Iader (III 2908 saepius descripta). — 1) Cf. supra N. 155 not. 1. — 2) A. 18/19. — 3) Duae legiones Dalmatiae (Tac. ann. 4, 5), cf. supra N. 2252. 2255. 2257 seq. — 4) Cf. supra N. 938.*

---

**2281** Ti. Caesare Aug. f. | Augusto imperator., | pont. max., tr. pot. XXXV.[1] | Leg. IIII Scyt., leg. V Maced.[2]

*Ad Danuvium non longe a Boljetin Serbiae, tres tituli in viva rupe incisi (III 1698 Mommsen vidit ectypa).* — 1) *A. 33/34.* — 2) *Hae sunt duae legiones, quae, teste Tacito ann. 4, 5, Tiberii temporibus Moesiam tutabantur. Temporibus Neronis utraque missa est in Armeniam (Tac. ann. 15, 6. 7. 26, cf. etiam N. 1005 not. 2).*

---

**2282** Ti. Claudius Caesar | Aug. Germanic. pont. | maximus, trib. potest. VII[1], | cos. [*I*]V[2], imp. XV, p. p., censor. | Leg. III et leg. XXII[3], | Cn. Vergil[*io*] Capitone praef.[4]

*In Aegypto loco dicto Aqfahas (III 6024 semel descripta).* — 1) *A. 47/8.* — 2) cos. V *traditur.* — 3) *Legiones sunt tertia Cyrenaica et XXII Deiotariana (cf. supra N. 2247. 2274); nota cognomina non adscribi quamquam erant eo tempore legiones tertiae tres (Mo.).* — 4) *Praefectus Aegypti notus etiam ex C. I. Gr. 4956. Successerat C. Iulio Postumo ipso anno 47/8 (cf. supra N. 210).*

---

**2283** leg. IIII Mac.[1]

| | |
|---|---|
| *caput bovis* | *caput capri* |
| M. Vinicio | Tauro Stat[*ili*]o |
| II, | Corvino [*co*]s.[2], |
| C. Vibio Ruf | ino leg.[3], |
| C. Horatio . . . . . . . . . | o princ. p[*raet.*][4] |

*Prope Cremonam rep. a. 1887, tabula aenea, arculae ligneae olim ut videtur integumentum (Barnabei Notizie 1887 p. 209 cf. Mommsen Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 7, 1888 p. 56; Cagnat revue arch. 11, 1888 p. 31).* — 1) *Cremonam venisse arcula putanda est ex Germania superiore a. 69 cum legione quarta Macedonica, ibi relicta esse post proelium Cremonense, quo legio illa a Flavianis fusa fugataque est (Tac. hist. 2, 22 seq.).* — 2) *A. 45.* — 3) *C. Vibius Rufinus legatus pro praetore Germaniae superioris fuit etiam a. 43 (titulus Moguntiacensis, ap. Klein mus. Rhen. 1880 p. 154).* — 4) *Supplevit Mommsen. De principe praetorii, inter centuriones legionis post primum pilum honoratissimo, ad quem prope omnia quae ordinanda erant in legione pertinuisse ait Vegetius 2, 8, cf. Mo. eph. ep. 4 p. 232.*

---

**2284** . . . [*militi leg.*] | IIII Mac., | ann. XXV | stip. II, | vexillári | leg. triúm | leg. IIII Mac., | leg. XXI Rap., | leg. XXII Pri.[1], | p. d. s.[2]

*Veleiae rep., est Parmae (XI 1196 vidit Bormann).* — 1) *Est titulus sepulcralis militis Vitelliani ex legione quarta Macedonica, a. 69 in proeliis circa Placentiam commissis (Tac. hist. 2, 12 seq.) occisi; titulum posuerunt commilitones eius ex tribus legionibus Germaniae superioris (cf. supra N. 2248. 2273. 2276).* — 2) *Posuerunt de suo.*

---

**2285** vexil. legionum | I VIII XI XIIII XXI.

*Tegulae repertae in finibus Lingonum prope Dijon loco dicto Mirebeau-sur-Bèze (Mowat Bull. épigraphique 3, 1883 p. 225, 4 p. 66, cf. Mommsen Herm. 19 p. 439). Eo ipso loco prodierunt etiam tegulae inscriptae* leg. VIII Aug. L. Appio leg., *de quibus supra N. 1066 not. 2, factae aetate Domitiani. Has quoque sub eodem imperatore factas esse, cum ad quattuor legiones exercitus Germaniae superioris, primam Adiutricem, octavam Augustam, undecimam Claudiam, quartamdecimam Geminam belli Germanici gerendi causa legio XXI Rapax ex Germania inferiore adiecta esset — id quod ipsum nititur coniectura, sed satis probabili — coniecit Ritterling de legione decima Gemina p. 75; factas esse anno 69 putaverunt Mowat et Mommsen.*

**2286** [*i*]mp. Nerva Tra|[*ian.*] pontif. max. | [*Le*]g. I Adi., [*l*]eg. XI C[*l.*][1]

*Aquis (Baden), duo fragmenta (Brambach 1666 vidit alterum).* — 1) *Titulus videtur positus esse primis temporibus Traiani, cum legiones prima Adiutrix (cf. N. 2277) et undecima Claudia (cf. N. 2257 not. 1) etiamtum in Germania superiore tenderent.*

---

**2287** imp. Caes. M. Aurel. | Antonino Aug. pont. | max., tr. pot. XXIIII[1], cos III, | vexillationes leg. II Piae | et III Concordiae[2], ped. CC[3] | sub cura P. Aeli Amyntiani | 7 frumentari leg. II Traian.

*Salonis (III 1980 vidit Mommsen). Eiusdem lapidis alterum exemplum nuper prodiit (III p. 1050 cf. III S. 8570).* — 1) *A. 170.* — 2) '*Legiones II Pia et III Concordia, nusquam praeterea sub his nominibus memoratae, sine dubio sunt duae institutae a M. Aurelio II et III Italicae (Dio 55, 24: ἃ καὶ Ἰταλικὰ κέκληται), neque ullus extat earum legionum titulus, qui hunc aetate superet primitivave earum nomina prodat. Quibus locis eae legiones eo tempore steterint, ex hoc titulo non apparet, cum non nominet nisi vexillationes missas ad Salonas muniendas; steterunt tamen sine dubio in Pannonia occupatae in bello Marcomannico, quod eo ipso tempore vel maxime fervebat.' Mommsenus l. l. Piae et Concordiae nomina novis legionibus videntur imposita ad significandam pietatem et concordiam fratrum imperatorum.* — 3) *Pedes ducentos. Ad eandem munitionem Salonarum spectant tituli cohortium primae et secundae Dalmatarum, infra editi inter titulos cohortium* [= *III 1979. 6374*].

---

**2288** nomina leg.

| | | |
|---|---|---|
| II Aug. | II Adiut.[5] | IIII Scyth. |
| VI Victr. | IIII Flav. | XVI Flav.[10] |
| XX Victr.[1] | VII Claud.[6] | VI Ferrat. |
| VIII Aug. | I Italic. | X Frete.[11] |
| XXII Prim.[2] | V Maced. | III Cyren.[12] |
| I Miner. | XI Claud.[7] | II Traian.[13] |
| XXX Ulp.[3] | XIII Gem.[8] | III Aug.[14] |
| I Adiut. | XII Fulm. | VII Gem.[15] |
| X Gem. | XV Apol.[9] | II Italic.[16] |
| XIIII Gem.[4] | III Gallic.[10] | III Italic.[17] |
| I Parth.[18] | II Parth.[19] | III Parth.[20] |

*Romae, columellae duo persimiles, quarum altera superest in museo Vaticano (VI 3492).* — *Enumerantur legiones, id quod vidit primus Borghesius ann. inst. arch. 1839 p. 176 = opp. 4 p. 260 ordine geographico, id est ordine provinciarum, ubi castra habuerunt saec. p. Chr. II, principio facto a legionibus Britanniae; ita tamen, ut superiorum provinciarum legiones semper praemittantur legionibus inferiorum; solae secunda et tertia Italica, institutae a M. Aurelio, item tres Parthicae institutae a Severo, neglecto hoc ordine recensentur in fine. Id ipsum testimonio est, hunc elenchum, quamvis lapidi incisum non ante Severum, digestum esse aliquanto antea.* — 1) *Tres Britanniae legiones.* — 2) *Germaniae superioris.* — 3) *Germaniae inferioris.* — 4) *Pannoniae superioris.* — 5) *Pannoniae inferioris.* — 6) *Moesiae superioris.* — 7) *Moesiae inferioris.* — 8) *Daciarum.* — 9) *Cappadociae.*

— 10) *Syriae.* — 11) *Iudaeae.* — 12) *Arabiae.* — 13) *Aegypti.* — 14) *Numidiae.* — 15) *Hispaniae.* — 16) *Norici.* — 17) *Raetiae.* — 18) *Sub Severo in Mesopotamia.* — 19) *Sub eodem in Italia.* — 20) *Sub eodem in Mesopotamia.*

---

**2289** Genio | leg. VII [*G. f.*] | L. Attius | Macro | leg. Aug.[1]

*Leon Hispaniae (II 5083 Huebner vidit ectypum).* — 1) *Consul suffectus fuit a. 134 (dipl.), postea legatus Pannoniae superioris (III 4359).*

---

**2290** Genio sancto | legionis[1] et comma|nipulorum bonorum, | Q. Caecilius Kalendi|nus optio posuit.

*Ex Aegypto Bononiam adlata (III S. 6577 vidit Bormann).* — 1) *Videtur significari legio secunda Traiana.*

---

**2291** Genio castrorum | leg. III Aug., pro | salute et incolu|mitate dd. nn. | impp. *! ! ! ! !* | *! ! ! ! ! ! ! ! !*[1] | M. Aurel. Decimus | v. p. p. p. N.[2] ex prin|cipe peregrino|rum, votum | solvit ⟨devo|tus [*numini maies*]|tatique eius⟩.[3]

*Lambaesi (VIII 2529 descr. Renier).* — 1) *Erasa esse nomina Carini et Numeriani probabile est, collatis aliis eiusdem praesidis titulis Numidicis, supra N. 607. 609.* — 2) *Vir perfectissimus praeses provinciae Numidiae.* — 3) *Quae uncis inclusimus, remansisse ex vetustiore titulo deleto ait Renier.*

---

**2292** Genio | leg. IIII F. f.[1] [*et*] | dd. nn. Dioc[*let*]|iani *! ! ! ! !* | *! ! ! ! !*[2] Augg., | [*A*]urel. Maxim| . . ius expraef. | leg. eiusdem, | votum posu[*it*].

*Semendriae, postea Belgradi (III 1646 cf. Eph. ep. 2, 484 ter descripta saec. XVIII).* — 1) *Legio quarta Flavia felix cum septima Claudia per saecula Moesiae superiori praesedit. Harum certe altera, septima Claudia, stativa habuit Viminacii (Kostolatz) cf. Mo. (III p. 264); ubi fortasse hic quoque titulus olim positus fuit.* — 2) *Verba* et Maximiani *erasa esse apparet (cf. supra N. 627. 630).*

---

**2293** I. o. m. | vexillatio | [*l*]eg. VII G. f., | [*s*]ub cura | [*I*]uni Victo|[*r*]is Ɔ leg. ei[*u*]sd., ob na|[*t*]alem aquilae.

*Emporiis (Ampurias) rep. a. 1871 (II S. 6183 vidit Huebner).*

---

**2294** I. o. m. | Sabasio | [*c*]onservatori, | honori aquilae | leg. XXII Pr. p. f. | . . . . . . . . | . . . . . . . Germanus | . . . | . . | . . . | . .

*Moguntiaci rep. a. 1886 (Keller Westd. Zeitschr. 6 p. 80; eadem descripta saec. XVI, sed male, ap. Orell. 1261 = Bramb. 972).*

---

**2295** dis militaribus, | Genio, Virtuti, A|quilae sanc., signis|que leg. I Ital. Seve|rianae[1], M. Aurel. | Iustus domo Hor|rei Margensis m.[2] | Moesiae superio|ris, ex CCC p. p.[3], | d. d. *(In latere)* dedic. XII kal. | Oct. Iuliano | II et Crispino | cos.[4], | [*pe*]r Annium Italicum[5] | leg. Aug. pr. pr.

*Prope Bukarest in villa ducis Mavros, incertum ubi reperta, iam Bukaresti (III 6224. III S. 7591 vidit Domaszewski).* — 1) *Castra legionis primae Italicae, inde a Vespasiano in Moesia tendentis, primum fortasse Durostori fuerunt, si credimus Ptolemaeo 3, 10, 10, ubi tamen iam sub Antonino Pio non primam Italicam, sed undecimam Claudiam fuisse titulus III S. 7474 docuit (cf. Domaszewski III S. p. 1349),*

*postea certe Novis (prope Sistovam) testibus itinerario Antonino p. 221 et geographo Ravennate p. 187. 189, item Not. imp. or. p. 102, item titulis III S. 7438. 7441; et potest etiam hic titulus ex Sistova Bukarestum allatus esse.* — 2) *Municipii (?).* — 3) *Ex trecenario, primus pilus. De trecenariis cf. Mo. eph. ep. 4 p. 243, item infra inter titulos centurionum.* — 4) *20 Sept. 224.* — 5) *Cf. supra N. 1174.*

---

**2296** deo | Marti militiae | potenti statuam | in honorem leg. | III Aug. Valerianae | Gallienae Valerianae[1] | Sattonius Iu|cundus pp.[2], qui | primus leg. reno|vata[3] aput aquilam vitem posu|it, votum dedit, | dedicante | Veturio Vetu|riano[4] v. c. leg. | Auggg.[5] pr. pr.

*Lambaesi (VIII 2634 vidit Wilmanns).* — 1) *Ita dicta legio in honorem Valeriani et Gallieni et filii huius.* — 2) *Primipilus.* — 3) *Renovata legio est, olim sublata a Gordiano, a Valeriano anno 253, cf. supra N. 531. Documento sunt (ut vidit Henzen ann. inst. arch. 1860 p. 58, cf. C. VIII p. XX) vocabula* leg. III *in multis titulis Africanis, sed antiquioribus Gordiano, erasa et postea restituta (N. 303. 1070. 1082. 2399. 2433. 2478).* — 4) *Idem legatus posuit titulum VIII 2614.* — 5) Auggg. *non raro adhibitum de duobus Augustis et Caesare, cf. supra N. 1152 not. 3.*

---

**2297** I. o. m., | Iunoni, Minervae, | Genio praetorii | consularis, | diis p[*enat*]ibus, | T. Fl. Titianus leg. Augg. | pr. pr. | [*et*] . . . . . . ia[1] | eius | dicaverunt.

*Tarracone rep., nunc in Anglia (II 4076 vidit Huebner).* — 1) *Periit nomen uxoris Titiani.*

---

**2298** dis conser|vatorib. Q. Tar|quitius Catu[*l*]|us leg. Aug., cuiu[*s*] | cura praeto[*r*]|ium in ruina[*m co*]|nlapsum ad [*no*]|vam faciem | restitut[*um est*].

*Coloniae Agrippinae rep., est Darmstadt (Brambach 331 vidit).*

---

**2299** I. o. m., | Soli invicto, Libero | patri, Genio praetor., | Q. Mamil. Capitolinus | iurid. per Flaminiam | et Umbriam et Picenum, | leg. Aug. per Asturiam et | Gallaeciam[1], dux leg. VII [*G.*] p. [*f.*], praef. aer. Sat., pro salute | sua et suorum.

*Asturicae (II 2634 bis descripta saec. XVII. XVIII).* — 1) *Scr.* Callaeciam.

---

**2300** I. o. m., | veterani | leg. XIII Ge[*m.*], | milit. fact. | Serviano II | et Sura[1], et Tra|iano V cos.[2], | num[3] . . .

*Apuli (Karlsburg) in Dacia (III S. 7734 servavit Mezerzius).* — 1) *A. 102.* — 2) *A. 103. Hic titulus antiquissimus est eorum qui docent, saeculo p. Chr. altero, certe inde ab Hadriano, milites legionarios alternis tantum annis dimissos esse.* — 3) *Vocabulum vix recte exceptum; expectaveris* m. h. m. *(missi honesta missione). In fine deesse aliquid non traditur.*

---

**2301** I. o. m., | Iunoni reg., | Minervae, | veteran. leg. | XIII G., m. h. m.[1] | per Iul. Bassum | leg. Aug. pr. pr. | idibus Decemb. | Pontiano et | Atiliano cos.[2], | milites fac[*ti*][3] . . . . .

*Apuli (III 1078 ad accuratum exemplum nescio a quo saec. superiore factum).* — 1) *Missi honesta missione.* — 2) *A. 135.* — 3) *Deesse aliquid non traditur.*

---

**2302** [*pro sal*]ute | [*imp. Cae*]s. T. Ael. | [*Anton. A*]ug. Pii | [*et Veri*] Caes., | [*vet. le*]g. VII [*Cl. p. f.*, pr]obati | [*Servia*]no et | [*Varo*[1] *et Po*]ntian. | [*et Attic*]o[2] cos., | [*m. h. m. pe*]r Cur|[*tium Ius*]tum | [*leg. Aug.*] pr. pr.[3] | [*et per le*]g. leg.[4], | [*qui sun*]t n. CCXXXIX *(Infra et in latere supersunt nomina militum circiter XXXVII, multa alia perierunt).*

*Kostolatz Serbiae, ubi fuit Viminacium provinciae Moesiae superioris, rep., est Belgradi (III S. 8110 vidit Domaszewski). — Supplevit et commentatus est Mommsen arch. ep. Mitth. aus Oestr. 7 p. 190.* — 1) *A. 134.* — 2) *A. 135.* — 3) *Ad hunc legatum pertinet titulus Mediolanensis V 5809.* — 4) *Nomen legati legionis ideo omissum esse, quod sub idem tempus publico iudicio damnatus fuerit, coniecit Domaszewski.*

---

**2303** [*i*]mp. Caes. M. Au|relio Antonino Aug. | Armeniaco pont. | max., trib[*un. pote*]st. XX[1], | imp. III, cos. III, [*p. p.*], . . . . . | liberalissim[*oq. p*]rin|cipi, dedicante | P. Caelio Op[*ta*]to leg. Aug. | pr. pr., ɣ[2] et v[*ete*]rani leg. | III Aug.[3], qui militare | coeperunt divo Pio | III et M. Aurelio Vero II[4], et | Stloga et Severo cos.[5] *(In latere leguntur vel legebantur nomina militum, sine distinctione centuriarum, adiectis patriis).*[6]

*Lambaesi (Eph. ep. 5, 714 vidit Schmidt).* — 1) *A. 166.* — 2) *Centuriones.* — 3) leg. III Aug. *verba rasura temptata.* — 4) *Imp. Antoninus consul tertium, Marcus primum fuerunt a. 140 (*II *post* Vero *errore adiectum).* — 5) *A. 141.* — 6) *Origine hi milites vel omnes vel paene omnes fuerunt Africani; cf. Mo. Herm. 19 p. 10. Praeterea alios complures titulos huius generis habemus Lambaesi, militum probatorum a. 124 et 125 (supra N. 1070); militum probatorum a. 128 et 129 (Eph. ep. 5, 1277); militum probatorum a. 152 et 153, dimissorum anno ut traditur 176 (VIII 2547. 2745 cf. 2744).*

---

**2304** imp. Caesari | L. Septimio Severo Pertinaci | Aug. pontif. max., trib. pot. II[1], | imp. III, cos. II, procos., p. p., | veterani leg. II Tr. fort.[2] missi | honesta missione qui militare | coeperunt Aproniano et Paulo | [*cos.*[3], . . . *q*]ui[*b*]us et perpetuam | . . . . . . . . . . . . . . *(Deinde perscripta erant in ima parte frontis et in utroque latere nomina veteranorum, quorum supersunt XLVI, in his)*

coh. II

ɣ Faustiniana

| | | |
|---|---|---|
| . . . . . . . onius | L. f. Col. Valerianus | Antioch. tub.[4] |
| . . . . . . . . lius | T. f. Pol. Alexander | castr.[5] |
| . . . . . . . nius | M. f. Col. Rufus | Nicomed. |
| . . . . . . . . . . s | P. f. Pol. Isidorus | Thebes[6] |
| . . . . . . . . . [ɣ] | Aemili Ammoni | |
| . . . . . . . . . . . | C. f. Col. Priscillianus | Caesar. sig.[7] |
| . . . . . . . . . [ɣ] | Aureli Antigoni | |
| . . . . . . . . . ius | M. f. Pol. Capitolinus | ꝭ pr. cas.[8] |
| . . . . . . . . . ius | M. f. Pol. Sarapammon | Tani.[6] |
| . . . . . . . . . [ɣ] | Paterniana | |
| . . . . . . . . . . s | L. f. Pol. Dionysius | cas. |
| . . . . . . . . . [ɣ] | . . . . diana | |

. . . . . . . . . . s C. f. Pol. Dioscorus cas.
[γ] . . . . oni Luciani
. . . . . . . . . . . L. f. Pol. Ischyrion cas.
*(post alia)*
coh. V
γ Celeriana
M. Gabinius M. fil. Ammonianus castr.
γ Fl. Philippiani
T. Aurelius T. fil. Pol. Chaeremonianus cas.
C. Valerius C. fil. Col. Apollinaris Hierapol.
γ Severiana
M. Aurelius Pol. Isidorus Alexandr.
C. Pompeius C. f. Pol. Serenus kastris
γ Servili Pudentis
P. Aurelius Pol. Proclion Alexandr.
C. Iulius C. f. Pol. Gemellinus castris
P. Aelius P. f. Col. Hermias castris
T. Aurelius T. f. Pol. Sarapammon castr.
T. Flavius T. f. Pol. Apollinaris castr.
M. Furfanius M. f. Col. Longus Paraeton.[6]
γ Mariniana
M. Aurelius M. f. Pol. Herodes castris

*Prope Alexandream Aegypti rep. a. 1802 in ruderibus tunc dictis Kasr Kiasera (i. e. castra Caesaris), expeditione Anglorum, nunc in Britannia (III S. 6580 descr. Haverfield). — Titulum posuerunt a. 194 milites legionis secundae Traianae, Alexandriae castra habentis, post viginti quinque stipendia exauctorati. Apparet imperante Severo milites non alternis, sed suis quibusque annis dimissos esse. Idem testatur similis titulus positus Lambaesi anno ut videtur 199 a militibus legionis tertiae Augustae, qui militare coeperunt anno 175 (VIII S. 18068 = Cagnat mélanges d'archéologie et d'histoire 10, 1891 p. 514). Idem iam anno 191 factum esse testatur titulus Apulensis positus a veteranis legionis decimae tertiae Geminae qui militare coeperant anno 166 (III 1172).* — 1) *A. 194.* — 2) *Legionis secundae Traianae fortis.* — 3) *A. 168.* — 4) *Tubicen.* — 5) *Castris. Eos qui ex castris oriundi erant, tribui Polliae adscriptos esse, etiam alii tituli docent (cf. Mo. Eph. ep. 4 p. 155, 5 p. 15).* — 6) *Thebae, Tanis, Paraetonium oppida Aegypti. Nota bonam partem horum militum oriundam fuisse ex castris, paene omnes ex Aegypto, paucos ex Syria Bithyniave (cf. Mo. Herm. 19 p. 6. 10).* — 7) *Signifer.* — 8) *Beneficiarius praefecti castrorum.*

---

**2305** L. Flaminius D. f. Arn. | mil. leg. III Aug. | γ Iuli Longi, dilecto | lectus ab M. Silano[1], mil. | annis XIX, in praesidio | ut esset in salto Philomu|siano, ab hostem *(sic)* in pugna | occissus *(sic)*, vixit pie | annis XL, | h. s. e.

*Simitthu (Schemtu) provinciae Africae rep. (VIII S. 14603 Cagnat vidit ectypum).* — 1) *M. Iunius Silanus Africam pro consule rexit a. p. C. 33—38 ulti-*

*mus eorum, quibus legio pareret. Eo igitur tempore proconsuli ius fuit dilectus in sua provincia instituendi (militem origine Karthaginiensem fuisse etiam tribus ostendit), ut ius ei fuit donorum militarium tribuendorum (Tac. ann. 3, 21; Suet. Tib. 32)* [*Mo. Eph. ep. 4 p. 537*].

---

**2306** d. m. | M. Sili M. f. Quir. | Fausti Am.[1] mil. | leg. III Aug. | def. in Parthia[2], | vix. an. XXXXI, | fratri pientissim., | L. Silius Rufinus sig.[3] | leg. III Aug. et Silius | Quietus mil. leg. eius.

*Lambaesi (VIII 2975 vidit Wilmanns).* — 1) *Ammaedara.* — 2) *Defuncti in Parthia, fortasse, ut coniecit Wilmanns, in expeditione Severi.* — 3) *Signifer.*

---

**2307** . . . [*mater*] miserissima, Sept. | Ingenuo eq. leg. | XIIII Gem., qui Partia *(sic)* | decidit in bello, | Sept. Iuliano eq. | [*l*]eg. XI . . . . . . . . . .[1]

*Carnunti (Petronell) (III 4480 vidit Mommsen).* — 1) *Extrema incertae lectionis.*

---

**2308** . . . . . | et perpetuae sec[*uritati*] Aur. Satull[*ino*] mil. leg. | I Adi., [*qui*] vixit annis XX|IIII, stip. VI, incursu ho|stis Daciae decidit, et Aur. Sat|ullo q[*ui*] vixit annis XIIII, | Aur. Acutus mil. leg. I Ad. pat. | filis bene merentibus posuit.

*In Pannonia, inter Aquincum et Brigetionem, loco dicto Bajna (III 3660 semel descripta).*

---

**2309** d. m. | Aur. Iustino militi | leg. II Ital., ϴ[1] in exp. | Daccisca, an. XXIII, | Aur. Verinus vet.[2] et | Mess. Quartina pa|rentes fecerunt.

*Celeiae (Cilli) (III 5218 vidit Mommsen).* — 1) *Obito.* — 2) *Veteranus.*

---

**2310** d. m. | Aur. Vitali | mil. leg. IIII Fl., | stip. VII, vixit | ann. XXV, agens | expeditione | Germaniae[1], Fl|avius Proc|lus mil. leg. s. s., | secundus he|res contuber|nali bene mere[*nti*] f. c.

*Spirae rep. a. 1600 (Brambach 1800 a prioribus).* — 1) *Fortasse significatur expeditio Caracallae.*

---

**2311** . . . . . T. f. Polia Marci|[*anus*] cas.[1], vet. leg. V Mac. ex | [*b. f. c*]os.[2], milit. coep. imp. | [*Antoni*]n. IIII cos.[3], funct. ex|[*pedi*]t. Orientali[4] sub St|[*at. Pri*]sco[5], Iul. Severo[6], M[*art.* | *Vero*][7] c. v., item Germ.[8] sub | [*Cal*]pur. Agricola[9], Cl. Fronto|[*n*]e[10] c. v., m. h. missione in Da|cia Cethe. et Claro cos.[11] | sub Cornel. Clemente[12] c. v., r|evers. at lares suos[13], et[14] | Marcia Basiliss. matre | dend.[15] enupt. sibi, Val. Lon|ga sorore, pro sal. sua suor. q.

*Troesmi (Iglitzae) rep., est Bucaresti (III S. 7505 vidit Domaszewski).* — 1) *Oriundus fuit ex ipsis castris legionis quintae Macedonicae Troesmensibus. De tribu Pollia castrorum cf. ad N. 2304 not. 5.* — 2) *Ex beneficiario consularis.* — 3) *A. 145.* — 4) *Miles eiusdem legionis quintae Macedonicae defunctus in expeditione Parthica, quae est ipsa nisi fallor haec Orientalis, memoratur in alio titulo Troesmensi III 6189.* — 5) *Cf. supra N. 1092.* — 6) *Videtur esse C. Iulius Severus consul ord. a. 155 et postea legatus Syriae Palaestinae (C. I. Gr. 4029).* — 7) *Cf. vit. Veri c. 7, Dio 71, 25, Suidas s. v. Μάρτιος (ex Dione, cf. Dio ed. Dindorf 4 p. 171), Fronto ad Verum imp. 2, 3 p. 131 Nab. Consul fuit suffectus a. 166 (dipl.), iterum ordinarius a. 179.* — 8) *Germanica, scilicet expeditione.* — 9) *Sex. Calpurnium Agricolam, legatum*

*Britanniae sub Marco et Vero (vit. Marci 8; C. VII 758) etiam bellum Marcomannicum gessisse hinc apparet.* — 10) *Cf. supra N. 1097. 1098.* — 11) *A. 170; viginti quinque igitur stipendia meruit.* — 12) *Cf. supra N. 1099.* — 13) *Lares sunt ipsae canabae legionis Troesmenses.* — 14) *Debuit esse* cum. — 15) *Mater collegii dendrophorum (mater eadem quae patrona).*

---

**2312** d. m. | et memoriae aeternae | Attoni Constantis | vet. leg. XXII P. p. f., miss|us honesta missio|ne, castris inter ce|teros convetera|nos suos revocitus *(sic)*, | quique bello inter|fectus obiit. Attia | Florentina con|iugi carissimo | et sibi viva ponen|dum curavit et sub | ascia dedicavit.

*Lugduni (Boissieu inscr. de Lyon p. 532 a prioribus).*

---

**2313** d. m. | T. Camul. L. f. Laveni[1] | emeriti leg. III Gallic. | honesta missione do|nati ab imper. Antonino | Augusto Pio et ex volumtate | imp. Hadriani Aug. tor|quibus et armillis aure|is suffragio legionis | honorati, Camulia Soror[1] et Partegoria . . ro . . e[1] [*ob*] | merita eius, patrono op|timo et piissimo.

*Grenoble, ubi fuit Cularo postea dicta Gratianopolis (XII 2230 fortasse semel tantum descripta saec. XVI).* — 1) *Nomina corrupta.*

---

**2314** d. m. s. | P. Aul. Apo|linario | mil. leg. III | Aug. ex III Ga|ll.[1], vix. ann. | XLVII, mil. XXV, | Iul. Lucilla | mar. dulcis.

*Lambaesi (VIII 3049 vidit Renier).* — 1) *Milites ex legione tertia Gallica in legionem tertiam Augustam translatos novimus non minus quinque (N. 2314—2317. VIII 3113). Translatos esse temporibus Elagabali, cum legionis tertiae Gallicae legatus locum imperatorium appetivisset (Dio 79, 7), cui tempori etiam rasuram adtribuendam esse quam nomen legionis passum est in duobus titulis Syriae, coniecit Henzen bull. inst. arch. 1865 p. 58, quem secutus est Mommsen C. VIII p. XX. Certe non multum ante Severum Alexandrum has translationes factas esse colligitur ex N. 2315.*

---

**2315** dis manib. sacr. | . . Iulius C. fil. domo Arethusa[1] Livianus, | vet. ex aquilif. leg. III Aug. Severiae[2], translatus | ex leg. III Gallic., se vivo in memor. mortis aeter|nae obventure cum suis fecit dedicavitque.

*Lambaesi (VIII 2904 vidit Wilmanns).* — 1) *Videtur significari Arethusa Syriae (Strabo 16, 2, 10 p. 753); cf. infra N. 2316 not. 1.* — 2) *Cognomen legionis aetatem Alexandri indicat.*

---

**2316** d. m. s. | Vibia Maxima | vixit an. XXXI, C. | Iul. Valens vet. | natio. Sur., | prob. in III Gal.[1] | missus de leg. III | Aug., con.[2] mer|enti cum | Basila et Valentin|o fil. comu|nibus fecit.

*In Numidia non longe a Lambaesi (VIII 4310 semel vel bis descripta).* — 1) *Natione Surus, probatus in tertia Gallica. Legio tertia Gallica, in Syria castra habens, ex ea potissimum provincia suppleta est.* — 2) *Coniugi.*

---

**2317** d. m. s. | Levis sit | tibi ter|ra. | Palla|di.[1] | C. Iul. Nestor iunior, vix an. | VII m. VIIII, C. Iul. Nestor vet. pa|ter, contributus ex | leg. III Gallicae[2] in | leg. III Aug., et Agria | Fabia[*n*]a mater filio dul|cissimo fecerunt.

*Lambaesi (VIII 3157 descr. Creully).* — 1) *Agnomen defuncti.* — 2) *Scr.* Gallica.

---

**2318** I. o. m. | C. Iul. Rog|atus mil. leg. | III Aug.[1], vet. | leg. II Adi., ex voto | ara posuit | libens Gen|tiano et Basso | cos.[2]

*Alt-Ofen rep., est Pestini (Froehlich arch. ep. Mitth. 14 p. 61).* — 1) *Translatus esse videtur ex legione tertia Augusta in legionem II Adiutricem fortasse, ut coniecit Froehlich, tempore belli Marcommanici, quo tempore vexillationem legionis tertiae Augustae in Pannoniam venisse apparet ex VIII 619. Translatus ex legione tertia Augusta in secundam Adiutricem fuit etiam is cui positus est titulus Thevestinus VIII S. 16553, sed is videtur fuisse centurio.* — 2) *A. 211.*

---

**2319** Q. Iul. Primus i. mag. f.[1] m.[2] leg. II Tr. | Ger.[3] for. Antoninianae stip. XXII, | nat. Afer domo Thevesti, tra[*ns*|*l*]at. [*e*]x[4] leg. III Aug. p. v., vixit an|nis XXXXV, Aurelia Dios|corus marito amantis|simo fecit.

*Prope Alexandriam Aegypti rep. (Revue arch. 1891, 18 p. 339 descr. Neroutsos).* — 1) *Intellege: imaginifer.* — 2) *Miles.* — 3) *Cf. N. 2345 not. 1.* — 4) trav|iat. IX7 *traditur.*

---

**2320** dis militaribus | et Genio loci pro | salute et reditu | imp. Caes. M. Aur. Antonini Pii in|victi Aug., Clod. | Marcellinus s. c. | trib. mil.[1] leg. II | A. p. f. Ant., translat. | ex leg. X Fr. Ant., nu|mini eius semper | devotissimus.

*Budae (III 3472 semel ut videtur descripta saec. XVI).* — 1) *Fortasse: subcornicularius (cf. Mo. ad III 3272) tribuni militum.*

---

**2321** M. Aemili M. f. Pob. | Soteriae equitis, domo | Oscensis, torquibus armill. | phaleris ab imperatore | donatus, militis missici | veterani[1] leg. VIIII Hispanies.[2], | hic ossa sita sunt.

*Calibus rep. (Eph. ep. 8, 530 descr. Ihm).* — 1) *Nota coniuncta veterani et missicii vocabula.* — 2) *Hispaniensis (pro Hispana) dicitur legio nona etiam V 7443.*

---

**2322** M. Fraxsanius Sex. f. | Pol. domo Regio Lepido, | veteranus leg. XI, eques, | annorum XLIIII, stipendiorum XXV, donatus | phaleris torquibus | armillis, h. s. e. | Primu. l.[1] pro meritis.

*In Dalmatia, non longe a Scardona, loco dicto Rožki Slap (III S. 9885 edidit Bulić).* — 1) *Haec incerta esse ait editor.*

---

**2323** d. m. s. | M. Valerius | Fortunatus | eq. legionari|us, v. a. XXVII, | Larcia Tertul|la soror po|suit. H. s. e.

*Lambaesi (VIII 3260 descr. Renier).*

---

**2324** . . . relius A. f. | [*Le*]m. Bon.[1], eques | [*fac*]tus[2], anno. XLV | [*mis*]sus ex leg. I[3] | [*vex*]ssillo[2] G. Lucreti | . . . onis, mili. anno. | [X]XV, h. s. e.

*Coloniae Agrippinae (I. Klein Rhein. Jahrb. 81, 1886 p. 253; Mommsen Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 5, 1886 p. 168. 217).* — 1) *Lemonia tribu, domo Bononia.* — 2) *Supplevit Mommsen, vexilli vocabulo significari putans CXX equites legionis ab uno praeposito rectos.* — 3) *Cf. supra N. 2245.*

---

**2325** C. Valeri|us C. f. Gal. | Proculus | Calagurri, | eq. leg. XI C. f. *(sic)* | ↄ Vindicis, | an. XXX stip. IX, | h. s. e., | t. f. i. | H. f. c.

*Carnunti rep. a. 1885 (Domaszewski arch. ep. Mitth. aus Oestr. 10, 1886 p. 28).*

---

**2326** Ael. Severus | eq. leg. III Aug. | ↄ Iul. Candidi, ex|plicitus deside|rio animi sui, | aram quam vo|verat Fortunae | Aug. l. a. reddidit | eamque dedic.

*Lambaesi (VIII 2593 vidit Wilmanns).*

---

**2327** d. m. | C. Secundi|nio Iuliano | equiti leg. | XXII Pr. p. f., an|n. XXXV stip. XV, | C. Seranius Ve|getus secun|dus heres et | collega | f. c.

*Ancyrae (III 269. III S. 6765 Domaszewski vidit ectypum).*

---

**2328** Iulius Donatus eq. leg. III Aug. ex opti|one, vixit anis LV et milex anoru. | XXV, efectum fili[1] coniugi mer.

*Lambaesi (VIII 2894 vidit Wilmanns).* — 1) *Haec corrupta.*

---

**2329** M. [*I*]ulius M. f. Qui. | Maternus Aug. N.[1], | mil. leg. III Aug. ↄ | Cripini[2], vix. ann. | XXVII mil. ann. V, h. s. e. | Sex Valerius Att[*i*]ci[*a*]nus | vexillarius eq. leg. III Aug.

*Theveste (VIII 10629. VIII S. 16549 vidimus ego et I. Schmidt).* — 1) *Augustonemeto (Mo. Eph. 5 p. 207, Herm. 19 p. 8 not. 2).* — 2) *Scr.* Crispini.

---

**2330** C. Rufius | C. f. Ouf. | Med.[1], mile[*s*] | leg. XIII | Gem., an. XXXVI | stip. XVI, fratre *(sic)* | pos. | H. s. e. *(supra eques, dextra vexillum tenens, in quo legitur)* vex. eq.

*Poetovione (III 4061 vidit Mommsen).* — 1) *(Tribu) Oufentina, (domo) Mediolanio.* — *Titulus, ut indicat etiam cognomen militis omissum, saeculi p. Chr. primi, quo tempore legio decima tertia hiberna Poetovione habuit (cf. supra N. 2261 not. 2), a Traiano translata in Daciam.*

---

**2331** d. m. s. | Herennius | Victorinus | disc. eqq.[1] leg. | III Aug., vixit | ann. XXVII, | h. s. e.

*Lambaesi (VIII 2882 vidit Wilmanns).* — 1) *Discens equitum.*

---

**2332** [*Au*]r[*e*]lius Ius[*t*]inus equ[*e*]s [*e*] l[*e*]g.[1] | XI Cl., provitu[2] annoro X[*V*]II[3] et | militavit munif[*e*]x[4] annis VII, equ[*e*]s[5] annis IIII, militavit in corte | statu posteriore[6] ex pluris | maicis derisus ipsius in ipso | titulo XCI.[7]

*Aquileiae (V 896 vidit Mommsen).* — 1) . . RLIIVS IVƧIINVS EQVIS ILIG *lapis.* — 2) *Intellege: probatus.* — 3) XNII, 4) MVNIFIX, 5) EIQVS *lapis.* — 6) *In cohorte illa (numerus videtur excidisse), centuria hastati posterioris.* — 7) *Haec non intelleguntur. Titulus quamvis barbare scriptus, saeculo quarto antiquior est.*

---

**2333** Iulius centurio | supernumerarius[1] | leg. XI Claudiae | stip. XXXIIII, annor. | circiter XXXX[2]; tiro probitus ann. | XVI, postea profecit | disces equitum, | ordine factus mag. | equitum[3], positus hic.

*Aquileiae rep. (V 8278 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Centuriones supernumerarii praeterea non reperiuntur. Fortasse opponuntur centurionibus ordinariis saepius memoratis aetate labente. Mo. putat significari equites supernumerarios legionis memoratos a Vegetio 3, 8.* — 2) *Expectaveris* L. — 3) *Magistri equitum (certe sub hoc nomine) nulla alia mentio.*

---

**2334** bonum eventum | ee. qq.[1] leg. XXII Pr. p. f., | Albanius Agricola | et Macrinius Iuli|[*a*]nus qd. cives Sumelo.[2], | [*Po*]mpeiano et Paelignian. | cos.[3]

*Moguntiaci (Brambach 1034; Becker Inschr. des Museums d. Stadt Mainz n. 65).* — 1) *Equitum (cf. Mommsen eph. 5 p. 230).* — 2) *Quondam (sed pro* qd *habet* qq *Becker) cives Sumelocennenses.* — 3) *A. 231.*

---

**2335** imp. Caesari | M. Aurel. Anto|nino Pio Feli|ci Aug., Parthic. | max., Brit. max., | German. max., | pontif. max., | trib. pot. XVIIII[1], | cos. IIII, imp. III, | p. p., proc., | equites, in | his actarius | leg. VII Gem. Ant. p. fel., de|voti numini | maiestatiq. eius. *(In latere)* dedicat. | VII k. Oct. | Cattio Sab|ino II et Cor. | Anullino | cos.[1]

*Prope Leon Hispaniae rep. (VII 2663 vidit Huebner).* — 1) *A. 216.*
*Titulum ab equitibus legionis tertiae Augustae positum habes C. VIII 2550.*

---

**2336** Q. Coelius L. f. | leg. XI, Actiacus[1], | signifer.

*Prope Este (Ateste) ad vicum Moldiriemi rep. (V 2503 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. supra N. 2243.*

---

**2337** L. Coelius Q. f. miles leg. VIIII, signifer, ob virtutes palaris[1] torquibus armillis don[*atus*].

*Prope Taurinos rep. (V 7495).* — 1) *In secundam litteram corrector aliquis litteram* h *videtur intrusisse.*

---

**2338** P. Tutilius P. f. O[*uf.*] veteranus, sign[*ifer*], aquilifer leg. V . . ., | curator vete[*ran.*], | accepit ab impe[*rat.*] | praemia dupl[*icia*], | natus est A. Hirtio [*A. f. C.*] | Vibio Pansa cos.[1], de[*cessit*] | C. Fufio Gemino L. Ru[*bellio*] | Gemino cos.[2], sibi [*et*] P. Atecingi[3] f. [*et*] | Demincae[3] [*f., et*] | Andoblationi[3] P. f. [*et*] Gnatae P. f., | t. f. i.

*Mediolani (V 5832 vidit Mommsen).* — 1) *A. u. c. 711.* — 2) *A. u. c. 782 (p. Chr. 29).* — 3) *Nota nomina Gallica.*

---

**2339** *(miles stans signum cum aquila tenens)* L. Sertorius L. f. | Pob. Firmus | signif. aquil. leg. XI | Claud. piae fidelis, | missus, curat. veter.[1] | leg. eiusdem, | Domitiae L. f. | Priscae uxori.

*In agro Veronensi rep., est Veronae (V 3375 vidit Mommsen; imaginem ex Ortio dedit Domaszewski Fahnen im röm. Heere p. 50 fig. 4). Eodem loco repertus est titulus hic* Q. Sertorius | L. f. Pob. Festus | centur. leg. XI | Claudiae piae | fidelis *cum imagine centurionis (V 3374), qui videtur pertinere ad fratrem Sertorii Firmi. Nota duos fratres in eadem legione militantes, sed alterum centurionem.* — 1) *Curator veteranorum.*

---

**2340** C. Vetti L. f. | Vel. Tusci | legionis IIII | Macedonicae | aquiliferei *(equus (?) alatus triceps cauda taurina).*

*Prope Firmum Picenum in oppido Monsampietrangeli (IX 5527 Mommsen vidit ectypum gypsaceum). Alium aquiliferum legionis quartae Macedonicae habemus in titulo Atestino, ap. Pais n. 514. Eiusdem legionis aquiliferum, sed nomine non posito, memorat Tacitus hist. 1, 56.*

---

**2341** Cn. Musius T. f. | Gal. Veleias[1], an. | XXXII stip. XV, | aquilif. leg. XIIII Gem.[2], | M. Musius Ɔ frater posuit.

*Moguntiaci (Brambach 1183; imaginem dedit Lindenschmit Alterth. u. h. Vorz. I fasc. 4 tab. 6 et ex eo Domaszewski die Fahnen im r. H. p. 29).* — 1) *Cf. supra N. 2249.* — 2) *Cf. N. 2262 not. 2. Titulus videtur Claudio antiquior.*

---

**2342** Sex. Sammio Volt. | Severo [Ɔ][1] leg. prim. | Germanic.[2], qui | [e]o[*d.*][3] cos. quo milit. | coepit, | aquilifer | factus est, anno[s] XIII | aquili[*f*]er[4] militavit, | [Ɔ][5] factus C. Antis|tio Vetere [*et*][6] M. Suil|lio Nerullino cos.[7], | ex [*te*]sta[*mento*].

*Grenoble (XII 2234 ad tria exempla saec. XVII non bona).* — 1) c *vel* e, 2) germanica *vel* germanico *apographa. De legione prima Germanica cf. supra N. 2245.* — 3) for. *traditur (restituit Seeckius); intellege: eodem consule quo militare coepit.* — 4) anno XIII aquiliater, 5) d, 6) II *apographa.* — 7) *A. 50.*

---

**2343** d. m. | M. Aur. Sosius | v. l. IIII F.[1], v. f. s. et | Iul. Valent[*inae*]. *(In utroque latere miles tenens vexillum, in quo litteris parvis)* ex aquil.[2]

*Gradi prope Aquileiam (V 899 cf. Pais 72 qui vidit).* — 1) *Veteranus legionis quartae Flaviae.* — 2) *Ex aquilifero (sic recte Pick, ap. Pais p. 279).*

---

**2344** d. m. s. | L. Tullio Felici, | vixit anos XXV | meses II dies XVII, | discens | aquiliferu[1] | leg. III Aug., memorie | eius posuit L. Bon|cius Secundus, | aunculo.

*Lambaesi (VIII 2988 vidit Wilmanns).* — 1) *Idem recensetur inter milites enumeratos C. VIII 2568 v. 22, ubi ad nomen eius adscriptae sunt litterae* daq, *quibus significari discentem aquiliferum (vel aquiliferorum) sine hoc titulo nemo divinare potuit.*

---

**2345** *(miles inter duo signa militaria)* d. m. | Aurel. Alexandrus quandam *(sic)* | signifer leg. II Traianae for. Ger.[1] | cohor. II hastati pr., natione Mace|don., stipendiorum XIII, annos vixit | an.[2] XXXI, Aurel. Heliodorus libertus | et heres monimentum fecit dignis|simo patrono suo.

*Nicopoli ad Alexandriam rep. (III S. 6592; imaginem militis dedit Domaszewski Fahnen im r. Heere p. 37).* — 1) *Germanica dicta legio secunda Traiana fortis etiam in aliis titulis nonnullis (supra N. 2319. III S. 6594ª. 6609).* — 2) *Abundat* an.

---

**2346** d. m. s. | Val. Genialis milex | legionis secunde | Divitensium Italice[1], | singnifer *(sic)*, vixit annos L, | militavit annos XXVI, | posit Verina bene merenti.

*Romae (VI 3637 vidit Henzen).* — 1) *Divitensium dicitur legio secunda Italica etiam in titulo Spoletino Orell. 3391. Idem agnomen reperitur datum numeris nonnullis aetate labente.*

---

**2347** . . . | militia leg. princ. sig.[1] explevit, | honeste miss. vicsit electus fl. pp. | in civitatem sua, omne cultu | corporis perquam nitore | est usus, annis super LX agens | faciendum sibi dum viveret | . . . .

*In Numidia loco dicto El Madher (VIII 4333 vidit Wilmanns).* — 1) *Videtur intellegendum esse: militiam legionariam principalis, signifer (Mo. eph. ep. 4 p. 238 not. 3).*

---

**2348** d. m. s. | Longini Victoris vet. | Aug. n. qui vixit ann. XXXV dies | XIII, mil. ann. XVIII, duplarius, | aiutor signorum[1], natus Pan|noniae superiorae, fecit | Longinius Euprepes libertus | patrono benemerenti, et li|bertis libertabusq. posterisq. | eorum, ne de nomine eorum | exeat. | H. m. h. n. sequetur — | sine dolo malo — exterum.[2]

*Romae, nunc fragmentum Cusercolis (VI 3472 ter descripta saec. XVI).* — 1) *Legionarium fuisse hunc adiutorem signorum minime constat. Signiferi (vel signifer) adiutor miles praetorianus videtur esse Bull. com. 1887 p. 258. Cf. etiam infra N. 2415.* — 1) Exterum *vocabulum videtur, postea adscriptum, iungendum cum* h. *(heredem) quod praecedit.*

---

**2349** in h. d. d.[1] Genio vexillar.[2] et | imaginif., Attianus Coresi. vex.[3], | Fortionius Constitutus | imag.[4], signum cum edicla | et tabl. marmoream d. d. D.[5] | imp. d. n. Gordiano Aug. et Aviola cos.[6]

*Prope Neuwied rep. (Brambach 693; cf. Huebner ex. scr. ep. 636).* — 1) *In honorem domus divinae.* — 2) *Vexillariorum.* — 3) *Vexillarius.* — 4) *Imaginifer.* — 5) *Dedicatum.* — 6) *A. 239.*

---

**2350** in h. d. d.[1] pro | salute imp. Severi | Alexandiri *(sic)* Aug., deo | Apollini Dyspro lu.[2] S|oliq. de.[3] milites leg. | XXX U. v. p. f.[4], sub cura | agent. T. F. Apri Com|modiani leg. Aug. p. p. et | Cannuti Modesti leg. | leg.[5], Sept. Mucatra | imag.[6] et Sept. Callus | et Sept. Mucatra et | Sept. Deospor et Sept. | Sammus et Sept. Mucatra | candidati[7] v. s. l. m., | Maximo it. et Aeliano cos.[8]

*Prope Cliviam rep., est Bonnae (Brambach 151; cf. Huebner ex. scr. ep. 628).* — 1) *In honorem domus divinae.* — 2) *Non intellegitur. Subest fortasse cognomen Apollinis Thracicum. De deo Dusari (cf. C. X 1556) cogitavit Mommsen.* Lu. *noli interpretari de Luna dea.* — 3) *Deis (?)* — 4) *Milites legionis tricesimae Ulpiae victricis piae fidelis.* — 5) *Legati legionis.* — 6) *Imaginifer.* — 7) *De candidatis in re militari cf. Mommsen eph. ep. 4 p. 532 not. 2; Domaszewski arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 10 (1886) p. 23.* — 8) *A. 223.*

---

**2351** *(tubicen cum tuba)* C. Vettieni. | C. [*f.*] | Pupinia Urbiqus | tubicen exs | legione [*XX, h.*] exs | te[*sta*]mento | . . e . . . .

*Coloniae Agrippinae rep. a. 1632 (Brambach 378 e prioribus).*

---

**2352** *(miles tubam tenens)* d. m. | Aur. Salvianus | tub. leg. XI Cl., | qui militavit | annos XIIII vi|xit annos XXXVI.

*In Chersonesi Tauricae ruderibus (non longe a Sebastopoli quae hodie est) rep. (III 782 cf. p. 1010 Wilmanns vidit ectypum gypsaceum). — Milites Romanos tetendisse in Bosporo Cimmerio testatur Iosephus bell. Iud. 2, 16, 4. Hos consentaneum est delectos esse ex exercitu proximo, id est Moesiae inferioris; cuius exercitus pars fuit legio undecima Claudia.*

---

**2353** Minervae | Aug. sacr. | scola[1] tu|bicinum[2] | ex vot. pos., | imp. d. n. Alexan|dro III et [*Di*]one[3] cos.[4]

*Brigetione (Szoeny) rep., deinde Vindobonae (Eph. ep. 4, 503).* — 1) *De vocabulo scholae cf. Mommsen eph. l. c.* — 2) *Intellege tubicines legionis primae Adiutricis Brigetione consistentis.* — 3) Mone *lapis.* — 4) *A. 229.*

---

**2354** pro felicitate et inco|lumitatem saeculi do|minorum nn ![1] Augg[*g.*][1], | L. Sep. Severi Pii Pertinacis | Aug. et M. Aureli Antonini | Aug. ⟨Part. Brit. Germ. | max.⟩[2] Aug. et Iuliae Aug. | matri Aug. ⟨n.⟩[1] et castr. | ⟨et senatus et patriae⟩[2] Antonini Aug. nostri ⟨invicti⟩[2], | cor.[3] leg. III Aug. p. v.: | L. Clodius Secundus opt., | C. Iulius Felix, *(sequuntur alia nomina XXXIV).* Scamnari n.[4] dabunt col. qui fac. fuer.[5] | 𐆖[6] DCCL. Si qui de col. tram. pro., cum pr. s., acc. viat. pro.[7] m.[8] 𐆖[6] CC, eq.[9] a. R.[10] D. | Item vetranis anularium[11] nom. 𐆖[6] D. | Item si qui ex coll. amplio. grad. prof.[12], accip.[13] 𐆖[6] D. | Item si qui obitum naturae red.[14], acc.[13] her. ips. sive proc.[15] 𐆖[6] D. | Item quod abom.[16] si q. locu. sun. *(sic)* amis.[17], accipiet 𐆖 CCL. | EISTM[18] qui arc. solut.[19] sunt et si quis de tironib. ab hac die satis | arcae fec., accipiet quitquit debet.[20] Lex fact. XI kal. Sep. ! ! ! ! ! II et Geta II[21] cos. *Ceninis, Antoninus, Filinus, Marcus.[22]

*Lambaesi, nunc Parisiis (VIII 2557 vidit Wilmanns).* — 1) *Tertia* n *tertiaque* g *pertinentes ad Getam, erasae.* — 2) *Quae uncis inclusa sunt, leguntur in litura, scilicet intrusa in locum nominum Getae et Plautillae erasorum.* — 3) *Cornicines, non cornicularios intelligendos esse, collegit Renier inde, quod in alio quodam titulo Lambaesitano (VIII 2564) duorum ex his hominibus nomina recensentur, adscripta eadem nota* cor. *post tubicines nonnullos, ante bucinatores. (Intellegendos esse corporatos, nuper in mentem venit Mommseno).* — 4) *Scamnari nomine. Scamnarium reperitur etiam in simili titulo Lambaesitano infra N. 2438; apparet significari summam quae pro introitu, pro sedendo in scamnis collegii cornicinum, solvi debebat.* — 5) *Collegae qui facti fuerint.* — 6) *Denarios.* — 7) *Si qui de collegis tramare proficiscetur, cum promotus sit, accipiet viaticum processus (non omnia certa).* — 8) *Miles,* 9) *eques autem.* — 10) *Scribendum esse* 𐆖 *putat Mo.* — 11) *Expectaveris* anularii *(de anulario cf. infra N. 2438).* — 12) *Si qui ex collegio ampliore gradu proficiscetur.* — 13) *Accipiet.* — 14) *Reddiderit.* — 15) *Heres ipsius sive procurator.* — 16) *Abominamur.* — 17) *Amiserit.* — 18) *Fortasse scr.* item. — 19) *Arca soluti.* — 20) *Debetur.* — 21) *A. 203. Plautiani nomen erasum, Getae, fratris Septimii Severi, rasura temptatum errore.* — 22) *Nomina haec quo pertineant, ignoratur.*

**2355** excubitorium ad tutel. | signor. e[*t*] imagin. sacrar. | P. Turran. Firminus vet. ex | cornic.[1] leg. II Adi. Anto|niniane p. s.[2] a solo res[*t.*], | Sabino II e[*t*] Anullino c[*os.*][3]

*Aquinci (III 3526 semel descripta). — 1) Veteranus ex cornicine. — 2) Pecunia sua. — 3) A. 216.*

---

**2356** . . . | C. Iul. Mac[*er*] | signifer, | L. Sep. Vitalis | tesserarius, | L. Sep. Ianuarius | c. armor.[1], | Max. et Aeliano cos.[2] | v. s. l. m.

*Aquinci (Alt-Ofen) rep., est Pestini (Eph. ep. 2, 693 vidit Mommsen). — 1) Custos armorum. — 2) A. 223.*

---

**2357** . . . . . . . | L. Iulius Prim[*us*] | sig. leg. III A[*ug.*], | L. Furnasi[*dius*] | Asclepiades | arm. cus. leg. eiu[*sd.*], | heredes eiu[*s*] | fecerunt.

**2358** d. m. s. | C. Terentius | Secund. Opiter.[1] | tesserarius | leg. III Aug., | vix. an. XLII, | L. Furnasidius | As[*clepiades*][2], | armorum[3], | h. e. f.[4]

*Lambaesi (VIII 2912. 2983 vidit Wilmanns). — 1) (Domo) Opitergio. — 2) Asclepiades nomen erasum nescio qua de causa. — 3) Nota hic dici armorum, qui N. 2357 dicitur armorum custos. — 4) Heres eius fecit.*

---

**2359** d. m. | T. Fl. T. f. Pol. Se|cundus cast.[1], | mil. leg. XV Apol., | cust.[2] 7 Anni Cassi, | stip. XXII, T. Fl. Ingenus | signif. h. f. c.

*Carnunti rep. a. 1878 (Eph. epigr. 4, 533 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) Castris (de tribu Pollia cf. N. 2304 not. 5). — 2) Videtur significari custos armorum.*

---

**2360** d. *(aquila)* m. | Aur. Dizza c. a.[1] | leg. II Part. 7 IIII p. | post[*er.*][2], v[*ix.*] ann. | XXXVI [*di*]es . . II, mi[*l.*] | ann. [X]IIII, [*Aurel.*] | Muc . . . . . [*mil.*] | leg. s. s. 7 . . . . . . | et Aurel. Pyrr[*us*] | heredes frat. | posuerunt.

*Wormatiae rep. (Hettner Westdeutsche Zeitschr. f. Gesch. u. Kunst 2, 1883 p. 432). — 1) Custos armorum legionis secundae Parthicae. Legio secunda Parthica, castra habens prope Romam in monte Albano (Henzen ann. inst. arch. 1867 p. 93, C. XIV p. 217), quemadmodum Caracallam comitata est in Syriam (Dio 78, 34 cf. Henzen l. c.), ita cum Severo Alexandro potuit proficisci ad Rhenum. — 2) Centuriā quarti pili (vel: principis) posterioris.*

---

**2361** . . . . | sexto pilo prior|e[1] leg. II Particae[2], | stipendiorum XI, | armigustori *(sic)*.

*Gradi, nunc Aquileiae (C. I. L. suppl. Ital. 190 vidit Pais; Gregorutti archeografo triestino 1887 p. 155). — 1) Meruit in centuria sexti pili prioris. — 2) Legio secunda Parthica circa Aquileiam morata est a. 238, cum Maximinus eam urbem obsideret; milites enim, qui uxores et liberos reliquerant prope Romam ad montem Albanum, a quibus consilium interficiendi Maximini captum esse scribit Herodianus 8, 5, 8 (inde vit. Maximin. 23, 6), nulli alii sunt quam milites eius legionis. Eo tempore igitur potest hic miles prope Aquileiam defunctus et sepulcrum nactus esse.*

---

**2362** G. | Iul. Mar|inus Ara[1] | armatura[2] | leg. XIIII G. | M. v., an. XXX, | stip. XII, h. [*s.*] e. | T. F. Arbiter | f. c.

*Moguntiaci (Brambach 1178 semel descripta saec. XVIII). — 1) Colonia Claudia Ara Agrippinensis. — 2) De vocabulo armatura cf. Eph. ep. 4 p. 440. Munus aliquod in militia significari certum videtur.*

---

**2363** Marti et Minerv. | Aug., coll. | armatura.[1] | leg. II Adi. | p. f. | Antoninia|nae.

*Aquinci (Alt-Ofen) rep., deinde Grani (Eph. ep. 2, 687 vidit Mommsen). — 1) Collegium armaturarum.*

---

**2364** d. m. | L. Gratii L. f. Clau. | Verini Cemene|li[1] mil. frum. leg. II Aug., vix. ann. | XXXI militavit | an. XII, fecit he|res Q. Aemilius | Marinus sin|gular. leg. ei|usd.[2]

*Romae (VI 3339 vidit Henzen). — 1) Cemenelum caput Alpium maritimarum, hodie Cimiez. — 2) Singularis legionis praeter hunc unus tantum innotuit VI 3614 (Cauer eph. ep. 4 p. 403).*

---

**2365** d. m. | M. Ulpio Ner. | Quinto Glevi[1] | mil. fr. leg. VI V.[2], | Calidius | Quietus collega | fratri observato | piissimo b. m. f. c.

*Romae (VI 3346 vidit de Rossi). — 1) Intellegitur Glevum (Gloucester), cf. C. VII p. 29, colonia facta a Nerva, ut ex hoc titulo intellegitur. — 2) Militi frumentario legionis sextae Victricis.*

---

**2366** d. m. | T. Flavi Fruendi | fr. leg. VIII Aug.[1], | M. Sabionius | Cinna et | L. Flavius Tertius | et C. Mellonius | Severus fr. leg. XXII | Pr.[1] h. f. c.

*Romae, postea Parisiis (VI 3351 vidit Mommsen). — 1) Octava Augusta et vicesima secunda Primigenia, ambae legiones Germaniae superioris; cf. N. 2368 not.*

---

**2367** d. m. | M. Taricius[1] Atto fr. | leg. I Adiutrices *(sic)*[2], Car|tinio Grato fr. | leg. X Gem. colle.[3] | b. m. f.

*Romae ad viam Appiam (VI 3332 vidit Henzen). — 1)* ƬARICIVS *lapis. — 2) Prima Adiutrix et decima Gemina ambae legiones Pannoniae superioris; cf. N. 2368 not. — 3) Collegae.*

---

**2368** d. m. | Cornelio Florin. | frumentario leg. X Geminae[1], | Elpinius Festianus | frumentarius leg. I Adiutricis[1] | agens curam carceris, | in memoriae causam | contubernali carissimo.

*Ephesi (III 433 servavit Cyriacus). — 1) Et decima Gemina et prima Adiutrix legiones tendebant in Pannonia superiore. De titulis frumentariorum positis a frumentariis aliarum legionum eiusdem provinciae cf. Ritterling de legione decima Gemina p. 52 not. 3.*

---

**2369** d. m.[1] Fulv[*io C*]aprati|no ex p[*rovi*]ncia | Baetic[*a It*]alicen|si, probato in leg. | VI Ferra[*t.*], tra[*ns*]|lato frum. | in leg. VII G. p. f., | facto [*b. f.*][2] cos., | militavit ann. | XXI, vixit ann. | XXXX, Ful. Corne|lianus lib. pat. | be. me. fec.

*Tarracone (II 4154 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) Inter* d. *et* m. *praenomen* Cn. *interponit unum ex apographis, fortasse recte. — 2)* RE *(pro* BF*) tradi-*

*tur. — Similis fuit titulus Coloniae Agrippinae rep., suppletus a Mommseno Korrespondenzbl. der westd. Zeitschr. 2 p. 63.*

---

**2370** T. V[*a*]rronius | Maro frumen[*t*]arius | leg. III Quirenarice[1], | qui cucurrit TRVM[2] | ann. XL, et c. frum.[3], fac|tus mod. Ↄ.[4] Firminus | libertus eius posuit. | Locus concessus *(reliqua non scripta).*

*Salonis (III 2063 cf. III S. 8581 vidit Hirschfeld).* — 1) *Intellege: Cyrenaicae.* — 2) *Scr.* frum. — 3) *Centurio frumentariorum.* — 4) *Factus modo centurio, sc. decessit (Hirschf.).*

---

**2371** I. o. m. | pro salute impp. | L. Septimi Severi | et M. Aur. Antonini | Augg. *! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !*[1] | et Iul. Aug. matr. cas., | sub cura Fl. Muciani | 7 fr., M. Firmidius Specta|tus fr. leg. II Ital. p. f., | optio consacravit | item dedicavit, | III idus Apr. Severo et Victor. | cos.[2]

*Lunae (Carrara) (XI 1322 ad exemplum accuratum Accursii).* — 1) *Erasum Getae nomen.* — 2) *11 Apr. (die natali Severi, ut monuit O. Hirschfeld) a. 200.*

---

**2372** d. m. | Val. Paterni | specul. exercit. | Britann.[1], | cura agentibus | Semp. Pudente | mil. frum.[2] | et Cutio Euplu | ministro spec.[3], | b. m. fecerunt. | In fr. p. VII, in ag. p. V.

*Romae, nunc Oxonii (VI 3358 vidit Huebner).* — 1) *Speculatoris exercitus Brittanici (miles fuit sine dubio unius ex legionibus Britannicis, fortasse vicesimae Valeriae; legionem non enuntiari non mirum, cum speculatores militaverint in praetorio legati, cf. Domaszewski mus. Rhen. 45 p. 209 not. 3).* — 2) *Frumentarius fuit legionis vicesimae Valeriae victricis in Britannia castra habentis; cf. C. VI 3357. 3359.* — 3) *Ministro speculatorum (de hoc munere praeterea nihil compertum).*

---

**2373** Q. Annio | Apro | speculatóri | leg. VII Gem. fel., in|intestato[1] defunct., | collegae eius | d. s. f.: | T. Flavius Reburrus, | L. Valer. Festus, | L. Valer. Maternus, | L. Sempr. Maternus, | L. Annius Vitalis, | M. Memmius Celer., | P. Cornel. Gratianus.

*Tarracone (II 4143 vidit Huebner).* — 1) in *litterae errore bis positae.*

---

**2374** Hercu|li Aug. | spec. | P. s.[1]

*Carnunti (Petronell) rep., est Vindobonae (III 4402 vidit Mommsen).* — 1) *Speculatores Pannoniae superioris.*

---

**2375** scola speculatorum | legionum I et II Adiutricium | piarum fidelium Severianar.[1] | refecta per eosdem, quorum | nomina infra scripta sunt, dedi|cante Fl. Aeliano leg. Aug. pr. pr., kal. | Octob. Modesto et Probo cos.[2] — *(Sequuntur nomina viginti, speculatorum sine dubio*[3]*; deinde)* curante Aur. Pertinace frumentario.

*Aquinci (Budae vetere) (III 3524 saec. XV/XVI quatter descripta).* — 1) *Apparet ex hac inscriptione legiones duas Adiutrices a. 228 non fuisse diversarum provinciarum, ut saeculo p. Chr. altero atque etiam a. 212 (cf. N. 2382 not. 2), sed ambas eius provinciae cuius caput fuit Aquincum, Pannoniae inferioris. Etiam Dio 58, 24 legionem primam Adiutricem Pannoniae inferiori ad-*

*scribit. Cf. supra N. 2207 not. 4; Ritterling de legione X Gemina p. 53; Domaszewski mus. Rhen. 45 p. 203 seq.* — 2) *A. 228.* — 3) *Speculatores denos in singulis legionibus fuisse etiam N. 2382 ostendit.*

---

**2376** Genio | scholae suae, | P. Aurel. Felix | speculator | leg. III Aug. | domo Thamug., | donum dedit.

*Lambaesi (VIII 2603 vidit Wilmanns).*

---

**2377** I. o. m. . . . upp.[1] | d. d.[2] et Gen[*io*] | stationis, | pro s. d. n. imp. | Severi Ale|xandri[3] Aug., | Valerianus | specul. leg. IIII | [*F*]l. S. A.[4] v. s. l. m., Aug.[5] | Severo Alexand. Aug. | [*II*] et Aufid. Marcello | [*II cos.*].[6]

*Batus Albaniae, ibi prope ubi fuit Ulpiana Moesiae superioris (III S. 8173 Hirschfeld vidit ectypum).* — 1) *Videtur latere cognomen Iovis optimi maximi.* — 2) *Dis deabus.* — 3) Severi Alexandri *vocabula rasura temptata.* — 4) *Speculator legionis quartae Flaviae Severianae Alexandrianae.* — 5) *Dele* Aug. — 6) *A. 226.*

---

**2378** *(speculator repraesentatus in raeda vehens)* d. m. | L. Blassius Nigellio | specul. leg. VII Cl., vixit | ann. XXXV . . . . .

*Viminacii (Kostolatz) rep. (III 1650 p. 1021 cf. arch. ep. Mitth. aus Oestr. 13 p. 30).* — *Vehicula speculatorum memorat Suet. Gai. 44.*

---

**2379** d. m. | Tib. Cl. Ianuario | spec. leg. XIIII G., comm. cos. prov. | Delm.[1], stip. XIII[2], | Aebutia Ianuaria | fil. piissimo et | Visellia Iulia ma|rito.

*Salonis rep. (III 2015 descr. Gliubich).* — 1) *Speculatori legionis decimae quartae Geminae, commentariensi consularis provinciae Delmatiae; cf. Domaszewski mus. Rhen. 45 p. 211.* — 2) XIII C *traditur.*

---

**2380** Iulius Ingenus obit in Gallia morte.
Coniunx patriae gremio mandat Virula corpus.
Germaniae meruit specula[*t*]or et corniculu[*ar*]ius
legionis; initium vitis[1] vitae fuit finis.

*Kissera prov. Byzacenae (VIII S. 12128 melius quam VIII 702).* — 1) *Significatur gradus centurionis, quo ille post speculatoris et cornicularii munera pervenerat.*

---

**2381** qui imagines sa|cras aureas fecerunt:

| | |
|---|---|
| corniculari: \| | L. Considius Paulus Rusic.[1] \| |
| | C. Calventius Ianuar. cas.[2] \| |
| comment.: \| | Aufidius Rufus Lamb. \| |
| | L. Orbius Felix trib. leg.[3] \| |
| speculatores[4]: \| | L. Publicius Florentin. Lamb. \| |
| | C. Caecilius Felix Bisica \| |
| | C. Iulius Dexter Theves. \| |
| | Fadius Dubitatus Hadr. \| |
| beneficiari cos.. \| | *(nomina triginta, in his* 3*)* Q. Iulius Catulus Lamb. q.[5], (30) C. Iulius Verus[6] Ammeder. |

quaestionari: | (*nomina quinque*)
~~BB~~ sexm.[7]: | (*nomina quinque*)
harusp.: (*nomen unum*)
(*In latere*) cura agente | C. Memmio Vic|tore 7 leg. III Aug.

*Lambaesi (VIII 2586 vidit Wilmanns).* — 1) *Rusicade Numidiae (cf. C. VIII p. 684). Nota paene omnium militum patriam esse Africam.* — 2) *Castris.* — 3) leg. *vocabulum videtur trahendum ad versum superiorem, ut alter commentariensis fuerit legati, alter tribuni (Mommsen ap. Henzen syll. 6792 a).* — 4) *Causa, cur quattuor tantum speculatores hic habeamus, non decem (cf. N. 2375. 2382), Domaszewskio (mus. Rhen. 45 p. 210 not. 2) videtur esse, quod reliqui missi erant in officium proconsulis.* — 5) *Intellege: quaestor, ut sit is qui arcae ad imagines faciendas institutae praefuerit (Wilmanns).* — 6) *Idem beneficiarius consularis redit infra N. 2419.* — 7) *Beneficiarii (tribuni) semenstris.*

---

**2382** imp. Caes. | M. Aur. Antonino | Pio Felici August. | Part. max., Britt. max., | pontif. max., trib. pot. | XVI[1], imp. II, cos. III, desig. | IIII[1], p. p., procos., corniculari commentariens. | speculatores | legionum III | Antoninianar. | P. s.[2] devotissimi | numini eius. | Cornic.: (*nomina tria*); comm.: (*nomina tria*); specul.: (*nomina triginta*).[3]

*Carnunti (Petronell) rep., est Vindobonae (III 4452 descr. Mommsen).* — 1) *Consul quartum fuit a. 213, ut titulus positus sit a. 212; pro* trib. pot. XVI *expectaveris* trib. pot. XV. — 2) *Legiones tres Pannoniae superioris sunt decima Gemina (Vindobonae), quarta decima Gemina (Carnunti), prima Adiutrix (Brigetione).* — 3) *In singulis legionibus fuisse cornicularios singulos, commentarienses singulos, speculatores denos ex hoc titulo videtur colligi posse.*

---

**2383** d. m. | Iulio Fl|avino co|m. l. VII G. f., | quaestion|ario[1], am|ico carissi|mo, Here|nius Rog|atus.

*Tarracone (II 4156 saec. XVI aliquoties descripta).* — 1) *Commentariensi legionis septimae Geminae felicis, quaestionario.*

---

**2384** d. m. | L. Gargilio Rufo | com. ab actis | civilib., homini | optimo et hones|tissimo.

*Tarracone ut videtur rep., nunc in Anglia (II 4179 vidit Huebner).*

---

**2385** d. m. | C. Octavius Cae|cilianus mil. exac|tus leg. III Aug., vixit an|nis XXVII, hic situs est.

*Lambaesi (VIII 2956 vidit Wilmanns).*

---

**2386** d. m. | T. Fl. Primano patri, et | Traian. Clementinae | matri, et | T. Fl. Clementi fratri | mil. leg. III Italic. | exacto cos.[1], | qui vixit annis XXIIII, | T. Fl. Martialis sibi | et parentibus suis | vivos fecit.

*Oberhausen prope Augsburg rep. (III 5812 vidit Mommsen).* — 1) *Exacto consularis.*

---

**2387** d. m. | C. Florio | C. fil. Hono|rato mil. | leg. III Aug., | exacto | at praet.[1], | vix. ann. | XXII, | Florius | Mauricus | filio | dulcissi|mo fecit.

*Verecundae prope Lambaesim (VIII 4240 vidit Wilmanns). — 1) Exactus ad praetorium diversus non videtur esse ab exacto consularis vel legati legionis. Similiter in titulo Aquincensi III 3634 militis legionis secundae Adiutricis fuisse videtur* exactus ad praetorium, *non, ut traditur* praaticom *(Wilm.).*

---

**2388** d. m. | et memoriae L. Antisti | Belliciani vet. leg. I Adiu|t., et Iuliae Proculae eius, | Luci Antisti Bellicus | mil. leg. II Adiut. b. f. cos.[1], et | Bellicianus mil. leg. s. s.[2] exactus off. presi|dis[3], parentibus karissim|is f. c. c.

*Brigetione (Szöny) rep. a. 1865 (III 4311). — 1) Beneficiarius consularis. — 2) Miles legionis supra scriptae. — 3) Exactus officii praesidis, scilicet legati Pannoniae superioris.*

---

**2389** [*d. m.*] | et memoriae aet[*er*]|nae Celerini Fide[*lis*] | civis Batavi, mil. l[*eg.*] | XXX[1], exacti proc. p. L.[2], [*q*]ui vixit ann. XXXX, m[*o*]|riens reliquit super[*sti*]|tes liberos tres, Cel[*e*]|rinius Augend[*us* | *e.*] vir, a mill.[3], fratri [*pi*|*i*]ssimo et Matur[*ini*]|a Pia coniugi ca|rissimo facien|dum curarunt | [*e*]t | sub ascia dedicav[*e*]|runt.

*Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 224). — 1) Significatur legio tricesima Ulpia victrix, Veteribus in Germania inferiore castra habens. — 2) Procuratoris provinciae Lugdunensis. — 3) Egregius vir, a militiis (cf. N. 1154 not. 2).*

---

**2390** Minervae | Aug. | officium | cornicu|lariorum | v. s. l. m.

*Aquinci (Alt-Ofen) rep. (Fröhlich arch. ep. Mitth. aus Oestr. 14, 1891 p. 66).*

---

**2391** L. Cassio Pudenti quond. | mil. leg. [*II A*]d., adiutori offici | corniculariorum cos.[1], | stip. XIII, qui vixit ann. XXXII, | L. Cassius Regulianus vet. | leg. II Ad. ex b. f. cos.[1], pater infe|licisimus *(sic)* filio piissimo f. c.

*Prope Ofen (Aquincum) rep. (III 3543 vidit Mommsen). — 1) Consularis.*

---

**2392** pro sal. Augg. | Mart. conser. | P. Ael. Rufinus | coadiutor[1] | off. rat.[2] vovit, | co[*r*]nic. prae[*f.*][3] | kastr. leg. XIII G.[4] | v. l. p.

*Carlsburgi (Apuli) rep. (III 1099 semel descripta, ab auctore accurato Ariosto). — 1) Initium vocabuli male suppletum esse suspicatur Mo. — 2) Officii rationum (significatur officium legati Daciae). — 3)* connic. prae. *traditur. — 4) Legio tertia decima Gemina Apuli tendens.*

---

**2393** P. Tarrute|nio Stel. Pro|culo Taurinis, | evocato leg.[1] II Adi. | stip. XVI, | an. LXVII, h. s. e. | C. Cornelius | Felix corni|cular. praef. | leg. eiusdem, | h. ex t. f. c., et im|munes et discent.

*Alt-Ofen, nunc Pestini (III 3565 vidit Mommsen). — 1) Vide N. 2452 not. 5.*

---

**2394** C. Octavio C. f. Cla. | Valenti mil. leg. XXII[1] ȝ | Critti Firmi, corniculario | Castrici Proculi praef. castror.

*Alexandriae Aegypti rep. (III S. 6608 Mommsen vidit ectypum). — 1) Significatur legio vicesima secunda Deiotariana.*

---

**2395** m. d.[1] | M. Iul. Proculo | vet. leg. I Ad., mil. an. | XXVI, corni. trib.[2] an. | XVI, vixit an. LXXX, Iul. | [*P*]rimio [*A*]ug. m. Bri[*g.*][3] |

*et*] Iul. Eutyches | [*li*]be[*rti*] et heredes, | [*et*] Gellia Quintil[*l*]a | [*co*]niux bene meret. | f. cur.

*Prope Brigetionem rep. (III 4322 semel descripta).* — 1) *Scr.* d. m. — 2) *Corniculario tribuni.* — 3) *Augustalis municipii Brigetionis.*

---

**2396** d. m. s. | Q. Laelius | Faustus cor|nicul. laticl.[1], | st.[2] XXIII, v. a. XLI, | Antonia Silva|na coniugi karis.

*Lambaesi (VIII 2930, vidit Wilmanns).* — 1) *Cornicularius (tribuni) laticlavii.* — 2) *Stipendiorum.*

---

**2397** imp. Caes. L. Septimio Severo Pio Pertinaci Aug. | Arab. Adiab. Parth. maximo, et M. Aurelio Antonino | Aug. Augusti n̄. filio, ⟨Part. Brit. Ger. maximo⟩[1] | Augusti n̄. Antonini ⟨Fel.⟩[2] filio domini n̄. Severi, et | Iuliae Aug. matri Aug. ⟨n.⟩[2] et castrorum, | dedic. Q. Anicio Fausto leg. Auggg.[3] pr. pr. cos. desig.[4], | cornicularius et b. f. trib. laticlavi mil. leg. III Aug. p. v.[5] | ex arca sua fecerunt, quorum nomina subiecta sunt: | M. Annius Honoratus cor., *(sequuntur nomina hominum XII).*

*Lambaesi (VIII 2551 vidit Wilmanns).* — 1) *Verba uncis* ⟨⟩ *inclusa substituta sunt in locum nominis Getae erasi.* — 2) *Pro* Fel. *primum in lapide fuisse putandum est* fratri, *pro* Aug. n. Augg. — 3) *Tertia* g *erasa, sed legitur (de* Auggg. *adhibito de duobus Augustis et Caesare cf. supra N. 1152 not. 3).* — 4) *A. 198 (cf. N. 2438 not. 3).* — 5) *Cornicularius et beneficiarii tribuni laticlavii, milites legionis tertiae Augustae piae vindicis (pia vindex appellatur legio tertia Augusta inde ab a. 194, cf. C. VIII S. 17726).*

---

**2398** imp. Caes. L. Sept. Sever. Pii[1] Pert. Aug., et imp. Caes. | M. Aurel. Ant. Pii Felic. Aug., Parth. max., Britann. | max.[2], p. p., et Iuliae Aug. matr. Aug. n. et senat. et pa|triae et castr., Minerv. Aug. sacr., Dasimius | Firmin. corn. leg.[3] et Aur. Victorin. actar.[4] | cum imm. libr. et exactis vot. m. f.

*Albani (XIV 2255 vidit de Rossi).* — 1) *Genetivus videtur indicare, initio periisse* pro salute *vel simile quid.* — 2) *Verba* Parth. max. Britann. max. *substituta esse crediderim in locum nominis Getae erasi; item pro* Aug. n. *in lapide fuisse crediderim* Augg. — 3) *Cornicularius legionis (scilicet legionis secundae Parthicae, in agro Albano castra habentis).* — 4) *Actarius.*

---

**2399** Gradivo | patri, Genio | stat. Vaza|ivi et diis | conservatoribus, | M. Baebius | Speratus | cor. prae.[1] | ⟨leg. III⟩[2] Aug. | p. v.[3] vot. s. l. | a.

*In Numidia rep. loco dicto Ain-Zui, ubi fuit statio Vazaivi (Eph. 5, 665. 7, 729 vidi).* — 1) *Cornicularius praefecti.* — 2) *Quae uncis inclusi, in litura restituta sunt (cf. N. 2296 not. 3).* — 3) p. v. *litterae insertae, cum legio piae vindicis agnomen abstulisset (a. 194, cf. N. 2397 not. 5), postmodum erasae, cum legio dissolveretur; restituere eas oblitus est qui* leg. III *vocabulum restituit.*

---

**2400** deo Marti [*Aug.*] | Genioque san|cto scolae bf.[1] | Paconius Cas|tus bf. cons.[2] | leg. III Aug. cum | suis exacta sta.[3] | v. s.

*In Numidia rep. ibi ubi N. 2399 (Eph. ep. 7, 726 vidi).* — 1) *Beneficiariorum.* — 2) *Beneficiarius consularis.* — 3) *Statione.*

---

**2401** in h. d. d. | *(imago Genii)* Genio bf. cos. G. s.[1] et loci, Concord. var. | stat.[2] C. Iul. Adventus | bf. cos., im[*p.*] *! ! ! ! ! ! !* | *! ! !*[3] Aug. III et Burro cos.[4] | v. s. l. l. m., | tem[*p*]l. rest.

*In vico Nemetum Alta Ripa ad Rhenum (Altripp), iam Spirae (Brambach 1791 cf. Huebner ex scr. ep. 412; vidi ectypum).* — 1) *Genio beneficiariorum consularis Germaniae superioris.* — 2) *Concordiae variarum stationum (Mo. Eph. ep. 4 p. 383, 110).* — 3) *Erasum nomen Commodi.* — 4) *A. 181.*

---

**2402** Mercurio | L. Cominius | Pollio miles | leg. XIII Gem. | beneficiarius | legati consularis, | aram et tectum | v. s. l. m.

*In vico agri Comensis Arcisate (V 5451 bis descripta).*

---

**2403** M. Antonius Longus veteranus | leg. XII F.[1], bene[*f.*] consularium[2], | Ba[3] uxori karissimae m. c.[4] [*f.*]

*In Pisidia vel Isauria loco dicto Kavak (III S. 6800 descr. Sterrett).* — 1) *Veteranus legionis duodecimae Fulminatae.* — 2) benes. consular. ium *traditur.* — 3) *Ba nomen muliebre saepe in his partibus invenitur (Mo.).* — 4) *Memoriae causa.*

---

**2404** d. m. | Umidii Aviti milit. | leg. VII Gemin. felicis, | beneficiari | Iunii Omulli consular.[1], | cura T. Vitrasii Pollion.[2] | legati Aug.

*Nemausi (XII 3168 aliquoties descripta saec. XVI. XVII).* — 1) *Iunius Homullus legatus consularis videtur fuisse Hispaniae Tarraconensis (II 5415), in qua legio septima Gemina tendebat (cf. Waddington ad Borghesii opp. 8 p. 417 not. 6). Miles hic potest defunctus esse in itinere.* — 2) *Cf. N. 1112.*

---

**2405** d. *ascia* m. | et memoriáe ae|[*te*]rnáe Constanti | [*Ce*]ladiani[1] filii | dulcissimi, qui vix. | ann. V m. VI, et Iuliae | Celerinae coniug. in|comparabil., quae vix. | ann. XXIIII m. I, et cum | coniug. vix. sine ulla | animi laesion. ann. VII, | Secund. Constans[1] mil. | leg. VIII Aug., b. f. trib. sexm.[2], | fil. et coniug. et sibi vius, | et Constant. Celado[1] fil. | p. c.[3] et sub ascia dedica|vit.

*Lugduni rep. a. 1886 (Allmer et Dissard inscr. de Lyon I p. 315).* — 1) *Nota gentilicium Constantiorum Celadi et Celadiani ductum a cognomine patris. Ita formata gentilicia saepius reperiuntur in inscriptionibus Germaniarum. Cf. Mommsen Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 1892 p. 81.* — 2) *De tribuno semestri cf. Marquardt Staatsv. II² p. 368 not. 2.* — 3) *Ponendum curavit.*

---

**2406** Aurel. Vetera|nus benef. lati|clavi leg. XIII Ge|min., aciae desi|deratus, qui vi|xit annis XXVI | menses VII dies | XV, Aurel. Secu|ndianus ima|ginifer leg. s. s.[1] con|subrino bene|merenti memo|riam posuit.

*Dertonae (Tortona) (V 7366 vidit Mommsen).* — 1) *Legionis supra scriptae.*

---

**2407** d. m. | et memoriae aeternae | Titi Vetti Decimini vete|rani leg. VIII immuni[1] | consularis, hominis | optimi et verecundissimi | et probissimi, | Mercurialia Casata | coniugi karissimo, cum | quo vixit annis XXIII dieb. | XXV, et Decimina filia | vivae ponendum cura|verunt et sub ascia de|dicaverunt.

*Lugduni (Boissieu inscr. de Lyon p. 524 ad apographa facta saec. XVI. XVII).* — 1) *Scr.* immunis.

**2408** d. m. Claudio | Iustiano ⅂ ordinar.[1] | leg. II Adi., salarior. XII, | qui vi[*xi*]t[2] annos XXXVIII, | Aurel. Severianus b. f. | offici praesid. Pann. | inferiori[*s*] leg. s. s.[3], | secundus heres, | b. m. memoriam posuit.

*Aquileiae rep. 1869 (V 8275). —* 1) *Centurio ordinarius est etiam infra N. 2669. Notabile hunc non stipendia numerare, sed salaria, ut solent facere qui militant loco honestiore (Mo.). —* 2) vit *lapis. —* 3) *Legione supra scripta.*

---

**2409** Aesculapio | et Hygiae | Aug., Aur. | Artemidorus b. f. leg. leg. II Ad. p. f. S.[1], | agens c. c.[2] | v. s. l. m. | Modesto | et Probo | cos.[3]

*Prope Aquincum in oppido Waitzen, nunc Pestini (III 3412 vidit Mommsen).* 1) *Beneficiarius legati legionis secundae Adiutricis piae fidelis Severianae. —* 2) *Curam carceris (Mo. in indice p. 1138, cf. supra N. 2368). —* 3) *A. 228.*

---

**2410** I. o. m. | Iunoni Reginae | sacrum, M. Ulp. | Emeritus [*e*]t[1] Tib. Cl. | Exuperatus b. | cos. leg. II Adi. age|ntes curam leg. et | colonia Aq.[2] v. l. m. s. | Fausstino *(sic)* et Rufino cos.[3]

*Alt-Ofen (Aquinci) rep. a. 1879 (Diner arch. ep. Mitth. aus Oestr. 7, 1883 p. 91; III S. 10429 vidit Domaszewski). —* 1) t *lapis. —* 2) *Iudice Mommseno duo beneficiarii consularis, agentes curam legionis, et colonia Aquincum hunc titulum dedicaverunt. —* 3) *A. 210.*

---

**2411** deae Eponae ma[*tri?*] . . pilius Restio m[*il.* | *l*]eg. XXII Antoni|[*ni*]anae P. p. f.[1], immu|[*ni*]s cos.[2], curas a|[*ge*]ns vico Salod., | XIII kal. Septemb. | d. n. Antonino | II et Sacerdo[*te*] | II cos.[3], | v. s. l. m.

*Solothurn, ubi fuit vicus Helvetiorum Salodorum (Mommsen inscr. Helv. 218 vidit). —* 1) *Primigeniae piae fidelis. —* 2) *Immunis consularis. —* 3) *A. 219.*

---

**2412** deo Neptun. | C. Vitalinius | Victorinus | miles | leg. XXII[1] | a curis[2], | v. s. l. m.

*Prope Genavam in alveo Rhodani rep. a. 1884 (XII 5878 Mommsen vidit ectypum). —* 1) *Significatur legio vicesima secunda Primigenia Moguntiaci tendens. Eius miles propter nescio quas causas Genavae votum solvere potuit. —* 2) *Munus idem significari quod domicurii vocabulo designatur infra N. 2413, curam praetorii appellat biographus Claudii Gothici 14, 11, coniecit Mommsen.*

---

**2413** . . . . . . . . . . | . .[1] et leg. | III Aug. Gallie|nae, Aemili|us Florus | domicurius[2] | eius patrono | [*pr*]aestantis|[*simo*].

*Lambaesi (VIII 2797 ad editionem Renieri). —* 1) *Omisi litteras nonnullas dimidiatas, relictas fortasse, ut coniecit Wilmanns, ex* [leg. Aug. provinc]iae [Numidia]e. *—* 2) *Si non eodem, at certe simili officio functus est apud legatum Pannoniae Triccianus aequalis Dionis, cum in exercitu Pannonico militaret (Dio 78, 13: τὸν Τρικκιανὸν ἔν τε τῷ πλήθει τῷ Παννονικῷ ἐστρατευμένον καὶ θυρωρόν ποτε τοῦ ἄρχοντος αὐτῆς γεγονότα).*

---

**2414** deae Dianae | C. Lucilius | Messor mil. | leg. XXII Pr.[1] f. | cus. basil.[2], | Dextro et | Prisco cos.[3]

*Moguntiaci rep., est Mannheim (Brambach 1134 cf. Huebner ex. scr. ep. 612). —* 1) *Sic* (p *et* r *litterae ligatis*) *lapis, expectaveris* P. p. (*Primigeniae piae*). *—* 2) *Custos basilicae. —* 3) *A. 196.*

---

**2415** I. o. m. Dol. | p. p.[1] Flavi Studi|osi, Sabinius | Ingenuus et | Aurelius Sed|atus sig. leg. | III Aug., agentes | cura. macelli, | v. l. a. s., cum a|zutoribus suis.

*Lambaesi (Revue arch. 1891 t. 17 p. 258 edidit Cagnat). — 1) Non intellegitur.*

---

**2416** Marti campestri sac. | pro sal. | imp. M. Aur. Commodi | Aug. et equit. sing.[1], | T. Aurel. Decimus | 7 leg. VII G. Fel., praep.[2] simul et camp.[3] Dedic. k. Mar. | Mamert. et Rufo cos.[4]

*Tarracone (II 4083). — 1) De equitibus et peditibus (N. 2418. 2419) singularibus praesidum cf. Mommsen eph. epigr. 4 p. 404; Domaszewski arch. ep. Mitth. 10 p. 22. Multi vel adeo plerique eorum videntur fuisse ex alis cohortibusque auxiliariis (N. 2524 cet., 2588 cet.); sed fuisse eos sub centurionibus legionariis cum tituli doceant, hos titulos hoc loco proponere placuit. — 2) Praepositus, 3) campidoctor. Nota, ut hic campidoctor sacrum fecit Marti campestri, ita ab alio campidoctore (supra N. 2088) Nemesi campestri, ab exercitatore equitum singularium Campestribus (N. 2417) sacra facta esse. — 4) A. 182.*

---

**2417** Eponab. et | Campestrib. sacr. | M. Calventius | Viator 7 leg. IIII F. f., | exerc. eq. sing.[1] | C. Avidi Nigrini[2] | leg. Aug. pr. pr.[3], | v. s. l. m.

*Sarmizegetusae in Dacia rep. (III S. 7904 vidit Domaszewski). — 1) Exercitator equitum singularium. — 2) C. Avidius Nigrinus occisus a. 117 (vit. Hadrian. 7, 1. 23, 10 cf. Mo. ad C. X 6706) si non diversus est, titulus positus est sub Traiano. — 3) Iudice Domaszewskio (arch. ep. Mitth. aus Oestr. 13 p. 143) legatus fuit eius provinciae, ad cuius exercitum legio quarta Flavia felix pertinebat, Moesiae superioris; sed videndum an legatus fuerit Daciae; equites singulares exercitatorem habere potuerunt ex exercitu provinciae finitimae.*

---

**2418** pro salute [*i*]mp. n., | I. o. m. | ceterisque diis | et Genio loci, | M. Verecundini|us Simplex 7 leg. | XXX Ulp., curam | agens strato|rum et peditum | singularium cos., | v. s. l. l. | Macrino et Ce[*l*]so | cos.[1]

*Coloniae rep. a. 1891 (Ihm Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 1891 p. 112). — 1) A. 164.*

---

**2419** memo|riae | C. Iul. Nepotis | domo Amme|dara, ped. sing.[1], | vix. ann. XVIII, | C. Iul. Verus b. f. | cos.[2] frat. piissim.

*Lambaesi (VIII 2911 descr. Renier). — 1) Pediti singulari. — 2) Idem recensetur inter beneficiarios consularis supra N. 2381.*

---

**2419[a]** M. Aurel. Sa[*lvi*]anus vet. leg. II It. p. f. | Severiane, e[*x st*]ratore cos.[1], et Aurel. | Martia coni., [*vi*]vi fecerunt sibi et M. | Aur. Ursi[*ci*]no fil., [*mil.*] praetoriano ch. IIII p., st. IIII, Θ[2] an. XX.

*In vico Stiriae Semriach, qui locus fuit provinciae Norici (III 5449 vidit Wilmanns). — 1) Consularis. — 2) Obito.*

---

**2420** d. m. M. Ulp. Silvino | stra. pr. pr. cc. vv.[1] | ex leg. II P. p. f. f. a.[2], Va|lerius Iulianus | her. b. m. f.

*Romae (VI 3408 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) Stratori praefectorum praetorio clarissimorum virorum (horum stratorem ex legione sumptum esse inde non mirum, cum legio illa prope urbem castra habuerit, cf. N. 2360 not. 1. 2427. 2433). — 2) Ex legione secunda Parthica pia felice fideli aeterna.*

---

**2421** Genio ɣ | Nigidi | Censorini, | Ael. Verin. | architec., | Geminius | Primus c. a.[1], | ex voto suscep. posuer.

*Moguntiaci rep. anno 1877 (Becker ann. Rhen. 53/54 p. 145). — 1) Custos armorum.*

---

**2422** d. m. s. | Lollius Vic|tor librator | leg. III Aug., | stipendior. | XI, ann. XXXIII, | mat. f. f. car.[1]

*Lambaesi (VIII 2934 vidit Wilmanns). — 1) Mater fecit filio carissimo (Wi.).*

---

**2422[a]** d. m. | L. Iulius Priscus | miles leg. I Adiut[*r*.], | mesor agrari[*us*].

*Prope Romam ad viam Labicanam, sex mil. pass. ab urbe (VI 3606 vidit de Rossi).*

---

**2423** L. Titius | L. f. Vot. | veteranus | leg. VIII Aug., | stipendiorum | XXV, mensor | frumenti, v. f.[1] sibi et | Titiae Fuscae l. | concubinae, | [2] Vitali f., | [2] Ingenuae f., | [2] Veneriae | delicatae | et lib. lib. q. suis | et eorum natis | nascentibus. | Q. Titius L. f. Vot. | veteranu[s] | leg. VIII Au[*g*.], | imaginife[*r*], | stipendioru[*m*] | XXV, t. f. i. sibi [*et*] | Paciliae T. l. Severae | coniugi et | Q. Titio Q. f. Severo f., | [2] Venustae, | et lib. lib. q. suis | et eorum natis | nascentibus. || L. m.[3] in fr. p. XVI, in agr. p. XXXII.[4]

*Aquileiae, duo tituli iuxta in eodem lapide positi (V 936/7 vidit Mommsen). — 1) Vivus fecit. — 2) Videntur spatia vacua destinata fuisse nominibus gentiliciis Vitalis, Ingenuae, Veneriae, Venustae. — 3) Locus monumenti. — 4) Haec in fine infra titulos Titiorum scripta sunt.*

---

**2424** d. m. | C. Iul. Sabini mil. leg. XIII G.[1], li|brarius a rationibus, vix. an. XXX, | C. Iul. Valens IIvir i. d.[2], et Cominia | Florentina parentes infelicissimi.

*Ex Transsilvania advecta Budam (III 1477. III S. 7979 descripta saec. XV). — 1) Legio tertia decima Gemina Apuli in Dacia tendebat certe inde a temporibus Antonini Pii (C. III p. 182). — 2) Duovir iure dicundo.*

---

**2425** L. Tonneius Martialis | cerar. leg.[1] se vivo sibi suisq. | fecit.

**2426** d. m. s. | L. Tonneio Mar|tiali vet., vixit | annis LXXXXIII, | Tonneii Martia|lis lib. leg.[2] III Aug. | filius et Mar|tialis nepos | fecerunt.

*Lambaesi (VIII 2986. 2985 vidit Wilmanns). — 1) Cerarius legionis, 2) librarius legionis; idem munus videtur significari. Cerarii legionum praeterea non commemorantur. Henzenus confert, inter scribas coloniae Ostiensis alios dictos esse librarios, alios cerarios.*

---

**2427** Sept. Licin[*ia*]no | fil. cari[*ss*]imo, | qui vix. ann. III | m. IIII d. XXIIII, | Sept. Licinius | imm. libr.[1] leg. | II Par., pater.

*In agro Albano (XIV 2289 vidi). — 1) Immunis librarius.*

---

**2428** d. m. s. | P. Aelio P. f. | Crescentiano | notario legati[1], | in officio[2] Iuvena|lis praef. praetori[3] | defuncto, vixit | annis viginti duo | et militavit an. IIII, | Aelia Processa | mater filio | innocenti.

*Lambaesi (VIII 2755 descr. Renier). — 1) Legatus videtur intellegi legionis tertiae Augustae et provinciae Numidiae. — 2) Intellege non officialem, sed missum in officium (Mo.). — 3) Flavius Iuvenalis, praefectus praetorio Severi (vit. Sev. 6, vit. Get. 2).*

---

**2429** Iulius Vita|lis fabricies|is[1] leg. XX V. v.[2], | stipendior|um IX anor. XX|IX, natione Be|lga, ex colegio | fabrice.[1] elatu|s, h. s. e.

*Aquis Sulis (Bath) Britanniae, litteris bonis saeculi fortasse secundi (VII 49 vidit Huebner). — 1) Fabriciensis legionis et collegium fabricae (vel: fabricensium) ad armorum fabricam referenda sunt (Hue.). Cf. Mommsen ad titulum Albintimiliensem ap. Pais 985; in quo ipso titulo tamen nulla fabriciensium mentio fieri videtur (cf. ind.). — 2) Legionis vicesimae Valeriae victricis.*

---

**2430** d. m. | Fl. Amabil. pollioni[1] leg. | III[2], v. an. XL, Fl. Amando fi., | v. an. IIII, et Fl. Constanti vivo, Fl. Maternina | coniux f. c. | O. s. t. t. l.[3]

*Castris Reginis (Regensburg) rep., iam Monachii (III 5949 vidit Mommsen). — 1) Inter immunes recensentur a Tarrutenio Paterno libro primo militarium (Dig. 50, 6, 7 [6]), iuxta stratores et custodes armorum aliosque, etiam polliones. Quo pertineant, ignoratur. — 2) Significatur legio tertia Italica, Regensburgi castra habens. — 3) Id est: Opto sit tibi terra levis (Mo.).*

---

**2431** I. o. m. | Iunoni regi|ne sacrum | Sep. Iulianus | miles pequar|ius[1] leg. II Ad. p. f. | et Elius H[*i*]lar|us pro salute sua | et suorum | v. s. l. m. | Pio et Proc|lo cos.[2]

*Alt-Ofen rep. a. 1889 (III S. 10428 vidit Domaszewski; Froehlich arch. ep. Mitth. 14 p. 64). — 1) Pecuarii legionum reperiuntur etiam in titulis Africanis (infra N. 2438; C. VIII p. 1080) et in Germanico Brambach 377, qui videtur esse antiquior anno p. Chr. 43. — 2) A. 238.*

---

**2432** d. m. | C. Papirio Aelian|o medico ordina|rio[1] leg. III Aug., vix. | annis LXXXV m. VII | d. XV, Papiria Vital|is coniugi dignissimo.

*Lambaesi (Eph. ep. 7, 406 vidi). — 1) Alius medicus ordinarius legionis est C. III 4279, medicus ordinarius cohortis VII 690, numeri incerti III 5959.*

---

**2433** . . . . . . . . | Gypsani[*ae Le*]pidae coniugi | incomparabili, | quae vixit annis | XIX m. IIII dies XIIII, | P. Septimius Proculus | duplic.[1] leg. II Part. Seve|rianae maritus b. m. f.

*In agro Albano (XIV 2290 descripsi). — 1) Duplicarius.*

**2434** d. i. m.[1] | Aurelius | Iovinus | veter. leg. | XIII Gem., | mil. torquatus | et duplarius[2], | *emesis sup.[3], | Aurel. Urse | coiugi | karissime.

*Laibach (Emonae) (III 3844 vidit Mommsen).* — 1) *Fortasse: dis inferis manibus (Mo.).* — 2) *Cf. Vegetius 2, 7.* Duplarius *vocabulum et quae sequuntur aliam manum prae se ferre visa sunt Mommseno.* — 3) Emesis *potius quam* et mesis *lapis (Mo.); intellegendum esse: e Moesia superiore, priorum editorum aliquis coniecit.*

---

**2435** I. o. m. | et Iunoni | reginae | T. Albanius | Primanus sig. | leg. XXII Pr. p. f. | optio nava|liorum[1], pro | se et suis | v. s. l. l. m. | Materno et | Bradua cos.[2]

*Moguntiaci (Brambach 1301 semel descripta saec. XVIII).* — 1) *Alius signifer eiusdem legionis, idem optio navaliorum, est Brambach 1302 (praeterea hoc munus nondum repertum est).* — 2) *A. 185.*

---

**2436** . . . . re . . ul . . . . | Sollius | Gallicanu[s] | mil. leg. I A[*di.*][1] | ɣ Val. Fron[*tonis*], | optio cust[*odiarum*][2], | d. d.

*Moguntiaci (Keller Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 4 p. 7).* — 1) *Cf. N. 2277. 2286. Titulus est Traiano non recentior.* — 2) *Supplevit Mommsen (Korr.-Bl. l. c. p. 29).*

---

**2437** domui | divinae | Augg[*g.*][1] | L. Caecili|us Urba|nus opt. | val., cur. o|peri arm.[2] | posuit.

*Lambaesi, nunc Parisiis (VIII 2563 vidit Wilmanns).* — 1) *Tertia* g *erasa, pertinens scilicet ad Getam.* — 2) *Optio valetudinarii, curator operi armamentarii. (Optio valetudinarii recensetur inter immunes a Tarruteno Paterno libro primo militarium, Dig. 50, 6, 7 [6]; optio valetudinarii in cohorte urbana est supra N. 2117; alios recensuit Cauer eph. ep. 4 p. 449).*

---

**2438**

impp. Caess. L. Septimio [*Severo Pio Pertinaci Aug., et M.*]
Aurelio Antonino P[*io Aug., et L. Septimio Getae Caes.*],
et Iuliae Aug. matri Aug[*g.*][1] et [*castrorum, dedicante Q. Anicio*]
Fausto[2] cos. ampl.[3], ex largi[*ssimis stipendiis, quae in*]
eos conferunt, fecerunt optiones valet[*udinarii*[4]], . . . . . . . . . . . . .
pequari[5], librarius, et discentes capsario[*rum*[6] . . . . . *ob quam sol*]-
lemnitatem decreverunt universi, arca u[*t fiat, ex qua numerentur iis qui ex*]
eodem colleg. dimittentur, anulari n.[7] sing[*ulis* HS . . . .],
item discentib., pro port. scamnari sui[8], HS ∞ n.

*Lambaesi (VIII 2553 vidit Wilmanns).* — 1) *Altera* g *erasa est.* — 2) *Legatus Numidiae notus ex plurimis Africae titulis (cf. C. VIII p. 1065).* — 3) *Consule amplissimo (consul designatus cum dicitur Anicius Faustus in titulis scriptis a. 197 et a. 198, consulatu functus est aut exeunte anno 198 aut a. 199).* — 4) *Cf. N. 2437.* — 5) *Cf. N. 2431.* — 6) *Capsarii memorantur a Tarruteno Paterno loco citato ad N. 2437.* — 7) *Anularii nomine (id vocabulum usurpatur de summa numerata veteranis etiam in similibus titulis Lambaesitanis supra N. 2354, infra N. 2445. VIII 2552; cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 894 not. 1).* — 8) *Cf. N. 2354 not. 4.*

**2439** Libero patr. | et Libere, C. | Maximius | Iulianus op|tio praet.[1] leg. V | Mac.[2], visu mo|nitus pro sal. | sua et suorum l. p.

*Apuli (Alba Iulia s. Karlsburg) (III 1094 III S. 7765 ad apographum factum saec. XVI a Verantio). — 1) Optio praetorii (cf. Mo. Eph. ep. 4 p. 232). — 2) Legio quinta Macedonica, saec. p. Chr. II Troesmi in Moesia inferiore castra habens (N. 2311. 2474), a Severo videtur translata esse in Daciam (Dio 55, 23).*

---

**2440** d. m. s. | L. Munati|o Repen|tino do|mo Karth., | v. a. LXXXVII, | L. Munatius | Repentinus | optio prae|teritor|. . .[1]

*Lambaesi (VIII 2947 descr. Renier). — 1) Incertum utrum hic fuerit optio praetorii, an re vera optio praeteritorum, an* praeteritor. *vocabulum coniungi debuerit cum eis quae sequebantur. Fortasse idem homo in titulo VIII 4294 appellatur* optio pr. *Nota in titulo Poetovionensi III 4050 reperiri militem legionis decimae Geminae dictum* adiut. praeter.

---

**2441** . . opt[*i*]onis ad spem | ordinis[1], 7 Lucili | Ingenui, qui | naufragio perit. | [*H.*] s. e.

*Chester rep. anno 1891 (Haverfield Athenaeum 16 May 1891 p. 643). — 1) Optionibus singularum centuriarum, a quibus distinguendi sunt optiones valetudinarii, navaliorum, alii, supra N. 2433 seq., cf. Mommsen eph. ep. 4 p. 449 not. 1, praemii loco propositum fuisse ordinem, id est centurionatum, ex hoc titulo, collatis aliis (N. 2442. 2445) colligitur. (Optio ad spem ordinis, deinde factus centurio in eadem legione, est in titulo nuper reperto in Bulgaria, arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 15, 1892 p. 209.)*

---

**2442** I. [*o. m.*] | pro salute d. n. | M. Aureli An[*toni*|*n*]i[1] Pii Felicis Aug., | L. Sept. Const|antinus optio | spei[2] leg. II | Adi. p. f. Anton|inianae v. s. l. m. | [*imp. Antonino* | *et*][1] Advento cos.[3]

*Aquinci in Danuvii alveo rep. (III 3445 vidit Mommsen). — 1) Antonini (Elagabali) nomen erasum. — 2) Cf. N. 2441. — 3) A. 218.*

---

**2443** Gen. 7 sacr.[1] | C. Servilius | Rogatus optio | dimissus votum | l. a. s.

*Lambaesi (VIII 2551 vidit Wilmanns). — 1) Genio centuriae sacrum.*

---

**2444** In h. d. d. Minervae san|cte et Genio loci C. Aman|dius Finitus opt. princi[*pis*][1] | et T. Celsius Victorinus | libr. principis[1] refecerunt | Muciano et Fabiano cos.[2], | C. Q. Catilus opt. pr.[1] inchoatum d. s. perfecit duob. | Augg. Sev[*e*]ro III et [*Ant*]on[*i*]n. cos.[3]

*Argentorati (Strassburg) rep. a. 1849, aliquoties descripta, donec periit a. 1870 (Brambach 1883). — 1) De optione principis (sive praetorii) et librario principis cf. Mo. eph. ep. 4 p. 232. — 2) A. 201. — 3) A. 202.*

---

**2445** pro salute Augg. | optiones scholam suam cum statuis et imaginibus domus [*di*]vinae, | item diis conservatorib. eorum, ex largissimis stipend[*ii*]s et | liberalitatib., quae in eos conferunt, fecer., curante L. Egnatio Myrone q.[1] | Ob quam sollemnitatem decreverunt, uti collega proficiscens ad spem suam confirman|dam[2] accipiat HS VIII mil. n̄., veter. quoque missi accipiant kal. Ian. anularium[3] singuli HS VI mil. n̄., | quae

anularia sua die quaestor sine dilatione adnumerare curabit. *(Deinde in pilis adiunctis perscripta sunt nomina LXIV*[4]*, in his)* (6—11) Q. Semp. Felix, | / / / / / / / /[5] | P. Ael. Macrin. | L. Val. Ianuarius, | C. Iul. Longinia., | M. Anto. Silvanu.[6]; (22—25) 7[7] L. Cornelius Cato, | M. Valerius Speratus, | L. Aemilius Calianus cor., | T. Flavius Surus act. leg.; (29, *vel* 44) [*L. Eg*]natius Myro.[8]

*Lambaesi rep., hemicyclium cum pilis duabus, est Parisiis (VIII 2554 vidit Wilmanns).* — 1) *Quaestore, scil. collegii optionum.* — 2) *De hac spe optionum cf. N. 2441.* — 3) *De anulario cf. N. 2438 not. 7.* — 4) *Scilicet si connumeramus nomen erasum loco septimo.* — 5) *Nomen unum erasum.* — 6) *Quinque hi optiones aliquanto postea posuerunt titulum N. 2446.* — 7) *Significatur hunc postea factum esse centurionem.* — 8) *Idem est Myro qui memoratur supra ut quaestor.*

---

**2446** [*ta*]bular[*i*]um princi[*pis cum ima*]g. | d[*om*]us divinae option[*es coh. pri*]mae[1] de suo feceru[*nt*]: | Q. [*Semp*]ronius Felix p. p.[2], P. Aeli[*us Macrinus p*]rinc.[3], | L. [*Vale*]rius Ianuarius has.[4], C. Iu[*l. Longinian. pr.*] pos.[5], C. [*Ant*]onius Silvanus has. pos[*t.*].[6] *(In pila sinistra intuenti)* tabulari|um princ. | [*c*]um imag. domus di|vinae r[*e*]|novatum | ab Ulpio | [*A*]ntonin[*o* | *p*]rinc., e[*t*] | option[*es*] | coh. pr[*im.*] | et adiut.[7] | de suo f[*e*]|cerunt: | M. Aureli|us Aureli|anus p. p.[8], | *(in pila dextra)* M. Aurel. | Terentius | pr. pr.[9], C. Ma|nil. Donatus | has. pr.[10], Q. Ae|butius Satur|ninus pr. pos.[11], | M. Aurel. Li|cinius has. | pos.[12]; | C. Iul. Satur|ninus, C. | Iul. Numi|dius lib. | princ.[13]

*Lambaesi, hemicyclium cum pilis duabus (VIII 2555, plenius Eph. ep. 5, 709). Titulus pertinuit ad tabularium legionis tertiae Augustae, dictum tabularium principis, propterea quod princeps (sive princeps praetorii), inter centuriones cohortis secundus (cf. supra N. 2283 not. 4), eius curam agebat.* — 1) *Iidem quinque optiones eodem ordine enumerantur inter optiones qui scholam fecerunt, supra N. 2445, sed non primis locis, verum post quinque alios. Apparet hunc titulum incisum esse aliquanto post N. 2445, cum hi homines successissent in locos quinque illorum promotorum aut defunctorum. In cohorte prima quinque tantum optiones fuisse ex his titulis satis intellegitur.* — 2) *Primi pili,* 3) *principis,* 4) *hastati,* 5) *principis posterioris,* 6) *hastati posterioris (scilicet optiones). Cf. Mo. eph. ep. 4 p. 231 seq.* — 7) *Adiutor, scilicet principis (cf. N. 2448).* — 8) *Primi pili,* 9) *principis prioris,* 10) *hastati prioris,* 11) *principis posterioris,* 12) *hastati posterioris (scilicet optiones); postremus inter hos, M. Aurelius Licinius, optio hastati posterioris, nominatur etiam in titulo pertinente ad diem 22 Oct. anni 253 supra N. 531, sed una cum alio optione principis; unde apparet hanc partem tituli, pertinentem ad renovationem tabularii, scriptam esse non multo post vel non multo ante d. 22 Oct. 253.* — 13) *Librarii principis. Cf. N. 2444.*

---

**2447** Genio | tabul. | princ.[1] | Mine|rvae | Augus.

*Lambaesi (Eph. ep. 5, 711 vidit I. Schmidt).* — 1) *Genio tabularii principis.*

---

**2448** d. m. s. | L. Sentio Va|leriano vet. | ex adiutore | princ.[1] leg. III | Aug., vixit an. LIII, | L. Sentii Verus | et Victor fili et | her. eius

patri | frugalissimo. Iuli|us Victor vet. avus eo|rum[2] ex HS ∞ n. fac. curavit.

*In Numidia loco dicto el-Madher (VIII 4332 descripserunt Creully et Poulle).* — 1) *Alius adiutor principis (legionis alicuius, ut puto, quamquam id non adscribitur), est in t. Tarraconensi II S. 6111.* — 2) *Idem est VIII 4330.*

---

**2449** [*pro salute . . . . . domus*] | divinae, M[*ar*]|ti Minervae | Fortunae Vic|toriae Dianae, | T. Atarenus | Prudens | princeps | leg. III Aug. | v. l. s.

*Lambaesi (Eph. ep. 5, 755 vidit Schmidt).*

---

**2450** d. m. | Cocceiae | Marciae | coniugi | carissimae | et Mattiae | Cocceiane | fil. dulcis., | Q. Mattius | Quartus | [*T*]icino[1] | princ. leg. | III Aug. | faciend. | curavit.

**2450**[a] d. m. | Zosimo | liberto | Matius | Quartus | p. p. leg. III | Aug.[2] | beneme|renti | fecit.

*Lambaesi (VIII 2941. 2768 hanc solam vidit Wilmanns).* — 1) Ficino *traditur.* — 2) *Apparet Mattium sive Matium Quartum, post positum titulum N. 2450, ad primipilatum legionis promotum esse.*

---

**2451** Sil[*vano*] | Aug. sa[*cr.*] | centuriones | leg. III Aug., | curante | Memmio | Donato | decimo | pilo.

*Lambaesi (Eph. ep. 5, 759 vidit I. Schmidt).*

---

**2452**

imp. Caes. M. Aurelio
Antonino Aug. divi An-
tonini fil., divi Hadriani nep.,
divi Traiani Part. pronep., divi
Nervae abnep., trib. pot. XVI[1] cos. III,
primi ordines[2] et centuriones
et evocatus[3] ⟨leg. III⟩[4] Aug., dedic.
D. Fonteio Frontiniano leg. Aug. p. p.[5], cos. des.

| coh. I | III | V | VII | VIIII |
|---|---|---|---|---|
| Satrius Crescens p. p.[6] | *nomina* | *nomina* | *nomina* | Iulius Urbanus |
| Gigennaus Valens p. p. | | | | Domitius Fuscianus |
| Aurelius Geminus | | | | Domitius Niger |
| Iunius Verus | *sex* | *sex* | *sex* | Ulpius Emeritus |
| Veranius Candidus | | | | Minicius Censor[7] |
| Cupronius Secundus | | | | |
| Aninius Priscus | | | | |

| II | IIII | VI | VIII | X |
|---|---|---|---|---|
| Aurelius Gentilis[8] | | | | Iulius Africanus |
| Annius Corus | *nomina* | *nomina* | *nomina* | Lurius Saturninus |
| Clodius Crescens | | | | Aetrius Rufinus |
| Ceionius Rufus | | | | Aelius Amandus |
| Antonius . . . . us | *sex* | *octo* | *septem* | Cordius Asclepiodorus |
| Patius Firmus | | | | Faltonius Ianuarius |
| | | | | Libellius Primitivos evocatus[9] |

*Lambaesi rep. (Eph. ep. 5, 1276 cf. 7, 365 Schmidt vidit ectypum).* — 1) *A. 161.* — 2) *Primi ordines cum olim ei centuriones dicerentur qui loco et virtute super ceteros eminebant, inde ab Hadriano certam partem centurionum legionis certo quodam sensu dictos esse primos ordines putat Mommsen eph. ep. 4 p. 239, in incerto relinquens quatenus pervenerit haec appellatio primorum ordinum.* — 3) *De evocato legionis cf. Mommsen Eph. ep. 5 p. 150. 151.* — 4) leg. III *erasum et postea restitutum (cf. N. 2296 not. 3).* — 5) *Cf. supra N. 1082.* — 6) *Mirum duobus centurionibus adscriptum esse vocabulum primi pili. Mo. putat eo tempore quo monumentum factum est primipilo substitutum esse alterum, utrumque autem ad impensas monumenti contulisse; similiter explicandum esse quod cohortis octavae septem, sextae octo recensentur centuriones.* — 7) *Quod in cohorte nona quinque tantum centuriones recensentur, Mommsenus ita explicat ut in ea cohorte unus forte locus vacaverit.* — 8) *Idem qui supra N. 2212.* — 9) *Cf. not. 3.*

---

**2453** Marti Aug. sac. | C. Cusp. Secundus | exercitator leg. | II Adi. pro salute | militu et sua, | quod evoca|tus vovit, cen|turio solvit | l. m.

*Aquinci (III 3470 bis descripta).*

---

**2454** ter. Augu|st.[1] dividit | prat. leg. | IIII[2] et agr|um Iulio|brig.[3]

*Prope Retortillo qui locus est prope Reinosa, inter Burgos et Santander, rep. cippi complures eadem inscriptione inscripti (II 2916 bis descripti).*

**2455** [*t*]er. Aug|[*u*]st.[1] dividit | [p]rat. leg. IIII[2] | [et] agrum Se|[*gisa*]mon.[4]

*Prope Villasidro rep., deinde Burgos, cippus similis (II S. 5807).* — 1) *Terminus Augustalis.* — 2) *Legio quarta est Macedonica, de qua cf. supra N. 2248.* — 3) *Iuliobriga oppidum Cantabrorum Plin. h. n. 3, 27.* — 4) *Segisamo memoratur a Plinio h. n. 3, 26 et in itinerario Antonini, item ut videtur a Ptolomaeo 2, 6, 51.*

---

**2456** imp. Caesar | M. Aur. Severus | [*Alexander P. F. Aug.*] | balneum a solo | territorio leg. | II Ad. p. f. S.[1] fecit, | curante Fl. | Marciano cos.[2]

*Aquinci (Ofen) (Eph. ep. 2, 696 vidit Mommsen).* — 1) *Legionis secundae Adiutricis piae fidelis Severianae.* — 2) *Consulari.*

---

**2457** thermas maiores | leg. II Adi. Claudianae | magno tempore in|[*te*]rmissas et destitutas, | [*re*]tractatis porticibus | [*a*]ditibusque *(complura legi non potuerunt)* . . . . C[*l*]eme[*ntis*] Silvi[1] et cura Ael. Frontini pra|ef. le[*g.*] eiusdem, Pater|no II et Mariniano co[*s.*][2]

*Aquinci (Alt-Ofen) rep., est Pesth in museo (III 3525 cf. eph. 2, 653 vidit Mommsen).* — 1) *Idem praeses est in titulis Aquincensibus supra N. 545 et arch. ep. Mitth. 14 p. 65.* — 2) *A. 268.*

---

**2458** Hercul[*i*] | L. Calpur|nius Pro|clus[1] leg. Au[*g.*] | leg. I M. p. f.[2] | [*p*]eracto ope|[*r*]e valetudinar[*i*].

*Bonnae (I. Klein ann. Rhen. 73, 1882 p. 64).* — 1) *Ad eundem pertinet titulus Ancyranus C. I. Gr. 4011.* — 2) *Legatus Augusti legionis primae Minerviae piae fidelis.*

---

**2459** sub Iulio Cas|tino[1] leg. leg. I M., | cura Petroni | Aquilae Ɔ, fur|nus factus ar|val.[2] a M. Au. Dio|cente, ! ! ! ! ![3] | Aug. ![3] cos. ![3]

*Ad Iversheim prope Münstereifel rep., est Bonnae (Brambach 520; Hettner catalog. mus. Bonn. p. 52 n. 126; Huebner ex. scr. ep. 620.* F *ab* E *vix differt in hoc titulo). In parte adversa eiusdem lapidis litterae extant* [I.] o. m. et G . . ., *ex titulo antiquiore ut puto relictae.* — 1) *Cf. supra N. 1155.* — 2) *Num vere furnus dicatur arvalis significeturque furnus rusticus factus in usum militum, ut putat Hettner dubito.* — 3) *Erasum sine dubio vocabulum* duobus *cum litteris* g *et* n *ad alterum ex Augustis pertinentibus. Significatur aut annus 205 quo Geta fuit consul cum fratre iterum, aut a. 208, quo fuit consul iterum cum fratre tertium.*

---

**2460** dis manibus | C. Iulio C. f. | Longino, | domo Voltinia | Philippis[1] Macedo|nia, veteranus | leg. VIII Aug., deductus | ab divo Augusto | Vespasiano Quirin.[1] | Reate[2], se vivo fecit | sibi et Iuliae C. libert. | Helpidi coniugi suae, | et C. Iulio C. libert. Felici, | et posterisque suis fec., | et C. Iulio C. l. Decembro | et Iuliae C. l. Veneriae | et C. Iulio C. l. Prosdoxo.

*Reate (IX 4684 vidit Mommsen).* — 1) *Philippi, unde Longinus oriundus fuit, fuerunt tribu Voltinia, Reate, quo deductus est, tribu Quirina.* — 2) *Reate deducti sunt a Vespasiano etiam veterani legionis nonae (IX 4685 et 4689), item veterani e cohortibus praetoriis (IX 4682. 4683).*

---

**2461** Q. Petroni|us M. f. Sca. | Rufus | vet. leg. VII C. p. f., | deducticius[1], | t. f. i.

*Prope Scupos (Ueskūb) Albaniae loco dicto Kučevište (III S. 8199 descr. Domaszewski).* — 1) *Videtur Scupos colonia militum deducta esse (cf. Domaszewski l. c. p. 1460).*

---

**2462** C. Cornelius C. f. | Pom. Dert.[1] Verus, | vet. leg. II Adi., | deduct. col. U. T. P. | mission. agr. II[2], | milit. b. cos.[3], | annor. L, h. s. e., | test. fier. ius., | heres | C. Billienus Vitalis | f. c.

*Poetovione (III 4057 vidit Mommsen).* — 1) *(Tribu) Pomptina, (domo) Dertona.* — 2) *Deductus coloniam Ulpiam Traianam Poetovionem missione agraria altera (sic legit Mommsen C. III p. 530).* — 3) *Militavit beneficiarius consularis.*

---

**2463** d. m. | M. Aurel. Primus | veteranus leg. I M., | missus honest. mis|sion., civis Rem.[1], vius | sibi fecit et C. | Modestin. Peregri no veterano leg. | eiusd., | misso honest. | mission., civ. Agripp.[1], | contubernal. mihi | carissim., et sub as|cia dedicaverunt.

*Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon p. 270).* — 1) *Dubitari potest, utrum Primus fuerit origine Remus, Peregrinus origine Ubius, an post militiam deducti sint ille Durocortorum Remorum, hic in coloniam Claudiam Agrippinensem (cf. Mommsen Herm. 19 p. 24 not. 7, Eph. ep. 5 p. 162).*

---

**2464** . . . . Plancus curator veteranorum leg. IIII Macedonic[*a*]e[1], decurio, t. f. i.

*Taurinis (V 7005 semel descripta saec. XVI). — 1) De legione quarta Macedonica cf. supra ad N. 2248. 2283. Alios curatores veteranorum habes supra N. 2338. 2339. Et hi tituli et qui sequuntur N. 2465—2468 scripti sunt temporibus Iuliorum vel Claudiorum imperatorum.*

---

**2465** C. Sertorius L. f. | Ouf. Te[*rtull*]us | veteranus leg. XVI[1], | curator civium Roman[*or.*] | Mogontiaci | . . . .

*Monzae (V 5747 vidit Mommsen). — 1) Cf. supra N. 2265.*

---

**2466** C. Vettius Q. f. | Pol., eq. leg. VIII Aug.[1], | ann. XLIIX stip. XXVIII, | idem quaestor | veteranorum, | et Q. Vettius Q. f. | Pol. frater, eq. leg. | VIII Aug., ann. XL st. XX, | h. s. e.[2] | M. Metilius eq. leg. | VIII Aug. et P. Arrius her. | C. Vetti test. posuerunt

*In ruderibus Viruni rep., est Klagenfurti (III 4858 vidit Mommsen). — 1) De legione octava Augusta cf. supra N. 2264. — 2) Debuit esse* h. s. s.

---

**2467** . . . Appinius | Pol. Faven|[*ti*]a Quadr|atus, Ɔ vete|ranorum[1] | leg. IIII Mac., | ano. na. XL | bis.[2] Huc pietas.[3] | Ossa bene | quicant *(sic)*.

*Scardonae (III 2817 vidit Mommsen). — 1) Centuriones veteranorum alii reperti non sunt. — 2) Annos natus quadraginta bis, i. e. octoginta (?). — 3) Non intellegitur.*

---

**2468** L. Salvius | C. f. Fab. | vexillarius | veter. leg. IIII[1], sibi | et Popiliai T. l. | Hispan[*a*]i et Capito|ni f. et Priscai f. et | Firmo f.

*Boarni prope Brixiam (V 4903 semel descripta saec. XV). — 1) Vexillarius veteranorum legionis quartae.*

---

**2469** Fortunae | Aug. sac. C. | Nemonius Se necio c. v.[1] et T. | Tertius Felix q.[2] | et Catius Vere|cundus act.[3] d. s. p.

*Moguntiaci (Brambach 1049 vidit). — 1) Curator veteranorum, 2) quaestor,* 3) *actor (cf. Mo. Herm. 7 p. 317).*

---

**2470** L. Silicius Opta|tus vix. an. L, | interceptus | in itinere. | Huic veterani | morantes | Simittu de | suo fecerunt.

*Simitthu (Schemtú) provinciae Africae rep. (VIII S. 14608 vidit Cagnat).*

---

**2471** locus | sepultura[*e*] | gentilium | veteranor. | In fr. p. XXV, | in partem | posterior. | . . . . . .

*Aquileiae rep., deinde Veronae (V 884 vidit Mommsen).*

---

**2472** pro salute imp. M. Au|rel. [*Commo*]di[1] Antonini | Pii Felicis, | Fortunae reduci | leg. XXII Pr. p. f., C. Gentil|ius Victor vet. leg. | XXII Pr. p. f., m. h. m.[2], negot|iator gladiarius, | testamento suo fieri | iussit ad HS n. VIII mil.

*Moguntiaci rep. (Brambach 1076 vidit). — 1) Commodi nomen erasum. —* 2) *Missus honesta missione.*

---

**2473** Volcano | sacrum | vet. et [*c.*] R. cos. ad | leg. II Ad.[1], cu|ram agen|t[*i*]b. Val. Res|pecto et Ut|tedio Max[*i*]m[*i*]no | ma[*g.*]

*Aquinci (Alt-Ofen) (III 3505 semel descripta saec. XV).* — 1) *Veterani et cives Romani consistentes ad legionem secundam Adiutricem.*

---

**2474** [*p*]ro sal[*ute*] | imp. Caes. | Tra. Hadr. | Aug., C. Val. | Pud. vet. | le. V Mac., et M. Ulp. Leont. | mag. canabe.[1] et | Tuc. Ael. aed.[2] d. d. | vet. et c. R. cons. ad canab. leg. V M.[3]

*Troesmi (Iglitzae) rep. a. 1865 (III 6166). De hoc titulo et iis qui sequuntur cf. Mommsen Herm. 7 p. 306 seq.* — 1) *Magister canabensium,* 2) *aedilis.* — 3) *Dono dederunt veteranis et civibus Romanis consistentibus ad canabas legionis quintae Macedonicae.*

---

**2475** I. o. m. | pro salute imp. Caes. T. Aeli Ha|driani Antonini Aug. Pi et Ve|ri Caes.[1], templum et statuam | c. R.[2] et consisstentibus *(sic)* in | canabis Aelis leg. XI Cl.[3], | Cn. Oppius Soterichus et | Oppius Severus fil. eius | de suo fecerunt. Dedica|tum est per Tib. Cl. Saturni|num leg. Aug. pr. pr.

*Prope Silistriam, ubi Durostorum Moesiae inferioris fuisse iam apparet, rep., est Bucaresti (III S. 7474 vidit Domaszewski).* — 1) *A. 138—161.* — 2) *Civibus Romanis.* — 3) *Legionem undecimam Claudiam Durostori collocant etiam itinerarium Ant. p. 223 et Notitia dign. Or. p. 102; ante Antoninum Pium fortasse ibi fuerat legio prima Italica, cf. supra N. 2295 not. 1.*

---

**2476** Fortunae | Aug. sacr. et Geni|o canabensium | L. Silius Maximus | v[*et.*] leg. I Ad. | p. f., magistras | primus in can., | d. d., | et Silia Ianuaria | et Silius Firminus.

*Apuli (Carlsburg) (III 1008 accurate descr. saec. XVI Bongarsius).*

---

**2477** Victoriae | Aug. | L. Iul. T. [*f.*] Galer. | Leuganus Clunia, vet. leg. | XIIII G. M. v., aedis | custos c. R. leg. XIII, | nomine suo et | C. Iul. Paterni fili | sui d. d.

*Apuli (Karlsburg) in Dacia (III 1158 aliquoties descripta).*

---

**2478** . . . | cuius viai millia passus sunt | CLXVII, munit per vexillarios | leg. VII et XI[1], | item viam Gabinianam | ab Salonis Andetrium[2] aperuit | et munit per leg. VII.

*Salonis (III 3200 cf. III S. p. 1651 aliquoties descripta).* — 1) *Legiones Dalmatiae, cf. supra N. 2280. Titulus fortasse positus est ab eodem Dolabella a quo N. 2280.* — 2) *Andetrium non longe a Salonis, ibi ubi hodie est Much. Gabiniana videtur dicta via a Gabinio, non quod is eam muniverit, sed memoriae causa (Mo.).*

---

**2479** imp. Caes. T. Aelio | Hadriano Antonino | Aug. Pio p. p. IIII et M. | Aurelio Caesare II | cos.[1], per Prastina | Messalinum[2] leg. | Aug. pr. pr., vexil. | leg. VI Ferr.[3] via fecit.

*In Numidia, in monte Aurasio, incisum in rupe aliqua supra viam aetatis Romanae (VIII 10230 aliquoties descripta). Ad idem opus pertinuerunt tituli mutili*

*VIII 2446 cf. add. p. 952, hic pessime exceptus, et 2490.* — 1) *A. 145.* — 2) *Consul ordinarius fuit a. 147.* — 3) *Nota vexillationem legionis in Iudaea tendentis missam in Numidiam.*

---

**2480** vexillationes | leg. II Aug.[1] et | leg. XX V. v.[1] f.

**2481** imp. C. T. Aelio | Hadriano Anto|nino Aug. p. p., | vex. leg. VI Vic. | p. f.[1], opus valli, p. ∞ ∞ ∞ ∞ CXLI.[2]

**2482** imp. Caesari | T. Aelio Hadri|ano Antonino Aug. Pio p. p., | vexillation. | leg. XX Val. vic.[1] f., | per mil. p. III.

*In Britannia rep. ad vallum Pii, nunc Glasgoviae (VII 1139. 1140. 1143 vidit Huebner). Tituli horum similes multi in eodem tractu Britanniae reperti sunt, cf. Huebner C. VII p. 192. Pertinent omnes ad vallum, quod, post Hadriani similem aedificationem, imp. Antoninus Pius a Clota ad Bodotriam duxit.* — 1) *Legiones secunda Augusta, vicesima Valeria victrix, sexta Victrix pia fidelis, Britanniam tutabantur inde a temporibus Hadriani.* — 2) *Pedes MMMMCXLI.*

---

**2483**

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

[*coh. IIII*]

7 Longi[1]:
C. Marcius[2] C. f. Pol.[3] Alexand.
7 Catti:
L. Longinus L. f. Ser. Tavio[4]
7 Vedi:
L. Licinius L. f. Pol.[3] Sebastop.[5]
7 Servati:
M. Lollius M. f. Pol. Ancyr.[6]
7 Caecili:
C. Cornelius C. f. Pol. Anc.
7 Aquilae:
C. Sossius C. f. Pol. Pompeiop.[7]

coh. V

7 Publili:
C. Didius C. f. Pol. Ancyr.
7 Gavisidi:
C. Helvius C. f. Pol. Gang.[10]
7 Iustiana:
T. Antonius T. f. Ser. Tavio
7 Licini Veri:
C. Sentius C. f. Ser. Tavio
7 Numeri:
C. Iulius C. f. Pol. Alexan.
7 Lucretiana:
L. Iulius L. f. Gal. Lugdun.

[*coh. IIII*]

7 Etri[1]:
L. Longinus[2] L. f. Pol. Ancyr.[6]
7 Vetti Rufi:
C. Longinus C. f. Pol. Alex.
7 Casti:
M. Cassius M. f. Pol. Isinda[8]
7 C. Mammi:
M. Petronius M. f. Pol. Alex.
7 P. Mammi:
Cn. Otacilius Cn. f. Pol. Anc.
7 Oeniana:
M. Longinus M. f. Pol. Eten.[9]

coh. V

7 Canini:
C. Valerius C. f. Pol. Anc.
7 M. Corneli:
M. Iulius M. f. Pol. Alex.
7 Materni:
M. Lollius M. f. Pol. Ancyr.
7 Cliterniana:
Sex. Lusius Sex. f. Pol. Tavio
7 Clementis:
C. Vibius C. f. Ani Verg.[11] *(sic)*
7 Gavisidiana:
C. Aufidius C. f. Pol. Anc.

coh. VI

7 Treboni:
M. Valerius M. f. Pol. Sid.[12]
7 Curti:
C. Valerius C. f. Pap. Nicae.[13]
7 Mini:
C. Granius C. f. Pol. Anc.
7 Coti:
C. Valerius C. f. Gal. Lugd.
7 Curiati:
C. Trebius C. f. Pup. Paraet.[14]
7 Galbae:
C. Aufidius C. f. Pol. cast.[15]

coh. VII

*(Perierunt ut videtur nomina militum cohortium septimae, octavae, nonae, decimae; deinde nomina alarum trium, cum nominibus decurionum quinque, duplicarii unius, sesquiplicariorum quattuor).*

. . . . . . . . . . [*f. s. s.*]
alarum III[17] dec. V,
dupl. I, sesquiplic. IIII,
equites CCCCXXIIII

coh. VI

7 Firmi:
C. Spedius C. f. Pol. Cyren.
7 Longi:
C. Antonius C. f. Pol. Alex.
7 Flacci:
P. Papirius P. f. Pol. Anc.
7 Vari:
C. Longinus C. f. Pol. cast.
7 Pacci:
P. Flavius P. f. Anien. Paph.
7 Hordioni:
C. Romanius C. f. Fab. Ber.[16]

coh. V[*II*]

*(Perierunt nomina militum cohortium septimae, octavae, nonae, decimae; deinde nomina cohortium auxiliariarum sex cum nominibus centurionum septem).*

coh. I Theb., cui praeest
Sex. Pompeius Merula:
7 C. Terentius Maximus,
7 C. Iulius Montanus,
7 L. Domitius Aper.
sum.: 7 III[18]:
f. s. s. coh. VII[19] 7[20] X,
eq.[21] LXI, mil.[22] DCCLXXXIIX.

Per eosdem[23], qui supra scripti sunt, | lacci[24] aedificati et dedicati sunt: Apollonos hydreuma[24] VII k. Ianuar., | Compasi[25] k. Augustis, | Berenicide[25] XVIII k. Ianuar., | Myoshormi[25] idus Ianuar.; | castram *(sic)* aedificaverunt et refecerunt.

*Copti in Thebaide rep. a. 1883 tabulae duae, quae videntur fuisse ex sex tertia et sexta: repperit Maspero, ad ectypa edidit Mommsen III S. 6627 (= Eph. ep. 5, 15) et commentario illustravit, ex quo pleraque desumpsi. — Titulus testibus ipsis litteris et aliis quibusdam rebus (cf. infra not. 2. 25), scriptus est sub primorum imperatorum aliquo, fortasse sub ipso Augusto. Pertinuit ad vias factas in Aegypto superiore, operaque nonnulla iuxta eas vias extructa, a militibus, lectis e legionibus et alis cohortibusque auxiliariis exercitus Aegyptiaci. Ex legionibus lecti erant pauci, scilicet singuli ex singulis centuriis, — et hi nominatim perscripti erant —, multo plures ex alis cohortibusque (cf. infra). — 1) Apparet recenseri iuxta positos duarum legionum milites, e singulis centuriis singulos. Legiones duae fortasse sunt tertia Cyrenaica et vicesima secunda Deiotariana, a temporibus Tiberii usque ad Traianum in Aegypto tendentes. — 2) Nota milites omnes cognomine abstinere, id quod indicium est aetatis antiquioris, praeterea nulli eorum fuisse*

*patrem praenomine diverso; cuius rei fortasse causa est, quod iis omnino non fuerunt patres cives Romani, tantumque propter usum in matriculis militum receptum singulis adscriptum est* C. f. *vel* L. f. — 3) *Tribus his hominibus, certe magna ex parte propter militiam demum civitate donatis, viritim data; Polliae plerique adscripti boni ominis fortasse causa.* — 4) *Cf. not. 6.* — 5) *Sebastopolis Ponti Cappadocici.* — 6) *Cum supersint nomina legionariorum triginta sex, horum decem oriundi fuerunt Ancyra, capite Galatiae, tres Tavio quod et ipsum oppidum est Galatiae, alii sex ex regionibus finitimis Pisidia Paphlagonia Ponto, ita ut legionariorum Aegyptiacorum pars plus quam dimidia videatur lecta esse ex regno quod olim fuit Galatiae.* — 7) *Pompeiopolis Paphlagoniae.* — 8) *Isinda,* 9) *Etenna oppida Paphlagoniae.* — 10) *Gangra (cf. supra N. 2247 not. 2).* — 11) *Significantur Vercellae.* — 12) *Side Pamphyliae (potius quam Sidon Syriae).* — 13) *Nicaea Bithyniae.* — 14) *Paraetonium civitas Graeca Aegypti.* — 15) *Castris.* — 16) *Berytus Syriae.* — 17) *Alae tres et cohortes septem quae fuerint nescimus, praeter unam cohortem primam Thebaeorum. Alas tres et cohortes septem recenset etiam constitutio anni 83 de exercitu Aegyptiaco supra N. 1996. Sub Augusto in Aegypto tendebant tres alae et cohortes novem (Strabo 17, 1, 12 p. 797).* — 18) *Summa centuriones tres.* — 19) *Fit summa summarum (sic Mowat) cohortium septem (cf. not. 17),* 20) *centuriones,* 21) *equites,* 22) *milites.* — 23) *Haec et quae sequuntur postea adiecta sunt.* — 24) *Lacci cisternae sunt magnae, Graecis ὑδρεύματα; cf. Buecheler Archiv für lat. Lexikographie I, 1884 p. 285.* — 25) *Berenicis, sive potius Berenice, et Μυὸς ὅρμος, noti portus sinus Arabici, Hydreuma Apollinis et Compasus mansiones viae Copto Berenicen ducentis. Narrat Strabo 17 p. 815 vias Copto Berenicen et Copto Myoshormon ducentes, a Ptolemaeo Philadelpho primum stratos, sua aetate multo commodiores factas esse cisternis iuxta eas institutis. Inter eas cisternas fuerunt sine dubio hi ipsi lacci a militibus supra scriptis aedificati et dedicati.*

---

**2484** I. o. m. | et Nymphis | pro salutem | impp. L. Septimi | Severi Aug., M. | Aur. Antonino[1] | Aug. ⟨Pio Feli|ce[1] Part.⟩[2], Iulia[1] | Aug. matri Augg. | et castr., totius|que dom. divin., | per vex. ⟨leg. III⟩[3] | Aug. morantes | ad fenum sec.[4] | v. s. l. a.

*In Numidia loco dicto El-Madher (VIII 4322 vidit Wilmanns).* — 1) *Requiritur casus secundus.* — 2) *Verba quae uncis ⟨ ⟩ inclusi, reposita sunt in locum nominis Geta erasi.* — 3) *Cf. N. 2296.* — 4) *Ad fenum secandum.*

---

**2485** I. o. m., Iun. reg., Min., | Marti, Vict. Auggg., | pro salute | impp. L. Septimi Se|veri Pii et M. Aureli | Antonini Augg. et | [*P. Sept. Getae*][1], vexill. | [*leg. III Aug.*][1] p. v. mo|rans in procinct., | cur. Aemilio Emerito | dec. al. I Pan.[2] Satur|ni. et Gallo cos. V̄ n. | Maias[3], v. s.[4]

**2486** [*pro*] salute im|[*pe*]ratorum L. [*S*]eptimi Severi | [*Pe*]rtinacis Aug. | [*et*] M. Aureli Antoni|[*ni A*]ug. [*et P. Septi|mi Getae*][1] totius|que domus divi|nae et victoria | . . . i Cens[*i*]ti[5] leg. Aug.[6] | pr. pr. cos. desig., | [*vexill*]at. [*leg. III Aug.*] p. v. *(in latere dextro)* mor[*an|t*]es in pro[*cinct.*] | sub cura Fo[*n*]tei Fortun[*ati*] | dec. alae I Pann.[2]: | Severo et Pomp.[7] co[*s.*]: Numis. Gemellu[*s*], | cos. s.[8]: Caecil. . . . . ian., | Flac. et Gal. cos.[9]: M. An. . . | Saturni.; Pis. et Iul. | cos.[10]: Longinius Tri|ton, Polione et Apr. | cos.[11]: Iuli Verecu[*nd*]., | imp. et Vero [*cos.*][12]: | Valeri[*u*]s . . . . . .

*In Numidia, in saltu Aurasio, inter Lambaesim et Biskram, loco dicto hodie Mena'a (VIII 2465. 2466 vidit Wilmanns). Tituli positi a vexillatione legionis tertiae Augustae Lambaesi castra habentis, alter (N. 2485) anno 198, alter (N. 2486) non multo postea ut puto. Una extabat similis titulus VIII 2464, imperfecte descriptus.* — 1) *Quae punctis subiectis notavimus, data opera erasa sunt, alia post caedem Getae a. 212, alia post damnationem legionis a. 238.* — 2) *Alam primam Pannoniorum aliquando in Africa stetisse indicant tituli sepulcrales ab equitibus eius in Africa relicti.* — 3) *3 Mai. 198.* — 4) *In latere huius quoque arae perscripta erant nomina militum (ut in N. 2486), sed ea plane evanuerunt.* — 5) *Nomen legato fortasse fuit Naevio Censito (VIII 7054. 7056).* — 6) *Requiritur* Augg. — 7) *A. 173,* 8) *consulibus suprascriptis,* 9) *a. 174,* 10) *a. 175,* 11) *a. 176,* 12) *a. 179; significantur anni quibus hi milites nomina militiae dederant.*

---

## **2487** Hadriani adlocutiones ad exercitum Africanum.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . etis pro causa ves[*tra*] . . . . . . [*quae excu*]-
[*sa*]nda vobis aput me fuissent, omnia mihi pro vobis ipse[1] di[*xit: quod*]
cohors abest, quod omnibus annis per vices in officium pr[*ocon*]-
sulis mittitur[2], quod ante annum tertium cohortem et qua[*ternos*]
ex centuris in supplementum comparum tertianorum[3] dedis-
tis, quod multae, quod diversae stationes vos distinent, quod
nostra memoria bis non tantum mutastis castra sed et nova fecis-
tis[4]; ob haec excusatos vos hab[*erem, si legio*] diu exercitatione cessas-
set. Sed nihil aut cessavi[*stis*] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
vobis excusatione . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
retis va . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*(multa perierunt)*

. . . . . . . . . . . . . . rium . . . . . . . . . . . . . . . . . . . vide-
[*tur attendi*]sse vobis; primi ordines et centuriones agiles
[*et fortes mo*]re suo fuerunt.

eq. leg.[5]

[*Ex*]ercitationes militares quodammodo suas leges
[*ha*]bent, quibus si quit adiciatur aut detrahatur, aut minor
[*exer*]citatio fit aut difficilior. Quantum autem difficultatis
[*additur, t*]antum gratiae demitur. Vos ex difficilibus difficil-
[*limum fecistis*], ut loricati iaculationem perageretis[6]
. . . . . . . . . . . . . . o, quin immo et animum probo
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*(In latere intuentibus dextro)*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
tationis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . [*munitiones quas*] alii [*per*]

plures dies divisis[*sent, e*]as uno die peregistis[7]; murum lo[*ngi*] operis et qualis mansuris hibernaculis fieri solet non [*mul*]-to diutius exstrucxistis quam caespite exstruitur, qui m[*o*]-dulo pari caesus et vehitur facile et tractatur et sine mo[*les*]-tia struitur, ut mollis et planus pro natura sua: vos lapi[*dibus*] grandibus gravibus inaequalibus, quos neque vehere n[*e*]-que attollere neque locare quis possit, nisi ut inaequa[*lita*]-tes inter se conpareant. Fossam glaria duram scabram[*que*] recte percussistis et radendo levem reddidistis. Opere pr[*o*]-bato introgressi castra raptim et cibum et arma cepistis, equitem emissum secuti, magno clamore revertentem per

*(nonnulla perierunt)*

laudo, quod convertuit vos[8] ad hanc exercitat[*ionem, quae verae di*]-micationis imaginem accepit et sic exercet, [*ut . . . . . . . . . lau*]-dare vos possim. Cornelianus praefectus ves[*ter officio suo sa*]-tisfecit. Contrari discursus non placent mih[*i*], . . . . . . . . . . . . . .[9] est auctor. E tecto transcurrat eques et pe[*rsequatur caute; nam si non*] videt qua vadat aut si voluerit ecum r[*etinere nequit, non potest*] quin sit obnoxius caliculis tectis . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . tis congredi debetis concurr[*ere*] . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . iam adversus hosti facienda . . . . . . . . . . . . . . . . . .

[*N*]on. Iul. Zarai[10], coh. . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . varetis et di . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*(In latere intuentibus sinistro)*

. . . . . . . . . . . . . . [*Catullinus leg. meus c. v. copiis omni*]-bus quibus praeest parem curam suam exhib[*et*][11], . . . . [*prae*]-fectus vester sollicite videtur vobis attendere. Congiar[*i*]-um accipite, viatoriam in Commagenorum campos Allete[*os*].[12]

eq. coh. VI Commagenorum.[13]

Difficile est cohortales equites etiam per se placere, difficilius post alarem exercitationem[14] non displicere: alia spatia campi, alius iaculantium numerus, frequens dextrator, Cantabricus densus[15], equorum forma armorum cultus pro stipendi modo.[16] Verum vos fastidium calore vitastis[17], strenue faciendo quae fieri debebant; addidistis ut et lapides fundis mitteretis et missilibus confligeretis; saluistis ubique expedite. Catullini leg. mei c. v.[18] [*insignis cura*] apparet, quod tales vos sub i[*ll*]o v . . . . . . . . . . . . .

*Lambaesi, basis fracta, nuper Parisios translata (VIII 2532 VIII S. 18042 viderunt Wilmanns et Cagnat, ectypa accuratissime recognovit I. Schmidt, quem in supplementis quoque secutus sum; praetermisi fragmenta minora nonnulla quae*

*non intellegi possint, in his fragmentum additum a Purgoldo eph. ep. 7, 364). Tractavit Dehner Hadriani reliquiae particula I (diss. Bonn. 1873). — Verba facere Hadrianum anno fere 129 colligitur ex mentione Catullini legati (cf. infra not. 18). In fronte basis videntur perscripta fuisse verba facta ab Hadriano Lambaesi ad legionem tertiam Augustam, in lateribus verba quibus idem adlocutus est auxilia exercitus Africani tam Lambaesi quam aliis locis tendentia.* — 1) *Intellegitur legatus, de quo infra not. 18.* — 2) *De hoc legati Numidiae erga proconsulem Africae officio agit Marquardt Staatsv. I² p. 469.* — 3) *Intellegenda est aut legio tertia Gallica aut tertia Cyrenaica.* — 4) *De mutationibus castrorum exercitus Africani cf. Mo. C. VIII p. XXI not. 4.* — 5) *Equites (vel: equitibus) legionis (*eq. leg. *erasum, temporibus sine dubio Gordiani, cf. N. 2296 not. 3, sed legi potuit a Wilmannsio).* — 6) *De iaculatione petrina, de qua Arrianus tact. 37, 4, agere Hadrianum (et petrinae vocabulum supplendum esse initio versus sequentis) censet Dehner p. 14.* — 7) *Ad cuius generis milites haec verba facta sint, non apparet (fieri potest ut fragmentum quoddam adlocutionis cum mentione cohortis secundae Hispanorum Lambaesi ut videtur tendentis, cf. C. VIII 2787, praecesserit, et verba facta sint ad eam cohortem); hoc apparet agi de munitione castrorum subitaria.* — 8) *Haec pertinere videntur ad alam aliquam, ut colligi potest ex mentione praefecti et equitum, et maxime ex mentione 'alaris exercitationis' infra (cf. not. 14) iniecta.* — 9) *Videtur excidisse nomen auctoris, cuius praecepta vel cuius disciplinam pro norma haberi voluit Hadrianus.* — 10) *Zarai oppidum Numidiae, quo loco Hadrianum mense Iulio cohortem aliquam adlocutum esse videmus.* — 11) *Spectare haec ad pedites cohortis sextae Commagenorum inde colligi potest, quod sequuntur verba facta ad equites eiusdem cohortis.* — 12) *Campi hi praeterea ignoti.* — 13) *Equites (vel: equitibus) cohortis sextae Commagenorum. Ea cohors videtur tetendisse Zarai in Numidia (cf. C. VIII 4526).* — 14) *Apparet Hadrianum paullo antea spectavisse equitum alarium exercitationes.* — 15) *Explicare haec temptavit Dehner p. 18. De Cantabrico cf. Arrian. tact. 40: ἐπὶ τούτῳ δὲ Κανταβρική τις καλουμένη ἐπέλασις γίγνεται, ὡς δοκεῖν ἔμοιγε ἀπὸ Καντάβρων Ἰβηρικοῦ γένους τοῦτο ὀνομασθεῖσα, ὅτι ἐκεῖθεν αὐτὴν προσεποίησαν σφίσι Ῥωμαῖοι, ἔχει δὲ ὧδε κτλ.* — 16) *Equites alares quantopere super cohortales eminuerint, exposuit Mommsen ad papyrum anni 156 a se editam (eph. ep. 7 p. 465).* — 17) *Voluit dicere equites suo ardore evitasse, ut spectanti fastidium nasceretur.* — 18) *Intellegitur Q. Fabius Catullinus, legatus pro praetore exercitus Africani certe a. 129 (C. VIII 2533), consul ordinarius a. 130.*

---

## Alae, cohortes auxiliariae, numeri varii.

**2488** . . . et[1] Sabino[2] praef. . . .
[*au*]xsiliariei Hispan[*ei*]

*In Sabinis, prope rudera Amiterni, loco dicto Cavallari (I 1293. IX 4503 vidit Dressel; Ritschl tab. LXXVII d).* — 1) *Pro* et, *quod in lapide vidit Dressel, alii exhibent* f. — 2) *Hunc esse Sabinum, a quo, teste Appiano b. c. 5, 132, a. u. c. 718 latrones urbem Romam et Italiam infestantes coerciti sunt, coniecit Mommsen Staatsr. II³ 1073 not. 1.*

---

**2489** Herculei d. [*d.*] | milites Africa[*ni*] | Caecilianis[1], | mag. curavit | C. Saltorius C. f.

*Avezzani ad lacum Fucinum, prope Albam Fucentem (I 1172. IX 3907; Ritschl tab. LXXVII l).* — 1) *Videntur significari milites Africani iam Albae consistentes, antea Caecilianis, sive haec fuerunt castra Caecilia in Lusitania (Plin. h. n. 4, 117 cf. C. II p. 82), sive alia eius nominis in ipsa Africa sita (Mo.).*

---

**2490** Q. Anchari | C. f. Pol.[1] | Narbones.[2], eques, | evocatus[3], annor. | nat. XXIII, ala | Scaevae.[4]

*Traetti, ubi fuerunt Minturnae (X 6011 vidit Mommsen).* — 1) *Nota tribum Polliam hominis Narbonensis, cum plerumque Narbonenses censerentur in Papiria. Cf. Kubitschek imp. Rom. p. 210.* — 2) *Cf. supra N. 2249.* — 3) *Fortasse miles Caesarianus, ut evocatus is qui est supra N. 2225 (cf. Mo. eph. ep. 5 p. 142 not. 1).* — 4) *Alam nomen habuisse a M. Caesio Scaeva centurione eximiae fortitudinis in exercitu C. Caesaris (Caes. b. civ. 3, 53; Valer. Max. 3, 2, 23) coniecit Mommsen l. c.*

---

**2491** . . . . . . . . [*Neronis Claudi* | *Cae*]saris Aug. Ger. im[*p.*, *L. An*]tistio Veter[*e l*]eg. A[*ug.* | *pr*]o [*pr.*] Q. V[*o*]lusio Satur|nin[*o et*] Corn. Sc[*i*]p. cos.[1], | ala Ga[*llo*]r. Petriana[2] per | C. Iulium Augurinum | praefectum.[3]

*Moguntiaci (Korrespondenzblatt der Westd. Zeitschr. 3, 1884 p. 32 cf. eph. ep. 5 p. 171 not. 2 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *A. 56.* — 2) *Ala Petriana memoratur a Tacito hist. 1, 70. 4, 49; ex illo loco apparet, eam etiam a. 69 castra habuisse in Germania superiore. Postea fuit in Britannia, teste diplomate a. 124 (fortasse etiam diplomate a. 98, cf. Eph. ep. 5, 251) et titulis nonnullis Britannicis (quibus titulus Eph. ep. 7, 960 non videtur adnumerandus esse), item Notitia dign. occ. c. 38 p. 114 B. Ala Petriana milliaria civium Romanorum bis torquata appellatur in titulo praefecti infra N. 2728, ala Augusta Petriana torquata milliaria civium Romanorum C. VII 929.* — 3) *Iulius Augurinus, eques Romanus, particeps coniurationis in Neronem a. 65 (Tac. ann. 15, 50), fortasse idem est.*

---

**2492** imp. Caesari divi | Hadriani fil., div. Tr. | nepo., Tito Ael. Hadri|ano Antonino Aug. | Pio pontif. maximo | p. p., consul. III, tribun. | pot. IIII[1], ala I singular. | p. f. c. R.[2]

*Biburg prope Pföring vicum, qui est ad Danuvium inter Ingolstadt et Regensburg (III 5912 cf. Eph. ep. 4, 619 vidit Ohlenschlager).* — 1) *A. 141.* — 2) *Ala prima singularium pia fidelis civium Romanorum enumeratur inter alas exercitus Raetici tam a. 107 (supra N. 2002), quam a. 166 (dipl. LXI, Eph. 2 p. 462); antea fuerat in Germania superiore, teste diplomate anni 90 (supra N. 1998). Haec est nisi fallor ala singularium, quam 'excitam a Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressam' memorat Tacitus hist. 4, 70. Apparet cognomen Flaviae, quod tribuitur ei in diplomate anni 166, ut et cognomina piae fidelis, ei data esse a Vespasiano ipsis imperii initiis.*

---

**2493** imp. Caesari | L. Septimio | Severo Pio | Pertinaci | Aug. Arab. Adia[*b.*] | Parth. maxim., | trib. potest. | VIIII[1], imp. XI, cos. III, | p. p., p[*rocos.*], | eq. alae I Aug. | Parth. | Antoninia[*n*]ae.[2]

*In Mauretaniae loco dicto Sidi Ali ben Yub (VIII 9827 vidit Wilmanns). Una repertus est similis titulus Caracallae (VIII 9828).* — 1) *A. 201.* — 2) *Propter*

*Antoninianae nomen alae inditum Mo. putat titulum dedicatum esse aliquanto post annum quem enuntiat.*

**2494** Iuliae Mameae Au|gustae matri sanc|tissimi imp. Caes. | Severi Alexandri | Aug. et castrorum | senatusque, ala | Frontoniana[1] Ale|xandriana ex | quaestura sua[2], | dedicante | [*Ia*]sdio Domitia|[*no*[3] *l*]eg. Aug. pr. pr.

*Alsó-Ilosvae in Dacia rep. (III 798 vidit Mommsen).* — 1) *Est ala prima Tungrorum Frontoniana, per multum tempus castra Alsó-Ilosvae habens, ut apparet ex multis titulis ibi ab ea relictis (cf. infra 2495. 2522). Sub Domitiano et sub Traiano fuerat in Pannonia, ut apparet ex diplomatibus militaribus.* — 2) *Quaesturae mentio quo pertineat et quid significet, obscurum. (Mommsen coniecit, quaesturam dictam esse pro quaestu, agi igitur aut de donationibus aut de praeda). Similiter 'ex quaestura' a cohorte quadam positus est titulus item Dacicus III 1379.* — 3) *Nomen legati suppletum ex titulo simili qui iuxta extat, dedicato Severo Alexandro, III 797; cf. VI 1428.*

**2495** Marti | ala I Tungr. | Front.[1] per | T. Vettulenum | Nepotem | praef. eq. | v. s. l. m.

*Alsó-Ilosvae in Dacia (III 795 descr. Torma).* — 1) *Cf. N. 2494 not. 1.*

**2496** Argiotalus | Smertulitani | f., Namnis[1], equ. | ala Indiana[2], | stip. X anno. | XXX, h. s. e., | eredes posue|runt.

*Wormatiae (Brambach 891 vidit).* — 1) *Namnetes populus Galliae (ubi hodie Nantes).* — 2) *Ala Indiana aut ea ipsa est quam a. 21 Iulius Indus Trevir duxit contra Treveros (Tac. ann. 3, 42), aut certe nomen ab eo traxit.*

**2497** Silius Attonis f. | eq. alae Picent.[1], | an. XLV stip. XXIV, | h. f. c. *(equus a famulo ductus).*

*Rep. inter Dienheim et Ludwigshöhe, est Moguntiaci (Brambach 925 vidit).* — 1) *Ala Picentina (sic C. I. Gr. 5991) sive Picentiana (sic diplomata) memoratur inter auxilia exercitus Germanici a Tacito hist. 4, 62 et in diplomatibus annorum 74 (N. 1992) et 82 (N. 1995). Decurio eius est Brambach 1344.*

**2498** Samorix Liamari[1] f. | Remus, eq. ala Longini|ana[2], an. XXXI stipen. XII, | h. s. [e.] . . . et singu . . . . . | fr. . . . . .

*Châlon rep. a. 1839 (Canat inscr. de Chalon-sur-Saone p. 36).* — 1) *Nomen vix recte exceptum.* — 2) *Etiam Bonnae nuper prodiit epitaphium equitis eiusdem alae Longinianae; is fuit natione Biturix (Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 11, 1892 p. 66). Praefecti eiusdem alae sunt C. XII 592. 5166.*

**2499** M. Valerius C. f., | Hispanus domo | Leonica[1], eques de | ala Patrui[2] hic situs | est.

*Larini (IX 733 vidit Mommsen).* — 1) *Leonica oppidum Edetanorum nominatur a Plinio 3, 3, 24 et Ptolemaeo 2, 6, 23.* — 2) *Cf. N. 2500 not. 2.*

**2500** Adbogius Coi|nagi f. na. Petr|ucorius[1], eq. al. Rusonis[2], an. XXIIX sti. X, | hic situs est, | ex testamen|to libertus | fecit.

*Prope Moguntiacum rep. (Brambach 1230).* — 1) *Natione Petrucorius (Petrocorii populus Aquitaniae).* — 2) *Ala haec Rusonis, ala Patrui (N. 2499), ala Pomponiani (N. 2501) ex singulis tantum inscriptionibus notae.*

**2501** Niger Aetonis f. | Nemes[1], ala Pomponi|ani[2], anno. L, | aera XXV, | h. s. e.

*Bonnae (I. Klein Rh. Jahrb. 88, 1889 p. 128).* — 1) *Nemetes populus Germaniae superioris, ibi ubi hodie est Speier. Auxiliares Nemetas memorat Tac. ann. 12, 27.* — 2) *Cf. N. 2500 not. 2.*

---

**2502** *(vir in lecto iacens)* M. Aemilius Durises eq. al. | Sulp.[1] tur. Nepotis, an. XXXVI | stip. XVI, heredes ex t. f. c. *(calo equum ducens).*

*Coloniae Agrippinae (I. Klein Rhein. Jahrb. 1886 p. 89).* — 1) *Eiusdem alae equites memorantur in titulis Coloniensibus Brambach 314. 344. Praefectus eius est supra N. 1390.*

---

**2503** *(eques sequentibus duobus peditibus, vel servis)* Partus Mutii f. | eques ala Agripi|ana[1], natione Trever, | annoru. XXXV stip. | IIII, hic situs est, | fratres posuerunt.

*Wormatiae (Brambach 893 descripta saec. XVII).* — 1) *Alias mentiones alae Agrippianae habes infra N. 2704 (not. 1). 2724. Praefectus alae secundae Flaviae Agrippianae est C. I. Gr. 3497.*

---

**2504** *(eques, hostis victus; iuxta: tuba)* Andes Sex. f. | cives Raeti|nio[1], eq. ala | Claud., an. XXX, stip. V, h. s. e. H. f. c.

*Moguntiaci (Brambach 1228; Lindenschmit Alterthümer unsrer heidn. Vorzeit I fasc. 11 tab. 6, 2).* — 1) *Cf. III S. p. 1639 cap. XL.*

---

**2505** Surus Sparuci f. | dom. Tribocus, | eques alae Claud|iae novae[1], ann. XXX | stip. XIII, h. s. e., t. f. i., | arbitratu Celati ses|quiplicari heredis.

*In Dalmatia non longe a Vrlika (III 3164. III S. 9816 Glavinic vidit ectypum).* — 1) *De ala Claudia nova cf. supra N. 1992 not. 2.*

---

**2506** Virdomárus | Thartontis f. | domo Biturix, | missicius[1] álae | Claudiae novae, | t. f. i. et | Pámae sorόri.

*Salonis, nunc Veronae (III 2065 vidit Mommsen).* — 1) *Missicius alae secundae Aravacorum videtur esse in titulo Pannonico III 3273 III S. 10258.*

---

**2507** Muranus | eq. ala I Flavia[1], | Andiouri f., civis | Secuanus, stip. XXII | . . . n . . . .

*Wiesbaden (Brambach 1525).* — 1) FOAIAIILAVIA *traditur. Ala prima Flavia Gemina memoratur inter auxilia exercitus Germanici a. 74 (supra N. 1992).*

---

**2508** *(vir in lecto iacens)* L. Crispi f.[1] cives | Marsacus[2] eq. alae | Affro.[3] turma Flavi, | ann. XXVIII stip. VIIII, | h. f. c.

*Coloniae Agrippinae rep. (I. Klein Rhein. Jahrb. 81, 1886 p. 92).* — 1) *Similiter nomen formatum est supra N. 1990:* M. Damae f. — 2) *Marsacii, gens Germaniae inferioris, memorantur a Plinio h. n. 4, 101. 106 et a Tacito hist. 4, 56.* — 3) *Alam Afrorum tetendisse in Germania inferiore colligitur ex frustulo diplomatis militaris (Eph. ep. 4 p. 184) titulisque nonnullis (Brambach 66 al.).*

---

**2509** *(eques)* Albanus Excingi f. eques | ala Asturum, natione Ubius, | stip. XII an. XXXV, h. s. est. Rufus frater et Alba . . .

*Chalon rep. a. 1839 (Canat inscr. de Chalon-sur-Saone p. 33 cum tab.).*

---

**2510** Scaurus | Ambitouti f. | domo Nantuas, | eques ala | [*B*]osphoranorum[1], | h. [*s.*] e.

*Prope Europum (Djerâbis) ad ripam Euphratis (III S. 6707 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Alam (primam) Bosporanorum praeterea testatam habemus in Dacia tantum (cf. supra N. 2006).*

---

**2511** Bargathes | Regebali f. | eq. alae Aug. | Ityraeorum do|mo Ityraeus, an. | XXV stip. V, h. s. e. | Zanis dec. et Bar|amna Beliabi f. | et Bricbelus fratres | heredes posierunt.

*Olim Ebersdorf prope Vindobonam, rep. ut videtur Arrabonae (III 4371 bis descripta saec. XVI).*

---

**2512** *(eques hostem prostratum interficiens, pone servus)* T. Flavius Bassus Mucalae | f. Dansala[1], eq. alae Nori|coru. tur. Fabi Pudentis, | an. XXXXVI stip. XXVI, h. f. c.

*Coloniae Agrippinae rep. (I. Klein Rh. Jahrb. 1886 p. 104 cum tab. 4).* — 1) *Eiusdem originis sunt milites cohortis quartae Thracum, ap. Brambach 980. 1290. Significantur Denseletae (sic Cic. in Pis. 34, 84; Plin. h. n. 4, 40) sive Dantheletae (Strabo p. 318 cet.) populus Thraciae.*

---

**2513** *(eques, hostis prostratus)* Ti. Claudius M[*i*]n|tai f. Cilius[1] Lusi|tanus, eques ala|e Pannoniorum I, | v. a. XLV, militavit | a. XXVII, h. s. e., h. p.[2] Cla|udia Primigeni et | Fortunata l. l.[3]

*In agri Cirtensis pago, cui nomen fuit Phua, rep. (VIII 6309 cf. Eph. ep. 5, 889 vidit Schmidt).* — 1) *Cilius cognomen est in Lusitanis frequens (cf. C. II p. 736).* — 2) *Heredes posuerunt.* — 3) *Libertae (?).*

---

**2514** [*Ti. Claud*]ius Congonetia|[*cus*] eq. alae II Thracum[1], | [*n*]atione Biturix, an|norum LX stipendio|rum XXXII, h. s. e., s. t. t. l. | Ti. Claudius Viator et Ti. Clau|dius Clemens et Claudia | [*Mau*]rica fili eius heredes | [*ex*] testamento facien|[*dum cur*]averunt.

*Caesareae (Cherchel) Mauretaniae (Eph. ep. 5, 988 descr. Schmidt).* — 1) *Cf. supra N. 2003.*

---

**2515** *(eques cum pedite pugnans, pone equitem servus)* T. Flavius | Crensces | equ. ale Tam. ve|x. Brit.[1], an. XXX st. XV, | dom. Durocor. Rem.[2], | h. s. e. Flavius Silvan|us dec. a[*lae ei*]usd. | h. [*e.*] f.

*Carnunti (Petronell) (III 4466 semel descripta).* — 1) *Eques alae Tampianae vexillationis Britannicae. (Ala prima Pannoniorum Tampiana recensetur inter auxilia exercitus Britannici a. 103, supra N. 2001.)* — 2) *Domo Durocortoro Remorum (vel: Remus).*

---

**2516** *(eques hastatus, infra iacet hostis caesus)* Iulius Lon|ginus Doles[1] | Biticenti f., Bessus, eques ala | Tautor. vic. c. R. e.[2], | an. XL aer. XXII, h. s. e. | Sulpicius Susulla | et Fuscus Bitius | h. ex t. f. c.

*Calahorrae, ubi fuit Calagurris Iulia, rep. a. 1788 (II 2984 semel descripta).* — 1) *Nomen videtur Longini patrium (Hue.).* — 2) *Ala Tautorum victrix civium Romanorum (e. quid significet, obscurum) praeterea ignota, ut et ipsi Tauti.*

---

**2517** L. Vitellius Ma|ntai[1] f. Tancinus[2] | cives Hisp. Cauriesis[3], | eq. alae Vettonum c. R.[4], | ann. XXXXVI stip. XXVI, | h. s. e.

*Aquis Sulis (Bath) Britanniae (VII 52 cf. p. 306 vidit Huebner).* — 1) *Fortasse idem nomen quod supra N. 2513.* — 2) *Nomen non rarum in Hispania.* — 3) *Caurenses populus Lusitaniae.* — 4) *Ala Hispanorum Vettonum civium Romanorum recensetur inter auxilia exercitus Britannici a. 103 (supra N. 2001). Aliud epitaphium equitis ex eadem ala Britannicum est Eph. ep. 4, 670.*

---

**2518** dis manibus | C. Iulius Dexter vet., mil. in ala | eq., cur. turmae[1], armor. custos, signi|fer tur., milita. annos XXVI, dimis. emer. | honesta missione, duoviratu egit in col. | sua Thelepte, vixit an. LXXXV, hic crematus. | Tutia Tertia marita Iuli Dextri, vix. an. LXX, | hic cremata est.

*In Numidia prope locum dictum Bir-um-Ali (VIII 2094 ad exemplum accuratum Bosredonii).* — 1) *Curatores turmarum fuerunt etiam inter equites singulares, cf. N. 2186 not. 12, 2205 not. 1.*

---

**2519** *(eques hastam gerens)* d. m. | Ulpius Terti|us curator | alae I contari.[1], Fl. Tutor emag.[2] he|res amico pientiss|imo posuit.

*Tipasae in ora Mauretaniae rep. (VIII 9291).* — 1) *Ala prima Ulpia contariorum sub Antonino Pio fuit in Pannonia superiore (supra N. 2005).* — 2) *Sic lapis teste Wilmannsio; videtur intellegendum esse: imaginifer.*

---

**2520** *(eques cum signo; sub eo hostis prostratus)* dis manibus Flavinus eq. alae Petr.[1] signifer | tur. Candidi, an. XXV | stip. VII, h. s.

*Hexham in Britannia non longe a vallo Hadriani (Eph. ep. 7, 995 descr. Bruce; ex Bruceo imaginem lapidis repetivit Domaszewski Fahnen p. 70).* — 1) *De ala Petriana cf. N. 2485.*

---

**2521** Sex. Mevius Sex. | f. Fab. Domittius | eques, signif. ala Apriana[1], ann. XXIV, hic situs est. | Σέξστος Μηούιος | Σέξστου υἱὸς Φαβία | Δομίττιος ἱππεὺς σημαφ.[2] | ἄλης Ἀπριανῆς, ἐτῶν κδ, | ἄωρος ἐνθάδε κεῖται.

*Syene (Assuan) apud mercatorem quendam (III 6026 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Ala Apriana enumeratur inter auxilia exercitus Aegyptiaci a. 83 (N. 1996); praeterea nominatur in titulo Memnonis statuae inscripto a. 170 (C. III 49) et in Notitia dign. or. c. 25, ubi collocatur in Aegypto quidem, sed Hippone loco longe remoto a Syene (Mo.).* — 2) *Semaforum habemus etiam in titulo Latino edito infra inter titulos militares aetatis labentis.*

---

**2522** d. m. | Aurel. Themaes librar. | ale Fronto.[1], vixit annis | L, et Aelia Iulia coiug. et | Aelia Pupula vixit annis | II, Aurel[*i*]us Thementianus filius parentibus bene | merentibus posuit.

*Alsó-Ilosvae rep. a. 1863 (III 804 cf. III S. p. 1375 vidit Domaszewski).* — 1) *Cf. N. 2494.*

**2523** C. Iulio Adari f. | Primo Trevero, | eq. alae Noric. | statori, an. XXVII, | stip. VII, h. a. s. f. c.

*In Germania inferiore rep., inter Xanten (Castra vetera) et Cliviam, est Treviris (Brambach 187).*

---

**2524** Victoriae | Aug. sac. | Fl. Tacitus | s. c.[1] alae Aug., | Ael. Martius | s. c.[1] coh. I Ael. Brit. | pro se suisque omnibu[s] | v. s. l. l. m. kal. Febr. Pio et Pontiano cos.[2]

*Zollfeld Carinthiae, ubi fuit Virunum caput Norici (III 4812 vidit Mommsen).* — 1) *Singularis consularis (cf. Mommsen ad III 3272).* — 2) *A. 238.*

---

**2525** in h. d. d., | deo Mercu|rio, Fortun. re|d.[1], sacr., | M. Vir. | Marcellus DE|CIAL. I. F. S. A.[2] sing. cos.[3] p. p. k. III[4] d. s. l. | l. m.[5] d. L. X. K. IVN. L. V.[6]

*Untersaal ad Danuvium (prope Regensburg), iam Monachii (III 5938 vidit Mommsen).* — 1) *Fortunae reduci.* — 2) *Decurio alae primae Flaviae singularium (cf. supra N. 2492) Antoninianae (?) (Mo.).* — 3) *Singularis consularis.* — 4) *Praepositus kastris tertium (vel: ternis) (Mo.).* — 5) *De suo laetus libens merito.* — 6) *Die Lunae, X kalendas Iunias, luna quinta (cf. Mo. chronol. p. 312), explicat Mommsen.*

---

**2526** d. m. | Victorini | Longini eq. al. II | Fl.[1], sing.[2], Cl. Latinus | aedituus singula|rium[3] h. f. c.

*Prope Augsburg rep. (III 5822 vidit Mommsen).* — 1) *Ala secunda Flavia pia fidelis miliaria recensetur inter alas exercitus Raetici a. 107 (supra N. 2002).* — 2) *Singularis* (sing. *non trahendum esse ad ea quae praecedunt monuit Domaszewski Korresp. d. Westd. Zeitschr. 1891 p. 251 not. 9).* — 3) *Munus praeterea ignotum.*

---

**2527** pro salu[*te An*]|tonini imp. [*n.*] | Mercurio sa|crum, Fl. Rae|ticus optio | eq. al. Aur.[1] | v. s. l. l. m., | [*Pr*]aesent. et [*Ruf*]ino cos.[2]

*Emetzheim bei Weissenburg, ad limitem Raetiae (III 5924, melius Ohlenschlager Sitzungsber. der philos.-phil. Cl. der Akad. zu München 1887 p. 201 qui vidit).* — 1) *Optio equitum alae Aurianae (de ala prima Hispanorum Auriana cf. N. 1364. 2002).* — 2) *A. 153.*

---

**2528** Aggaeo | hexarcho | alae celerum, | viro sagittandi | peritissimo, vi | militum interem|to *(sic)*, Monna | marito amantissimo.

*Rep. prope Klagenfurt in vico Arndorf, pertinet ad Virunum (III 4832 vidit Mommsen).*

---

**2529** *(miles cum duobus equis)* Nertus | Dumnotali | f. veteranus | ala Hisp. I[1], ses|quip.[2], Lingaus|ter[3], ann. LX | stip. XXXVI, | h. s. e. | Valens frater | h. t. m. p.

*Altofen (Aquinci) rep. a. 1881 (Arch. ep. Mitth. aus Oestr. 7, 1883 p. 91).* — 1) *Incertum num haec sit ala prima Hispanorum Auriana, quae N. 2527.* — 2) *Nota sesquiplicarium cum duobus equis.* — 3) *In titulo Moguntiacensi semel descripto (Brambach 1101) reperitur* natione Lig. austr. *(Fortasse sunt ipsi Lingones, Λιγκάσιοι appellati a Strabone 4, 1, 12 p. 186: Mo. eph. 5 p. 200).*

---

**2530** Cloutius Clutami f. | duplicarius alae | Pannonior. Susarru[1] | domo Curunniace[2], | an. XXXV, stipen. XI, | [*h.*] s. est, posit Ca. . . .

*Salonis (III 2016 cf. III S. 8577 vidit Hirschfeld).* — 1) *Non intellegitur (pagum aliquem Asturum significari coniecit Mommsen Herm. 19 p. 25 not. 5).* — 2) *Cogitaverunt de Curunda Hispaniae (cf. Huebner ad C. II 2462).*

---

**2531** C. Iulio Agedil[*li f. Fabi*]a[1] Macro | Sant.[2], duplicario alae Atectorigiana[*e*][3], | stipendis emeritis XXXII aere incisso[4], evocat[*o*] | gesatorum DC Raetorum castello Ircavio[5], clup[*eo*] | coronis aenulis aureis donato a commiliton[*ibus*]. | Iulia Matrona f.[6], C. Iul. Primulus l. h. e. t.[7]

*Saintes (Mediolani Santonum) rep. a. 1887 (Espérandieu épigraphie du Poitou et de la Saintonge p. 172 et tab. X; Cagnat revue celtique 9, 1888 p. 78 vidit).* — 1) *Supplevit Cagnat (vocabulum tribus periisse vidit Mommsen; Fabia commendatur spatio paucis tantum litteris sufficiente; cf. praeterea N. 844 not. 1).* — 2) *Santoni.* — 3) *Eadem ala memoratur infra N. 2537, item, sed nomine deformato, supra N. 1174, ex quibus titulis colligitur eam posteriore aetate in Moesia inferiore tetendisse. Nomen habuit ab Atectorige quodam Gallo, fortasse eo ipso cuius nomen legitur in nummis quibusdam reperiri solitis in Gallia (Mionnet suppl. I p. 151, 3).* — 4) *Significatur civitate Macrum donatum esse.* — 5) *Cf. Mommsen Herm. 22 p. 554.* — 6) *Filia,* 7) *libertus, heredes ex testamento.*

---

**2532** . . | C. Iul. Th[*i*]ridat[*i*]s[1] f., | dec. ala Phartho., | an. XXVI, dom. | Roma, h. s. e. | Sex. Coelius | . . . .

*Clissae (prope Salonas) (III S. 8746 vidit Hirschfeld).* — 1) *Cognomen patris ostendit, hunc decurionem alae Parthorum fuisse natione Parthum, C. Iulii nomen, vixisse eum primis imperii temporibus. Notabile adscriptam ei esse domum Romam; cf. Mommsen Staatsr. III p. 787.*

---

**2533** M. Semproni|us L. f. domo | Termestinus[1] | anno. XX . . . | dec., eques[2] alae | Sebosianae[3] | h. s. e.

*Moguntiaci (Brambach 894 vidit partem).* — 1) *Cf. Ptolem. 2, 6, 55; C. II 871.* — 2) *Eques fuit in ala, deinde decurio.* — 3) *Ala Sebosiana, sive ala Gallorum Sebosiana (supra N. 2001), primum videtur tetendisse in Germania, memorata ut pars exercitus Vitelliani a Tacito hist. 3, 6. Postea fuit in Britannia (supra N. 2001, infra N. 2548).*

---

**2534** M. Márius Valens Galata, | veter. [*ex d*]ec. alae classianae[1], | sib[*i et Sempr*]oniae Severae uxo|[*ri optima*]e fecit.

*Coloniae Agrippinae rep., deinde Bonnae (Buecheler mus. Rhen. 42, 1887 p. 151, qui ait litteras esse saeculi p. Chr. primi).* — 1) *Ala classiana praeterea memoratur inter auxilia exercitus Britannici anno 105 (dipl.).*

---

**2535** . . . . .rius de[*c.*] al. II Ulp. | Aur.[1], stip. | XXII, vix. an[*n.*] | XLV, Iul. Phil[*ip*]|pus dup. al. eiu[s]|dem frater [*p.*]

*In dextra ripa Euphratis e regione oppidi Penga sive Pingan (III S. 6743).* — 1) *Alam Aurianam exercitus Cappadocici memorant Arrian. ἔκταξ. p. 80, 6 et Notitia dign. Or. 38, 22, cuius tempore stetit Dascusae, quod oppidum videtur fuisse ibi ubi hic titulus repertus est.*

---

**2536** deae Vagdaver. Custi.[1], Sim[*p*]li|cius Super dec. alae Vocontior. | exerci[*t*]uus Britannici.[2]

*Rep. in fl. Linge, in Hollandiae regione Geldriensi, basis aenea (Brambach 67).* — 1) *Non intellegitur.* — 2) *Cf. infra ad N. 2610.*

---

**2537** d. m. | Ulpia Danaé | ex Mauretania | Caesariensi, v. a. XXIIX, | C. Valerius Maximus, | decurio alae Atectorigi|arse[1] *(sic)* exercitus Moesiae | inferioris, coniugi | [*p*]ientissimae fecit.

*Romae rep. ad viam Labicanam (Lanciani Notizie 1889 p. 340).* — 1) *Cf. N. 2531 not. 3.*

---

**2538** C. Vibius C. f. | Cor. Quartus | mil. leg. V Macedonic., | decur. alae Scubulor.[1], | prae[*f.*] coh. III Cyrenei[*c.*], | *(complura evanuerunt).*

*Philippis (III 647 descr. Heuzey).* — 1) *Nota militem legionarium promotum ad decurionatum alae; cf. Domaszewski ad III S. 7449 fin.*

---

**2539** M. Ulp. Super dec. | alae praetoriae c. R. | , ex s. c.[1] alae I c. R.[2], an. XXXII | stip. XVI, h. s. e. | M. Ulp. Similis sesq.[3] | alae I c. R.[2], frater, et Ulpia | Siscia soror fratri pi|entissimo iuventuti|q. eius parum sibi fru|[*nitae*], facie[*nd*]um c[*u*]r.

*Dálya ad Danuvium, non multum inde ubi in eum influit Dravus (III 3272. III S. 10257 vidit Domaszewski).* — 1) *Ex singulari consularis.* — 2) *Ala prima civium Romanorum ipsa est ala praetoria civium Romanorum, ad cuius decurionatum Super pervenit. Cf. supra N. 1092 not. 6.* — 3) *Sesquiplicarius.*

---

**2540** I. o. m. Barsemis Abbei | dec. ala firma | katafractaria[1] | ex numero Hos|roruorum[2], mag. | coh. ∞ Hemes.[3] | n. d.[4] Carris [*e*]t | Aur. Iulia coniux | [*ei*]us v. s. l. m. | Aurelia Phicimim *(sic)* | [*e*]t Aurel. Asalia [*e*]t | filias *(sic)* Barsimia tit. | o. e. c. s. s.[5]

*Duna Pentele, ubi fuit Intercisa Pannoniae, rep., est Pestini (Eph. ep. 2, 598 vidit Mommsen).* — 1) *Praefectum alae novae firmae milliariae catafract. habebimus infra N. 2771.* — 2) *Videtur male scriptum esse pro: Hosroenorum, vel Osroenorum. Cf. Mo. Herm. 19 p. 227. Praepositum aliquem huius numeri habebimus infra N. 2765.* — 3) *Cohors milliaria Hemesenorum eodem loco etiam alios titulos reliquit non paucos.* — 4) *Aut lege: natione domo, aut* n. *coniugendum cum* Hemes. *(Mo.).* — 5) *Non intellegitur.*

---

**2541** Iulius Can|didus vetra|nus ex dup|l.[1] Val. drum.[2]

*In Syria inter Damascum et Canatham loco dicto Rîmet-el-Lohf (III 125 descr. Waddington et Wetzstein).* — 1) *Ex duplicario.* — 2) *Intellegitur ala prima Valeria dromedariorum quae castra habuit in Thebaide (Not. dign. Or. c. 28). (Mo.).*

**2542** d. m. M. Ulpio cl. fil. sporo[1] medico alar. | Indianae[2] et | tertiae Ast[*u*]rum[3] | et salariario[4] | civitati[*s*] splendidissimae | Ferentiensium[5], | Ulpius Protog[*e*]nes | lib. pat. b. m. f.

*Viterbii (XI 3007 descripta saec. XVI a Viterbiensi quodam, non sine mendis).* — 1) *Haec corrupta. Videtur latere cognomen Ulpii, fortasse, ut coniecit Mo., Telesphorus. Cognomina Graecanica fuerunt etiam medicis cohortium auxiliariarum infra N. 2601. 2602, et equitum singularium supra N. 2193 a. 2194, item medicis*

*vigilum (C. VI 1057. 1059).* — 2) *Cf. supra N. 2496.* — 3) astorum *traditur (ala tertia Asturum praeterea ignota, notae prima et secunda cf. Mo. eph. ep. 5 p. 168).* — 4) *Medicus salariarius dicitur, quod iam salaria accepit, factus medicus civitatis.* — 5) *De oppido Ferentio cf. Bormann C. XI p. 454.*

---

**2543** [*imp. Caesari*]
divi M. [*Antonini Pii German. Sarmat.*]
filio, divi Commodi fratri, divi Anton[*ini*]
Pii nepoti, divi Hadriani pronepoti, divi
Traiani Parthic. abnep[*oti*], divi Nervae
abnepoti *(sic)*, L. Septimio Severo P[*io*]
Pertinac. Aug. Arabic. Adiabeni[*co Parth. max., pont.*]
max., tribunic. potestatis VII[1], im[*p. XI*],
cos. II, p. p., proconsul.,
decuriones alares

| veteranae Gallic. | et | I Thrac. Mau[*retan.*][2] |
|---|---|---|
| Messius Furianus | | Asclepiodorus qui et C. . . e. . . . . |
| Iulius Heronianus | | |
| Aurel. Sesarion | | C. Iulius Antonin[*us*] |
| Ulpius Marcianus | | Arrius Quodratus *(sic)* |
| Flabius Eudaemon | | Annellus Quodratus *(sic)* |
| Aurelius Protogenes | | Aelius Martianus |
| Aelius Antiochianus | | |
| Iulius Longinus | | Aurelius Heraclides |
| Antonius Antiochianus | | Claudius Agrippas |
| Umbricius Vitalius | | Aelius Hadrianus |
| Aurelius Isidorus | | Aurelius Aelius |
| Secundinus Verus | | Antesstius Numisianus |
| Marcus Fuscus | | Plotius Marcus |
| Ulpius Victor | | Iulius Bassus |
| Aelius Heraclianus | | Cominius Ro . . . |
| Antonius . . . . . s | | . . . . . . . . . . . |

*Prope Alexandriam Aegypti rep. a. 1861 (III 14. III S. 6581 descr. Waddington).* — 1) *A. 199. Eo anno Severum fuisse in Oriente monuit Mommsen.* — 2) *Alarum duarum, quarum decuriones hunc titulum posuerunt, altera, veterana Gallorum, etiam saeculo p. Chr. quarto stetit in Aegypto, Rhinocoruris (Not. dign. Or. c. 25). Nota utriusque alae enumerari decuriones senos denos (nisi quod in secunda duo loci vacant); eo numero decuriones fuisse in alis quingenariis scribit Hyginus de mun. castr. 16.*

---

**2544** C. Valerio C. f. | Stel. Clementi | primipilari, | IIvir. quinquennali, | flamini divi Aug. perpetuo | , patrono coloniae | , decuriones alae Gaetulorum[1] | quibus praefuit bello Iudaico | sub divo Vespasiano Aug. | patre, | honoris causa. | Hic ob dedicationem statuarum equestris et | pedestris oleum plebei utrique sexui dedit.

*Taurinis, lamina aenea (V 7007).* — 1) *Fortasse haec est ala veterana Gaetulorum quae fuit in Iudaea etiam a. 86 (dipl.).*

---

**2545** P. Ael. Paul[*i*]|n[*u*]s templ. | instituit | pro se suo|rumque | salute | Genio sanc|to scolae de|curionum.[1]

*Alsó-Ilosvae in Dacia (III S. 7626 semel descripta saec. XVIII). — 1) Intellege decuriones alae primae Frontonianae, Alsó-Ilosvae tendentis (supra N. 2494).*

---

**2546** I. o. m. Heliopolitano, vexillatio alae Iture|orum[1], praebe|ntibus[2] Cla. | Rufino et Ur|sione, decuriones posuerunt.

*Romae in vinea quadam viae Nomentanae (VI 421 vidit de Rossi). — 1) Quando haec vexillatio Romam venerit, incertum. Ala prima Augusta Ituraeorum memoratur supra N. 2004. — 2) Praebere quid sit in hoc titulo, obscurum.*

---

**2547** Ti. Attio Ti. fil. Pu[*p*.] | Hilaro | dec. emerito alae I Fl. fid., | Antistia Ilias coniugi v. f., | lib. lib. q. post. q. eor.

*Tergeste (V 538 semel descripta saec. XVII).*

---

**2548** . . . . . . ! ! ! ! ! ![1] | . . . . . balineum refect. | [*et b*]asilicam vetustate conlabsam | a solo restitut[*a*]m eqq. alae Sebussia|[*nae*][2] ! ! ! ! ![1] sub Octavio Sabino v. c. | praeside n., curante Fla. Ammau sio praef. eqq. D. d. XI kal. Septem. | Censore II et Lepido II cos.[3]

*Lancaster (VII 287 cf. p. 307 vidit Huebner qui ait litteras videri aetatis Severianae vel Alexandrianae). — 1) Erasum nomen imperatoris, item agnomen alae Sebosianae inditum ab imperatore. — 2) Cf. N. 2553 not. 3. — 3) Consules hi ignoti.*

---

**2549** Fortunae | coh. I Batavor.[1], | cui praeest | M. Flaccinius | Marcellus prae.

**2550** I. o. m. | et numinibus | Aug. coh. I Tu|ngrorum | mil.[1], cui praee|st Q. Verius | Superst[*e*]s | praefectus.

**2551** Fortunae Aug. | pro salute L. Aeli | Caesaris[2] ex visu | T. Fla. Secundus | praef. coh. I Ham|iorum sagittar.[3] | v. s. l. m.

*In Anglia rep. ad vallum Hadriani, in ruderibus stationum, quibus Procolitia, Borcovicium, Magnae nomina fuisse videntur (VII 617. 640. 648 vidit Huebner). — 1) Batavorum cohortes nescio quot et Tungrorum duas in exercitu Britannico aetate Domitiani memorat Tacitus Agr. 36; antea fuerant pars exercitus Germanici (de Batavorum cohortibus cf. Tac. ann. 14, 38, hist. 1, 59 cet., de Tungrorum Tac. hist. 2, 14. 4, 16). Prima cohors Tungrorum milliaria recensetur in diplomatibus a. 98 (Eph. ep. 4 p. 500) et a. 103 (supra N. 2001). — 2) A. 136/7. Titulus est igitur ex antiquissimis eius regionis. — 3) Cohors haec recensetur inter cohortes in Britannia tendentes in constitutione Hadriani (dipl.). Hamii ipsi ignoti.*

---

**2552** . . . [*Sarmatico*] | maximo[1], | coh. ∞ Maur.[2] | Maximi[*n*]ian. | devotissim. | numini ma[*iesta*|*tiq. eius*].

*Battae ad Danuvium, ubi fuit Matrica Pannoniae (Eph. 2, 625 vidit Mommsen). — 1) Maximino aut Maximo titulus dedicatus fuit. — 2) Eadem cohors milliaria Maurorum eodem loco etiam tegulas reliquit (Eph. ep. 2, 777).*

---

**2553** I. o. m. | coh. I Ael. Dac.[1] | Postumi[*ana*][2], | c. p.[3] | Marc. | Gallicus | trib.

*In Britannia ad vallum Hadriani rep. loco hodie dicto Birdoswald, olim Amboglanna (VII 820 semel descripta saec. XVIII). — 1) Eadem cohors multos alios titulos reliquit Amboglannae. Tribunus cohortis primae Aeliae Dacorum Amboglanna recensetur etiam in Notitia dign. Occ. p. 114 Boeck. — 2) Cf. supra N. 560. — 3) Cui praeest.*

---

**2554** I. o. m. | coh. II Tungr. | ∞ eq. c. L.[1] cui | praeest Alb. Severus pr|aef. Tung., in|sta. Vic. Severo princip[*e*].[2]

*In Anglia rep. ad vallum Hadriani loco dicto Castle-Steeds (VII 879 vidit Bruce). — 1) Cohors secunda Tungrorum milliaria equitata civium Latinorum (ita explicavit Hodgson, adstipulati sunt Huebner l. c. et Mommsen Herm. 19 p. 73 not. 3). — 2) Similiter 'instante principe' positi sunt ab eadem cohorte tituli VII 880. 882. De principibus cohortium auxiliariarum cf. infra N. 2595.*

---

**2555** Marti et Victo|riae Aug. c. Rae|ti milit. in coh. | II Tungr.[1], cui | praeest Silviu[*s*] | Auspex praef.[2], | v. s. l. m.

*Birrens prope Middleby Caledoniae rep., est Edinburgi (VII 1068 vidit Huebner). — 1) Cives Raeti militantes in cohorte secunda Tungrorum. Similiter cives Philippopolitani militantes in praetorio posuerunt titulum supra N. 2094, cives Italici et Norici militantes in legione sexta Victrice titulum Britannicum VII 1095, Texandri et Sunuci militantes in cohorte secunda Nerviorum titulum N. 2556. In hac ipsa cohorte secunda Tungrorum militantes pagus Vellaus et pagus Condrustis, intellege milites ex his pagis oriundos, posuerunt titulos VII 1072. 1073, quos infra dabimus inter titulos sacros in capite de numinibus peregrinis. De cohorte secunda Tungrorum cf. N. 2554. — 2) Idem praefectus eiusdem cohortis est VII 1073.*

---

**2556** Genio | huus[1] lo|ci Texand. | et Sunic.[2] | vex.[3] cohor. | II Nervior|um.[4]

*In Anglia rep. ad vallum Hadriani, loco dicto Carrawburgh, ubi fuit Procolitia (Eph. ep. 3, 103 Huebner vidit ectypum). — 1) Scr.* huius. *— 2) Texandri et Sunuci populi Belgicae finitimi Nerviis, a quibus haec cohors nomen traxit (cf. Mommsen Herm. 19 p. 42 not. 2). Cohors prima Sunucorum fuit in Britannia a. 124 (dipl.). — 3) Vexillarii. — 4) Cohors secunda Nerviorum memoratur inter auxilia exercitus Britannici in diplomatibus militum missorum a. 98 (Eph. 4 p. 500). 124. 146 (Eph. 5 p. 96), item in titulo Britannico VII 701.*

---

**2557** Genio et signis | coh. I f. Vardul. | c. R. eq. ⋈[1], | T. Licinius Valeri|anus trib.

*In Anglia rep. trans vallum Hadriani non longe a finibus Scotiae, loco dicto Rochester (VII 1031 vidit Huebner; supra titulum sculpta est luna et ab huius utraque parte* 卐, *qua nota Solem significari putant). — 1) Cohors prima fida Vardulorum civium Romanorum equitata milliaria memoratur inter auxilia exercitus Britannici a. 98. 124. 146 (dipl.). Varduli populus Hispaniae Tarraconensis.*

---

**2558** ille ego Pannoniis quondam notissimus oris
inter mille viros fortis primusq. Batavos[1],
Hadriano potui qui iudice vasta profundi
aequora Danuvii cunctis transnare sub armis[2],
emissumq. arcu, dum pendet in aere, telum,
ac redit, ex alia fixi fregique sagitta;

quem neque Romanus potuit nec barbarus unquam
non iaculo miles, non arcu vincere Parthus:
hic situs, hic memori saxo mea facta sacravi.
Viderit anne aliquis post me mea facta sequatur.
Exemplo mihi sum primus qui talia gessi.

*Incertum quo loco vel quando descripta, sed ante saec. IX: legitur in codice quodam scripto saec. IX Valenciennes adservato et in aliis codicibus compluribus medii aevi, item inter inscriptiones Daciae in codice Ferrarini Regiensis saec. XV, unde post alios ediderunt Mommsen C. III 3676 cf. p. 1042; Al. Riese anthol. Lat. n. 660; de Rossi inscr. chr. II 1 p. 260, 2. Partem inscriptionis prosa oratione scriptam, qua nomen militis scriptum fuisse putandum est, apparet omissam esse a descriptore (ʻmilitis Sorani' quod adscriptum est in codicibus Montispessulano saec. XII et Parisiensi saec. XIII, non intellego; militi nomen fuisse Sorano non credo).* — 1) *Miles fuerat cohortis Batavorum milliariae.* — 2) *Cf. Dio 69, 9.*

---

**2559** Marcinus Sur|conis f. Breucus, | mil. ex coh. VIII | Breuc.[1], ann. XXXV, | stip. XII, h. s. e.

*Olim Cliviae, in pago Birten dicebatur reperta, nunc Bonnae (Brambach 159).* — 1) *Eiusdem cohortis alius miles sepultus est Coloniae Agrippinae (Br. 232). Praeterea de hac cohorte nihil innotuit. (Aliae cohortes Breucorum memorantur supra N. 575. 1550. 1574. 1598. 2002. 2005, infra N. 2608, et alibi, cf. Mo. eph. ep. 5 p. 182).*

---

**2560** d. m. | Catavigni | Ivomagi f., | militi coh. | III Britan|norum 7 Gesati, | vix. ann. XXV, | sti. VI, exerci|tus Raetici[1], | Paternus | h. f. c. | commilitoni | carissimo.

*Cunei (V 7717 vidit Mommsen).* — 1) *Cohors tertia Britannorum recensetur inter auxilia exercitus Raetici a. 107 (supra N. 2002) et a. 166 (cf. ib. not. 3).*

---

**2561** Dassius Da|etoris fil. | Maeseius[1] | mil. coh. V | Delmatarum, | an. XXXV sti. | XVI, h. s. e.

*Aquis Mattiacis (Wiesbaden) (Brambach 1518).* — 1) *Maezeii (sic plerumque scribitur) populus Dalmatiae.*

---

**2562** *(sagittarius)* Monimus | Ierombali f., | mil. chor. I | Ituraeor., ann. L, stip. XXI, | h. s. est.

*Moguntiaci (Brambach 1234 vidit).*

---

**2563** Flavos Bo|uti[1] f. mil. | coh. I Luce.[2], | ann. XXXI, | stip. X, dom. | Luco Aug., h. f. c. | H. s. e.

*In Dalmatia prope Teplju (III S. 9834 Bormann vidit ectypum).* — 1) *Nomen in titulis Hispaniae, unde originem duxit Flavos, saepius obvium.* — 2) *Cohors prima Lucensium, testibus hoc et aliis nonnullis titulis, saec. p. Chr. primo videtur tetendisse in Dalmatia, cf. Hirschfeld C. III S. p. 1476; a. 80 iam fuit in Pannonia (dipl.). De cohorte quinta Lucensium et Callaecorum cf. supra N. 1987. 1997, de aliis cohortibus Lucensium Mo eph. 5 p. 169.*

---

**2564** Adiutor | Lauci f. | cives | Menapius[1] | mil. coh. I | Pannoniorum[2] | 7 Bassi, stipen. XI | ann. XXXII, | h. s. e.

*Aquileiae rep. (V 885 bis descripta).* — 1) *Menapii populus Belgicae.* — 2) *Epitaphia militum cohortis primae Pannoniorum praeterea prodierunt in Germania superiore (Brambach 740. 743. 1519).*

**2565** d. m. s. | D. Domitio | Sardonico | Polia Alexcan|dria *(sic)*[1], vixit an|nis LXX, fecer|unt Domitiae | patri piissimo, | d. m. s. | Q. Domitio | Polia castris | Sardonico | mil. coh. VII | Lusitano|rum, | vixit annis XVIII, | fecerunt | Domitiae | fra[*tri de*]sid [*erant*]issimo.

*Lambaesi (VIII 3101 vidit Wilmanns).* — 1) *Videtur fuisse oriundus ex castris Alexandrinis, cf. Kubitschek imp. Rom. trib. descr. p. 261. 262.*

---

**2566** Q. | Vibius Ag|ustus[1] Raetus | mil. coh. II Raet.[2], | ann. XXX stip. XIII, | h. f. c.

*Wiesbaden rep. una cum N. 2561 (Brambach 1521 cf. eph. ep. 5 p. 244 vidit Zangemeister).* — 1) Agiustus *Brambach.* — 2) *Cohors secunda Raetorum enumeratur inter auxilia exercitus Germaniae superioris a. 82 et a. 90 (supra N. 1995. 1998).*

---

**2567** . . . .[1] | Tib. Iul. Car|etis f. Sedeb|das domo | Turo, missi|cius ex coh. | Silauciens|iu.[2], h. s. e., Tib. Iul. | Antus f. c.; | et Primigenia | lib. eius, anno. | III, h. s. e.

*Asberg ad Rhenum rep., ubi fuit Asciburgium, nunc Bonnae (Brambach 230 vidit sed evanidam).* — 1) *In margine quae scripta fuerunt, legi non potuerunt.* — 2) *Vocabulum obscurum.*

---

**2568** C. Iulius Dapnus chorte | Surorum[1], annorum L, militav|it annis XXX, misione acepit pro | meritis suis; fecit Iulia Vartinigig *(sic)* | viro suo ob meritis, h. s. e. *(vir tunica ac pallio indutus, d. vitem tenens).*

*Caesareae (Cherchel) Mauretaniae (Eph. epigr. 5, 995 vidit I. Schmidt).* — 1) *Fortasse significatur numerus Syrorum in Mauretania tendens (VIII p. 851; eph. ep. 5, 983).*

---

**2569** C. Iulius C.[1] Gale|ria[2] Baccus Lugu|duni, mil. coh. I Th|racum, ann. XXXIIX, | stip. XV, Antistius | Atticus et Bassius | Communis h. f. c.

*Coloniae Agrippinae (Brambach 310).* — 1) *Cf. N. 2246 not. 1.* — 2) *Raro reperiuntur milites cohortium auxiliariarum tribum habentes (Mo. Herm. 19 p. 26 not. 2; ubi adde titulum supra N. 2521).*

---

**2570** *(imago militis)* Hyperanor Hyperano|ris f. Cretic. Lappa, mil. cho. | I sag., ann. LX, stip. XVIII, | h. s. e.

**2571** *(imago militis)* Tib. Iul. Abdes[1] Pantera[2] | Sidonia[3], ann. LXII, | stipen. XXXX, miles exs | coh. | sagittariorum, | h. s. e.

*Prope Bingen rep., deinde Kreuznach (Brambach 739. 738).* — 1) *Civitatem accepit a Tiberio.* — 2) *Agnomen Abdae ut videtur.* — 3) *Videtur significari origo ex Sidone Phoenices (Mo. eph. ep. 5 p. 244).*

---

**2572** D. Senio Vital[*i*] | mil. coh. VI [*in*]genu. | c. R. . . . . civis Brit. . ., | ann. LV, stip. XVIIII, | heredes | f. c.

*Coloniae Agrippinae rep. a. 1865 (Brambacb 2033).*

---

**2573** L. Reburrinius | L. f. Cl. Candidus | Ara[1], mil. ch. XXVI | vol. c. R., [2]Anici Vic|toris, stip. XIII, | h. f. c.

*Baden, nunc Carlsruhe (Brambach 1659 vidit).* — 1) *Significatur Claudia Ara Agrippina.* — 2) *Videtur excidisse 7 (centuria Anici Victoris).*

**2574** Sex. Nónius L. f. | Vot. Sevérus | veter. déduct. Anti.[1], | mil. coh. I classic. | annis XXII, vixit | annis XXXXV, | L. Nonius Rufus | frater et heres | eius posuit, | mil. coh. I classi., | h. s. e.

*Antii (X 6672 descr. Marinius).* — 1) *Fortasse hic fuit e veteranis deductis Antium a Nerone (Tac. ann. 14, 27 cf. Suet. Ner. 9).*

---

**2575** Freioverus | Veransati f. | cives Tung., eq. ex | coh. I Astur., an. | XL, stip. XXII, h. s. e., | t. f. i. H. f. c.

*Prope Moguntiacum ad vicum Zahlbach rep. (Brambach 1231 vidit).*

---

**2576** Dazas Sceni f. Ma[*eze*]|ius, eques coh. VI Delma|tarum[1] turma Licconis, | annorum XXVII, stipendiorum X.

*Caesareae (Cherchel) Mauretaniae (VIII 9377; Huebner ex. scr. ep. 450).* — 1) *In fine v. 2 post* Delma. *pars litterae conspicitur, quae fortasse ad* z *ex* Maezeius *pertinet (Hue.).*

---

**2577** Licaus Iauletis f. miles[1] c. VII | Delmatarum[2] turma Anni, | annorum XXVII, stipendior. | XI, h. s. e. Heres ex testamento fecit *(eques hostem prosternens; iuxta duo alii hostes prostrati).*

*Caesareae (Cherchel) Mauretaniae (Eph. ep. 7, 516 vidit Purgold).* — 1) *Nota militem appellari quem turma adiecta et anaglyphum demonstrant meruisse equitem.* — 2) *Cohortes Dalmatarum sexta et septima in Mauretaniae tantum titulis memorantur.*

---

**2578** T. Flavius | Bitus eq. | coh. II gemel. | Trac.[1], vix. ani. | LV, mil. an. XXVII, | Iulia Marcella | [*so*]ror et Bitus [*fil. f.*].

*Masculae (Khenchela) in Numidia (VIII 2251 vidit Wilmanns).* — 1) *Ad alium equitem cohortis secundae gemellae Thracum pertinet titulus item Numidicus VIII 5885 cf. add. p. 964; praeterea ea cohors non memoratur.*

---

**2579** . . emans | Platoris | [*Da*]esitias[1] vexill. | [*e*]quit.[2] coh. I Belgar.[3] | turma Valeri | Proculi, ann. XLV | stipendior. XXIV, h. s. e., | fieri curavit Iulia Ves. | coniunx *(vir freno equum tenens).*

*Delminii in Dalmatia (III S. 9739 vidit Glavinič).* — 1) *Cf. supra N. 1989 not. 6.* — 2) *Alius vexillarius equitum cohortis eiusdem est infra N. 2594, vexillarius equitum cohortis III Alpinorum III 2012.* — 3) *De cohorte prima Belgarum cf. C. III p. 282. III S. p. 1476.*

---

**2580** *(miles dextra signum tenens)* Pintaius Pedilici | f., Astur Trans|-montanus castelo | Intercatia[1], signifer | cho. V Asturum, | anno. XXX, stip. VII. | H. ex t. f. c.[2]

*Bonnae (Brambach 478, imaginem lapidis dederunt Lindenschmit Alterth. unsr. heidn. Vorzeit I fasc. 11 tab. 6, 1 et ex hoc Domaszewski Fahnen im röm. Heere p. 72).* — 1) *Intercatia haec Asturum memoratur a Ptolemaeo 2, 6, 31, cf. Huebner C. II p. 374 et ad n. 2786.* — 2) *Heredes ex testamento faciundum curaverunt.*

---

**2581** . . . . Virssuccius . . si | eq. imag.[1] coh. I[2] | Brit. tur. Monta., | ann. XXXV sti. XV, | h. s. e. | Bodiccius imag.[1] et | Albanus h. p.

*Titel in Hungaria (III 3256 semel descripta circa a. 1690).* — 1) *Imaginifer.* — 2) T *traditur.*

---

**2582** Primus Titi | f. tubicen, do. | Caturix[1], mil. | coh. III Alp., | an. XLIIX st|ip. XXIII, h. s. e. | t. f. i. L. optio[2] | et Tullius ve|ter. h. p.

*Kutac in Dalmatia (III 6366 III S. 8491 vidit Hirschfeld).* — 1) *Caturiges populus Alpinus.* — 2) *Optio fortasse accipi potest etiam de nomine.*

---

**2583** . . Ulpio Nepoti | mil. coh. VIII | volunt.[1], bucin., | def.[2] an. XXX stip. | X, Maxim. Pro|cul. mater fil. | infeli[*cissimo*], | ic def. e[*st*].

*In Dalmatia prope Stobreč rep. (III S. 8522 vidit Hirschfeld).* — 1) *Cf. infra N. 2586.* — 2) *Defuncto.*

---

**2584** Minervae | aeneatores | coh. I Seq. | et Raur. eq.[1] | v. s. l. l. m.

*Steinbach (Baden, Unterrheinkreis) rep., est Carlsruhe (Brambach 1738 qui vidit).* — 1) *De hac cohorte cf. infra N. 2614.*

---

**2585** Marti et Victo|riae | Soemus Severus | cornicul. coh. I[1] Fl. | Damas. ∞ eq. sa[*g.*][2], | v. s. l. l. m.

*Strassheim rep., nunc Friedberg (Brambach 1412 a prioribus).* — 1) t, 2) sac. *traditur. Cohors prima Flavia Damascenorum milliaria (equitata sagittariorum) recensetur inter auxilia exercitus Germaniae superioris a. 90 (supra N. 1998) et a. 116 (dipl.); eadem multas tegulas reliquit Friedbergi (Brambach 1417 e).*

---

**2586** T. Statilio | Maximo | mil. coh. VIII vol.[1], | adi. corn. cos.[2], | def. an. XXV, | Iul. Fructula | hospita | et sibi.

*Salonis rep. (III 2052 vidit Mommsen).* — 1) *Cohors octava voluntariorum civium Romanorum per multum tempus in Dalmatia stetit, certe ab a. 92 (dipl.) usque ad a. 245 (III 2706); cf. C. III p. 282. III S. p. 1476.* — 2) *Adiutori corniculariorum consularis.*

---

**2587** . . . Zosime, Sta|til. Pulcher | mil. coh. I Belg.[1], | ex strat. cos.[2] | uxor. b. m. | dupl.[3]

*Salonis (III 2067 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. N. 2579.* — 2) *Ex stratore consularis.* — 3) *Duplicarius (?).*

---

**2588** Faustinio Faustino, Sennauci Florionis fil., mil. | coh. I F. D.[1], ped. sing. cos.[2], Gemellinia Faustina mat. | et Faustinia Potentina sor. [*he*]r. secundum volunt. | testamenti pos., vixit an. . . ., decidit in flore iuvente, | f. c.

*Alsheim (Rheinhessen) rep., est Moguntiaci (Brambach 914 qui vidit).* — 1) *De cohorte prima Flavia Damascenorum cf. N. 2585.* — 2) *Pediti singulari consularis; cf. N. 2418. 2419. (Non recte ut videtur nonnulli* ped. *coniunxerunt cum eis quae praecedunt, et acceperunt de cohorte prima Flavia Damascenorum peditata).*

---

**2589** d. m. | Vereius Victor miles ch[*o*]|rtis· quarte Sucambro|rum[1], pedis sing.[2], centuri|a Flori, militavit annis V|VII *(sic)*, vixit annis [X]XX, Corn|elius Maximus ei qui *(sic)* Vereiu|s Viator heredes b. m.

*Caesareae (Cherchel) Mauretaniae (VIII 9393 vidit Wilmanns).* — 1) *Cf. supra N. 2003.* — 2) *Pedes singularis.*

---

**2590** d. m. | L. Calpurnius Valens optio | coh. I Lepid. eq. c. R.[1] ↄ[2] Pontici, | vixit an. XXXX mil. an. XVIII, Calpurnia Leda coiux fecit.

*In Asia, fortasse Smyrnae, rep., est Lugduni Batavorum (Leemans act. maior. acad. Amstelodamensis 19, 1890 tab. IV n. 16 cf. p. 21; vidi ectypum).* — 1) *Cohors prima Lepidiana civium Romanorum a. 80 fuit in Pannonia (dipl. XI), a. 99 in Moesia inferiore (supra N. 1999); eadem ut videtur secundum Notitiam dign. (Or. c. 35) fuit sub duce Armeniae.* — 2) *Centuriâ;* t. *(turma) Leemans, non recte.*

---

**2591** . . . . Sirm., optio | coh. T[1] Alp. eq.[2] ↄ Ma|ximi, an. XLVI | stip. XXVI, h. s. e. | Titul. p.[3] Fl. Rufi nus eq. buc. coh. e|iusde. h. ex t.[4] t.[5]

*Stuhlweissenburg, nunc Pestini (III 3352 vidit Mommsen).* — 1) *Scr.* I. — 2) *Cohors prima Alpinorum equitata sub Domitiano fuit in Pannonia (cf. supra N. 1997), sub Traiano et sub Antonino Pio in Pannonia inferiore (dipl.).* — 3) *Titulum posuit.* — 4) *Heres ex testamento.* — 5) *Extremam litteram videtur ipse quadratarius delevisse (Mo.).*

---

**2592** d. m. | Sabinio Sabi|niano ex opti|one cortale, | mil. an. XVII, opti|o mil. an. VIIII, | vix. an. XXXX, na|tion. Raet., Clau|dius Diodorus | her. b. m. f.

*Romae rep. ad viam Labicanam una cum N. 2531 (Lanciani Notizie 1889 p. 340).*

---

**2593** . . . . | m. . . . ul . . . d[*ec.*][1] | cho. XI Gall.[2] | domo Patavi, | ann. XLVI stip. | XV.

*Prope Naronam Dalmatiae (III S. 8439 vidit Hirschfeld).* — 1) *Supplevit Domaszewski, qui propter originem Patavinam antea stipendia in legione hunc hominem fecisse censet.* — 2) *Cohortes Gallorum a prima usque ad septimam dudum ex titulis notae, octava nona decima ignotae (Mo. Eph. ep. 5 p. 172); undecima hic primum reperitur (cf. Mo. Herm. 19 p. 47 not. 2).*

---

**2594** C. Val. . . f. Azinas[1] | Procl[*us*] eques | coh. I [*A*]lp.[2], ve[*x.*] | equit|[*um coh.*] | I Belg.[3], dec. equit. | coh. eiusdem, | hunc sepulcrum | vivos paravi mihi | et Apuleie Sabine | uxori meae, lib. | libertabusque. | H. m. h. n. s.

*Salonis (III S. 8762 Hirschfeld vidit ectypum).* — 1) *Patriam Procli significari coniecit Hirschfeld. (Mommseno videntur esse cognomina duo, barbarum alterum, alterum Romanum, ut supra N. 2585).* — 2) *Cohors prima Alpinorum in Illyrico stetit iam sub Nerone (supra N. 1987).* — 3) *Cf. N. 2579.*

---

**2595** C. Cassio Pal. Blaesiano | dec. coh. Ligurum, | principi equitum[1], | ipsi familiae posteris | libertis libertabusque eius, | Ti. Claudius Actes l. Eutychus[2] | amico optimo ex testamento | eius fecit.

*Prope Olbiam (Terranuova) Sardiniae rep. (Huelsen descr. ex ectypo quod misit Tamponius).* — 1) *Principes in cohortibus auxiliaribus raro memorantur (supra N. 2554 cum not. 2; III S. 7631. 8029 quos titulos recte ad auxiliarias cohortes rettulit Domaszewskius). Ex hoc titulo videtur colligi posse, ita dictum esse in cohortibus equitatis eum qui erat inter decuriones equitum primus.* — 2) *De Actes libertis et Actenianis cf. X 7980. VI 15027.*

---

**2596** T. Calidius | P.[1] Cam.[2] Sever. | eq., item optio, | decur. coh. I Alpin., | item ↄ leg. XV Apoll., | annor. LVIII, stip. XXXIIII, |

h. s. e. | Q. Calidius fratri | posuit *(lorica squamata, vitis, galea cum crista transversa, ocreae; infra: servus equum ducens).*

*Carnunti rep. (Domaszewski arch. ep. Mitth. 5 p. 203 tab. V; de ornamentis cf. Alb. Müller Phil. 47, 1889 p. 520. 522).* — 1) *De* f. *omissa cf. supra N. 2246 not. 1.* — 2) *De tribu militis ex cohorte auxiliaria dixit Mommsen Herm. 19 p. 26 not. 2.*

---

**2597** . . . . . . . . | . . . . o Arimin., | mil. leg. XIII, donat. torq. | armil. phal., et 7 coh. I | Camp.[1], an. LX, t. f. i.[2], Posidonius | et Prunicus lib. posuer. | et ali ne[3], h. s. e.

*Naronae in Dalmatia rep. a. 1877, videtur periisse (III S. 8438 descr. Glavinic).* — 1) *Incertum num eadem cohors prima campestris (vel: campana, cf. N. 2600) voluntariorum civium Romanorum, III 3237 (cf. dipl. mil. datum ab Antonino Pio, III p. 884. 885, item infra N. 2731).* — 2) *Testamento fieri iussit.* — 3) *Et alii nemini.*

---

**2598** d. m. | C. Campani Vita|lis 7 coh. I Bat. | ∞[1], stip. VIIII, | vix. an. XXVII, | Florius Viri|lis vet. ex dec., | nepoti p. p. c.

*In Hungaria loco dicto Romlot sive Romitá rep., est Klausenburgi (III 839 cf. III S. p. 1378 vidit Domaszewski).* — 1) *Centurio cohortis primae Batavorum milliariae.*

---

**2599** d. m. s. | memori|ae Fulvi | Quintuli | 7 coh. sing.[1], | v. a. XLVI. || d. m. s. | Iuliae Sa turnin|ae b. m. f. | Fulviu|s Quint|ulus 7 coh. | sing., con., | v. a. XXXV.

*Auziae (Aumale) in Mauretania (VIII 9055 vidit Wilmanns).* — 1) *Cohors singularium ex solis titulis Auziensibus hoc et C. VIII 9047 (infra N. 2767) 9054. 9058 innotuit.*

---

**2600** P. Cloelius miles cho. campanae[1], custos Traguri[2], | v. s. l. m.

*Salonis (III S. 8693 vidit Hirschfeld).* — 1) *Cohors sub hoc certe nomine praeterea non memorata. Mommsen (in epistula ad Bulićium, bull. Dalmato 1884 p. 146) eam non diversam fuisse coniecit a cohorte octava voluntariorum, quam in Dalmatia tetendisse scimus (cf. N. 2586).* — 2) *Tragurium oppidum Dalmatiae. Mommsenus (l. c.) confert praetorianum stationarium Ephesi (supra N. 2052).*

---

**2601** M. Mucius | Hegetor | medicus[1] | coh. XXXII vol.[2], | an. XLVII, | h. [s.] e., | Mucia Corint|hia sibi et | patrono p.

*Prope Sisciam rep., est Agram (III S. 10854 vidit Hirschfeld).* — 1) *Cf. N. 2602 not. 3.* — 2) *Cohors XXXII voluntariorum memoratur etiam in alio titulo prope Sisciam reperto (III 4006), praeterea memoriam reliquit in vicis Praunheim et Heddernheim (Brambach 1467. 1496, Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 1882 p. 2). Titulos tribunorum eius habes supra N. 1415, C. III 320. 386. XI 1937.*

---

**2602** Apollini et Aes|culapio, Salut., | Fortunae sacr., | pro salute L. Pe|troni Florenti|ni praef.[1] coh. IIII | Aq. eq. c. R.[2], M. Ru|brius Zosimus | medicus coh. s. s.[3] | domu Ostia [*T*]i[*b*]|er. v. s. l. l. m.

*In vico Obernburg sito ad Moenum inter Miltenberg et Aschaffenburg (Brambach 1747 a prioribus).* — 1) *Idem praefectus eodem loco posuit titulum Br. 1748.* — 2) *Cohors quarta Aquitanorum recensetur inter auxilia Germaniae superioris a. 74. 82. 90 (supra N. 1992. 1995. 1998). Cornicularius eius Moguntiaci posuit titulum Br. 1284.* — 3) *Medicus cohortis supra scriptae. Nota medici cognomen*

*Graecanicum (cf. N. 2547). Hic non est putandus stipendia fecisse in cohorte Aquitanorum, natus Ostiis Tiberinis in Italia.*

---

**2603** M. m.[1] | L. Naevius | Verus | Roscianus | praef. coh. II | Gall. eq., | votum ex | Britannia[2] | rettulit | l. m.

*Prope vicum Travi agri Placentini (XI 1303 ad apographum factum saec. XVI). — 1) Minervae memori (sic plene alii tituli eodem loco reperti). — 2) Cohors secunda Gallorum in Britannia stetit certe sub Antonino Pio (dipl. a. 146, cf. Mo. eph. ep. 5 p. 99).*

---

**2604** Campestribus | sacrum | P. Quintius L. fil. | Quir. [*Fi*]rminus[1] | domo Sicca | Veneria, trib. | coh. XXIIII vol. c. R.[2]

*Prope Benningen rep., est Stuttgarti (Brambach 1596 qui vidit). — 1) ter*minus *lapis dicitur exhibere. — 2) Cohors XXIIII voluntariorum civium Romanorum memoratur etiam in aliis titulis repertis ad limitem Germaniae superioris (Brambach 1593. 1568. 1570. 1700).*

---

**2605** in h. d. d., deae | Fortunae sa|ncte balinea|ri[1] reduci, Va|lerius Valeri|anus trib. c|oh. I Germano|rum[2] Philippian|ae votum pos|uit, impp. dd. n|n. Philippis Aug|g. III et iterum | cos.[3], l. l. m.

*Iagsthausen rep. (Westdeutsche Zeitschr. 6 p. 76). — 1) Apparet titulum pertinuisse ad balneum aliquod; ad eiusdem balnei cohortis primae Germanorum restitutionem pertinet titulus eodem loco repertus Brambach 1608. — 2) Cohors prima Germanorum recensetur inter auxilia exercitus Germaniae superioris iam anno 82 (supra N. 1995) et a. 116 (dipl.). — 3) A. 248.*

---

**2606** I. o. m. | Cn. Clodius Cn. | fil. Classicianus | trib. coh. XIIX vol. c. R. | et translat. ab opti|mis maximisq. imp. in | coh. I Ul[*p.*] Pan. ∞ eq.[1], | v. s. [*l.*] m.

*Stojnik in Serbia rep., est Belgradi (III 6302. III S. 8162 vidit Domaszewski). — 1) Tam cohors duodevicesima voluntariorum civium Romanorum quam prima Ulpia Pannoniorum miliaria equitata in Pannonia tendebant saec. p. Chr. II (supra N. 2005 cum not. 3).*

---

**2607** dis Mauris | salutaribus | Aurelius E|xoratus dec. | alae Partorum, | praepositus | cohortis II | Sardorum Se|verianae.[1]

*In Mauretania loco dicto Hadjar er-Rûm, iam Lamoricière, ubi fuit Altava (Demaeght bull. de la société de géographie d'Oran 10, 1890 p. 400). — 1) Ab alio praeposito eiusdem cohortis Sardorum, decurione alae Thracum, positus est a. p. Chr. 208 titulus VIII 10949 eodem loco repertus. Cohortem secundam Sardorum per aliquod tempus stativa habuisse illo loco declarant tituli C. VIII 9831. 9833. Praeterea epitaphia militum huius cohortis reperta sunt prope Auziam, loco dicto Sur Djûab, in Mauretania quidem, sed loco multum distante ab Altava (C. VIII 9198 cf. eph. 7, 496. VIII 9200. 9202).*

---

**2608** . . . . . . side[1] | sacrum posuit | Aelius Servan|dus dec.[2], praepo|situs coh. II Bre|ucoru. [*G*]or[*di*]ane[3], | III kal. Ian. Arri|ano et Papo cos.[4], | salvis Augg., | multis annis felici|ter.

*In Mauretania, loco dicto Suik prope Tagremart, rep. (Eph. epigr. 5, 1047 descr. de la Blanchère). — 1) Superest ex vocabulo numinis, cui titulus dicatus fuit. — 2) Decurio alae cuiusdam sine dubio, ut N. 2607. — 3) Eo ipso loco quo hic*

*titulus repertus est, stetisse saec. III cohortem secundam Breucorum atque ei etiam nomen dedisse docent miliarii ibidem reperti (supra N. 573. Eph. ep. 7, 671).* — 4) *A. 243.*

---

**2609** Caésió dec.[1] | félicitér! | homini bonó, | gratias agimus | omnes commilitones | qui sub cura eius sumus.

**2610** Q. Caesio Valenti | dec.[1] álae Vócontior.[2] | feli[*ci*]ter! hábeas propitium imp.

**2611** omnibus | commilitonibus | qui hic fuerunt ad | custodias felic.! | coh. scut. c. R. felicitér! | coh. III Itur.[3] felicit.!

*In Aegypto, in collium qui dicuntur Djebel-el-Tukh, lapicidinis vetustis, tituli minio picti (Eph. ep. 7 p. 427 descr. Sayce).* — 1) *Caesius Valens decurio alae Vocontiorum praefuit militibus cohortium scutatae civium Romanorum et tertiae Ituraeorum et fortasse aliarum quoque, deputatis ad custodiam in metallis damnatorum. Decurionem alae curam agentem vexillationis legionariae habuimus supra N. 2485.* — 2) *Alam Vocontiorum, cuius Caesius fuit decurio, tituli (supra N. 2536; C. VII 1080) testantur aliquando in Britannia fuisse.* — 3) *Cohors tertia Ityraeorum memoratur inter auxilia exercitus Aegyptiaci in diplomate anni 83 (supra N. 1996); cohortem scutatam civium Romanorum aliquando in Aegypto fuisse non traditur.*

---

**2612** Annius Rufus ꓘ leg. XV | Apollinaris[1], praepositus | ab optimo imp. Traiano | operi ma[*r*]morum monti | Claudiano[2], v. s. [*l.*] a.

*In Thebaide ad montem hodie dictum Djebel-Fatire, olim, ut ex hac inscriptione apparet, Claudianum (III 25 descr. Wilkinson).* — 1) *Nisi fallor, etiam hic centurio legionarius praepositus fuit militibus unius vel complurium cohortium.* — 2) *Claudianus dictus mons sine dubio a Claudio, sub quo primum lapicidinae eius porphyreticae exercere coeptae sunt (Plin. h. n. 36, 57). Ad easdem lapicidinas pertinent tituli Graeci C. I. Gr. 4713 c seq.*

---

**2613** Fortunae | Respicienti sacr. | Nasellius Pro|clianus 7 leg. | VIII Aug., prae|positus chor. | I Helvetiorum[1], | Torquato et Iuliano cos.[2]

*Prope Böckingen (Würtemberg, Neckarkreis) rep., est Stuttgarti (Brambach 1583 vidit).* — 1) *Eadem cohors prima Helvetiorum, una cum Brittonibus Aurelianensibus (de quibus cf. infra ad N. 2675) in vico Oehringen posuit titulos Brambach 1559. 1560, similiter sub cura centurionis legionarii (Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 1889 p. 48).* — 2) *A. 148.*

---

**2614** I. o. m. | vexil. | coh. I | Seq. et Raur. | eq. sub cur. | Anton. Nata|l[*i*]s 7 leg. XXII P. | p. f.[1], ob burg. ex|plic.[2] v. s. l. l. m.

*In castello Schlossau prope Baden (Korrespondenzblatt der Westdeutschen Zeitschr. f. Gesch. u. Kunst 1884 p. 85).* — 1) *Alius titulus quem cohors prima Sequanorum et Rauracorum equitata, vel etiam vexillatio eius, a. 192 posuit curam agente centurione legionis vicesimae secundae Primigeniae, prodiit Frankofurti ex ecclesia cathedrali (ann. Rhen. 53/4, 1873 p. 154). Eiusdem cohortis centurio Miltenbergi, ubi et aliud fragmentum ad eam pertinens repertum est (Brambach 1744), posuit titulum editum a Christio ann. Rhen. 52, 1872 p. 86* [= *Brambach 1740*]. *Cf. etiam supra N. 2584.* — 2) *Ob burgum explicatum (burgum explicare, fortasse idem quod consummare; explicito balineo titulus Britannicus VII 984 positus est).*

---

**2615** imp. Caesar. T. Aelio Hadriano | Antonino Aug. Pio p. p., | coh. I Fl. Cil. eq.[1] basilicam fecit per | C. Avidium Heliodorum praef. Aeg.[2] et | T. Flavium Vergilianum praef. castr.[3], | cura agente Statilio Tauro 7 leg. II Tr. f.[4] | curatore coh. eiusdem.

*Syene (III 6025 cf. Huebner ex. scr. ep. 456). — 1) Cohors prima Flavia Cilicum equitata in Aegypto tetendit iam sub Domitiano (supra N. 1996); memoratur etiam in papyro scripta a. 156 quam edidit Mommsen eph. ep. 7 p. 459, tribunus eius in papyro pertinente ad a. 125, quam edidit Mo. Zeitschrift der Savigny-Stiftung f. Rechtsgesch., romanist. Abth. 1892 p. 285. — 2) Pater Avidii Cassii qui sub Marco rebellavit (Dio 71, 22; C. I. Gr. 4955). — 3) Praefectus castrorum sine dubio legionis secundae Traianae. — 4) Centurione legionis secundae Traianae fortis. Similiter cohortis primae Belgarum in Dalmatia tendentis, cum a. 173 templum aliquod restitueret, curam egit centurio legionis primae Adiutricis (III 1790 = III S. 8484), et alio tempore eiusdem cohortis praepositus fuit centurio legionis primae Minerviae (III 1918).*

---

**2616** imp. Caes. M. Aur. Anto|nino Aug. pont. max., trib. | pot. XXIIII[1], p. p., coh. I ∞ Del.[2] | sub cur. Grani Fortunati | trib. coh. eiusd., muri p. | DCCC[3], in his turr. una.

**2617** imp. Caes. M. Au|rel. Antonino | Aug. pont. max., tr. | pot. XXIIII[1], cos. III, p. p., | coh. II ∞ Del.[2] ped. DCCC[3] | in his turris I, sub cura | L. Annaei Serviliani trib. | vice tertia.

*Salonis (III 1979 vidit Mommsen; III 6374 cf. III S. 8655 vidit Hirschfeld). — 1) A. 170. Spectant hi tituli ad eandem Salonarum munitionem ad quam N. 2287. — 2) Cohortes Dalmatarum prima et secunda saec. p. Chr. II tetenderunt in Britannia (cf. Huebner C. VII p. 85 et ad VII 760). — 3) Pedes octingentos. Nota singulas has cohortes multo plus muri struxisse vel refecisse quam legionum vexillationes (N. 2287).*

---

**2618** [*imp. Caes. L. Sept. Severo Pio Pert. Arab. Adiab. Parth*]ico maxi. | cos. III[1], et M. Aurel. Antonino Pio | cos. II[1] Augg.*! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !*[2] | portam cum muris vetustate di|lapsis iussu Alfeni Senecionis v. c. | cos.[3], curante Oclatinio Advento proc. | Augg. nn.[4], coh. I Vangion. ∞ eq.[5] | cum Aem. Salviano trib.[6] | suo a solo rest.

*In Britannia rep. trans vallum Hadriani loco dicto Risingham, est Newcastle (VII 1003 vidit Huebner). — 1) Severus consul tertium fuit a. 202, Caracalla consul iterum a. 205, consul tertium a. 208; inter hos igitur annos titulus positus est. — 2) Rasura periit nomen Getae. — 3) Idem legatus consularis Britanniae memoratur VII 269. 270. 513. — 4) De hoc homine cf. O. Hirschfeld Verw. p. 252. Consul fuit a. 218. — 5) Cohors prima Vangionum milliaria equitata in Britannia fuit iam a. 103 (supra N. 2001). — 6) Idem tribunus memoratur VII 986.*

---

**2619** imp. Caes. M. Aurelio | Severo Alexandro Pio Fel. Aug. | pont. maximo, tr[*i*]b. pot., cos., p. p., coh. I Ael. | Hispanorum ∞ eq., devota numini | maiestatique eius, baselicam | equestrem exercitatoriam | iam pridem a solo coeptam | aedificavit consummavitque, sub cura Mari Valeriani leg. | Aug. pr. pr., instante M. Aurelio | Salvio trib. coh., imp. d. n. | Severo Alexandro Pio Fel. | Aug. cos.[1]

*In Britannia repertum trans vallum Hadriani loco dicto Netherby (VII 965 descr. Bruce).* — 1) *A. 222 (omisso nomine Elagabali, cum quo Alexander consulatum inierat).*

---

**2620** imp. Caes. M. Ant. Gordia|nus P. F. Aug. balneum cum | basilica a solo instruxit | per Egn. Lucilianum leg. Aug. | pr. pr., curante M. Aur. | Quirino pref. *(sic)* coh. I L. Gor.[1]

**2621** imp. Caesar M. Antonius | Gordianus P. F. Aug. | principia et armamen|taria conlapsa restitu|it per Maecilium Fuscum leg. | Aug. pr. pr., curante M. Aur. | Quirino pr. coh. I L. Gor.[1]

*In Britannia non longe a vallo Hadriani, loco dicto Lanchester (prope Durham) rep. (VII 445. 446 vidit Huebner).* — 1) *Praefecto cohortis primae Lingonum Gordianae.*

---

**2622** P. Ael. Antonianus [*trib.*][1] | coh. III Coll.[2] ! ! ! ! ! ! ! ! ! | ! ! ! ! ![3] portam praetoriam | cum turre a fundamento | sumptibus suis et instan|tia fabricavit, Tusco et Basso cos.[4]

*In vico Bulgariae Kutlovica (III S. 7450 vidit Domaszewski).* — 1) *Supplevit Domaszewski.* — 2) *Cohors haec tertia Coll. ignota.* — 3) *Erasa videntur vocabula* Valerianae Gallienae. — 4) *A. 258.*

---

**2623** I. o. m. ve[*xi*]|llatio Reto|rum Gaesa.[1], | q. c. a.[2] Iul. | Sever. trib.

*Jedburgh (Roxburghshire) in Scotia meridionali rep. (Eph. ep. 7, 1092 Haverfield vidit ectypum).* — 1) *Raetorum gaesatorum in Britannia praeterea meminit titulus C. VII 1002; ceterum cf. de eis Mo. Herm. 22 p. 549.* — 2) *Quorum curam agit.*

---

**2624** Nymphis n. | Britton. | Triputien.[1] | sub cura | M. Ulpi Malc|hi 𐆘 leg. XXII Pr. p. f.

*Apud Amerbachium in Othonis silva, i. e. Amorbach im Odenwald (Brambach 1745 ex Apiano).* — 1) *Numerus Brittonum Triputiensium. Ab eisdem Brittonibus Triputiensibus alii tituli positi sunt in eadem parte limitis Germanici, ex his unus, qui nuper prodiit Hesselbach, imperatori Antonino Pio a. 146; cf. Hammeran Korr.-Bl. d. Westd. Zeitschr. 1889 p. 161. Nomen Triputiensium videntur habuisse a loco aliquo in limite sito, ubi tetenderunt, cf. Mommsen Herm. 19 p. 225 not. 2, Domaszewski Korr.-Bl. d. Westd. Zeitschr. 1889 p. 49, item infra ad N. 2765.*

---

**2625** Mercurio Aug. sac. | pro salute imp. Caesaris M. Aure|li Antonini Aug. Pii, M. Annius | Valens 𐆘 leg. III[1] Aug., praepositus | n. Palm[*yre*]norum[2], pro salute | sua et suorum v. s. l. a.

*In Numidia rep., loco dicto el-Kantara, est Biskrae (VIII 2486 cf. p. 953, Eph. ep. 5, 705 viderunt Wilmanns et Schmidt).* — 1) *Numerum erasum esse indicat Wilmanns.* — 2) *Numerus Palmyrenorum etiam alios titulos reliquit in limite Numidiae, cf. C. VIII p. 1077.*

---

**2626** I. o. m. | et lun. reg., | Finitius Fi|delis mil. | n. Cađđa|rensium[1] | in suo | posit, | Fusco et | Dextro cos.[2]

*Kastel prope Moguntiacum (Brambach 1317 qui vidit ectypum).* — 1) CAÐÐA|RENSIVM *lapis;* Ð *signo in titulis Germaniae et Galliae non raro significatur* d *spirans. Idem numerus memoratur in titulo Moguntiacensi Brambach 1293, quem*

*posuit* Silvestrius Servandus circ. n. Cattharensium, *item in tegulis nonnullis repertis ad limitem. Ipsi Cattharenses praeterea ignoti sunt.* — 2) *A. 225.*

---

**2627** d. m. s. | titulus Ita|monis I[*t*]u|veri[1] ex p. | G. s.[2] n. Mele|nuens.[3], s. t.[4] XIIII, | concibones[5] | f. et d. d.

*Auziae (Aumale) in Mauretania (VIII 9060 vidit Wilmanns).* — 1) *Non plane certum est nomina ita legenda esse.* — 2) *Ex provincia Germania superiore.* — 3) *Numerus Melenuensium memoratur etiam in titulo Thracico III 728 cf. III S. 7387 (monuit Hettner Westd. Zeitschr. 5, 1886 p. 245 not. 2).* — 4) *Stipendiorum (?).* — 5) *Concibonum vocabulo videntur barbare significari ii qui titulum posuerunt, ut conterranei Itamonis. (Significari in cibatione sodales nuper coniecit Mo.).*

---

**2628** d. m. s. | Ti. Ioincatio[1] | Sabino mil. | n. Divitiensis | G. s.[2], militavit | an. XII, Ioincatius | Severus fratri | fec. et dd. et Qu|. . . . or [*h*]er. s.[3]

*Auziae in Mauretania (VIII 9059 vidit Wilmanns).* — 1) *Ioincatius nomen reperitur etiam in titulo Treverensi Brambach 825.* — 2) *Militi numeri Divitiensis Germaniae superioris (Divitiensium cognomen reperitur datum non paucis numeris auxiliariorum, cf. N. 2629. 2632, atque etiam legioni secundae Italicae, cf. N. 2346. 2777; ductum id putant a Divitia, hodie Deutz, cf. infra N. 2784).* — 3) *Fecit et dedicavit, et Quintius Victor (vel simile nomen) heres secundus.*

---

**2629** d. m. | Aur. Maximi | exar. num. Dal. | Divit.[1], qui vix. | ann. XX, | Aur. Victorin. | Ɔ[2] posuit.

*Taurinis (V 7000 vidit Mommsen).* — 1) *Exarchi numeri Dalmatarum Divitensium. (Cuneus equitum Dalmatarum Divitensium memoratur in Notitia dign. Or. c. 39 sub dispositione ducis Daciae ripensis. Sed hic titulus, ut et alii duo Taurinenses militum eiusdem numeri V 7001. 7012, Diocletiano videntur antiquiores esse).* — 2) *Centurio.*

---

**2630** Nymphis | sanctissimis | P. Aelius Marce|llinus signifer | et quaestor n. Brit.[1] | mortis periculo li|ber v. s. l. m., | imp. Comm. Aug. | Felice V et Glabrione I[*I*] co[*s.*].[2]

*Broos sive Szász-Város Transsilvaniae (III 1396 semel descripta saec. XVI).* — 1) *Numeri Brittonum.* — 2) *A. 186.*

---

**2631** d. R. s.[1] | dupl. n. explor. | Bremen.[2] aram | instituerunt | n.[3] eius, C. Caep. | Charitino trib., | v. s. l. m.

*Rochester in Anglia rep. trans vallum Hadriani, est Cantabrigiae (VII 1037 vidit Huebner).* — 1) *Deae Romae sacrum.* — 2) *Duplarii numeri exploratorum Bremeniensium. Exploratores hi Bremenienses memorantur etiam in alia inscriptione eodem loco reperta VII 1030.* — 3) *Numini.*

---

**2632** d. m. | Togio Stat|uto militi | numeri expl|oratorum | Divitiesium | Antoninia|norum, stip|endiorum | XVIII, Togia | Faventina | soror et | heres | [*frat*]ri [*piissi*]mo.

*Prope Moguntiacum rep. (Brambach 1237 vidit).*

---

**2633** I. o. m. | Tib. Dexter | 7 explora|torum[1] | v. s. l. m.

*Titel in Hungaria, iam Pestini (III 3254 vidit Mommsen).* — 1) *Alius centurio exploratorum est in alio titulo Hungarico III 3648.*

---

**2634** deo | sancto | Aulisvae | Fl. Cassi|anus prae|fect. alae | explora|torum | Pomari|ensium[1] | S[*eve*]rianae.[2]

*Tlemcen in Mauretania (VIII 9906 vidit Wilmanns).* — 1) *Alius praefectus eiusdem alae exploratorum eodem loco posuit titulum VIII 9907. Pomariensium nomen videntur hi exploratores traxisse ab eo ipso loco, huic enim nomen fuit Pomaria vel Pomarium (VIII 10465. 10470, Mo. ib. p. 847).* — 2) *Vocabulum erasum legit Wilmanns.*

---

**2635** . . . . . . [*l*]eg. Aug.[1] in c[*u*]|neum Frision|um[2] Aballav|ensium[3] Philip|p.[4], XIIII kal. et XIII ka. | Nov., Gor. II et Pompei[*ano*] | cos., et Attico et Pre[*te*]xtato cos.[5], v. s. l. m.

*In Angliae regione Cumberland rep. loco dicto Papcastle, non longe a vallo Hadriani (VII 415 cf. Eph. ep. 3 p. 130 descr. Bruce).* — 1) *Translatus fortasse a legato Augusti in numerum Frisionum fuit is qui hunc titulum posuit.* — 2) *Conferendus est titulus quem numinibus compluribus posuerunt* Ger. cives Tuihanti cunei Frisiorum ver. ser. (?) Alexandriani *(Eph. ep. 7, 1041), quem vide infra inter titulos sacros. Dixit de cuneis Mommsen Herm. 19 p. 231 seq.* — 3) *Aballava memoratur in notitia Dign. occ. p. 114, ut sedes praefecti numeri Maurorum.* — 4) Philipp. *vocabulum erasum, sed legi potuit.* — 5) *19 et 20 Oct., a. 241 et 242.*

---

**2636** imp. Caes. M. Aurelio | Severo Antonino Aug., bur|gum speculatorum[1] Anto.[2] | M. Val. Senecio[3] leg. eius pr. | pr. c. v. fieri iussit, c. a.[4] C. Iulio Ae|lurione 7 leg. III Aug.[5] Anto., prae. n. H. Ant.[6] *(supra et iuxta, diversa manu)* bis posuit Caletamera in tepore suo.

*In Numidia, inter Batnam et Biskram loco dicto el-Kantara (VIII 2494 vidit Wilmanns).* — 1) *Non longe ab hoc titulo stetit titulus VIII 2495 pertinens ad* burgum speculatorium *(sic)* inter duas vias ad salutem commeantium *constitutum.* — 2) *Antoniniani dicti speculatores a Caracalla.* — 3) *De hoc legato Numidiae cf. supra N. 1162.* — 4) *Curam agente.* — 5) 7 leg. III Aug. *erasum, sed legitur.* — 6) *Praeposito numero Herculis (?) Antoniniano (numerus Herculis videtur memorari in titulo eiusdem regionis VIII 2496).*

---

## Centuriones.

**2637** M. Helvius M. f. Cam. Rufus | Civica[1] prim. pil. | balneum | municipibus et incolis[2] | dedit.

*In oppido Vicovaro, ubi fuit Varia, octo milibus passuum a Tibure (XIV 3472 descripsi).* — 1) *Hic est Helvius Rufus qui miles gregarius anno p. C. 20 in Africa apud Thalam castellum fortiter se gessit et a proconsule torquibus et hasta, a Tiberio corona civica donatus est (Tac. ann. 3, 21 cf. Gell. 5, 6, 14), postea, ut ex hoc titulo apparet, ad centurionatum promotus et a civica corona Civica appellatus (merum agnomen esse Civicam etiam inde colligitur, quod non cum nominibus in v. 1, sed cum titulo primipilaris in v. 2 coniunctum est).* — 2) *Municipes et incolae videntur esse municipii Tiburtini, ex quo, teste tribu Camilia, oriundus fuit Helvius Rufus; quamquam etiam Varia fortasse fuit municipium.*

---

**2638** T. Statius P. f. | Serg. Marrax | prim. pil. leg. XIII | Geminae, | donatus | torquib. armill. | phaleris, hasta | pura bis, coron[*is*] | aureis quin[*que*].

*Aquileiae (Pais n. 1163 vidit Gregorutti).*

---

**2639** M. Paccio C. f. Gal. | Marcello primi|pilari leg. IIII Scythicae.

*Inter Abellinum et Compsam (IX 1005 vidit Dressel).*

---

**2640** Q. Crittio C. f. | Cor., | primipilari III.[1]

*Atinae in Campania, litteris pulchris (X 5063 vidit Mommsen).* — 1) *Ter primipilarem alium nullum novi.*

---

**2641** M. Blossio | Q. f. Ani. Pudenti | ꓘ leg. V Macedonic., | donis militaribus | donato ab | imp. Vespasiano Aug. | torquib. armillis | phaler. corona aurea, | vix. an. XLIX sanctissime, | et prope diem | consummationis | primi pili sui debitum | naturae persolvit. | M. Blossius Olympicus | patrono optumo | fecit, item sibi et libertis | et libertabus suis, posteris|que eorum. | Long. p. XXX, lat. p. XVII.

*Romae, titulus in eodem cippo bis repetitus (VI 3580 vidit Henzen).*

---

**2642** Herculi | invicto | P. Lucilius P. f. | Ouf. Succes|sor. Mediolan., | quot votum | fecerat centurio, | p. p. sol. l. m.[1]

*Tibure rep., nunc Romae (VI 326. XIV 3545 vidit Henzen).* — 1) *Primus pilus solvit libens merito.*

---

**2643** . . Gargilio T. fil. Quir. | Venatori p. p. praero|gativo tempore facto | [*a*] divo Hadriano[1], praef. | . . . . . . . . . . . . . cum . . . . . . . . .

*In Africa ibi ubi fuit Bulla Regia (VIII 10579 = VIII S. 14471 descr. Tissot).* — 1) *Primipilus factus praerogativo tempore, id est anticipato, cf. Mo. C. l. c.*

---

**2644** . . [*Sa*]bidius C. f. Pap., prim. pil., | [ꓘ *le*]g. V et leg. X et leg. VI[1], ita ut in | [*leg.*] X primum pil. duceret eodem|[*que te*]mpore princeps[2] esset leg. VI, praef. [*q*]u[*inq.*] | . . [*Ca*]esar.[3] divi Aug. [*f.*] et Ti. Caesar. A[*ug., i*]dem . . | . . . . . a don . . . cu . . ., | [*Corn*]elia [*C*]n. f. Pupilla uxsor, | [*C*]rispina neptis.

*In Aequiculis, in vico Corvaro (IX 4122 bis descripta).* — 1) *Significantur legiones decima Gemina et sexta Victrix, tunc temporis in Hispania (cf. supra N. 2250. 2256) et fortasse unis in castris tendentes (cf. Domaszewski mus. Rhen. 1890 p. 6, arch. ep. Mitth. aus Oestr. 15 p. 189 not. 58).* — 2) *De principe, sive principe praetorii, inter centuriones legionis post primum pilum honoratissimo, dixit Mommsen eph. ep. 4 p. 231, cf. supra N. 2283 not. 4 et ad N. 2446.* — 3) *Domi praefectus fuerat iure dicundo primum loco C. vel L. Caesaris, postea loco Ti. Caesaris.*

---

**2645** d. m. | C. Appio C. f. Lem. | Adiutori | principi leg. XXII | Primigeniae | primi pili[1], | C. Appius Eutyches lib.

*Hispelli (XI 5275 vidit Bormann).* — 1) *Princeps primipili fortasse idem qui alibi princeps nude dicitur (Bo.).*

---

**2646** Antonio Va[*len*]|tino princi[*pi*] | leg. XIII Gemin[*ae, inter*]|fecto a latro[*ni*]|bus in Alpes Iul[*ias*] | loco quod appella|tur Scelerata, | Antonius Valen|tinus filius pa[*tri*].

*Aidussinae (prope Tergeste) inter rudera castrorum Romanorum rep. a. 1881 (Pais n. 58. 1110 descr. Majonica).*

---

**2647** Q. Raecio Q. f. | Cl. Rufo | p. p. leg. XII Fulm. | trecenario[1], | donis don. ab imper. | Vespasian. et Tito imp. | bell. Iud., ab imp. Trai. | bell. Dacic., princ. praet.[2], | Trebia M. f. Procul. | marito | t. p. i.

*Zarae, ubi fuit Iader (III 2917 vidit Mommsen).* — 1) *Alii trecenarii sunt N. 2081. 2648. 2661. 2663. 2667. De centurionibus trecenariis egit Mommsen eph. ep. 4 p. 242 seq.* — 2) *Cf. N. 2644 not. 2.*

---

**2648** M. Vettio M. f. Ani. | Valenti | mil. coh. VIII pr., benef. praef. pr., | donis donato[1] bello Britan. | torquibus armillis phaleris, | evoc. Aug., corona aurea donat., | ⅂ coh. VI vig., ⅂ stat.[2], ⅂ coh. XVI urb.[3], ⅂ cho. | II pr., exercitatori equit. speculatorum, princip. | praetori[4] leg. XIII Gem., ex trec.[5] leg. VI | Victr., donis donato ob res prosper. | gest. contra Astures torq. phaler. arm., | trib. coh. V vig., trib. coh. XII urb., trib. coh. | III pr., [*trib.*][6] leg. XIIII Gem. Mart. Victr., | proc. imp. Caes. Aug.[7] prov. Lusitan., | patron. coloniae, speculator. X h. c.[8], | L. Luccio Telesino C. Suetonio Paulino cos.[9]

*Arimini (XI 395 semel descripta saec. XV).* — 1) *A Claudio, quem praetoriani in Britanniam secuti esse putandi sunt.* — 2) *Centurioni statorum; cf. supra N. 2133 seq.* — 3) *Cohors decima sexta urbana praeterea non memoratur; cf. supra N. 2128; Mommsen Herm. 14 p. 34, Marquardt Staatsv. II² p. 482 not. 3—4.* — 4) *Cf. N. 2644 not. 2.* — 5) p. p. *(primo pilo) interiisse coniecit Mommsen Eph. epigr. 4 p. 243 cf. p. 231 n. 4, ut hic non fuerit ex trecenario legionis sextae Victricis, sed ex trecenario factus sit centurio legionarius.* — 6) trib. *periisse coniecit Borghesius.* — 7) *Significatur Nero, cuius nomen rasura periisse coniecit Wilmanns.* — 8) *Speculatores decem (cf. N. 2382 not. 3), honoris causa.* — 9) *A. p. C. 66.*

---

**2649** . . . | princeps II[1] leg. XIIII | Gem., an. LXIIII, stip. | XLVI, milit. XVI, cura|toria veteran. IIII, | evocativa III.[2]

*Boppard rep., est Coblenz (Brambach 717 qui descripsit).* — 1) *Intellege: princeps posterior aut: princeps iterum, ut princeps fuerit in duabus legionibus (cf. Mommsen eph. ep. 4 p. 238 not. 1).* — 2) *Post stipendia militaria, id est gregalia sedecim, quae meruit sine dubio in cohorte praetoria, curator veteranorum fuit per annos quattuor, evocatus per annos tres, postremo centurio per annos XXIII.*

---

**2650** P. Aelio P. f. Papir. | Marcello[1] cent. | frum., subprincipi | peregrinorum[2], adstato[3] | et principi et primipilo | leg. VII Gem. pie *(sic)* fel.[4], adlec|to ad munera praeff. | legg. VII Clau. et primae | Adiutricis[5], v. e., flamini | luculari Lauren. Lavina, | patrono et decurioni co|lonie *(sic)* Apulesium, patrono | civitat. Forofla.[6] Fulginia. | itemque Iguvinorum, splen|didissimus ordo Foroflam.[6] | Cuius dedicat. decurionibus | et liberis eorum panem | et vinum et ~~SS~~ XX n.[7], item | municipibus ~~SS~~ IIII n.[8] dedit.

*Fulginiis (XI 5215 vidit Bormann; fragmenta lapidis gemelli XI 5216).* — 1) *Eiusdem hominis est titulus Dacicus III 1180 = III S. 7795 mutilus.* — 2) pe peregrinorum *lapis.* — 3) *Sic etiam lapis gemellus; requiritur* hastato, *intellegitur autem hastatus primus, qui fuit inter centuriones legionis tertius.* — 4) *Piae agnomen legioni septimae Geminae felici datum ostendit titulum Severo esse recentiorem.* — 5) *In titulo Dacico dicitur* ex praef. leg. VII Cl. et Adiut. — 6) *De civitate Foro Flaminii, vicina Fulginiis et fortasse cum re publica Fulginatium aliquo modo coniuncta, (Beloch der ital. Bund p. 23. 111) cf. Bormann C. XI p. 754.* — 7) *Sestertios vicenos nummos,* 8) *sestertios quaternos nummos.*

---

**2651** Sal. Frebranus T. f. | Quir. Baculus has. | pri. leg. XX.[1]

*In Dalmatia prope Kistanje ibi ubi fuit Burnum (III 2836 vidit Mommsen).* — 1) *Hastatus primus (cf. Mo. eph. ep. 4 p. 233) legionis vicesimae. Titulus videtur esse antiquior anno 10, quo anno legio vicesima in Germaniam translata est (cf. supra N. 2270 not. 2).*

---

**2652** M. Titio M. f. | Cl. Ti. Barbio | Titiano | decurioni | Emonae, | 7 leg. II Adiutric., item leg. X Fretens., | hastato in coh. I[1] | leg. II Traian., | ex cornicular. | pr. pr.[2], | Lartia Vera filio | piissimo l. d. d. d.

*Emonae (Laibach) rep. (III 3846 vidit Mommsen).* — 1) *Mommseno (eph. ep. 4 p. 234) videtur fuisse hastatus posterior cohortis primae, nam in hastato primo cohortem non solere enuntiari.* — 2) *Antea militaverat in praetorio, ibique fuerat cornicularius praefecti praetorio.*

---

**2653** *(protome viri librum tenentis)* d. m. | T. Fl. Virilis 7 leg. II Aug., | 7 leg. XX V. v.[1], 7 leg. VI Vic., | 7 leg. XX V. v.[1], | 7 leg. III Aug., | 7 leg. III Parth. Sever. | VIIII hast. poster.[2], | vixit annis LXX, | stip. XXXXV, Lollia | Bodicca coniux | et Flavi Victor et | Victorinus fili | heredes ex HS | ICC n.[3] faciendum curaver.

*Lambaesi (VIII 2877 vidit Wilmanns).* — 1) *Nota Virilem bis fuisse centurionem in legione vicesima Valeria victrice, diversis sine dubio temporibus et non eodem gradu.* — 2) *Nonus (sive, ut praefert Mommsen eph. ep. 4 p. 230, nona cohorte) hastatus posterior. Mommsenus (eph. 4 p. 238) putat hunc fuisse centurionatum Virilis primum.* — 3) *Ex sestertiis mille ducentis nummis.*

---

**2654** Sex. Pilonius | Sex. f. Stel. Mode|stus Benevento, | 7 leg. IIII F. f. III hast. | post.[1], ann. XXXVII, or|dine accepit ex | equite Romano[2], | militavit in leg. | VII C. p. f. et VIII Aug., | XI C. p. f., I Miner. p. f. | stipendis centurionicis XVIIII, | h. s. e. S. t. t. l.[3]

*Sarmizegetusae in Dacia (III 1480 vidit Mommsen).* — 1) *Centurio legionis quartae Flaviae felicis, tertius hastatus posterior. In hoc centurionatu videtur defunctus esse.* — 2) *Ut fierent centuriones, equites Romani equum publicum reddere debebant, cf. Mommsen Staatsr. III p. 504 not. 2.* — 3) *Sit tibi terra levis.*

---

**2655** C. Octavio | Q. fil. Cornel. | Honorato 7 | adlecto ex eq. | R.[1] a divo Pio in | leg. II Aug., 7 leg. | VII Cl. piae fidel., | 7 leg. XVI Flavi|ae fir., 7 leg. X | Gem. p. f. V princ. | posteriori[2], | Q. Octavius Celsus pater d. d. | s. p. f. itemque dedicavit.

*In Africa eo loco ubi fuit Thuburnica (VIII S. 14698 Schmidt vidit ectypum).* — 1) *Centurioni adlecto ex equite Romano (cf. N. 2654 not. 2).* — 2) *Post tres alios centurionatus factus est in legionis decimae Geminae piae fidelis cohorte quinta princeps posterior.*

---

**2656** Ti. Claudio Ti. f. [*G*]a[*l.*][1] Vitali ex equ[*i*]te R.[2], ordinem accepit in leg. V[3], successione promotus [*ex*][4] leg. V Ma[*c.*][5] in leg. [*I It*]al.[6], donis d. torquib. armill. phaler. corona val[*l.*] bello Dacico, successione promot. ex leg. I Ital. in leg. I Miner., [*it*]er.[7] donis d. torquib. armil[*l.*] phaler. corona val[l.] bello Dacico, successione promot. ex leg. I Miner. in leg. XX Vict., item prom. in leg. ead., item successione promotus ex leg. XX Vict. in leg. IX [*Hi*]sp.[8], succ. promot. ex leg. IX [*Hi*]sp.[8] in leg. VII Cl. p. f., item successit in leg. ead., milit. 7 in II pr. post.[9] annis XI, vixit annis XLI.

*Romae (VI 3584 ad exemplum unicum quod servaverunt Iucundus et Mazochius).* — 1) lac., 2) ex eq. veter. *traditur (cf. N. 2654 not. 2).* — 3) *Insere* Mac. — 4) in *(pro* ex*),* 5) mag., 6) phal. *(pro* ital.*),* 7) mer., 8) III sp. *traditur (minora sphalmata non notavi).* — 9) *Militavit centurio in secunda (cohorte) princeps posterior.*

---

**2657** M. Septimio M. f. Fab. Magno[1] 7 | leg. III Gal.[2] iter. et leg. IIII Scy. et | leg. XX V. v. iter. et leg. I Miner. et leg. X Fr. II, | L. Septimius Marcellus fratri optimo. | *Μάρκωι Σεπτιμίωι Μάρκ[ο]υ υἱῶι Φαβ. Μάγνωι [ἑκ.] | λεγεῶνος γ' Γα[λατικῆ]ς*[2] *τὸ β' καὶ λεγ. δ' Σ[κ]υθικῆς καὶ | λεγ. κ' Οὐαλερίας Νεικηφόρου τὸ β' καὶ λεγ. α' Μινερ|ουίας καὶ λεγ. ι' Φρετησίας τὸ β', | Λ. Σεπτίμιος Μάρκελλος ἀδελφῶι ἀγαθῶι.*

*Aradi rep., est Parisiis (III 186 vidit Mommsen).* — 1) *Eidem homini, cum esset centurio legionis quartae Scythicae, positus est titulus item Aradius C. I. Gr. 4536 g p. 1179 (monuit Rénan).* — 2) *Legionis tertiae Gallicae nomen abrasum (cf. ad N. 2314 not. 1).*

---

**2658** . . . . . . . . . . . . . . . . | militavit L annis, IV in leg. III A[*ug.*] | librar., tesser., optio, signifer; | factus ex suffragio leg. [*A*]u[*g. pr. pr.* 7][1] | militavit 7 leg. II Ital., [7] leg. VII. . . ., | 7 leg. I Min., 7 leg. X Gem., 7 leg. II . . . ., | 7 leg. III Aug., 7 leg. II[*I*] Gall., 7 leg. XXX U[*l*]p., | 7 leg. VI Vic., 7 leg. III Cyr., 7 leg. XV Apol., | 7 leg. II Par., 7 leg. I Adiutricis, | consecutus ob virtutem in | expeditionem Parthicam | coronam muralem vallarem | torques et phaleras, agit in | diem operis perfecti annos LXXX, | sibi et | Claudiae Marciae Capitolinae | koniugi karissimae, quae agit | in diem operis perfecti | annos LXV, et | M. Petronio Fortunato filio | militavit ann. VI 7 leg. X[X]II Primig., | 7 leg. II Aug., vixit ann. XXXV, | cui Fortunatus et Marcia parentes | karissimo memoriam fecerunt.

*In Africa loco dicto Henchir Gasrîn, ubi fuit Cillium, in mausoleo quod nuper dirutum est (VIII 217 aliquoties descripta hoc saeculo et superiore).* — 1) leg. IV . . . . *vel* leg. IIII . . . *vel* leg. e . . . *apographa; supplevit Domaszewski arch. ep. Mitth. aus Oestr. 10 p. 24 not. 17, collato titulo eph. 5, 1043.*

**2659** d. m. | P. Aelio P. f. Ro|mano ex My|sia, ⅂ leg. III Au. | et VII Cl., XX | V. v. et I Ital.[1], | donis do|nato, de|bellatori | hostium | prov. His. | et Mazicum | reg. Mon|tens.[2], Vale|ria Inge|nua con|iunx cum | Turbone | et Roma|na filis | fec.

*Lambaesi (VIII 2786 vidit Wilmanns).* — 1) *Centurioni legionis III Augustae et VII Claudiae, XX Valeriae victricis et I Italicae.* — 2) *Mazices gens Maurorum. Fieri potest ut hi Hispaniam vastaverint, cf. supra N. 1354. 1354[a].*

**2660** N. Marcio | N. f. Gal. | Plaetorio Celeri | quaest., IIvir., ⅂ leg. VII | Gemin., ⅂ leg. XVI Fl. Firm., | donis donato a divo | Traian. bello Parthic. | corona murali torquib. | armillis phalaris, ⅂ leg. II[1] | Gall., ⅂ leg. XIIII Gem. Mart. Victr., | ⅂ leg. VII Cl. p. f., ⅂ leg. I Adi. p. f., p. p.[2] leg. | eiusd., praeposit. numeror. | tendentium in Ponto Ab|saro[3], trib. coh. III vig., | patron. colon., | d. d.

*Abellae (X 1202 vidit Mommsen).* — 1) *Scr.* III. — 2) *Primopilo.* — 3) *Cf. Arrian. peripl. 6: ἤλθομεν . . . . . εἰς Ἄψαρον, ἵναπερ αἱ πέντε σπεῖραί εἰσιν ἱδρυμέναι· καὶ τὴν μισθοφορίαν τῇ στρατιᾷ ἔδωκα καὶ τὰ ὅπλα εἶδον καὶ τὸ τεῖχος καὶ τὴν τάφρον καὶ τοὺς κάμνοντας καὶ τοῦ σίτου τὴν παρασκευὴν τὴν ἐνοῦσαν.*

**2661** L. Aemilio | L. f. Gal. | Paterno p. p., | praef. fabr., Ͻ leg. VII G., | Ͻ leg. I M., Ͻ leg. VII Cl. [*p. f.*] | Ͻ leg. XIII G., Ͻ coh. X . .[1] [*urb.*], Ͻ coh. IIII pr., CCC[2] leg. II Au[*g.*], et p. p., ter donis donato | ab imp. Traiano torqui bus armillis phaleris | corona vallari bis | in Dacia semel in Par|thia. | Atilia L. fil. Vera be|ne de se merito.

*Aesone (hodie Isona) provinciae Tarraconensis (II 4461 ad exemplum accuratum factum saeculo superiore, accurate editum a Labordio).* — 1) X *litterae partem exhibet Labordius (non recte cohortem quintam urbanam introduxit Hue., quae nulla umquam fuit).* — 2) *Centurionis notam periisse (et traditur lineola quaedam fuisse eo loco), ita ut Paternus fuerit centurio cohortis quartae praetoriae trecenarius, centurio legionis secundae Augustae, coniecit Mommsen eph. ep. 4 p. 242.*

**2662** M. Pompeio M. f. Ani. Aspro | ⅂ leg. XV Apollinar., ⅂ coh. III pr., | primop. leg. III Cyren., praef. castr. | leg. XX Victr., | Atimetus lib. pullarius[1] | fecit, et sibi et | M. Pompeio M. f. | Col. Aspro | filio suo, et | M. Pompeio M. f. Col. | Aspro filio minori, | et Cinciae | Saturninae | uxori suae. *(Aquila legionaria, varia dona militaria, cavea in qua pulli duo; a dextra et a sinistra signa militaria cum inscriptione)* coh. III pr.

*In agro Tusculano, nunc Romae (XIV 2523 vidit Bormann; imaginem exhibet Zoega bassirilievi I tab. 16 et ex eo Domaszewski die Fahnen im röm. Heere p. 51).* — 1) *Ad hunc Atimetum pertinet cavea sub titulo exsculpta, cum reliqua anaglypha spectent ad Asprum.*

**2663** Sex. Vibio Gallo tr[e]|cenario[1], primipila|ri, praef. kastror. leg. | XIII Gem., donis dona|to ab imperatoribu[s] | honoris virtutisq. | causa

torquib. armi[*l*]|lis phaleris coronis | muralibus III vallari|bus II aurea I hastis | puris V vexillis II, | Sex. Vibius Cocce|ianus patrono | benemerenti. *(In lateribus sculpta sunt dona militaria, singulisque adscriptum quid essent, tam Latine, quam Graece, sed eae inscriptiunculae pleraeque legi non potuerunt. In postica eques, et barbari prostrati.)*

*Amastri in Ponto (III 454. III S. 6984 descr. Cyriacus et nuper G. Hirschfeld).* — 1) *Cf. N. 2647 not. 1.*

---

**2664** M. Apicio T. f. | Cam. Tironi | p. p. leg. XXII Primig. p. f., | praef. leg. XIII Gem.[1], | ⅂ leg. XV Apollin., evoc.[2] | a comment. cust., optioni | evoc., salar. curat. ab indicib.[3], | patron. mun. Raven., | pontif.

*Ravennae (XI 19 vidit Bormann).* — 1) *Mirum, munus praefecturae legionis enumerari inter primipilatum et alium centurionatum.* — 2) *Videtur Tiro primum militavisse inter praetorianos et postea factus esse evocatus.* — 3) *De his muneribus, quibus Tiro evocatus functus esse putandus est, dixit Mommsen eph. ep. 5 p. 148 (cf. etiam supra N. 2150).*

---

**2665** C. Statius C. f. | Serg. Celsus | evoc. Aug., donis | donatus bis corona | aurea torquibus | phaleris armillis | ob triumphos belli | Dacici[1] ab imp. Caesa|re Nerva Traiano Aug. | Germ. Dac. Parthico | optimo, ⅂ leg. VII Geminae | in Hispania, t. p. i. et epulo | dedicavit.

*Risinii (Risano) in Dalmatia (III 6359 cf. III S. p. 1491 vidit Hirschfeld).* — 1) *A. 102 et 107.*

---

**2666** Sex. Aetrio S[*ex. f.*] | Ouf. Feroci | centurioni leg. II | Traianae fortis; | huic primo omnium ex cornicul. | praef. [*v*]igil. | imp. Caesar Antoninus Aug. | Pius p. p. | ordinem[1] Alexandriae[2] dedit, | quod per | gradus militiae suae tam | industrie se administraverit, | dec. dec. et consensu plebis | ob merita eius. | Hic dedicatione statuae | municipibus | et incolis utriusq. sexus | epulum et HS IIII n. dedit.

**2666ᵃ** T. Hoenio Severo M. Peducaeo Priscino cos.[3] | VI k. Dec., decr[*e*]t(um) decur(ionum): |

Quod C. Caesius Silvester pr(imi)p(ilaris) v(erba) f(ecit), Aetrium | Ferocem centur(ionem) leg(ionis) II Traian(ae) fortis per incremen|ta gradus militiae suae tam singulis quam rei p(ublicae) n(ostrae) | quotiens necesse fuit multum praestitisse, proxime quoque petitioni nostrae ab optimo | maximoque principe Antonino Aug(usto) Pio | vectigal viae silici[4] stratae ita in|stitisse ut mature impetraretur[5], et | impendis urbicis res-p(ublica) beneficio eius | relevaretur, et optimus imp(erator) n(oster) ex | corniculario praef(ecti) vigulum primo | ei omnium ordinem Alexandriae | dederit, debere nos itaq(ue) ei statuam | pedestrem secus merita eius | decernere, q(uid) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) referente | L. Vario Firmo IIIIvir(o), censente[6] C. | Cluvio Sabino, ita cens(uerunt): placere universis consensu plebis | Aetrio Feroci ⅂ secus merita | eius statuam ubi ipse desiderave|rit quam primum poni. Cens(uerunt).

*Tufici in Umbria (Fabriano) rep., duo tituli fortasse olim in eodem lapide perscripti (Orelli-Henzen 3456. 7170 hunc vidit Henzen).* — 1) *Intellege centurionatum. Cornicularii praefectorum praetorio saepius ad centurionatus legionarios promoti sunt (N. 2652. 2743. 2773 C. XI 3108), hic non sine causa videtur gloriatus esse, primum se ex corniculario praefecti vigilum centurionem factum esse (cf. Cauer eph. ep. 4 p. 475).* — 2) *Alexandriae tendebat legio secunda Traiana.* — 3) *A. 141.* — 4) *Scr.* silice. — 5) *Dicere voluerunt, Aetrium Ferocem ita petitioni suae institisse, ut ius vectigalis exigendi mature impetraretur. Simile vectigal ab eodem imperatore Antonino Pio impetraverunt Milevitani in Numidia, testibus titulis VIII 10237. 10238:* ex auctoritate imp. Caes. T. Aeli Hadriani Antonini Aug. Pii p. p. via a Milevitanis munita ex indulgentia eius de vectigali rotari. *Cf. etiam X 6954.* — 6) *Cf. Mommsen Staatsr. III p. 1010 not. 1.*

---

**2666**[b] d. m. | L. Val. L. f. Proclus | mil. leg. V M., B lega.[1], | opt. ad spe ordin.[2], | 7 leg. eiusd., d. tor. ar. | pha[*le*]r. bel. Dac., 7 leg. I | Ital., 7 leg. XI Cl., 7 leg. | XX V. v., 7 leg. VIIII Hisp., | mis. h. mis., vix. an. LXXV, | h. s. e.

*In Bulgaria loco dicto Nedan (H. et K. Skorpil arch. ep. Mitth. aus Oester. 15, 1892 p. 209).* — 1) *Beneficiarius legati.* — 2) *Alius optio ad spem ordinis est supra N. 2441.* — 3) *Donatus torquibus armillis.* — 4) phar. *traditur.*

---

**2667** M. Tillio M. f. | Ter. Rufo 7 leg. | XX Val. Vict., ex CCC | coh. IIII pr. p. v., prin|cipi castror.[1], eq. p. | exor. et donis do|nato ab impp. Seve|ro et Antonino Augg. | hasta pura corona au|rea, 7 coh. XII urb. et I vi[*g*.], | evoc. Augg. divor. M. Anto|nini et Commodi, patrono | municipi, liberti. L. d. d. d. *(In latere)* dedicavit ipse | X kal. Iun. | imp. Antonino III cos.[2], | et dedit sportulas | dec. HS XII n., plebei | urb. HS VI n.[3]

*Atinae in Campania (X 5064 aliquoties descripta saec. XVI—XVIII).* — 1) *De trecenariis cf. N. 2647, de principatu castrorum Mommsen eph. ep. 4 p. 241.* — 2) *A. 208.* — 3) *Decurionibus sestertios duodenos nummos, plebei urbanae sestertios senos nummos.*

---

**2668** d. m. | Iul. Crescens ex | leg. VII Cl., ordina|tus 7 in leg. IIII Scyt., | vixit ann. XLIIII, | filii et heredes eius | posuerunt.

*Romae (VI 3603 vidit Henzen; cf. Huebner ex. scr. ep. 494).*

---

**2669** L. Pullio Peregrino 7 legion. | deputato[1], qui vix. ann. XXVIIII | mens. III die I hor. IS[2], | eq. R.

*Romae (VI 3358 vidi in museo Torloniae).* — 1) *Centuriones deputatos Henzen et Mommsen dici putant centuriones propter legionum negotia missos ad imperatorem (Mo. eph. 4 p. 240 et ad III S. 7326; mentionibus horum centurionum, collectis a Mommseno eph. l. c., addendi sunt tituli III S. 7326 et urbanus editus Bull. com. 1883 p. 217, positus virgini Vestali a duobus centurionibus deputatis).* — 2) *Hora una semis.*

**2670** d. m. s. | Val. Longinianus | vixit annos XLV, | militavit optio leg. | XI Clau. ann. XV, centurio | ordin.[1] ann. VI, natus in Mensia[2] | infer. castell. Abritanor.[3]

*Aquileiae rep. (V 942 cf. Pais 75 qui vidit).* — 1) *Alius centurio ordinarius est supra N. 2408; cf. etiam N. 2333.* — 2) *Sic videtur esse legendum;*

*intellege Moesiam. — 3) Hic est, ut monuit Mo., locus, quo Decium a. 251 occisum esse narrant chronographus a. 354 (chron. min. ed. Mo. I p. 147) et Eusebius chron.*

---

**2671** hic situs est iusti iu[*dex*] | laudator et aeq[*ui*],
Sassina quem genuit, | nunc Aquileia tenet; |
[*s*]eptimae qui cohortis | centuriam reguit |
praetoriae fidus, non | barbaricae legioni[*s*], |
C. Manlius hic Valeri|anus nomine dictus; |
Sentilius fratri quia | meritus posuit.

*Aquileiae rep. (V 923 vidit Mommsen).*

## Tribuni, praefecti, praepositi.

**2672** C. Baebius T. f. Clu. | tr. mi[*l. leg.*] XX[1], praef. | óra[*e marit. His*]pan. | citer[*ioris b*]ello | Actiensi, IIIIvir. i. d.[2] Arb.[3] M. Sappini L. f. et Gallae l.

*Prope Forum Livi (Forli) rep. (XI 623 vidit Bormann). — 1) Potest fuisse etiam* XXX *(*XXXX *spatium non admittit). — 2) Quattuorvir iure dicundo. — 3) Arbitratu.*

---

**2673** . . . . . . [*bello*] | Batoniano[1] praefuit | Iapudiai et Liburn., | sibi et libertis | t. f. i.

*Veronae (V 3346 vidit Mommsen). — 1) Significatur bellum gestum in Dalmatia a. p. Chr. 6—9, cf. Vell. 2 110. 114, Dio 55, 29; O. Hirschfeld Herm. 25 p. 352.*

---

**2674** L. Pontio L. f. | Straboni | duovir. III[1], | tr. mil. III, | praef. eq. et classis.

*Lunae (Notizie degli scavi 1890 p. 380). — 1) Duoviro ter.*

---

**2675** C. Claudius C. f. C. n. | Sardus | praefectus cla.

*Romae, litteris vetustioribus (VI 3466 vidit Bormann).*

---

**2676** A. Castricius Myrio | Talenti f.[1], tr. mil., praef. eq. | et classis, mag. colleg. | Lupercor. et Capitolinor.[2] | et Mercurial.[3] et paga|nor. Aventin.[4], XXVIvir[5] | . . . . . . moni per plures | . . . . . . . i sortitionibus | . . . . . . . . . . dis redemptis.

*Lanuvii (XIV 2105 bis descripta). — 1) Nomen patris mirum; videtur Myrio peregrini hominis filius fuisse, civitate donatus. — 2) Alius magister Lupercorum et Capitolinorum est supra N. 1924. — 3) Mercurialium collegium memorat, una cum Capitolinis, Cicero ad Q. fr. 2, 5, 2. — 4) Collegium paganorum Aventinensium praeterea non memoratur. Dixit de his pagis intramuranis urbis Romae Iordan top. I, 1 p. 278 not. 43. (In lapide fuisse* Amentin., *ut Myrio fuerit magister pagi Amentini, cf. C. VI 251, coniecit Mommsen Herm. 17 p. 44 not. 2). — 5) Cf. supra N. 908. 909. Titulus est aetatis Augusti, ut reliquae inscriptiones vigintisexvirum.*

---

**2677** P. Baebio P. fil. | Pob. Tuticano | trib. mil. a populo[1], | praef. eq. pro leg., | pontifici, IIIIvir., | plebs urban. | permiss. dec.

*Veronae (V 3334 vidit Mommsen). — 1) Cf. Mommsen Staatsr. II[3] p. 578.*

**2678** L. Ti[*t*]inio L. f. Aem. Sulpiciano | pontif., praef. pro IIvir. et IIvir. quinq.[1], | tr. mil. et tr. mil. pro legato, et praef. quinq. | T. Statili Tauri[2], patri.

*Dyrrhachii (III 605 vidit Heuzey). — 1) Praefecto pro duoviris et duoviris quinquennalibus, Dyrrhachii. — 2) De Tauro cf. supra N. 873; de honore quinquennalitatis ab eo Dyrrhachii suscepto Mommsen Staatsr. II³ p. 828 not. 5 (= II² p. 801 not. 1).*

---

**2679** L. Rustius Picen[*s*] | tr. mil. vovi[*t*], | praef. eq. fec[*it*].

*In insula Dalmatiae Lesina (III S. 10094 Hirschfeld vidit ectypum).*

---

**2680** Minervae | sacrum | L. L. Volumni | Verus et Severus | praef. coh., tr. mil., | praef. eq.

*In agro Tusculano (X 2495 vidi).*

---

**2681** . . . tio P. f. Ani. Varo | [*pra*]ef. fabr., praef. cohort. German., | [*pra*]ef. equit., trib. mil. legionis V[1], | . . . P. f. Ani. Varo q., pr., pontif., pr. quinq. | Capituli Hernico[2] | fil. . . . . . . . . . . et sibi fecit.

*Prope Praeneste rep. (XIV 2960 vidi). — 1) Hic post praefecturam cohortis ad praefecturam alae, post hanc ad tribunatum legionis promotus est: et ita equestres militias a Claudio ordinatas esse tradit Suetonius Cl. 25. Tituli tamen reliqui plerique testantur praefecturam alae tribunatu legionis superiorem fuisse. Cf. Hirschfeld Verw. 1 p. 247. — 2) Quaestor, praetor, pontifex, praetor quinquennalis Varus fuerat in oppido Hernicorum Capitulo, quod memorant Strabo 5 p. 238, Plinius h. n. 3, 63, liber coloniarum p. 232; cf. C. X p. 590.*

---

**2682** . . . . . . . . . . . . . | Nigri, annos XXXVIIII u[*n*]i[1] | nupta viro summa cum | concordia ad ultumum | diem pervenit, tres ex [*e*]o | superstites reliquid libero[*s*], unum maximis municipi honorib. | iudiciis[2] August. Caesaris usum, | alterum castresibus eiusdem | Caesaris August. summis [*eq*]u[*es*]tris[3] ordinis honoribus[4] et iam | superiori destinatum ordini, | filiam sanctissimam probissimo viro coniunctam et ex ea duos | [*nepotes*] *(non pauca perierunt)* dedit . . . . . . | quas . . . . . . | rib . . . . . .

*In vico Popoli, prope rudera Corfinii (IX 3158 descr. Accursius, partem extremam vidit etiam Dressel). — 1) Vivi traditur. — 2) Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 1082 not. 2 [= II² p. 887 not. 5]. — 3)* FOV . . . *(pro* EQVES*) Accursius;* tris *litteras, et quae sequuntur, vidit Dressel. — 4) Significantur tribunatus cohortis et praefectura equitum, quibus vir ille functus esse putandus est.*

---

**2683** Q. Aemilius Q. f. | Pal. Secundus [*in*] | castris divi Aug. s[*ub*] | P. Sulpi[*c*]io Quirinio le[*gato*] | C[*a*]esaris[1] Syriae honoribus decoratus[2], pr[*a*]efect. | cohort. Aug. I, pr[*a*]efect. | cohort. II classicae; idem | iussu Quirini censum[3] egi | Apamenae civitatis mil|lium homin. civium CXVII; | idem missu Quirini adversus | Ituraeos in Libano monte[4] | castellum eorum cepi; et ante | militiem praefect. fabrum | delatus a duobus cos. ad ae|rarium[5], et in colonia | quaestor, aedil. II, duumvir II, | pontifexs.

| Ibi positi sunt Q. Aemilius Q. f. Pal. | Secundus f. et Aemilia Chia lib. | Ḥ. m. amplius[6] h. n. s.

*Venetiis prodiit saec. XVII, ibique partem inferiorem nuper investigavit Zdekauer (III S. 6687 = Eph. ep. 4 p. 537 integram descripsit Ursatus Patavinus a. 1674). —* 1) *De P. Sulpicio Quirinio cf. supra N. 918. —* 2) *Iudice Mommseno non dona militaria significantur, sed praefecturae cohortium mox memoratae. —* 3) *Censum Syriae provinciae a Quirinio actum memorant Lucas ev. 2, 1 et Iosephus ant. 17, 13, 5. 18, 1, 1. 18, 2, 1. Cf. Marquardt Staatsv. I² p. 409 not. 3, II² p. 213. —* 4) *De his Ituraeis, aetate Augusti nondum pacatis, cf. Strabo 16, 2, 18 p. 755. —* 5) *De praefecti fabrum delatione ad aerarium cf. Mommsen Staatsrecht I³ p. 300 not. 5 fin., II³ p. 98 not. 1. —* 6) *In vocabulo amplius iure haesit Mommsen.*

---

**2684** Sex. Iulius S. f. Pol. Rufus | evocatus divi Augusti, | praefectus [*I*][1] cohortis | Corsorum[2] et civitatum | Barbariae in Sardinia.

*In agro Praenestino (XIV 2954 servavit Iucundus). —* 1) T *traditur. —* 2) *Cf. Mommsen C. X p. 776.*

---

**2685** C. Atilius A. f. Glabrio | IIIIvir. quinq.[1], praef. fabr[*um*] | delat. a cos.[2], praef. cohor[*tis*] | Tyriorum sagittar., | Titia A. f. minore natus.[3]

*Perusiae (XI 1934 vidit Bormann). —* 1) *A quattuorviris Perusiam rectam esse antequam a. 714 deleretur et mox ab Augusto restitueretur, coniecit Bormann (C. XI p. 353). —* 2) *Cf. N. 2683 not. 5. —* 3) *Nomen matris adiectum, vetusto more Etrusco.*

---

**2686** Paullo Aemilio D. f., | primo pilo bis, | praefecto equit., | tribuno chort. | IIII praetor., | Senecio l.

*Capuae (X 3881 vidit Mommsen). —* 1) *Incertum num hic pertineat ad nobiles Paullos Aemilios (cf. supra N. 949). Vixit sine dubio sub primis imperatoribus, cum cognomine abstinuerit.*

---

**2687** L. Cirpinio T. f. Vel. | pri. pil. iter., praef. | leg. XXII[1], IIvir. iterum | quinq., | municipes.

*Ricinae (Macerata) in Piceno (IX 5748 vidit Mommsen). —* 1) *Significatur puto legio vicesima secunda Deiotariana, in Aegypto tendens et loco legati a praefecto recta.*

---

**2688** Sex. Aulieno Sex. f. | Ani. | primo pil. II, tr. mil., | praef. levis armat.[1], | praef. castr. imp. Caesar | Aug. et Ti. Caesaris Augusti, | praef. classis, praef. fabr., IIvir. | Venafri et Foro Iuli, | flamini | Augustali, | Nedymus et Gamus | lib.

*Venafri (X 4868 vidit Mommsen). —* 1) *Alii praefecti levis armaturae sunt N. 2689 et C. X 6098.*

---

**2689** [*S*]ex. Pedio Sex. f. An. | Lusiano Hirruto[1] | prim. pil. leg. XXI, pra[*ef.*] | Raetis Vindolicis valli[*s* | *P*]oeninae[2] et levis armatur., | IIIIvir. i. d., praef. | Germanic[*i*] | Caesaris quinquennalici | [*i*]uris ex s. c., quinquen. iterum. | Hic amphitheatrum d. s. p. fecit. | M. Dullius M. f. Gallus.

*In agro Paelignorum, in vico S. Valentini (IX 3044 vidit Dressel).* — 1) *Pater ut videtur Sex. Pedii Hirruti praetoris, avus Sex. Pedii Hirruti Lucilii Pollionis consulis (VI 1485. 1486 = XIV 3994. 3995).* — 2) *Cf. supra N. 1348.*

---

**2690** Lusia M. f. Paullina | Sex. Vettuleni Cerialis, | sibi et | M. Vergilio M. f. Ter. Gallo Lusio | patri, prim. pil. leg. XI, praef. cohort. | Ubiorum peditum et equitum, donato | hastis puris duabus et coronis aureis | ab divo Aug. et Ti. Caesare Aug., praef. fabr. | III, trib. mil. cohort. primae[1], idio[*lo*]go | ad Aegyptum[2], IIvir. iterum, pontif., | A. Lusio A. f. Ter. Gallo fratri, | trib. mil. leg. XXII Cyrenaicae[3], praef. equit.

*Venafri (X 4862 descr. de Utris Venafranus).* — 1) *Ante* primae *excidisse* pr. *coniecit Mo.* — 2) *Alius idiologus est supra N. 1413. 1414; cf. Marquardt Staatsverw. II² p. 311 not. 1.* — 3) *Iudice Mommseno eadem legio XXII quae alibi dicitur Deiotariana.*

---

**2691** L. Voluseno | L. f. Clu. Clementi | trib. mil., praef. | equit., praef. tir. | Gall. Na[*rbonen*]|sis, II . . . . . . | noi . . . . . . . . .[1] | accepit missus a | divo Aug. Hic cum | mitteretur a Ti. Caes. Aug. | in Aegypt. ad iur. dict., | decessit provinc. | Aquitania.

*Sestini in Umbria (Bullett. inst. arch. 1856 p. 142; vidit Bormann).* — 1) *Tres versus non expletos esse ait Bormann.*

---

**2692** M. Tarquitio T. f. | Tro. Saturnino[1] | praef. cohort. scutatae[2], | primo pilo leg. XXII[3], trib. milit. leg. III[3], leg. XXII. | Cn. Caesius Athictus[4] adlect. | inter Cvir.[5] statuam ex ruina | templi Martis vexatam sua inpensa | refecit et in publicum restituit.

*Veiis rep., est Romae (XI 3801 vidit Bormann).* — 1) *M. Tarquitius Saturninus, qui fuit inter centumviros municipii Veientis a. p. Chr. 26 (C. XI 3805) idem videtur esse.* — 2) *Cf. supra N. 2611.* — 3) *Videntur intellegi duae legiones in Aegypto tendentes, tertia Cyrenaica et vicesima secunda Deiotariana. Earum altera hunc titulum posuit. Titulum privato homini a legione positum habes etiam supra N. 930.* — 4) *Qui statuam refecit Caesius Athictus, vixit saeculo p. Chr. tertio (XI 3807).* — 5) *Adlectus inter centumviros (Veientium).*

---

**2693** P. Cornelio P. f. | Sab. Cicatriculae | prim. pil. bis, praefect. | equitum, praef. clas., | praef. cohortium | civium Romanor. | quatuor in Hispan., trib. mil., IIviro III, | IIvir. quinq., pont., | d. d. | public.

*Pisauri (Fabretti 700, 211).*

---

**2694** C. Meffio C. f. | Cla. Saxoni | primo pilo, praef. | cohort., praef. fabr., | pontific., quinquen., | cohors Carietum et | Veniaesum.[1]

*Brixiae (V 4373 semel descripta).* — 1) *Carietes et Vennenses conventus Cluniensis Hispaniae memorantur a Plinio h. n. 3, 26.*

---

**2695** . . . . . . . . . . . | leg. VII Macedonic.[1], pr[*imipilo*] | leg. IIII Scythic., trib. coh. . . ., | primipilo iter. leg. XVI Ga[*ll.*][2], | proc. Ti. Claudi Caesaris Au[*g.*], | d. [*d.*].

*Miseni rep. (X 1711 semel descripta saec. XVII).* — 1) *Cf. supra N. 2252 not. 1.* — 2) *Cf. N. 2265.*

---

**2696** P. Anicio | P. f. Ser. Maxi|mo praefecto | Cn. Domiti Ahenobar|bi[1], p. p. leg. XII Fulm., praef. | castror. leg. II Aug. in | Britannia, praef. ex[*er*]citu qui est in Aegypto[2], | donato ab imp. donis | militaribus ob expedi|tionem, honorato | coron. murali et | hasta pura ob bellum | Britannic., civitas | Alexandr. quae est | in Aegypto, h. c.[3]

*Antiochiae in Pisidia (III S. 6809 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Pater Neronis consul a. 32, defunctus a. 40 (Suet. Ner. 6) is cum Antiochiae duumviratum admisisset, Maximum praefectum videtur nominavisse, cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 828 not. 5.* — 2) *De munere praefecturae exercitus Aegyptiaci disputavit Mo. l. c.* — 3) *Honoris causa.*

---

**2697** [*C.*] Iul. C. f. Fab. Cámillo | [*s*]ac. Aug. mag.[1], trib. mil. | [*l*]eg. IIII Maced. hast. pura | [*e*]t corona aurea donato | [*a*] Ti. Claudio Caesare Aug. | [*i*]ter. cum ab eo evocatus | [*i*]n Britannia militasset, | [*c*]ol. Pia Flavia Constans | Emerita Helvetior.[2] | ex d. d.

*Aventici Helvetiorum (Avenches) (XIII 5093 = Inscr. Helv. 179 viderunt Mommsen et Schmidt). Titulus gemellus eidem Camillo positus a filia Festilla prodiit Aventici a. 1870 (XIII 5094).* — 1) *Sacerdos Augusti magnus (?) (C. XIII 2 p. 6).* — 2) *Titulus positus non ante Vespasianum, a quo civitas Helvetiorum ius coloniae et vocabula Piae Flaviae Constantis Emeritae accepit.*

---

**2698** L. Pinario L. f. Gal. | Nattae[1] | aed., IIvir., q., tr. mil. leg. III, | praefecto Bernicidis *(sic)*[2], | M. Bivellius C. f. Gal.

*Atripaldae prope Abellinum (X 1129 vidit Mommsen).* — 1) *Idem fortasse Pinarius Natta memoratus a Tacito ann. 4, 34 et a Seneca ep. mor. 122, 11. Num coniunctus fuerit cum Pinariis Nattis liberae rei publicae, non constat.* — 2) *Cf. N. 2700.*

---

**2699** D. Severio D. f. | Pal. Severo aed., | IIIIvir. i. d., praef. prae|sidiorum et montis Beronices[1], | scribae quaestorio, | Decimia Proposis marito | optimo.

*Sulmone (IX 3083 semel descripta saec. XVII).* — 1) *Cf. N. 2700 not. 1.*

---

**2700** M. Artorius M. f. Pal. Priscillus Vicasius | Sabidianus trib. coh. XV volunt. c. R., tr. leg. | VII Claud. piae fid., praef. alae I Pann., praef. | montis Berenicidis[1], flam. divi Aug., patr. col., | epistrateg. Thebaid.[2], ex voto d. d.

*Romae olim in aedibus privatis (Grut. 130, 1 aliquoties descripta saec. XV. XVI).* — 1) *Praefectos montis Berenicidis (vel praefectum praesidiorum et montis Beronices, ut est N. 2699) habemus hos N. 2698—2700, et praeterea in titulis colossi Memnoni inscriptis C. III 32. 55 cf. 40. Mons hic Berenices vel Berenicidis (sub hoc certe nomine) alibi non memoratur. Fortasse non diversus est a monte Claudiano supra N. 2612.* — 2) *Haec postea addita fuisse suspicor.*

---

**2701** C. Gavio L. f. | Stel. Silváno[1] | [*p*]rimipíl̄ári leg. VIII Aug., | [*t*]ribuno coh. II vigilum, | [*t*]ribuno coh. XIII urban., | [*tr*]ibuno coh. XII

praetor.[2], | [*d*]onís dónáto a dívo Claud. | belló Britannico | [*to*]rquibus armillis phaleris | corónâ áureâ[3], | [*p*]atrono colon., d. [*d*.].

*Taurinis (V 7003 vidit Mommsen).* — 1) *Hic est Gavius Silvanus tribunus cohortis praetoriae qui coniuravit in Neronem et sua manu cecidit a. 65 (Tac. ann. 15, 50. 60. 61. 71).* — 2) *Cf. supra N. 2031 not. 2.* — 3) *Dona haec meruit non tribunus cohortis praetoriae, sed multo antea, fortasse cum legionis octavae Augustae centurio esset (cf. supra N. 967; Huebner Herm. 16 p. 521).*

---

**2702** P. Palpellius P. f. Maec. Clodius | Quirinalis p. p. leg. XX, trib. milit. leg. VII | C. p. f., proc. Aug. praef. classis[1], dedit.

*Tergeste (V 533 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. Tac. ann. 13, 30: Clodius Quirinalis, quod praefectus remigum, qui Ravennae haberentur, velut infimam nationum Italiam luxuria saevitiaque afflictavisset, veneno damnationem anteiit (a. 56). Ad eundem hominem spectat titulus fortasse origine Aquileiensis Notizie 1883 p. 157 = Pais 474.*

---

**2703** Ti. Iúlio C. f. | Fab. Viatóri | subprae[*f*.] coh. III | Lusitánorum, | IIIIvir. iur. dic., | praef. coh. Ubiór. | equitatae; | Erboniae Sex. f. | Gratae, uxori, | C. Iúlius Aug. l. | Linus[1] filio et | nurui.

*Prope Aquileiam rep. (Pais 185 qui vidit).* — 1) *Linus libertatem nactus est sub Augusto, filius praenomen mutuatus est a Tiberio.*

---

**2704** [*d*.] m. [*s*.] | M. Iulio Ti. f. Sabino | subpraefecto alae Scubul.[1], | IIIIvir. i. d. quinquenal., | pupilli Iuli Diomedis l. | Sabinus et Sabina.

*Aquileiae (Pais 1162 viderunt Gregorutti et Majonica).* — 1) *De ala Scubulorum cf. supra N. 1992. 1993. 1998. 2538. Subpraefectos alarum non novi praeter hunc et subpraefectum equitum alae Agrippianae tituli Gratianopolitani XII 2231.*

---

**2705** Q. Manílio | C. f. Cordo 7 | leg. XXI Rapac., | praef. equit., exact. | tribut. civitat. Gall.[1], | fac. cur. | Certus lib. | In agr. p. XLIV, in fro. p. XLIV.

*Bononiae (XI 707 vidit Bormann).* — 1) *Exactori tributorum civitatum Galliae.*

---

**2706** C. Vibius C. f. Vel. | Publilianus scr. q.[1], | praef. coh. IIII | Thracum equita[*t*]ae, | tribunus militum [*bi*]s, | leg. IIII Macedonicae et | legion. XXI Rapacis | in Germania[2], | reversus inde | Herculi invicto d. d.

*Tibure rep., est Romae (XIV 3548 vidi).* — 1) *Scriba quaestorius.* — 2) *Titulus positus ante a. 69, eo tempore quo legiones quarta Macedonica et prima et vicesima Rapax una in Germania tendebant (cf. supra N. 2284); quarta Macedonica post annum 69 (cf. supra N. 1447), XXI Rapax post Domitianum (cf. supra N. 2275) non memorantur.*

---

**2707** [*Q*.] Atatino P. f. Quir. | Modesto | trib. mil. leg. X Geminae | in Hispania[1] annis XVI[2], | praef. alae II Gallor. | in eadem provincia, | praef. fabr., | P. Atatinus Flaccus | patri optimo.

**2707[a]** Q. Atatino Q. f. | Quir. Modesto | praef. fabr. bis, | tubicini sacroru, | flamini Romae, prae|fecto classis Moesic., | P. Atatinus Flaccus | fratri optimo ac piissim.

*In oppido Civita di Bagno agri Vestinorum (IX 3610. 3609 vidit Dressel).* — 1) *Cf. supra N. 2256.* — 2) *Intellege: annos natus sedecim. (Sane tribunus militum* ann. VIIII, *id est per annos novem, reperitur C. III 399).*

---

**2708** . . . . . . [*praef.*] | fabr., pra[*ef. a*]|lae Aug. Ge[*r*]|mani[*c*]ianae[1], | [*L.*] Calpurnius | Frugi [*l.*] Philippus | h. c.

*Antiochiae in Pisidia (III S. 6824 descr. Sterett et Ramsay). Eidem homini eodem loco positus est titulus III 6831.* — 1) *Eadem ut videtur ala memoratur in titulo eiusdem loci III S. 6822, sed dicta* ala Aug. Germanica.

---

**2709** Vasiens. Voc.[1] | C. Sappió C. fílió Volt. | Flávó | práefect. Iúliénsium[2], tribún. | mílitum leg. XXI Rapácis, práef. | áláe Thrácum Hérculániae[3], práef. | rípáe flúminis Euphrátis[4], | quí HS |XII| reí publicáe Iúliénsium[5] | quod ad HS |XXXX| úsúris perdú|cerétur, testámento relíquit, idem | HS L ad porticum ante thermás | marmoribus órnandam légávit.

*Vasione (Vaison) rep. (XII 1357 descripsit Hirschfeld).* — 1) *Cf. supra N. 1321 not. 1.* — 2) *Cf. not. 5.* — 3) *Alius praefectus eiusdem alae est II 4239.* — 4) *Munus praeterea ignotum; diversum puto fuisse munus Iulio Tutori a Vitellio iniunctum (Tac. hist. 4, 55), de quo monuit Henzen.* — 5) *Respublica Iuliensium iudice Hirschfeldio (C. XII p. 161) est ipsa Vasio, distinguenda a republica Vocontiorum.*

---

**2710** [*Ti. Claudio*] | Ti. f. Quir. Alpino[1] | praef. alae Gallic., | trib. leg. II Aug., | praef. coh. II pr.[2], | don. don. bello Germ.[3], | Claudia Ti. f. Marcellina | marito optimo.

*Veronae (V 3356 vidit Mommsen).* — 1) *Filius Ti. Claudii Augustani (C. V 3337), idem postea dictus Bellicius Sollers (supra N. 1031).* — 2) *Nota praefectum cohortis praetoriae, pro tribuno; fortasse significatur non cohors secunda ex praetorio imperatoris, sed cohors quaedam auxiliaria, dicta praetoria (cohors Lusitanorum dicta praetoria est supra N. 617; de ala quadam praetoria cf. supra ad N. 2539).*

---

**2711** M. Valer. M. f. | Gal. Propinquo | Grattio Cereali | Edetano[1], flam. p. H. c.[2], | cui honores civitatis | suae resp. ac genio | lusit.[3], adlecto in | equite a T. imp.[4], praef. | fabr. bis, praef. cohor. | secund. Astur. in | Germ., trib. leg. V Mac. | in Moesia, praef. alae | Prhygum *(sic)*, item praef. | alae III Thracum in Syr[*ia*], | p. H. c.[5]

*Tarracone (II 4251 semel descripta saec. XVI).* — 1) *Edetani populus Hispaniae Tarraconensis; cf. Huebner C. II p. 509.* — 2) *Flamini provinciae Hispaniae citerioris.* — 3) *Haec non recte excepta.* — 4) *Videtur equo publico exornatus esse a Tito.* — 5) *Provincia Hispania citerior.*

---

**2712** . . . . . . . . . . . . . . . . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . | in Britan[*nia praef. coh.*] | II Vasconum equit., [*trib. mi*]|litum legionis II Aug., praef. | alae I Asturum[1], donis donato | corona murali et coronis | aureis IIII item vexillo et hastis | puris V, honorato ab exerci|tibus in quibus militavit bigis | auratis et statuis equestribus[2], Q. Fulvius Euchir | IIIIIIvir Aug. | amico bene merenti.

*Alcalá del Rio, ubi fuit Ilipa provinciae Baeticae, rep. (II 1086 Huebner vidit ectypum).* — 1) *Tam cohors secunda Vasconum quam legio II Augusta et ala I*

*Asturum tetenderunt in Britannia.* — 2) *Si a compluribus exercitibus honoratus est, meruisse putandus est etiam in aliis provinciis; unde sequitur initio complura munera militaria periisse (Hue. l. c.).*

---

**2713** Q. Cornelio [*M. f. Gal. Valeriano*] . .
[*iud.*] de V decuriis . . . . . . . . . . .
praef. cohort. I . ., [*praef. vexillationib.*] [1]
trib. equitum, coho[*rt.*] . . . . . . . . . .
donato coroni[*s*] [2] . . . . . . . . . . . .
clipeis imaginib . . . . . . . . . . . .
laudatione a numer[*is*] . . . . . . . . .
[*i*]tem ab eis numeris q . . . . . . . . .
inpensa loco sep[*ulturae*] . . . . . . .
[*i*]tem ab Hieropolitanis i . . . . . . . .
[*i*]tem d. d. Florentinor. Ilib[*err.*] . . . .
Q. Cornelius Q. f. C . . . . . . . . .

*Granadae, ubi fuit municipium Florentinum Iliberris, litteris saeculi p. Chr. primi (II 2079 cf. p. 882 vidit Huebner). Eiusdem hominis est titulus II 3272, unde nomen supplevi, sed et ipse mutilus.* — 1) *Fortasse huc pertinent ex titulo II 3272* praef. vexillariorum in Trachia XV. — 2) *Huc pertinere videntur ex titulo II 3272* . . . [*a leg. V Mace*]donica, a leg. VIII Augusta, a tribunis la[*ticlavis et minor*]ibus (?), a praef. chortium statuis coroni[*s donato*]. — *Similes honores militares memorantur etiam VI 3617.*

---

**2714** Q. Licinio | M. f. Gal. Silva|no Graniano [1], | flamini Romae | et Aug. provinc. | Hispan. citer., | praefecto orae | maritimae, | proc. Aug., | p. H. c. [2]

**2714ᵃ** Q. Licinio Sil|vano Grania|no flam. Aug. | prov. Hisp. | citer., | praefecto orae | maritimae Laee|tanae [3], procura|tori Augusti, | C. Terentius Phile|tus domo Roma.

*Tarracone (II 4225. 4226 huius partem vidit Huebner).* — 1) *Pater ut videtur Q. Licinii Silvani Graniani consulis a. 106, supra N. 1028.* — 2) *Provincia Hispania citerior.* — 3) *De lectione cf. Huebner Herm. vol. I p. 340.*

---

**2715** L. Antonio | T. f. Gal. Siloni | praef. fabr., praef. | chor. IIII Thrac. [1], praef. chor. no|vae tironum, praef. | orae maritumae [2], | conventus Tar|raconensis.

*Tarracone (II 4138 ad apographum factum saec. XVI pluribus codicibus servatum).* — 1) Tarrac. *plerique codices.* — 2) *Alius* praefectus chor. novae tironum orae maritumae *est II 4224. Cf. etiam N. 2716. 2717.*

---

**2716** L. Caecinae | G. f. Gal. Seve|ro IIvir., q., | flamini, praef. | fabr., praef. cho|ort. *(sic)* I et orae | marit., | L. Valer. Latinus | Barcinonen.

*Tarracone (II 4264 bis puto descripta saec. XVI).*

**2717** L. Cornelio | C. f. Gal. Celso | IIvir., praefecto | orae maritumae | cohortis I et II, | Pompeia Donace | uxor.

*Tarracone (II 4266 vidit Huebner).*

---

**2718** divi Iuli flamini, | C. Antonio | M. f. Volt. Rufo | flamini divi Aug. | col. Cl. Aprensis[1] et | col. Iul. Philippens., | eorundem et principi, | item col. Iul. Parianae, | trib. mil. coh. XXXII volun|tarior., trib. mil. leg. XIII | Gem., praef. equit. alae I | Scubulorum, | vic. II.[3]

*Alexandriae Troadis rep., nunc Londinii (III 386 cf. p. 977 vidit Huebner). Praeterea bases innotüerunt similes tres, in quarum una in fine est* vic. VII *(haec hodie extat Catai prope Patavium), in altera* vic. VIII, *in tertia fuit* vic. IX. — 1) *Colonia Apros Thraciae (Plin. hist. n. 4, 47).* — 3) *De vicis Alexandriae cf. supra N. 1018 not. 2.*

---

**2719** . . [*S*]atrio Q. f. Hor. Sep|. . . . to IIIIvir. viarum cur[*an*|*da*]rum, tribuno militum l[*eg.* | *sec*]undae Adiutricis p. f., donis [*mi*|*li*]taribus bello Suebico it[*em* | *Sar*]matico[1] corona murali coro[*na* | *val*]lari hastis puris duodus *(sic)* vex[*ill.* | *ar*]genteis duobus, optioni tribun[*or.* | *le*]gionum quinq.[2], quaest. pro[*pr.* | *pr*]ovinciae Cretae et Cyren[*ar.*, | *tr*]ib. plebis, praetori, | patrono municip[*ii*, | *ex*]testamento fili eius | [*L.*] d. d. d.

*Potentiae in Lucania (X 135 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. supra N. 1017 not. 3.* — 2) *Optio tribunorum legionum quinque hoc solo loco nominatus videtur esse tribunus militum is qui vexillationibus legionum quinque cum suis tribunis missis in expeditionem aliquam collegis, fortasse per optionem eorum, praeesset (Mo.).*

---

**2720** Q. Attio T. f. | Maec. Prisco | aed., IIvir. quinq., | flam. Aug., pontif., | praef. fabr., praef. coh. I | Hispanorum et coh. I | Montanorum et coh. I | Lusitanor., trib. mil. leg. I | Adiutric., donís donato | ab imp. Nerva Caesare Aug. | Germ. bello Suebic.[1] coron. | aurea hasta pura vexill., | praef. alae I Aug. Thracum, | plebs urbana.

*Serravalle in Liguria, ubi fuit Libarna (V 7425 ad quattuor exempla antiqua).* — 1) *De bello cum Suebis ad Danuvium gesto a. 97 cf. Mommsen Herm. 3 p. 116.*

---

**2721** [*L.*] Calpurnius L. f. Ouf. | Fabatus[1] | VIvir,[2], IIIIvir. i. d., praef. fabr., | trib. iterum[3] leg. XXI Rapac., | [*pr*]aef. cohortis VII Lusitan. | [*et*] nation. Gaetulicar. sex | quae sunt in Numidia, | [*f*]lam. divi Aug., patr. munic., | t. f. i.

*Comi, lapis evanidus (V 5267 vidit Mommsen).* — 1) *Prosocer est Plinii iunioris, et apud hunc passim nominatus et apud Tacitum ann. 16, 8.* — 2) *Haec paene evanida sic legit saec. XVI Iovius (seviri ingenui saepius reperiuntur Comi).* — 3) trib. iterum *probabile neque tamen certum esse ait Mommsen.*

---

**2722** C. Cornelio | C. f. Vot. | Miniciáno[1] | praef. coh. prím. | Damasc., trib. míl. | legiónis III August., | praef. fabr., curatóri | reip. Otesinórum[2], | IIIIviro i. d., pontifici, | flámini dívi Claudií | Bergomi, patróno, | flámini divi Traiani | Medioláni, | plebs urbán.

*Bergomi (V 5126 bis ut videtur descripta saec. XV/XVI).* — 1) *Amicus Plinii iunioris, ad quem ille dedit epistulas 3, 9. 4, 11 et cui tribunatum militarem*

*petivit, epistula 7, 22 a Pompeio Falcone (cf. supra N. 1035. 1036). — 2) Cf. Plin. h. n. 3, 116.*

---

**2723** L. Paconio L. f. Pal. | Proculo | praef. coh. I Fl. Hisp. eq. | p. f., trib. mil. leg. XI Cl. p. f., | praef. vexillation. eq. Moe|siae infer. et Daciae eunti *(sic)* | in expeditione Parthic., donis | militar[*ib.*] donato, praef. eq. | alae pr. Aug. Parthorum, | patrono et curatori | municipi, | d. d. | publice.

*Romae, incertum quo loco rep. (Bull. inst. arch. 1868 p. 60 Henzen vidit ectypum).*

---

**2724** M. Valerius M. f. Quir. Lollianus prae|fectus cohort. I Apamenorum sa[*gittariorum*] | equit., trib. milit. leg. VII Gem. fel., praef. eq. alae Fla. Gae.[1], | praepositus in Mesopotamia[2] vexillationibus equitum electorum alarum | praetoriae, Augustae, Syriacae, Agrippianae, Herculianae, | singularium, item cohortium I Lucensium, II Ulpiae equi[*t.* | *c.*] R., I Fl. [*c.*] R.[3], I Thracum, III Ulpiae Paflagonum, II equitum[4], I | Ascalonitanorum fel., V Chalcidenorum, V Petreorum, IIII | Lucensium, I Ulpiae Petreorum, II Ulpiae Paflagonum, I Ulpiae | sagittariorum, III Dacorum, I Sygambrum, | viam pub[*licam*] quae a col. Byllid. per Astacias[5] ducit angustam fragosam [*pe*]riculosamq. | ita munit, ut vehiculis commeetur, item [*pon*]tes in Argya flumine[5] et rivis d. s. [*f.*] | et inscr[*ip*]sit, d. d.

*Prope Gradistam, ubi fuit colonia Byllis Macedoniae, in viva rupe incisa (III 600 bis descripta, satis accurate a. 1858 a Gaultier de Claubry).* — 1) *Videtur significari ala prima Flavia Gaetulorum (cf. N. 2731 not. 2).* — 2) *Cum in titulo posterioris aetatis indicium nullum adsit, satis probabile est, significari bellum a Traiano in Mesopotamia gestum.* — 3) EQVI|OR·I·FLOR *traditur.* — 4) *Sic utrumque apographum.* — 5) *Astaciae et Argya flumen praeterea non memorantur (Ἀργύας castellum in Epiro nova memoratur a Procopio de aed. 4, 4 p. 278 Bonn).*

---

**2725** T. Annio T. f. | Quir. | Maximo Pomponiano | flam. divi Aug., auguri, praef. | alae mil. pr. U[*lp.*] cont., praef. alae | pr. praetor.[1], [*trib. m*]il. leg. pr. Miner.

*Prope Comum rep., est Mediolani (V 5266 vidit Mommsen).* — 1) *Eadem ut videtur ala est supra N. 1092 (not. 6).*

---

**2726** T. Pontio T. f. Pal. | Sabino | p. p. II, proc. provinc. | Narb.[1], IIIIvir. i. d. quinq., | flamin. et patron. | municipi, | Valeria L. f. Procula | uxor. | L. d. d. d. *(A tergo)* T. Pontius T. f. Pal. Sabinus | praef. coh. I Pann. et Dalmat. | eq. c. R.[2], trib. mil. leg. VI Ferrat, | donis donatus expeditione Par|thica a divo Traiano hasta pura | vexillo corona murali, 𐆛 leg. XXII | Primig.[3], 𐆛 leg. XIII Gemin., primus pi|lus leg. III Aug., praepositus vexilla|tionibus milliaris tribus expedi tione Brittannica, leg. VII Gemin. | VIII Aug. XXII Primig.[4], trib. coh. III | vig., coh. XIIII urb., coh. II praet., | p. p. II[5], proc. provinc. Narbonens., | IIIIvir. i. d. quinq., flamen, patron. | municipi.

*Ferentini (X 5829 vidit Mommsen).* — 1) *Nota in titulo frontis enumerari culmina tantum honorum quos adeptus est Pontius Sabinus, primipilatum iteratum (cf. not. 5) et procurationem provinciae Narbonensis, in titulo secundario, qui perscriptus est more elogii casu primo, omnes eius honores recenseri.* — 2) *Praefectus cohortis primae Pannoniorum et Dalmatarum equitatae civium Romanorum.* — 3) *Iudice Mommseno (eph. ep. 4 p. 235 not. 1) Pontius Sabinus post praefecturam cohortis et tribunatum legionarium desiit esse eques Romanus et factus est centurio (cf. N. 2654 not. 2), unde rursus solita via ad militiam equestrem promotus est.* — 4) *Cum vexillationibus harum trium legionum praeficeretur Sabinus, legio septima Gemina videtur una cum octava Augusta et vicesima secunda Primigenia stativa in Germania superiore habuisse (cf. N. 2729).* — 5) *Primopilo iterum (de primipilatu post militiam equestrem iterum suscepto dixit Mo. ad C. V 867 = supra N. 1339; cf. etiam N. 1349. 1361).*

---

**2727** d. m. | A. Atinio A. f. Pal. | Paterno | scrib. aedil. cur. | hon. usus, ab imp. | equo publ. honor., | praef. coh. II Bracar. | Augustan., trib. mil. | leg. X Fretens., a divo | Trajano in expedition. | Parthica donis donat., | praef. alae VII Phryg., cur. | kal.[1] Fabraternor. novor., | Atinia A. f. Faustina patri | optimo fecit.

*Romae (VI 1838 saepius descripta saec. XV. XVI).* — 1) *Curatori kalendarii.*

---

**2728** C. Camurio C. f. | Lem. Clementi praef. fabr. IIII[1], praef. i. d. imper. | Caes. Traiani Aug., praef. coh. | VII Raet. equ[*i*]t., trib. mil. coh. | Ulpiae Petraeor. milliar. | equit., praef. alae Petrianae | milliar. c. R. bis torquatae[2], | proc. Aug. ad Miniciam, | proc. Aug. epistrategiae | septem nomor. et Arsi|noitae[3], Treienses patron. | ob merita eius, decr. dec. | publice.

*Prope Attidium Umbriae rep. (Orell. 516 = XI 5669 vidit Bormann).* — 1) *Praefecto fabrum quater.* — 2) *Cf. supra N. 2491 not. 2.* — 3) *Cf. supra N. 1421 et Marquardt Staatsv. I² p. 445.*

---

**2729** Tito Staberio | T. f. Quir. Secundo | praef. coh. Chalciden. | in Africa[1], tribuno | militum leg. VII | Geminae felicis | in Germania[2], praef. | equit. alae Moesicae | felicis torquatae[3], | Staberia mater inpensa | sua.

*Romae rep. extra portam Ostiensem (VI 3538 vidit Henzen).* — 1) *Extant tituli positi a cohorte prima Chalcidensium equitata in Africa, eph. 7, 311. 313.* — 2) *Legionem septimam Geminam aliquando fuisse in Germania in hoc solo titulo legitur, sed cf. ad N. 2726 not. 4, item Boissevain de re militari Hispaniarum p. 69.* — 3) *Eadem ala memoratur supra N. 1394, item ut videtur in titulo mutilo Brambach 438; stetisse videtur in Germania inferiore.*

---

**2730** M. Stlaccius C. f. Col. | Coranus | praef. fabrum, equó | publico, ex quinque | decuriis[1], praef. coh. V | Bracar. Augustánorum | in Germania, trib. mil. leg. II | Aug., praef. equitum álae | Hispanorum in Britannia, | donis militaribus dónátus | corona muráli hastá púrá, | sibi et | C. Stlacció Capitóni patrí, | C. Stlacció C. f. Col. Capitoni fratrí, | L. Stlaccio C. f. Col. Frontóní fratrí, | Claudiae Secundae uxóri.

*Prope Romam rep. ad viam Ostiensem (VI 3539 vidit Henzen).* — 1) *Intellege decurias iudicum.*

**2731** L. Flavio T. f. | Quir. Seculari | praef. coh. primae | equitatae | civae *(sic)* Roman. | in Germ. inferior., | trib. coh. primae | voluptariae | campanorum[1] | in Panonia *(sic)* inferiore, | praef. alae primae | Flaviae Gaetuloru.[2] | in Panonia *(sic)* inferiore, | ex testamento Flavi Cationis fratris.

*Romae rep. (VI 3520 vidit Henzen).* — 1) *Videtur significari cohors prima voluntariorum campestris (cf. N. 2597 not. 1), errore quadratarii facta voluptaria campanorum.* — 2) *Ala haec in Pannonia inferiore fuit iam a. 113/4 (dipl.); anno 99 fuerat in Moesia inferiore (supra N. 1999).*

---

**2732** P. Septimio P. f. Tro. | Paterculo | praef. coh. I Pannoni[*or.*] | in Brittania, praef. coh. . . . | Hispanor. in Cappadoc., | flamini divi Traiani, | patrono municipi, | IIIIvir. i. d., IIIIvir. quinq., q. II, | d. d.

*Aeserniae (IX 2649 aliquoties descripta saec. XVIII/XIX).*

---

**2733** C. Vecilius C. f. Lemon. | Modestus | equo pub., de quinq. | dec.[1], VIvir., aed., IIvir. | iure dic. colon. His|pellatium, quaestor. II, | augur, praef. fabr., trib. mil. | leg. VI Ferr. in Syr., praef. coh. | I Thrac. Syr. in Moesia eq.[2], | coh. I Thrac. Syr. | praef. suo.

*In Serbia ad flumen Timok (III S. 8261 vidit Domaszewski).* — 1) *De quinque decuriis, intellege iudicum.* — 2) *Praefecto cohortis I Thracum Syriacae in Moesia equitatae.*

---

**2734** T. Attio C. fil. | Tutori | praef. alae I Bata|vor. miliar., | praef. alae I Tung. | Frontonian.[1], | trib. mil. leg. II Ad. p. f., | praef. coh. I Betas. *(sic)* c. R.[2], | dec. Fl. Solva, | Sedatius Quietus.

*Seckau, ubi fuit Flavia Solva, iam Gratzii (III 5331 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. supra N. 2495.* — 2) *Ut praefectus cohortis primae Baetasiorum memoratur in titulis Britannicis VII 386. 390. 394.*

---

**2735** M. Maenio C. f. Cor. Agrip|pae L. Tusidio Campestri[1], | hospiti divi Hadriani, patri | senatoris, praef. coh. II Fl. | Britton. equitat.[2], electo | a divo Hadriano et misso | in expeditionem Britan|nicam, trib. coh. I Hispanor. | equitat.[3], praef. alae | Gallor. et Pannonior. catafracta|tae, proc. Aug. praef. classis | Brittannicae, proc. provin|ciae Brittanniae, equo pu|blico, patrono municipi, | vicani Censorglacenses[4] | consecuti ab indulgentia | optimi maximique imp. Anto|nini Aug. Pii beneficio inter|pretationis eius privilegia, quibus in p[*e*]rpetuum aucti | confirmatique sunt. | L. d. d. d.

*Camerini (Orell. 804 = XI 5632 vidit Bormann).* — 1) *L. Tusidius Campester est C. IX 5781, M. Ulpius Puteolanus L. Tusidius Campester est C. VI 3544.* — 2) *De hac cohorte cf. III S. p. 1349.* — 3) *Tribunus cohortis primae Hispanorum posuit vel ponendos curavit titulos VII 379—382.* — 4) *Vicus hic Censorglacensis ubi situs fuerit, nescio.*

---

**2736** M. Calpurnio M. f. | Gal. Senecáe Fabió | Turpióni Sentinatiáno[1] | práef. classis Misenen|sis, praef. classis práetoriáe Ra|vennatis, proc.

provinciae | Lusitaniae et Vettoniáe, p. p. leg. | I Adiutricis, ordo c. c. R.[2], | M. Calpurnius Seneca honore | usus impensa remisit.

*Sevillae, ubi fuit colonia Iulia Romula Hispalis (II 1178 vidit Huebner).* — 1) *Ad eundem pertinent etiam tituli II 1267, quem posuit ipse nondum praefectus classis Misenensis, et II 1083 (mutilus). Praefectus classis Misenensis fuit a. 134 (dipl. mil., C. III p. 878).* — 2) *Ordo colonorum coloniae Romulensis.*

---

**2737** L. Volcacio Q. f. | Vel. Primo | praef. coh. I Noricor. | in Pann.[1], praef. ripae | Danuvi et civitatium | duar. Boior. et Azalior.[2], | trib. milit. leg. V | Macedonicae in | Moesia, praef. alae I | Pannonior. in Africa[3], | IIviro quinq., | flamini divorum | omnium, p. c.[4], | ex testamento eius | posita, | M. Accio Seneca | . . Manlio Planta | IIvir. quinq.[5] | L. dat. dec. dec.

*Firmi Piceni (IX 5363 saepius descripta saec. XV. XVI; fragmentum similis tituli vidit Mommsen IX 5364).* — 1) *Cohors prima Noricorum recensetur inter auxilia exercitus Pannonici supra N. 1997.* — 2) *Boii et Azali in Pannonia superiore collocantur a Ptolemaeo 2, 14, 2.* — 3) *Cf. supra N. 2485/6 not. 2.* — 4) *Patrono coloniae.* — 5) *Duoviris quinquennalibus.*

---

**2738** P. Aelio P. fil. Palati|na Marciano | praef. coh. I Augustae | Bracarum, | praeposito n. Illyricorum[1], | trib. coh. Ael. expeditae, | praef. al. Aug. II Thracum[2], | praeposito al. Gemin. | Seba[*sten.*][3], | praeposito classis | Syriacae et Augustae, | praef. classis Moesiaticae, | C. Caesius Marcellus | veter. ex dec. | al. II Thracum.[2]

*Caesareae (Cherchel) Mauretaniae rep. (VIII 9358 vidit Wilmanns).* — 1) *Praeposito numeri Illyricorum (videtur significari vexillatio equitum Illyricorum, memorata ut pars exercitus Dacici in diplomate anni 129, cf. Mommsen Herm. 19 p. 126).* — 2) *Cf. supra N. 2003 not. 2.* — 3) Sebasten. *vocabulum erasum, nescio qua de causa. Alius praefectus eiusdem alae Geminae Sebastenorum est C. VIII 9359; eadem fortasse ala memoratur supra N. 1436 et in titulo Caesariensi eph. ep. 5, 1000.*

---

**2739** C. Nonio | C. f. An. Caepian[*o*] | equo publ., ex quin[*q.*] | decuris iudicu[*m*], | praef. coh. III Britt[*o*]|num veteranor[*um*] | equitatae, trib. leg. I Ad[*iu*]|tricis Piae fidelis, pra[*ef.*] | alae I Asturum, praepos[*ito*] | numeri equitum elector[*um*] | ex Illyrico, | C. Valerius Saturninus d[*ec.*] alae I Asturum, praef. optim[*o*]. | L. d. d. d.

*Arimini (XI 393 vidit Bormann).*

---

**2740** Gn. Munatius M. f. Pal. | Aurelius Bassus | proc. Aug., | praef. fabr., praef. coh. III | sagittariorum, praef. coh. iterum[1] II | Asturum[2], censitor civium | Romanorum coloniae Victri|censis quae est in Brittannia | Camalo-duni, curator | viae Nomentanae, patronus eiusdem | municipi, flamen perpetus, | duumvirali potestate, | aedilis, dictator IIII.

*Prope Nomentum, iam Romae (XIV 3955 vidit Henzen).* — 1) *Praefecturas cohortium ita numeratas praeterea non inveni.* — 2) *Cohors secunda Asturum in Britannia tendebat ad vallum Hadriani (C. VII p. 132); in huius praefectura Bassus censum egit coloniae Camalodunensis (hodie Colchester).*

---

**2741** C. Nasennio C. f. Marcello seniori, | praef. coh. I Apamenae, trib. coh. I Italicae civium Romanorum volun|tariorum, praef. alae Phrygum, praef. fabrum, aedili[1], quaestori, duumvi|ro quinquennali III[2], curatori operum publicorum et aquarum | perpetuo[3], praetori et pontifici Laurentium Lavinatium, p. c.[4] Ostensium, | Nasennia Helpis fecit patrono indulgentissimo et C. Nasennio Sa|turnino coniugi carissimo, sibi liberis libertis libertabus posteris|que eorum.

*Romae, videtur pertinere ad Ostiam (XIV 171 vidit Henzen). — 1) Hoc munere, et eis quae sequuntur, Nasennius Marcellus functus est Ostiae. — 2) Duumvir quinquennalis (fortasse primum) fuit a. 166 (C. XIV 4148). — 3) A. 184 (supra N. 1429). — 4) Patrono coloniae.*

---

**2742** d. m. | L. Comini L. f. Maximi domu Mantua | p. p. bis[1], procuratori M. Antonini Aug., pr|aef. leg. II Troianae *(sic)* fortis[2] CC[3], trib. chor. | VII praetoriae, XIIII urbanae, III vigul., | centurio chortis I pr., X urbanae, V | vig., evocato Augustorum, beneficiar. | praef. praetori, vixit annis LXXXII | dieb. XVIII, Numitoria C. f. Moschis | coniux bene merenti, heres.

*Tibure (XIV 3626 bis descripta). — 1) Cf. N. 2726 not. 5. — 2) Ut tres legiones Parthicae (cf. supra N. 1353 not. 2), ita secunda Traiana quoque a praefectis regebatur ex ordine equestri. — 3) Ducenario (ducenarii dicebantur, a stipendio sine dubio, praefecti legionum quae legato carebant, cf. Domaszewski Wiener Studien f. class. Philol. 1887 p. 298; infra N. 2771).*

---

**2743** L. Petronio L. f. Pup. Sabino Foro Br|ent.[1], corn. pr. pr., [7][2] leg. X Fret. et IIII Fl., | donis don. [*a*]b imp. Marco Antonino in | bello German. bis, hasta pura et co|ronis vallari et murali, p. p. legion. | III Cyreneicae, curatori statorum[3], tr|ibuno coh. . . ., [*procuratori Augg. rationis hereditatium*] et[4] provinciae Narbo|nensis.

*Urbini (Herzog Gall. Narb. p. 158 n. 676 ex schedis saeculo XVI ut puto confectis). — 1) Forobrentani memorantur inter civitates Umbriae a Plinio h. n. 3, 113. — 2) Centurionis notam, omissam in apographo, supplevi. De cornicularii praefectorum praetorio promotis ad centurionatus cf. supra N. 2666 not. 1. — 3) Munus praeterea ignotum; fortasse significantur statores praetoriani (supra N. 2133 seq.). — 4) Traditur* coh. et *sine lacunae nota; sed apparet complura excidisse. Procurationem hereditatium adsumpsi ex titulo supra N. 1386, eiusdem nisi fallor hominis.*

---

**2744** Q. Livio Q. f. [*Pal.*] | Velenio Pi[*o*] | Severo ducen[*ario*] | trib. sem.[1] leg. X[*XII*] | Primig., praef. sem.[2] coh. [*I*] classicae[3], patrono A[*equi*]|culanorum, Caeni[*nensi*][4] . . .

**2745** Q. Livio Q. f. Pala[*t.*] | *Velenio* [*Pi*]o Sever[*o*] | *ducenar.* | trib. *sem.*[1] | *leg. XXII Primig.*, praef. | *semens.*[2] *coh. I* classic.[3], | *patrono Aequ*icula|nor., Caeninensi[4], ma|gistr. iuvent. Trebul. | Mutuescae, qui obla|ta sibi statua ab | eis honore conten|tus impensam remisit. | L. d. d. d.

*In oppido Monteleone, ubi fuit Trebula Mutuesca (IX 4886. 4885 vidit Stevenson praeter huius particulas supra expressas typis inclinatis; eae sumptae*

*ex apographis antiquis). — 1) Tribuno semenstri, 2) praefecto semenstri. Tribuni semestres saepe memorantur cf. supra N. 2405. 2381 (not. 7); praefectorum semestrium alibi nulla mentio. — 3) Cf. supra N. 2574. — 4) De sacerdotibus Caeninensibus cf. Marquardt Staatsv. III² p. 480.*

---

**2746** C. Iul. C. fil. Thevest. | Corinthiano praef. | coh. VII Gall., tribun. | coh. I Britt.[1], item vexil. | Dacor. Parthic.[2], cui | ob virtute sua sacra|tissimi imper. coro|nam muralem hastam | puram et vex[*il*]lum argent. | insignem dederunt, | praef. alae Campag.[3], | idem ∞[4], vixit annis | XXXVIIII, | Marcius Arrianus | et Iuli Clinias et | Pisonianus he|redes f. c.

*Apuli in Dacia (III 1193 ad exemplum potissimum accuratum Bongarsii). — 1) Cohors prima Brittannica in Dacia tendebat (cf. supra N. 2004). — 2) Vexillationi Dacorum Parthicae Corinthianus videtur praefuisse etiamtum tribunus cohortis primae Brittanicae. — 3) Etiam ala Hispanorum Campagonum in Dacia tendebat (cf. supra N. 2006. 2208). — 4) Significatur Corinthianum etiam alae cuidam milliariae praefuisse (*idem *dictum adverbialiter).*

---

**2747** Apollini patrio Aug. sacr., | Ti. Plautius Ti. f. Papiria Felix Ferrunti|anus praef. alae I Thracum veteranorum sagittariorum, proc. ad solaminia[1] | et horrea, trib. milit. leg. I Italicae, praepositus | vexillationibus Ponticis aput Scythia et Tau|ricam[2], praepositus vexil. leg. III Aug. aput Mar|commanos[3], donatus donis milit.[4] . . . . . . . *(reliqua erasa).*

*Mactari in Africa (VIII 619 cf. VIII S. 11780 vidit Schmidt). — 1) Cf. supra N. 1403 not. 5. — 2) Significantur praesidiarii Chersonesi Tauricae, sumpti sine dubio ex exercitu Moesiae inferioris; eis praefuisse videtur Felix in ipso tribunatu legionis primae Italicae, quae legio tendebat in Moesia inferiore (cf. Mo. ad VIII 619). — 3) Vexillationi legionis tertiae Augustae Felix videtur praefuisse bello Germanico M. Aurelii (Wi.). — 4) Dona militaria fortasse accepit a Commodo.*

---

**2748** C. Aelio P. fil. Cl. Quirin. | Domitiano Gauro[1] | ab imp. M. Aurel. Antonino Aug. | Pio[2] equo publico orn., praef. | fabrum, praef. cohort. III Aug. | Cyrenaicae, trib. leg. XII Ful. | certae constantis[3], scribae | aedilium curulium, scribae | librario quaestorio trium | decuriar., sacerdoti aput | Laurentes Lavinates, calatori | Marciano Antoniniano[4], adle|cto in ordin. decret. d.[5] remissis | omnibus muneribus.

*Puteolis rep. (Eph. ep. 8, 368 Mommsen vidit ectypum). — 1) Agnomen fortasse Domitiani (Gaurum aliquem, nomine ut videtur ficto, saepius appellat Martialis, 2, 89. 5, 82. 8, 27. 9, 50). Mommsenus (Roem. Mitth. 1888 p. 78) Claudia Gauro verbis significari putat patriam Domitiani, Gaurum eandem esse atque Gaulum coniciens. — 2) Crediderim significari M. Aurelium iam defunctum (nam vivus M. Aurelius numquam appellatus est Pius); Caracallae temporibus praefecti fabrum videntur desiisse nominari (Hirschfeld Verw. I p. 249). — 3) Cf. N. 2760. Constans Commoda dicebatur per aliquod tempus legio octava Augusta, teste titulo Urbinate Orell. 3714. — 4) Calator fuit sodalium Antoninianorum. — 5) Decreto decurionum.*

---

**2749** P. Ael. P. f. Pal. | Tironi | salio arcis | Albanae, quem | imp. Caes. *! ! ! ! ! !* | *! ! !*[1] Antoninus | Aug. Pius *! ! ! ! !*[1] | Germ. Sarm. Britt. | agentem aetatis | annum XIIII | militia prima[2] | praefecturae | equit.

Brauco|num[3] Ɖ[4] exornare | dignatus est, | dec. dec.[5]; | Blandus pater | pro amore civi|tatis summam et | sumptum omnem | rei p. remisit.

*Supra Praeneste in castro S. Petri (XIV 2947 vidi). —* 1) *Vocabula duo erasa,* Commodus *puto et* Felix. — 2) *Militia prima equitibus Romanis plerumque fuit praefectura cohortis; hic coepit a praefectura alae (cf. Mommsen Staatsr. III p. 547 not. 2).* — 3) *Braucones praeterea ignoti; Mommsen eph. ep. 5 p. 199 confert Βραῦον s. Βραῦνον memoratum a Ptolemaeo 2, 6, 51 in descriptione Tarraconensis.* — 4) *Quingentorum (ala fuit quingenaria).* — 5) *Decreto decurionum.*

---

**2750** diis Mauricis | M. Pomponius Vi|tellianus tribus | militiis perfunctus[1], | proc. Aug. ad curam | gentium, praef. clas|sis Germanicae.

*Caesareae (Cherchel) Mauretaniae (VIII 9327 vidit Wilmanns).* — 1) *Significantur tres militiae equestres; cf. Mommsen Staatsr. III p. 543.*

---

**2751** Sertio[1] | Optantius.[2] | M. Plotio Fausto | eq. R., praef. coh. | III Ityraeorum, | trib. coh. I Fl. Cana|thenorum, praef. | alae I Fl. Gallorum | Taurianae[3], fl. pp.[4], | sacerdoti urbis, | M. Pompeius Quin|tianus eq. R., fl. pp., | parenti caris|simo.

**2752** Sertiae | Corneliae | Valentinae | Tuccianae | fl. pp.[5] | M. Plotius | Faustus | a milit.[6], fl. pp., | coniugi | desideran|tissimae.

**2753** M. Plotius Faus|tus eq. R., a mili|tiis III[7], fl. pp., | sacerdos ur|bis, ad exor|nationem ope|ris macelli | quod cum Va|lentina con|iuge patri|ae suae fecit, | sibi posuit.

*Thamugade (Comptes rendus de l'Ac. d'Hippône 1888 p. 107 = VIII S. 17904; C. VIII 2397. 2399 vidit Wilmanns). — Ad eosdem homines pertinent etiam tituli Thamugadenses VIII 2394. 2395. 2396. 2398. VIII S. 17905.* — 1) *Sertius agnomen Fausti,* 2) *Optantius Quintiani.* — 3) *Ala Tauriana Lugduni tendens a. 69 memoratur a Tacito hist. 1, 59.* — 4) *Flamini perpetuo,* 5) *flaminicae perpetuae.* — 6) *A militiis,* 7) *a militiis tribus. Apparet significari praefecturas et tribunatum eiusdem Fausti enumeratos in titulo N. 2751. Cf. Mo. Staatsr. III p. 543.*

---

**2754** d. m. | T. Fl. Salviani | expraef. explora|torum Divitiensium[1], | militiae quartae[2], | equiti Romano, | Baebius Isidorus | Ɔ leg.[3] amico | f. c.

*Moguntiaci (Brambach 991 qui vidit).* — 1) *Cf. supra N. 2628. 2632.* — 2) *Cf. supra N. 1454 (not. 2). 1433.* — 3) *Centurio legionis (vel: legionarius).*

---

**2755** Fabiae Fortunatae | Attius Tuticanus | a tribunatu leg. II Aug., | coniugi unius exempli.

*Langres rep. a. 1673 (Mowat bull. épigraphique de la Gaule 1883 p. 230, ad exemplum factum saec. XVII).*

---

**2756/7** d. m. | C. Iuli C. f[*i*]l. Martiali[*s*] | qui vixit ann. XXIIII d. VII, | ord. equestr. milit.[1] | comparato, | C. Iulius Martialis | pater filio pientis|simo b. m. fecit.

*Romae rep., deinde Foro Sempronii (VI 1615 semel descripta).* — 1) *Ordine equestris militiae.*

---

**2758** Tib. Claudio Claudiano eq. Rom., | mil. petit.[1], sapienti et innocenti | adulescenti, qui vixit an. XXIIII | mensibus VIIII diebus VIIII, Clau. | Ingenus 7 coh. VI praet., pater, | sarcofago corpus posuit.

*In agro Romano sub oppido Marino rep. (VI 2606. XIV 2429 vidit Bormann).* — 1) *De petitoribus militiae cf. Mommsen Staatsr. III p. 547 not. 5.*

---

**2759** d. m. | M. Ulp. Silvano eq. | publ.[1] ornato ab imp. | Commodo Aug., pett. | mili.[2], Ati[*l.*][3] Hospitalis | fratri dulcissimo | fecit.

*Romae (VI 3550 vidit de Rossi).* — 1) *Inter* eq. *et* publ. *littera* c *erasa.* — 2) *Petitori militiae.* — 3) Atii *lapis.*

---

**2760** d. m. | C. Iul. Quir. Puden|ti Q. fil., domo Caesa. | Maur.[1], trib. coh. XXX | volum. *(sic)* in Ger. sup., | item trib. leg. XII Ful. | c. c.[2], vix. annis XXX|VII mens. VI dies | XX.

*Ancyrae (III S. 6758 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Caesarea Mauretaniae.* — 2) *Legionis duodecimae Fulminatae certae constantis (cf. supra N. 2748).*

---

**2761** d. m. | Q. Aelio Q. f. | Quir. Rufino | Poliano praef. | coh. Nuritanor.[1], | tr. mil. leg. III Aug., | T. Atilius P. f. Quir. Iuvenalis | praef. coh. VI | Comm.[2], amico | et municipi | fraternae | adfectionis | dilecto.

*Batnae prope Lambaesim (VIII 4292 vidit Wilmanns).* — 1) *Cohors prima Nuritanorum (vel Nurritanorum) in Mauretania tetendit (cf. supra N. 2003),* 2) *cohors sexta Commagenorum in Numidia (cf. N. 2487 not. 13).*

---

**2762** d. m. s. | P. Furio Rus|tico praef. | coh. II Astu.[1] | prov. Britt. | infer.[2], trib. | mil. leg. III | Aug. p. v., vix. | ann. XL, P. Furius Rusti|cus pater | filio karissi|mo fecit.

*Lambaesi (VIII 2766 cf. Eph. ep. 5, 730 vidit I. Schmidt).* — 1) *Cohors secunda Asturum in Britannia tendebat cf. supra N. 2740.* — 2) *Britannia provincia a Severo divisa in superiorem et inferiorem, cf. Herod. 3, 8, 2, Dio 55, 23; VIII 1578. 5180.*

---

**2763** d. m. s. Sex. Iul. Iulianus | ex Germania superiorem *(sic),* | tribunus n.[1] Syrorum Me|vensium, hic sepultus est, | dum deducit Eumorisbas[2] S. s. | ∞[3] in Tingitana *(sic)* provinciam, | qui vixit annis XXXXV, cui | monimentum fecit | Iul. Ingenuus frater | et heres, curante | Sacimatho | liberto eiusdem | defuncti.

*Prope Caesaream (Cherchel) Mauretaniae rep. (VII 9381 cf. eph. ep. 5, 969 viderunt Wilmanns et I. Schmidt).* — 1) *Numerus Syrorum tendebat loco Mauretaniae Caesariensis dicto Lalla Maghnia non longe a confinio provinciae Tingitanae (cf. C. VIII p. 851); Mevenses dicti fortasse a nomine loci eius proprio.* — 2) *Vocabulum obscurum; de lectione videtur constare.* — 3) *Fortasse significatur numerus Syrorum sagittariorum milliarius (Mo.).*

---

**2764** C. Sulgio L. f. Pap. Caeciliano[1] praef. leg. III Cyrenai|cae, p. p. leg. XX Valeriae Victricis, praeposito reli|quationi[2] classis praetoriae Misenatium piae | vindicis et thensauris domini[*cis e*]t bastagis[3] copia|rum devehendar., 7 leg. III Aug. et septimae Geminae | et primae Parthicae

et XVI Fl. f. et XIII G. in provincia Daci|a, navarch. classis pr. Lusit., Mise[*n*]atium piae | vindicis, opt[*i*]oni peregrinorum et ex[*erci* corn. mil[*i*]|tum frumentarior., et Sulgiae . . . . . ae et Sulgio | Apro . . . . . . . . ). — [*S*]ulgio . . . . . . . . . io . . . . . . irsi | pici . . . . . fs . . . . . . . . . . . . . . . *rae-* patri et coiu[*gi*].

*Tuccabor (Tukabor) provinciae Africae rep., est Florentiae (VIII 1322, VI— S. 14854 vidit Henzen). —* 1) *Idem Sulgius Caecilianus memoratur in lapide fract.| Misenensi X 3342 scripto sub Elagabalo aut Alexandro. —* 2) *Alius praepositus reliquationi classis Misenensis est X 3345. —* 3) *Praepositi bastagarum memorantur in Notitia dignitatum sub dispositione comitis sacrarum largitionum (Not. or. c. 12, occ. c. 10), bastagarii cod. Theod. 10, 20, 11.*

---

**2765** . . . . . um, [*p*]ra[*eposito*] . . | . . . . ianor., praeposit[*o sagittar*]is[1] Orrhoenis, praepos[*ito* | *e*]xplorationis Seiopensis[2] [*et*][3] | numeri Aurelianensis[4], | praeposito numeri Bri|tonum, praeposito ann[*o*]|nae expeditionis [*Ger*]|manicae, . . . . . .

*Faleriis rep. (XI 3104 descr. Michaelis). —* 1) *Supplevit Domaszewski Korr.-Bl. d. Westd. Zeitschr. 1889 p. 49. —* 2) *Significantur, ut vidit Domaszewskius, exploratores Seiopenses memorati in titulo Moguntiacensi Bramb. 1739, Seiopenses dicti a nescio quo loco Seiopa (id nomen praeterea ignotum fortasse proprium fuisse stationi Romanae sitae ubi hodie est Miltenberg coniecit Do.) Explorationis vocabulum adhibitum de exploratoribus, similiter reperitur in titulo qui nuper prodiit prope Homburg, quem posuit Mamaeae Augustae* expl. Halic. Alexandriana devo[*t*]a numini eius. — 3) *Supplevit Domaszewski. —* 4) *Numerus Aurelianensis memoratur in lapide rep. Oehringen Bramb. 1559; nomen fortasse traxit a vico Aureliano (Brambach 1561) sito ibi ubi est Oehringen, cf. Domaszewski l. c.*

---

**2766** P. Ael. P. f. Q.[1] Primiano | eq. R., trib. coh. IIII Syn|gb.[2], a mil.[3], primop., trib. | coh. IIII vig., ex dec. al. | Thrac., prp. vex. eqq. | Mauror.[4], defenso|ri prov. suae, dec. III | colll. Auz. et Rusg. | et Equiz.[5], P. Aeli|us Primus dec. col. | Auz., prius morte | praeventus quam | ded. pat.[6] piissimo. | Ael. Audi f. fil. pat.[7] | D. d. XIII kal. | Mar. p. CCXVI.[8]

*Auziae, hodie Aumale, in Mauretania (VIII 9045 vidit Wilmanns). —* 1) *Quirina. —* 2) *Intellege: Sygambrorum (cohors quarta Sygambrorum saepius redit in titulis Africanis, cf. supra N. 2589). —* 3) *Cf. supra N. 2753. —* 4) *Praeposito vexillationi equitum Maurorum (cf. N. 2767). —* 5) *Decurioni trium coloniarum Auziensis et Rusguniensis et Equizetensis. —* 6) *Quam dedicaret patri. —* 7) *Aelia Audi fecit filia patri (?). —* 8) *(Anno) provinciae (Mauretaniae) CCXVI, sive p. Chr. 255.*

---

**2767** [*Q. G*]argilio Q. f. Q.[1] Martiali[2] eq. R., | [*pr*]aef. coh. I Astyrum pr.[3] Britta|[*n*]iae[4], trib. co. Hisp.[5] pr.[3] Maur. Cae., | [*a*] mil.[6], praep. coh. sing.[7] et vex. | [*e*]qq. Mauror. in territorio | [*A*]uziensi praetendentium, | dec. duarum coll.[8] Auzien|sis et Rusguniensis, et pat. | prov.[9], ob insignem in ci|ves amorem et singula|rem erga patriam adfec|tionem et quod eius vir|tute ac vigilantia Fa|raxen rebellis[10] cum sa|tellitibus suis fuerit | captus et interfectus, | ordo col. Auziensis, | insidiis Bavarum[11] de|cepto p. p. f.[12] D. d. VIII kal. | [*A*]pr. pr. CCXXI.[13]

*ziae, hodie Aumale, in Mauretania (VIII 9047 vidit Wilmanns). — 1) Qui-*
inno— 2) *Idem ut videtur qui parentibus posuit titulum editum Eph. ep. 5, 1300*
Cla*ppellatur* eques Romanus, militiae petitor, col. pat. *Gargilius Martialis qui*
*...it de re rustica (cf. Teuffel hist. litt. § 380) et fortasse etiam vitas imperatorum*
*udie. — Alex. 37, 9, vit. Prob. 2, 7) idem esse potest, cf. K. Cichorius Leipziger*
*iec. p. 1887 p. 319 seq. — 3) Provinciae. — 4) Cohortem primam Asturum,*
*quando in ...rimo exercitus Germaniae superioris (cf. supra N. 1992. 1995), ali-*
*Flavia Hispa... nia tetendisse hic solus titulus docet. — 5) Fortasse cohors prima*
*redit in titulis A... supra N. 2003. — 6) Cf. supra N. 2752. — 7) Eadem cohors*
*provinciae. — 10) A... us VIII 9054. 9055. 9058. — 8) Coloniarum. — 9) Patrono*
*Fraxinenses supra N. 1... mine praeterea ignoto nomen videntur traxisse gentiles*
*titulum Zuccabaritanum Ma... 1) De Bavaribus cf. supra N. 628 not. 1 (ubi adde*
*publica fecit. — 13) (Anno) pr... iae, Eph. ep. 7, 530) et 1194. — 12) Pecunia*

**2768** M. Antonio | Vitellia... *(Mauretaniae) CCXXI, sive p. Chr. 260.*
Apuliae | Calabriae Lu|caniae Brutti... e., patr. col. | Canus., pp.[1] trac|tus ac | cives adfectionem | et singularem ...b insignem eius | erga patriam servandam | postulatu populi | d. d. p. ...m ad quietem | regionis

*Canusii (IX 334 vidit Mommsen). — 1) Praepo... situm huius generis habemus N. 2769. Cf. Mommsen Staats... 2) Alium praepo- 1075 not. 2.*

**2769** T. Aurelio Flaviano p. p. leg. | IIII Flaviae ite... Umbr. Picen. et Apul.[1], Aurelius | Quietus et Aurelius Audax ...aeposito | cissimo et Claudia | Quieta coniunx marito, cum | quo annis XX ...tri dul- ... vixit.

*Pisauri (Orelli 3175 semel descripta). — 1) Cf. N. 2768.*

**2770** d. [*m.*] | L. Artori[*us Iu*]stus 7 le[*g.*] | III Gallica... [7 *le*]g. VI Ferra|tae item 7 leg. II Adi[*utricis, i*]tem 7 leg. V ...tem item p. p. eiusdem . . . ., praeposito | classis Misenatium . . ., [p...]|c. leg. VI Victricis, duci legg. c[*ohort. alaru*]m Britanici|miarum[1] adv...]f. Arm[*oricano*]s[2], proc. cente|nario Lib[*urniae iure*] gladi, vi|vus ipse sil...us suis . . . [*e*]st. et

*Postranae prope Salonas (III 1919 cf. p. 1030 et III S. 8513 descr. Bulič*
1) *Scr.* Britannicarum *vel* Britannicianarum. — 2) *Supplevit Mommsen. Arm... cani populi orae maritimae Galliarum; adversus eos nescio quo tempore rebella... potest hic praefectus legionis sextae Victricis Eboraci tendentis vexillationes ex... citus Britannici duxisse.*

**2771** Iulio Iuliano v. e., ducenar. | praef.[1] leg. I Parthicae | Philippianae, duci devotis|simo, Trebicius Gaudinus[2] | praef. alae novae firmae ∞ catafract.[3] Philippianae, | praeposito optimo.

*Bostrae (III 99 cf. p. 969 descr. Waddington). — 1) Cf. supra N. 2742. —*
2) Gaudinus *potius quam* Gavoinus *lapis.* — 3) *Cf. N. 2540.*

**2772** memoriae | Val. Cl. Quinti | pp. leg. II Ital., | duci leg. III Ital., | duci et praep. leg. III | Aug., viro innocen|tissimo, | Iul. Eutychianus | et Iul. Auxanon | alumn.

*In Caranthaniae vico Herzendorf non longe a Klagenfurt et ruderibus Viruni (III 4855 vidit Mommsen).*

**2773** . . . [*praef.*] | veh[*icul.*[1], *proc.*] | lud. ma[*gni, proc.*] | Lusit., trib. p[*raet.*] | Philipporum A[*ugg.*], | p. p., duci legg. Dac.[2], | 7, corn. praeff. pr.[3]

*Prope Romam rep. in luco fratrum Arvalium (VI 1645 vidit Henzen). — 1) Supplevit Hirschfeld. — 2) Duci legionum Daciae. — 3) De cornicularis praefectorum praetorio promotis ad centurionatus cf. supra N. 2666 not. 1.*

---

**2774** M. Cornelio Oc|taviano[1] v. p., praef. | classis praet. Misen., | duci per Africam | Numidiam Maureta|niamque[2], splendi|dissimus ordo | municipi Bisicensis | patrono incompara|bili ob merita.

*Bisicae provinciae Africae (VIII S. 12296 vidit I. Schmidt). — 1) Idem Cornelius Octavianus posuit titulum Sitifensem VIII 8435. — 2) Titulus scriptus videtur saec. p. Chr. tertio. Flavius Leontius,* dux per Africam *qui Lambaesi posuit titulum VIII S. 18219 [= Eph. ep. 5, 752] videtur vixisse saeculo quarto.*

## Res militaris aevi labentis.

**2775** di manes | Claudi Herculani | protectoris | Aureliani Augus|ti, vixit annos | quadraginta, memo|riam Claudius Dion[*y*]sius | protector Aug|usti, frater | ipsius.

*Nicomediae (III 327 descr. Perrot).*

---

**2776** d. m. | Val. Va[*l*]enti | [*p*]rotectori defu[*ncto*] | bello civile[1] in | [*It*]alia, ann. L. . .

*In Dalmatia prope Teplju rep. (III S. 9835). — 1) Ad bellum a Constantino contra Maxentium gestum, quod apud auctores civile appellatur, probabiliter refert Bormann arch. ep. Mitth. 11 p. 90.*

---

**2777** d. m. | Florio Baudioni viro ducenario, | protectori ex ordinario[1] leg. II Ital. | Divit.[2], vix. an. XL mil. an. XXV, Val. | Vario optio leg. II Italice Divit.[2] | parenti karissimo | m. f. c.[3]

*Spoletii (XI 4787 = Orell. 3391 vidit Bormann). — 1) Videtur fuisse centurio ordinarius (cf. supra N. 2670) antequam protector fieret. — 2) Cf. supra N. 2628 not. 2. — 3) Memoriam faciendam curavit.*

---

**2778** d. m. | M. Aurelio | Processano v. e., | ex cent. praet.[1] | cohort. VI, | prot. ducenario, | Bononia Metrodora | coiugi karissimo, | cum quo vixit ann. XI | m. XI dies XV, b. m.

*Mutinae, sarcophagus (XI 837 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) Ex centurione praetoriano.*

---

**2779** Valerio | Vincentio actuario[1] | protectorum, Antia | marito dulcissimo, | cum quo con|vixi annis sex.

*Nicomediae (III 6059. III S. 6988). — 1) Nota actuarium protectorum defunctum Nicomediae, qua in urbe Diocletianus et successores eius saepius morati sunt.*

---

**2780** Pontiae Eupliae h. f.[1], ka|rissime coniugi bene | merenti, a fundamentis | memoriam exstrucxit | Val. Sabinianus v. p.[2], ex | militia comitatenssi *(sic)*, meritum.

*Treiae in Piceno (IX 5649 vidit Mommsen).* — 1) *Honestae feminae.* — 2) *Vir perfectissimus.*

---

**2781** d. m. | *ornamenta varia* | Val. Thiumpo, qui militavit in leg. | XI Cl., lectus in sacro | comit. lanciarius, | deinde protexit[1] | annis V, missus, | pref. leg. II Hercul.[2], | [*e*]git ann. II semise, et decessit, vixit ann. | XXXXV m. III d. XI, Aurel | . . . aspi . . . .

*Troesmi (Iglitzae), nunc Parisiis (III 6194 imaginem edidit Renier comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres 1864).* — 1) *Militavit protector.* — 2) '*Praefectura legionis II Herculianae Tro*[*e*]*smis*' *recensetur in Notitia Orientis* '*sub dispositione ducis Scythiae.*'

---

**2782** Marcella Martino coiugi bene merenti fecit, qui vi|xit ann. XXXVIII, in prima Minerbes[1] mil. ann. V, in und.[1] | ann. IIII, in lanciaria[2] ann. V, in pr.[3] ann. V, fecit cum co|[*iug*]e suo an IIII, bene mer., in pace.

*Romae (Eph. ep. 4, 911 vidit de Rossi).* — 1) *Intellegendae legiones primo Minervia et undecima.* — 2) *Similiter supra N. 2045 legitur: in praetoria.* — 3) *In protectoribus Martinum militasse, non in praetorio, posuit Mommsen eph. ep. 5 p. 124 propterea quod titulus scriptus videtur post Constantinum, quo tempore nulli praetoriani fuerunt. Ceterum cf. titulum similem supra N. 2045.*

---

**2783** resta viator et lege! Fl. Marcus protector, | natus in Dacia provincia in vico Valentiniano, | militavit in v[*e*]xillatione Fesianesa[1] annis XXIII, | unde factus protector, i[*n*]dequ[*e*][2] militavit in | scola protectoru[*m*] annis [*q*]uin[*q*]ue, qui petivit sibi | memoriam fieri de proprio virum[3], quique mandavit | Marian[*e*] coniugi suae et Thalarioni puerum su[*u*]m, qu[*em*] et liberum dimisit, et presentibus collegibus | suis, id est Perulam et Frontinum, Superianum, | Maxentium et Ursinum, astantibus qu[*i*]bus su|pr[*a*], mandavit d[*i*]li[*g*]entia fieri. | Havete transitores! | balete, transitores!

*Cyzici (III 371 cf. p. 977 semel descripta saec. XVIII).* — 1) *Vocabulum praeterea non repertum, fortasse corruptum (de equitibus Stablesianis cogitavit Mommsen; fieri posse ut descriptor primas vocabuli litteras omiserit).* — 2) idequi *traditur.* — 3) *Fortasse scr.* bisomum *(Renier).*

---

**2784** Viatorinus prot|ector mitavit *(sic)* a|nos triginta, o|ccissus in bar|barico iuxta D|ivitia[1] a Franco, | vicarius Divitesi m.[2]

*Coloniae Agrippinae rep. a. 1888 (Zangemeister Korresqondenzbl. der Westd. Zeitschr. f. Gesch. u. Kunst 8, 1889 p. 39).* — 1) *Nomen loci siti in barbarico e regione Coloniae, hodie Deutz.* — 2) *Sic lapis, spatio inter* Divitesi *et* m *vacante. Significari vicarium tribuni numeri Divitensium coniecit Mo. (Herm. 24 p. 270 not. 5).*

---

**2785** Fl. Gaudentius v. d.[1] p. t. l. d.[2] et Honorata coniunx | d. pt. n. Sept.[3]

*Romae (de Rossi bull. com. 1873 p. 51 tab. 3, bull. crist. 1873 p. 32).* — 1) *Vir devotus.* — 2) *Protector lateris divini (*ex protectorib. lateri[s] divini *perscriptum legitur in titulo Dalmatico anni 280, C. III 1805,* prot. divini lateris Aug. n. *in titulo fortasse scripto ante annum 269, Orell. 1869 cf. Eph. ep. 5 p. 121, 4).* — 3) *Deposita nonis Septembribus.*

---

**2785a** *(corona, columba)* in hoc locu depositus est | Eareter[1] protector domesticus, | qui vixit annus XXV, requiescit | in pacem.

*Romae (Eph. epigr. 4, 913 vidit de Rossi).* — 1) *Nomen insolitum, fortasse a quadratario corruptum.*

---

**2786** hic iacet Heraclius civis | secundus Retus[1], filius Lupici|ni ex presidibus, qui fuit | praepositus militum | Fotensium[2], et vixit | annis XXXV, dep. XII kal. | Augustus *(sic). (In medio lapide protome defuncti, supra inscriptionem monogramma Christi cum columbis duabus).*

*Romae (Eph. epigr. 4, 943 vidit de Rossi).* — 1) *Intellege ex Raetia secunda.* — 2) *Videtur scribendum esse: Fortensium; milites Fortenses saepius memorantur in Notitia imperii.*

---

**2787** Fl. Iovinus ex p. p.[1] | militum Histricorum | et Fl. Paulus biarcus, | pater et filius, domum[2] | a fundamentis | iusserunt fabricari.

*In Pannonia, inter Ofen et Stuhlweissenburg loco dicto Csuth, nunc Pestini (III 3370 vidit Mommsen).* — 1) *Ex praeposito.* — 2) *De domo privata accipit Mo.*

---

**2788** bene pausanti in pace, Fl. Memorio v. p. qui milit. | int. Iovianos annos XXVIII, pro. dom.[1] an. VI, prae.[2] lanciaris se[*nioribus*] . . . . rib. an. III, comes ripe an. I, com. Mauret. Ting. an. IIII, | vix. an. LXXV, Praesidia coni[*unx*] marito dulcissimo.

*Arelate, nunc Massiliae, sarcophagus (XII 673 vidit Hirschfeld).* — *Tractavit Jullian bull. épigr. 4, 1884 p. 1 seq.* — 1) *Protector domesticus.* — 2) *Praefuit.*

---

**2789** *(monogramma Christi cum litteris* A *et* Ω*)* b. m.[1] | Derdio ex tribuno militavit ann. | XL int. Iovianos sen., vixit ann. LXXV, | req. XVI kal. Ian., memori. sibi et | uxori suae Gaudentiae fecit.

*Mediolani in ecclesia S. Ambrosii (V 6213 vidit Mommsen).* — 1) *Bonae memoriae.*

---

**2790** b. m.[1] in pace, Fla. Higgo scutarius scola tertia[2], qui vixit annus p. m. XXV, et militavit annus VI, cocnatus dulcissimus sororio amantissimo c. u. m. p.[3]

*Brixiae (V 4369 semel descripta saec. XV).* — 1) *Bonae memoriae.* — 2) *'Sub dispositione viri illustris magistri officiorum' in Oriente scholas scutariorum duas, in Occidente tres recenset Notitia dignitatum.* — 3) *Cum uxore memoriam posuit (Mo., dubitans).*

---

**2791** d. m. s. | Val. Maxentio | aeq. ex numero | lanciarorum *(sic)*, | vixit an. XXVI, mil. | an. VI, iscola aequi|tum[1] b. m. f.

*Romae (Gatti notizie degli scavi 1888 p. 375; Huelsen ap. Mo. Herm. 24 p. 230 not.).* — 1) *Apparet intra numerum lanciariorum fuisse scholam equitum (cf. Mommsen l. c.). Titulus videtur esse temporum Diocletiani.*

---

**2792** d. m. Val. Iuventinus exarcus, | qui militavit annos XX in vexilla|tion. eqq. Dal. comit. Ancial|itana[1], vixit annos XL, collect|a[*r*]ii[2] titulum conscriptum ex | bonis eius posuerunt | bene merenti. Vale, | viator.

*Thyatiris Lydiae (III 405 bis descripta saec. XVIII).* — 1) *Vexillatio equitum Dalmatarum comitatensis Anchialitana (Anchialus oppidum est Thraciae) alibi non memoratur, alias vexillationes comitatenses plures recenset Notitia.* — 2) collecta pii *traditur; collectarii, iudice Mommseno, ii sunt qui bona Iuventini distrahenda curarunt.*

---

**2793** d. m. |

Acipe *(sic)* nunc, | frater, supre|mi munus h|onoris

Val. | Vasse exarco | in vexil. eq. | Stablesianoru|m[1], militavit | annos XXV | m. V d. XVII, vixit | an. XXXXIIII m. VII | d. XIII, Val. Donatus | fratri pientisimo | d. s. p.

*Brixiae (V 4376 vidit Mommsen).* — 1) *Stablesiani equites nominantur saepius in Notitia; nominis origo adhuc latet.*

---

**2794** d. m. s. | Valerius Marcellinus | eques de sub cura Valeri | [*p*]rae[*f.*] equitum Sta[*bl*]e|sianorum[1], Valerius | Valerianus memori|am fecit parentis | bene meriti.

*Sitifi in Mauretania (VIII 8490 descr. Delamare).* — 1) Stariesianorum *tradi-tur (correxit Renier); cf. N. 2793.*

---

**2795** Aur. Supero | circit. sub cur. | Iusti, qui vix. ann. | XXX, coniugi kar. memo|riam fecit Aur. Quintin[*a*], | in funus et memoria erog. | ✕ XXX.[1]

*Cremonae rep. (V 4100 vidit Mommsen).* — 1) *Erogavit denarios triginta.*

---

**2796** Fl. Sindia senator[1] de numero | Herulurum[2] seniorum in eam arcam | iacet, quem emit propio suo. Si quis eam aperi|re voluerit, davit fisco argenti pondo XII. Vite | sue vixit annos LX.

**2797** Flavius Savinus duce|narius[1] de numero Batav|orum seni.[3], vixit[5] annos p. m. | cinquaginta, arcam sibi | comparavit de proprio suo. Si | quis eam aperire volu|erit ester, inferat fis|co auri pondo dua.

**2798** [*F*]lavii Servili Otraustaguta[6] e[*t*] Ilateuta[6] Felicitas | [*F*]lavio Andiae centenario[1] numeri brachiatorum[7], col|[*lege o*]ptimo, arcam de labore suo comparavimus, quem | [*arca*]m comendamus sancte acclesiae [*c*]ivitatis Concodien|sium *(sic)*; si quis eam aperire voluerit, dabit fisco | auri pondo duo sin|e mora.

**2799** in hanc arca iac|et Ursacius bearcus[1] de numero Bataoru|m seniorum[3], qui vixit | annos XXX; si si *(sic)* quis eam vo|luerit aperire, det in fisco au|ri [*li*]bras doas.

**2800** Fl. Ampio semissalis[8] de n. Mattia|corum sen.[4] de propio suo arca sibi | posuit; si quis eam aperire voluerit, | davit fisci viribus argenti libras | decem.

**2801** Flavius Hariso ma|gister primus[9] de nu|mero Erolorum seni|orum[1] arcam de proprio suo | conparavit; si quis eam aperi|re voluerit, dabit in fisco auri p. duo.

**2802** Flavio Launio n...s. semaforo[10] | de numero Bataorum seni|orum[3] qui vissit annos X....; | si quis voluerit oc est s... |luerit arcam aperire, p. II | auri fisco reddebit.

**2803** arcam Vassioni camped.[11] | numeri Bataor. sen.[3], quem sepe|livit coniux Suandacca[12], q. vixit cum | [*e*]o ann. XXII, milit. ann. XXXV, feret a|pud se ann. LX; si quis eam arcam vo|luerit movere, virib. fisci dabit sol. XXV. *(In latere operculi, monogramma Christi).*

*Prope Concordiam Venetiae, sarcophagi permulti, reperti loco antiquo, plerique a. 1873 et insequentibus, nonnulli a. 1890 (Notizie degli scavi 1890 p. 170; C. V 8759. 8740. 8776. 8739. 8750. 8752. 8773 primus edidit Bertolini Concordiensis, non paucas vidit Mommsen).* — 1) *Significantur munera militaria tribunatu inferiora nota et ex aliis nonnullis inscriptionibus (cf. N. 2804) et ex memorabili hoc loco Hieronymi (allato a Mommseno) contra Ioannem Hierosol. c. 19 (Migne P. Lat. XXIII p. 386): 'Finge aliquem tribuniciae potestatis suo vitio regradatum per singula militiae equestris officia ad tironis vocabulum devolutum, numquid ex tribuno statim fit tiro? non, sed ante primicerius, deinde senator, ducenarius, centenarius, biarchus, circitor, eques, deinde tiro.'* — 2) *Heruli seniores,* 3) *Batavi seniores,* 4) *Mattiaci seniores una recensentur in Notitia Occidentis inter auxilia Palatina sexaginta quinque constituta 'sub dispositione viri illustris magistri peditum praesentalis' (c. V, p. 24 Boeck.), et mox inter numeros 'intra Italiam habitos' (c. VII, p. 33 Boeck). Horum trium numerorum, quos locis iisdem vel non multum inter se distantibus tetendisse apparet inde quod in Notitia nomina eorum iuncta sunt, multi milites, testibus inscriptionibus his harumque similibus, sepulturam Concordiae nacti sunt, aliorum numerorum — nam alii quoque numeri memorantur in illis inscriptionibus — pauci tantum.* — 5) sen. ivixit *lapis.* — 6) *Nomina barbarica, fortasse etiam a quadratario corrupta.* — 7) *De brachiatis cf. infra N. 2804.* — 8) *Semissalis non recensetur ab Hieronymo loco supra citato, sed nomen eius firmat et gradum demonstrat, ut monuit Mo., constitutio Iustiniani (cod. Iust. 1, 27, 2, 20 seq.), ubi in officiis ducum provinciarum Africanarum post primicerium, numerarium, ducenarios, centenarios, biarchos, circitores, recensentur semissalii.* — 9) *Magistri primi dignitas praeterea ignota.* — 10) n. s. *litterae, supra lineam adiectae, non intelleguntur; de semafori vocabulo cf. supra N. 2521 (not. 2).* — 11) *Campedoctor (cf. supra N. 2416 not. 3).* — 12) *Fortasse* coniuxs Vandacca.

---

**2804** Fl. Saume biarco de numero equitum bracchiatoru.[1] | arcam illi emerunt frater Viax et Euingus semtor[2], Alu|gildus biarcus; si quis illam aperire voluerit, dabit fisco auri | libram unam.

**2805** . . . [*F*]lorus patri pie . . . . . ia . . . . | memoriam pos. in sib[*i* c]olleg[*i*]s . . . . re. | Si quis aute hanc sepulturam move. | temptaverit, inferre debe[*bit f*]isco a|uri libr. VI. Fl. Iovinianus bearcus | draconarius ex numero | Octava Dalmatas[1], militavit annos | XX, vixit anos XL, posuit memoria | Iovinus prot. parens suus.

*Concordiae, arca rep. una cum N. 2796 seq. (V 8760 vidit Mommsen; Bertolini Notizie 1890 p. 343). —* 1) *Alius biarchus eiusdem numeri (*de n. brac. sen. equit.*) est in titulo Concordiensi Notizie 1890 p. 171. Equites brachiatos seniores recenset Notitia Occidentis inter vexillationes palatinas intra Italiam, equites Octavo-Dalmatas (cf. supra N. 664 not. 3) eadem inter vexillationes comitatenses intra Galliam habitas (c. VI. VII p. 31. 39 Boeck). —* 2) *Scr.* senator *(cf. N. 2796).* Senator de numeru bis electum (?) *est C. VIII S. 17414.*

---

**2806** + b. [*m.*][1] | hic requiescit | in pace Macrobis | primicerius[2] primi Tho|dosianorum numeri[3], qui | vixet annis pl. m. quinqu|aginta tantum, deposit. | est sb. idus Maias, sex. p. c. Bas|ilii iun. v. c.[4] ind. decima. +

*Florentiae (XI 1693 vidit Bormann). —* 1) *Bonae memoriae. —* 2) *De primicerio cf. supra N. 2796 not. 1. —* 3) *Primi Theodosiani memorantur in Notitia Orientis V, 64 (p. 20 Boeck.) inter auxilia Palatina decem et octo. —* 4) *Sextus post consulatum Basilii iunioris est a. p. Chr. 547.*

---

**2807** Bantio draconarius | hic requiescit in pace, | qui vixit annos trigin|ta quinque cum suis.

*Romae (Eph. epigr. 4, 949 vidit de Rossi).*

---

**2808** Iohannis | mil. de num. | Cadisiano[1] | cum uxore | sua Severina | fecer., p.[2] XXV.

**2809** Laurentius mi|lis de numero | Tarvisiano[1], et filius dom|ni fecit, p.[2] XXV.

**2810** Iohannis | milis de nu|mero equit. | Perso Ius|tiniani[1], vo|tum solvit.

*Gradi in ecclesiae patriarchalis pavimento (V 1590. 1593. 1591 descriptae saec. XV et rursus saec. XVIII, N. 2808 etiam saec. XIX). —* 1) *Numeri hi praeterea ignoti. Tarvisianus numerus nomen sine dubio traxit a Tarvisio oppido Venetiae, memorato saepius temporibus bello Gothici (Procop. 2, 29. 3, 1. 2). Numerus equitum Perso-Iustinianus videtur a Iustiniano e Persis conscriptus esse; similiter numeri equitum e Vandalis conscripti appellati sunt Vandali Iustiniani (Procop. bell. Vand. 2, 18). —* 2) *Pedes (ita perscriptum est in titulo eiusdem pavimenti C. V 1588). Ceterum, ut apparet ex N. 2810, hi tituli non fuerunt sepulcrales sed votivi.*

---

**2811** + Buraido milex | de num. Hipp. reg.[1], | vixit in pace | ann. XL, milita|bit XCII[2], quiebi | sbd. III n. Iul. indi|t[*io*]n. nona.[3]

*Prope Hipponem Regium rep. (VIII 5229 cf. VIII S. 17401 vidit Villefosse, ectypum vidit Schmidt). —* 1) *Numerus Hipponensium regiorum praeterea ignotus. —* 2) *Militavit (annos) XVIII. —* 3) *Quievit sub die III nonas Iulias indictione nona.*

---

**2812** + mem. Fl. Ziperis | tribn. n. prm. fel. | Iust.[1], depositus est | in pc.[2] agens tribu|natu Rusg. ann. XII.[3]

*Algerii (VIII 9248 vidit Wilmanns).* — 1) *Tribuni numeri primanorum Felicium Iustinianorum. Cf. N. 2810.* — 2) *In pace.* — 3) *Rusguniae oppidum situm in ora Mauretaniae non longe ab Alger (Icosio); et potest hic lapis Rusguniis Algerium adlatus esse.*

---

**2813** Hariulfus protector | domesitigus *(sic)*, [*f*]ilius Han|havaldi regalis[1] genti|s Burgundionum, qui | vicxit annos XX et men|sis nove et dies nove. | Reuglo avunculu[*s*] | ipsius fecit.

*Treviris, arca rep. a. 1877 (Ann. Rhen. 61 p. 86 cf. Eph. ep. 5 p. 124; litterae, iudice Hettnero qui vidit, sunt saeculi fere quinti incipientis).* — 1) *Regalis vocabulum saepius adhibitum ab Ammiano; cf. Mo. eph. 5 p. 136 not. 1.*

---

**2814** Francus ego cives, Romanus miles in armis
egregia virtute tuli bello mea dextera sem[*p*]er.

*Aquinci (Alt-Ofen) rep. (III 3576 vidit Mommsen).*

---

## Classes.

**2815** Ti. Iulio Aug. l. | Optato | Pontiano | procuratori et | praefect. classis[1], | Ti. Iulius | Ti. f. Fab. | Optatus IIvir.

*Tarracinae (X 6318 vidit Mommsen).* — 1) *De hoc Optato cf. supra N. 1986 (not. 2).*

---

**2816** Ti. Iulio Aug. lib. | Xantho tractatori | Ti. Caesaris et | divi Claudi | et subpraef. classis | Alexandriae[1], | Atellia Prisca uxor | et Lamyrus l. heredes, | v. a. LXXXX.

*Romae (Eph. ep. 4, 926 descr. Lanciani).* — 1) *Significatur classis Alexandrina (infra N. 2914, cf. supra N. 1341).*

---

**2817** C. Iulio Caesaris | l. Automato trierar., | Iulia C. l. Plusia soror | fecit, et sibi et suis.

*Miseni (X 3357 ad apographum nescio a quo factum).*

---

**2818** Ti. Iulius Aug. et | August. l.[1] Diogenes tr.[2], | sibi et Nigidiae Eutychiae | coniugi et suis, Nigidia Eutychia | S[*ta*]beriae C. l. Margaritae amicae | suae. H. m. h. n. s.

*Neapoli in museo, pertinet ad Misenum (X 3358 vidit Mommsen).* — 1) *Augusti et Augustae, scilicet Tiberii et matris eius, libertus.* — 2) *Trierarchus.*

---

**2819** Iulia Cleo|patra quae et | Lezbia, C. Iuli Men|oetis f. Antiochensis | Syriae ad Daphnem, | uxor Malchionis | Caesaris, trierarchi de | triere Triptolemo.

*Brundisii (IX 41 cf. p. 652 semel descripta).*

---

**2820** Helios Caesaris trierarchus.

*Romae, nunc Florentiae (VI 8929 vidit Henzen).*

---

**2821** Caspius | trierarchus | Ti. Caesaris hic | situs est.

*Romae, nunc Urbini (VI 8928 vidit Bormann).*

---

• **2822** Antho Caesaris | trierarcho[1] Liviano, | C. Iulius Iaso f. c.

*Foro Iulii rep. (XII 257 semel descripta saec. XVII).* — 1) *Teste loco quo titulus repertus est, pertinuit ad eam classem quae sub Iuliis Claudiisque imperatoribus Foro-Iulii stationem habuit.*

---

**2823** Ti. Iulio Aug. l. Hilaro, | navarcho Tiberiano, | Claudia Basilea | viro suo.

*Romae (VI 8927 vidit Henzen).*

---

**2824** C. Numisio S[*p. f.*][1] | Qui. Primo na|varcho, sacer[*d.*] | imp. Caesaris Aug., | aed., IIvir. iter., IIvir. | quinq., Numisia Paulla filia eius.

*Sinope (III S. 6980 ad apographum nescio a quo factum).* — 1) Numisios *traditur.*

---

**2825** Vérô Misai f., | miles ex clas. | Raven. | stip. XII, vix. | a. XXX, h. s. e.

*Rep. ad lacum Fucinum, est Neapoli (IX 3892 vidit Mommsen). Etiam alius titulus sepulcralis militis classis Ravennatis ad Fucinum lacum repertus est (IX 3891); fortasse classiarii Ravennates perpetuam stationem in eo lacu habuerant (Mo. l. c.). Hic titulus potest esse aetatis Claudii, qui a. 52 in lacu spectaculum per classiarios fecerat (Tac. ann. 12, 56).*

---

**2826** Scaeva Liccai, | mil. de lib.[1] Triton. | Ɔ[2] M. Vetti, vixi an. | XXXV, mil. an. . . ., | h. s.

*Brundisii (IX 42 Mommsen vidit ectypum).* — 1) *Liburna.* — 2) *Centuriā.*

---

**2827** Horus Pabec|i[1] f. proreta A[*l*]|exandrin|us[2] ex classe[3], ann. LX, milit|avit ann. . . . .

*Coloniae Agrippinae (Brambach 410 qui vidit).* — 1) *Nomina Aegyptiaca.* — 2) Ai|exsandrinus *lapis.* — 3) *Significatur sine dubio classis Germanica.*

---

**2828** L. Octavius | L. f., Elaites, gub|ernator, ann. | LVIII stip. XXXIII, | h. s. e. Dionysius | Plestharchi *(sic)* f. Tra|llianus, scriba, | pro merit.

*Prope Coloniam Agrippinam rep. a. 1879 (Aschbach ann. Rhen. 66 p. 78 tab. V).* — *Hic quoque titulus, teste loco quo repertus est, pertinuit ad classem Germanicam.*

---

**2829** Phallaeus | Dioclis f. guber. | de Galeat.[1], Pieris | et Nice l. p. f.[2] | In fr. p. VI, in agr. | p. XV.

*Ravennae (XI 88 vidit Bormann).* — 1) *Galeata nomen navis.* — 2) *Libertae patrono fecerunt.*

---

**2830** [*P*]os[*t*]umo . . | Aristonis . . . | [*c*]eleustae.[1]

*Foro Iulii, litteris aetatis Augusti (XII 5736 vidit Villefosse).* — 1) *Supplevit Mowat bull. épigr. 5, 1885 p. 17. Apud Graecos saepius memorantur κελευσταὶ remigum (Arrian. anab. 2, 22, 9. 6, 5, 5; alibi).*

---

**2831** M. Sabini Fadi | f. Herae, fabri de lib.[1] | Tauro rubro.

*Baulis prope Misenum (X 3421 vidit Mommsen).* — 1) *Liburna.*

---

**2832** dis manib. | C. Iulio Capiton. | manipl.[1] de III Vest.[2], | vix. an. XXXV, mil. an. XVI.

*Puteolis, nunc Neapoli (X 3585 vidit Mommsen).* — 1) *Manipulario, vel: maniplari (cf. N. 2887. 2901. 2905).* — 2) *De triere Vesta.* — *Titulos classiariorum in agro Neapolitano repertos vel Neapoli adservatos oriundos esse apparet ex sepulcris classis Misenatis.*

---

**2833** d. m. | T. Terentio Ma|ximo milex[1] | III[2] Iove, nat. Bess., | vix. ann. XL mil. an. | XX, C. Iul. Philo III[2] Mer|cur., Q. Domitius Optatus | IIII[3] Minerva, heredes, | curant. Sulpicio Prisco | option. III Iove.

*Miseni rep. (Eph. ep. 8, 444 vidit Huelsen).* — 1) *Fortasse* mil. ex. — 2) *Triere (trireme),* 3) *tetrere (quadrireme).*

---

**2834** M. Antónius Rufinus | miles ex V[1] Victória, sibi | et L. Iúlio Apollinári fratri, | militi ex III[2] Diána, vixit | annis XXXVIII, mil. an. XIIX, | et libértis libertábus poste|rísque eórum.

*Baiis rep. (X 3523 bis ut videtur descripta circa a. 1700).* — 1) *Pentere (non frequens est mentio penterum in titulis, iisque paene omnibus nomen fuit Victoria; cf. Ferrero l'ordinamento delle armate romane* [*Taurin. 1878*] *p. 28. 30).* — 2) *Triere.*

---

**2835** . . . [*vix. ann.*] | XXXII, mil. [*ann.*] . . . | h. b. m. f. | Antonius Lon|gus Ɔ VI Ope.[1]

*In Portu Romano (XIV 232 descripsi).* — 1) *Centurio hexere Ope (rara mentio hexerum in classibus Romanis, VI 3163. 3170 X 3611; his omnibus, nisi forte una eademque navis significetur, nomen fuit Ops).*

---

**2836** dis manib. | L. Pomponio Varo | mil. ex class. pr. | Mis. 7[1] C. Tarulii | Vitalis, vixit an|nis XXXV, milit. | ann. VIIII, | C. Aeternius Ru|fus, L. Statius | Valens 7[1] eadem, | M. Musidius Pe|tra 7[1] Clementis, | hered. b. m.

*Neapoli (X 3387 vidit Mommsen).* — 1) *Centuriā.*

---

**2837** d. m. | Aureliae Fabiae | coniugi | Memmius Magnus mil. | 7 III Hercul.[1] | bene merenti fecit.

*Neapoli (X 3379 vidit Mommsen).* — 1) *Videtur legendum esse: miles centuria triere Hercule.*

---

**2838** d. m. | C. Lysio Tertullo | militi classis pr. | Misenatium pie *(sic)* | vindicis centur.[1] | triere Minerva, | natione Dalmat., | stip. III, | b. [*m.*].

*Neapoli rep. (Sogliano Notizie degli scavi 1892 p. 119).* — 1) *Centuriâ.*

---

**2839** dis manib. | L. Antonius Leo q. | et Neon, Zoili f., | natio. Cilix, mil. cl. | pr. Mis. 7 III[1] Asclepio, | vixit annos XXVII | militavit an. VIIII, | C. Iulius Paulus he|res cur. egit.

*Neapoli (X 3377 vidit Mommsen).* — 1) *Centuriâ triere.*

---

**2840** . . . . . . | imp. Anto[*nini Aug.*] Pii p. p. filio[1], | classis praetoria | Misenensis.

*Neapoli (X 3339 vidit Mommsen).* — 1) *Titulus dedicatus fuit aut Marco Caesari aut L. Vero nondum Augusto. — Titulum positum a. 196 M. Aurelio Antonino Severi filio, a navarchis et trierarchis classis praetoriae Misenensis, habes supra N: 445.*

---

**2841** . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . div[*i*] Ne[*r*]vae abnepotib.[1],
[*navarchi et trier*]archi classis praetor. Misen.
[*quod ad alteros ce*]nturionatus[2], quibus divus Pius
[*classem suam hono*]raverat[2], adiecto tertio ordine
[*optimum princi*]pem aequaverint.

*Baiis rep., est Neapoli (X 3340 vidit Mommsen).* — 1) *Titulus dedicatus fuit Marco Aurelio et Lucio Vero, divi Pii filiis, divi Nervae abnepotibus.* — 2) *Adscripsi supplementa proposita a Mommseno, quorum explicationem et defensionem vide apud ipsum (C. l. c.).*

---

**2842** C. Iulio C. f. | Fal. Magno | navarc. princ. | clas. pr. Misen.[1], | adlec. in ord. decur. | et inter IIvirale[s] | decret. decur. p. p.[2] | munic. revere[*ntes*]. | Cuius dedi[*catione*] | decurion[*ibus*] | HS XX [*m. n. dedit*]. *(In latere)* dedic. pr. idus Au[*g.*] | Saturnino et [*Gallo cos.*][3], | curant. Q. Servili[*o*] . . . . ., | Ti. Cl. Phile[*to IIviris*].

*Castelvolturni, ubi fuit Volturnum, rep. (X 8215 vidit Mommsen).* — 1) *Navarco principi classis praetoriae Misenensis.* — 2) *Postulatione populi (Mo.).* — 3) *Supplevit Mommsen referens ad a. 198.*

---

**2843** d. m. Thiasus | Valerius Verus | bis navarcus[1] cla|sis *(sic)* praetorio Mese|natium *(sic)*, vixit | annis XXIIII, Valerius | evok. pater et Iulia | mater filio fecerunt.

*Romae (Eph. epigr. 4, 922 descr. Lanciani).* — 1) *Bis navarchus est etiam X 3350.*

---

**2844** C. Marcius Volson. | f. Serg. Maximus tr. | de lib. Aquila[1], sibi et | Siliae Eutychiae uxori | et libertis libertab. posterisq. | eorum omnib. t. f. i.[2] ex HS ↀ[3], adiecit eo | Silia Eutychia coniunx HS ↁ ∞ ∞ ∞ CCC.[4]

*Neapoli (X 3361 accurate descripta saec. XVI ab Antonio Augustino).* — 1) *Trierarchus de liburna Aquila.* — 2) *Testamento fieri iussit.* — 3) *Ex sestertium decem milibus.* — 4) *Sestertium octo milia nummum et trecentos.*

---

**2845** d. m. | M. Naevius Ascle|piades adiutor | tr. IIII Venere[1], | vixit annis XXII | mensibus V.

*Londinii in museo Britannico (X 3391 vidit Huebner; extant in museo Britannico non pauci tituli classiariorum oriundi sine dubio ex Italia: eos in agro Neapolitano repertos esse et pertinere ad milites classis Misenensis statuit Mommsen).* — 1) *Adiutor trierarchi tetrere Venere.*

---

**2846** d. m. | P. Petroni Afrodisi, | ex trierarchis[1] navarc. | et principe cl. pr. Raven[*n*.] | et Gaviae Gorgoniae eius, | Aelius Carpophorus | parentibus.

*Ravennae (XI 86 semel descripta saec. XVI).* — 1) *Similis inconstantia in numeris est in titulo Salonitano III S. 8741:* ex protectore et ex praepositis (ex trierarch. *scribi iusserat Mommsen).*

---

**2847** d. m. | T. Fl. Antonino | p. p. leg. I Adiutri. | ex n. princ. cl.[1], | qui vix. ann. LXX, | fili patri b. m.

*Neapoli (X 3348 vidit Mommsen).* — 1) *Primo pilo legionis primae Adiutricis, ex navarcho principi classis. Notat Mommsen, nullum alium repertum esse classiarium promotum ad centurionatum legionis.*

---

**2848** d. m. | T. Minucius Satur|ninus 7 veteran.[1], | Helpidi vernae | suae et sibi et lib. | libertab. posterisq. | eorum.

*Miseni, deinde Puteolis (X 3369 vidit Mommsen).* — 1) *Centurio veteranus (ut N. 2849 et alibi), minus accurate dictum pro veterano ex centurionibus (Mo.).*

---

**2849** d. m. | C. Velonius Macer 7 vetera|nus ex class. praet. Misen., | militavit ann. XXVI vixit | annis LXI natione Bessus, | C. Velonius Macer miles ex eadem | classe et Valeri|a Velonia fili | patri piissimo fecerunt.

*Neapoli (X 3376 vidit Mommsen).*

---

**2850** d. m. | L. Salvio Pudenti militi | ex classe praet. Mis. | de III[1] | Concordia, nat. Besso, vixit | ann. XXXV milit. ann. XVI, | Barbius Crescens veter. ex | centurionib.[2] eiusd. classis, | heres b. m. fecit.

*Neapoli (X 3370 vidit Mommsen).* — 1) *De triere.* — 2) *Cf. N. 2848 not. 1.*

---

**2851** d. m. | Cn. Arrius Myro | n.[1] Formianus vet. ex Ↄ[2] cl. pr. Misen. IIII[3] Ve|sta, vix annis L m|ensibus VIII diebus | XII. Valeria Crispi|na coniunx | b. m. f.

*Neapoli (X 3365 vidit Mommsen).* — 1) *Natione.* — 2) *Veteranus ex centurione.* — 3) *Tetrere.*

---

**2852** d. m.[1] | Aurelio Candido navarcho archigy|berni[2] cl. pr. Misen. et Aureliae De|metriae coiugi eius et liber|tis libertabusque posterisque | aeorum, se vivi fecerunt.

*Neapoli (X 3349 vidit Mommsen).* — 1) d. m. *litterae collocatae sunt iuxta versum primum a sinistra et a dextra.* — 2) *I. e.* ἀρχικυβερνήτης. *Non liquet utrum unum munus sit navarchi archigyberni, an Candidus factus sit navarchus ex archigyberno.*

---

**2853** dis man. | L. Percennio Maxim. | gubernatori ex class. | praetoria Misenens., | vixit ann. XXXXVI | militavit . . . . . .

*Miseni rep., nunc Florentiae (X 3434 vidit Mommsen).*

---

**2854** d. m. | Sex. Sallustius | Faustus miles | gyber. IIII | Fide[1], | milita. annis | XXVI vixit annis | L, heredes b. m. f.

*Baiis (X 3436 semel descripta saec. XVII).* — 1) *Gybernator tetrere Fide.*

---

**2855** d. m. | Hammonius | Aristo optio III[1] | Rheno, Luciae | natione Syrae, | vixit an. XXII.

*Neapoli (X 3472 vidit Mommsen).* — 1) *Triere.*

---

**2856** d. m. s. | T. A. Longiniano | optioni ex III Venere | cl. pr. Mis., Iulia Rufina | mater; locus datus est | a pontif.[1] Iulio Flaviano | patrono.

*Puteolis, ara (X 3458 descripsit Mommsen).* — 1) *Pontifice (oppidi Miseni, ut putat Mommsen).*

---

**2857** d. m. | C. Terentius Longi|nus optio factionis | artificum, vixit an|nis $\overline{\text{XXX}}$ militavit an|nis $\overline{\text{XI}}$, Tullius Titia|nus tr. clas. pr. Misen., | h. b. m. f.

*Neapoli (X 3479 bis descripta saec. XVIII).*

---

**2858** d. m. | M. Naevio Proculo | opt. conv.[1] IIII[2] Vener., | mil. ann. III, qui vix. an. | XXI m. II d. XV, parentes | filio dulcissimo.

*Londinii in museo Britannico (X 3478 vidit Huebner; de origine cf. supra ad N. 2845).* — 1) *Idem munus reperitur etiam inter vigiles, supra N. 2157 (not. 30); quid significetur, nescio (de optione convectionis cogitavit Mowat bull. épigr. 6, 1886 p. 194).* — 2) *Tetrere.*

---

**2859** d. m. | C. Domitio Regino | mil. cl. pr. Rav., | suboptioni | $\overline{\text{IIII}}$ Fortuna, | mil. ann. XVIII, | vix. ann. XXXVI, | secundus h.[1] fec.

*Centumcellis (Civitavecchia) (XI 3531 vidit de Rossi).* — 1) *Heres.*

---

**2860** M. Aurel. | Macedo | vet., nat. Delm.[1], | ex subopt.[2], sibi et | Aurel. Victoriae | libertae, vivus | posuit. | Si quis hanc arc. | po[s]t excess. s. s. | a. d. f. C.[3] . . . .

*In vico agri Ravennatis qui dicitur Cervia (XI 349 aliquoties descripta inde ab ineunte saec. XVI).* — 1) *Natione Delmata.* — 2) *Ex suboptione.* — 3) pont. exce ~~SSSS~~ | a. d. i. g. *vel* p. ex f. s. s. s. s. | a. d. f. c. *apographa, Rocchius monuit, intellegendum esse: Si quis hanc arcam post excessum supra scriptorum aperuerit, dabit fisco Caesaris . . .*

---

**2861** d. m. | Q. Servili Iasonis nauf. $\overline{\text{IIII}}$ Vesta[1], | nat. Cilix, mil. ann. $\overline{\text{XXII}}$, | C. Iul. Ianuar nauf. III Part[*h*]ic.[2] | tutor Aureli Iasonis fil. et heredis | eius, b. m. f.

*Neapoli (X 3454 vidit Mommsen).* — 1) *Naufylax tetrere Vesta.* — 2) PARTHIC *lapis; navi videtur nomen fuisse Parthico. Idem nomen reperitur VI 3121, XI 3527.*

---

**2862** d. m. | C. Iulio Maximo | veterano ex | naofylace, | vixsit annis | LX, Turrania | Maxima nepos | et Iulia Filete | liberta, heredes | b. m. f.

*Puteolis rep., nunc Veronae (X 3451 vidit Mommsen).*

---

**2863** d. m. | L. Baebio Silvan. | vet. ex naup.[1] | cl. pr. Rav. $\overline{\text{n}}$. Syr., | v. a. LXXX, Vatria | Tyrannis con. | et L. Baebius | Phileros lib. et | her. patr. digniss. | pos. S. p. obit. e. q. s. s. s. | h. planc. a., d. d. $\overline{\text{r}}$. $\overline{\text{p}}$. R. | ~~HS~~ ⋈. ⋈. $\overline{\text{n}}$.[2]

*Ravennae (XI 43 vidit Bormann).* — 1) *Ex nauphylace (?).* — 2) *Videtur intellegendum esse: Siquis post obitum eorum qui supra scripti sunt has plancas aperuerit, dare debebit rei publicae Ravennatium sestertium duo milia nummum.*

---

**2864** d. m. | L. Fulvius Datius | proreta cl. pr. Mis. | III Vesta, vix. an. XL, | ordo proretarum, | heredes, collegae | sanctissimo b. m. ff.[1]

*Miseni rep., deinde Neapoli (X 3483 vidit Mommsen).* — 1) *Bene merenti fecerunt.*

---

**2865** d. m. | C. Aponio Eudemoni | prorete III Iunone, | vix. annis XLV, mili. | annis XXIII, n. Egypti. | Lycopolites, Aiezia Bi|talis uxor eius et Publius | Aieza filius eius et C. | Iulius Ierax IIII Dacico, | proreta, frater et hered. | b. m. f.

*Puteolis (X 3482 descr. Nissen).*

---

**2866** d. m. | Q. Panenti Quinti|ani mil. cl. pr. Rav.[1], III Aesc.[2], n. Del.[3], st. XXXII, | C. Postumi. Valens | pror.[4], her.[5], et M. Pla|rentius Syrio | subhe. et proc.[6], merenti.

*Neapoli (X 3486 vidit Mommsen).* — 1) *Miles hic classis praetoriae Ravennatis casu aliquo videtur decessisse circa Misenum. Litterae huius tituli ita contignatae sunt, ut numquam in his partibus, sed in iis fieri solebat, unde oriundus erat Quintianus (Mo.).* — 2) *Triere Aesculapio.* — 3) *Natione Delmata.* — 4) *Proreta.* — 5) *Heres,* 6) *subheres et procurator.*

---

**2867** d. m. | M. Antoni Isidó|ri pausari[1] dupl. IIII | Dacico[2], Aegypt., vixit | ann. XLVIII mil. an. XXVI, | Maria Eutychia c. b. m.

*In agro Neapolitano (prope Bacoli) rep., est Neapoli (Eph. ep. 8, 383 vidit Ihm).* — 1) *Cf. Seneca ep. 56, 5: 'pausarium voce acerbissima remigibus modos dantem.'* — 2) *Duplicario, tetrere Dacico.*

---

**2868** dís mánib. | P. Pacónio Nigró | fabró ex classe | $\overline{\text{pr}}$., Mísenense | nation. Nícaens, | vix. ann. L militavit | anní́s XXVIII, | P. Paconius Graptus | patrono benemerent.

*Puteolis, nunc Neapoli (X 3419 vidit Mommsen).*

**2869** d. m. | T. Iul. Proculi | fabri principa[*l.*] | III Concordia, na[*t.*] | Sur., mil. ann. XXVII | vix. ann. IIL *(sic)*, C. Saeniu[s] | . . . mulus h. b. m. f.

*Neapoli (X 3427 vidit Mommsen) in parte aversa lapidis extat titulus qui sequitur.*

---

**2870** d. m. | L. Aurelio Forti fabro du|plicario lib.[1] Fide, natione | Sardo, vixit annis LII mi|litavit annis XXV, M. Cari|sius Fronto heres b. m. fecit, | curante Arruntio Petroni|ano amico optim[*o*].

*Neapoli (X 3423 vidit Mommsen).* — 1) *Liburna.*

---

**2871** d. m. | L. Iuli Valentis dupl. | caementari ex clas. pr. | Misens. *(sic)*, natione Syri, | vixit an. XL, mil. an. XXII, | Flavia Marina uxor | viro bene merenti.

*Neapoli (X 3414 vidit Mommsen).*

---

**2872** C. Vettio C. f. Claud. | Grato archit.[1] class. | pr. Mis., sibi et Meviae | Quintae coniug. suae | et Sallustiae Secundae | matri eius, et libertis libertabus | posterisque eorum meis. | H. m. s. s. h. n. s.[2]

*Tersat prope Fiume, videtur esse ex agro Neapolitano (X 3392 vidit Conze).* — 1) *Architecto.* — 2) *Hoc monumentum sive sepulcrum heredem non sequetur.*

---

**2873** d. m. | I.[1] Seleucus nation[*e*] Seleu|ciensis miles clas. pr. Mise|natium, militavit annos | XXX, scenicus principalis[2], | vixit annos L, Antonia | Theodote soror fecit.

*Neapoli (X 3487 aliquoties descripta saec. XVI. XVII).* — 1) *Apographa variant inter* I, T, L. — 2) *Cum scenae vocabulum in re nautica adhibitum esse testetur Pollux 1, 89 (ἐκεῖ ποῦ, sc. κατὰ πρύμναν, σκηνὴ ὀνομάζεται τὸ πηγνύμενον στρατηγῷ ἢ τριηράρχῳ), Ferrero (armate romane p. 60) putat ab hac scena hunc scenicum appellatum.*

---

**2874** . . . . ilo Pinthsi | f. de triere | Quadrig., vixit | an. XXXV h. s., | symphoniacus.

*Brundisii (IX 43 vidit Mommsen).*

---

**2875** d. m. | L. Valerius Victor | ex II[*I*][1] Fide, natione | Sardus, victimari|us principalis, | militavit annis | XXIII vixit annis | XXXI, Aurelia Sp|es coiugi b. m. | fecit.

*Miseni rep. (X 3501 solus descripsit Accursius).* — 1) II *traditur.*

---

**2876** Athenio de | III Danae coro|narius[1], Quartae | Aufidiae uxori suae | benevolenti eius et | honoris caussa | fecit, h. s. e.

*Ravennae (XI 30 vidit Bormann).* — 1) *Coronarium eum fuisse putant qui confecerit coronas ad ornandas naves et diebus festivis et redeuntes in portum (Ferrero armate romane p. 61).*

---

**2877** L. Domitius Demetri f. | Demetrius subunc.[1] de III | Concord., sibi et Arruntiae | Gennae coniugi bene | merenti et L. Annio Sp. f. Prisco | et libert. libertab. posterisque | suis eorumque omnibus fecit.

*Puteolis rep., est Neapoli (X 3498 vidit Mommsen).* — 1) *Subunctorem intellegi putant. Unctores fuerunt in cohortibus vigilum cf. supra N. 2156 (not. 14) 2157 fin.*

---

**2878** d. m. | Valentinae | Nucherinae, | vix an. XXII d. XV, | Iul. Maximus | vel. dup.[1] b. m. f.

*Neapoli (X 3499 vidit Mommsen).* — 1) *Velarius duplicarius cf. N. 2879 (sed cum* l *et* t *in hoc lapide vix differant, potest etiam intellegi de veterano duplicario).*

---

**2879** d. m. | Valerius . . . . . . | nat. Alexandrin., | ex velar. duplicar.[1], | mil. ann. XXVI, vix. | ann. LVI mens. IIII | diebus XII, | L. Valerius Iustus, | Varenia Helena, | h. b. m. f.

*Neapoli, nunc Florentiae (X 3500 vidit Mommsen praeter prima verba nunc deperdita).* — 1) *Ex velario, duplicario.*

---

**2880** d. m. s. | C. Iulio Panisco | pitulo septesemi|odiali[1], IIII Da . . . . | t . . oli ae . . . .

**2881** d. m. | C. Sereni Ma|ximi pituli | m. VII S[2], IIII Vesta, | nat. Aeg., vix. | ann. XXXVII, | mil. an. XIII, | Apuleius Nepos | scriba h. b. m. f.

*Neapoli (X 3480. 3481 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. not. 2.* — 2) *Manifesto significatur idem munus quod in N. 2880 dicitur pitulus septesemiodialis (*VII S = *septem semis). Πίτυλος, adnotavit Mommsen, strepitus est remi aquam percutientis usurpaturque item pro ipso remigio; sed quomodo miles hoc vocabulo appellari potuerit et quid omnino sibi velit vocabulum septesemiodialis, obscurum est.*

---

**2882** d. m. | Ti. Cl. Marinus | nonagen.[1] cl. pr. Mis., | et Aelia Nicolais | coniux eius, sibi | libertis liberta|busq. posterisq. eor. | fecerunt.

*Neapoli, deinde Florentiae (X 3456 aliquoties descripta saec. XVIII).* — 1) *Nonagenarius classis quis sit, obscurum.*

---

**2883** d. m. | Antoniaé Domina[*e*], | vix. ann. XIX, Camuriu[*s*] | Colo harm.[1] III Lucifer.[2] | coniugi santissimae *(sic)* et | Antonius Colo matr. | pientissimae b. m. fec.

*Miseni rep., iam Florentiae (X 3395 vidit Mommsen).* — 1) *Alii acceperunt de harmoniaco contuleruntque symphoniacum N. 2874, aliis videtur* harm. *scriptum pro* arm., *ut sit armorum custos.* — 2) *Triere Lucifero.*

---

**2884** d. m. C. Ulpius Licin|ian. armor.[1] IIII Ves[*t*.][2], | N. P.[3], Fl. Iuc. Marcel. | STRIG.[4] ex ead.[5], et Ael. Exorat. STRIO[4] IIII Ann.[6], | munici. b. m. f. d. s.[7]

*Puteolis, nunc Neapoli (X 3495 vidit Mommsen).* — 1) *Armorum (custos).* — 2) VESI *lapis; intellege: tetriere Vesta.* — 3) *Natione Ponticus(?) (Mo.).* — 4) strig. *vel* strio *idem munus videtur significare. Fuerunt qui cogitaverunt de strigilario (cf. Ferrero armate romane p. 60, qui contulit unctores et a balneis vigilum); Mommsenus admonuit tituli dedicati a trierarcho quodam Iovi Strigano (X 3337), quod agnomen, sane et ipsum obscurum, ab eodem vocabulo videtur esse ductum.* — 5) *Ex eadem, sc. tetrere.* — 6) *Tetrere Annona.* — 7) *Municipi bene merenti fecerunt de suo.*

---

**2885** d. m. | M. Valerió An|toninó armor., | III Rheno, nat. | Syrus, vix. ann. | XXXVIII mil. ann. | XVIII, heres | b. m. f.

*Puteolis, nunc Neapoli (X 3407 vidit Mommsen).*

---

**2886** T. Suillio Albanó | qui et Timotheus | Menisci f., natione | Nicaens., arm. custod. | lib. Virtut., mil. a. XXV, | vixit ann. X . . . . . | , Anto[*n*]ius Quadratus | et Aemil. Quadratus | [*a*]rm. cus[*t.*] ex IIII Minerv. | heredes, et Suillia | Eugenia lib. ben. mer. | fecerunt.

*Neapoli, fragmenta duo disiecta, coniectura coniunxit Garruccius (X 3406).*

---

**2887** C. Iulio Silvano | man.[1] ex lib. Iustit. | natione Bithyno qui et Diophanes | Diophani, militavit an. XIX, | vixit an. XL, benemerenti, Q. | Naevius Propincus scrib. et | Nonnius Sura.

*Puteolis, nunc Neapoli (X 3492 vidit Mommsen).* — 1) *Manipulari.*

---

**2888** d. m. | L. Calpurnio Rufo | scribae cl. pr. Mis. | Hic Epheso in munere missus[1] | defunctus est et ibi sarcophagó | marmoreo situs est. | M. Sittius Africanus municeps et | heres ad castra memoria fecit. *(In postica)* CLA.

*Miseni rep. (Eph. ep. 8, 426 Ihm vidit ectypum).* — 1) *Cf. stationarium Ephesi militem praetorianum supra N. 2052.*

---

**2889** d. m. | M. Valerio | M. f. Claud. Co|lono Liburn. | Varvar.[1], scrib. cl. | pr. Raven., vix. ann. L, | mil. ann. XXVI, | Valerii Colonus et | . . .

*Ravennae (XI 104 bis descripta saec. XVI).* — 1) *Fuit Liburnus Varvarinus (cf. Plin. h. n. 3, 21, 139; supra N. 2259).*

---

**2890** . . . . . . . [*inc*]onpara|bili, qui vixit ann. LV, | et C. Iul. Marciano libr.[1] | principali, q. v. ann. XXIII, | fratres fratri dulcissimo b. m. f.

*Neapoli (X 3440 vidit Mommsen).* — 1) *Librario.*

---

**2891** d. m. | Lucio Aurelio Tito | militi class. pr. Mis. | librario dup.[1], qui bixit | annis plus minus XXXX | mesibus V die. I, Aurelia | Ermogenia coiux et | fili eius patri bene | merenti fecerunt.

*Neapoli (X 3438 descripsit Mommsen).* — 1) *Alius librarius duplicarius classis est Eph. ep. 8, 430.*

---

**2892** M. Marcio Sempronio | Ptolemeo except.[1] dupl. V Vic.[2], | M. Marcius Menelaus | vet. ex scrib. filio | dulcissim. et sibi | posuit.

*Ravennae (XI 77 saec. XV fortasse semel tantum descripta).* — 1) *Ferrerius confert exceptorem tribuni et exceptorem praefecti qui fuerunt inter vigiles (supra N. 2157 not. 18. 29). Exceptor trierarchi Ferrerio (nuove ricerche n. 702) videtur esse in titulo agri Ravennatis C. XI 343, ubi tamen lectio Bormanni differt.* — 2) *Pentere Victoria (cf. supra N. 2834 not. 1).*

---

**2893** d. m. s. | Valerius S|ilvanus na|t. Italicus, q|ui bix. an. XXX|VII, ex lib.[1] Ne|ptuno, bene|ficiarius, m|ilitavit ani. *(sic)* | XV, Ortesia | Celerina | coiugi | b. m. f.

*Neapoli (X 3412 vidit Mommsen). — 1) Liburna.*

---

**2894** dis man. | C. Atini Eutyc[*hetis*] | ⴱ stolarch.[1], v. [*ann.*] | XXII m. VIII, mi[*l. a* . . .], | Gracilia Gal[*la*] | pientissimo et i[*ncompara*]|bili filio.

*Neapoli (X 3413 vidit Mommsen). — 1) Beneficiarii stolarchi, i. e. ut videtur praefecti classis.*

---

**2895** d. m. | C. Publius Mari|nus mil. clas. pr. | Mis., sec. tr.[1], | n. Syr.[2], stip. IIII[1], | v. ann. XX, paren|tes b. m. f.

*Neapoli (X 3494 vidit Mommsen). — 1) Secutor trierarchi. — 2) Natione Syrus.*

---

**2896** d. m. | C. Arrio Montano | vetrano cornici.[1] du|pliciario ex classe | Misen., natio. Nicaens., | Valeria Doris natio. Grae. | coiugi optimo b. m. | titlum *(sic)* posuit. *(In parte aversa)* d. m. | Arontio Monta|no vetrano cornici.[1] | Valeria Doris | coiugi dupliciar. | b. m. f.[2]

*Neapoli in museo, tabula utrimque scripta (X 3416 vidit Mommsen). — 1) Cornicini, potius quam: cornicl(ario). — 2) Apparet titulum partis aversae reiectum esse propter errores.*

---

**2897** d. m. | T. Trebio Prisco vet. | signif.[1] ex classe pr. | Misenensium, militavit ann. XXVI vix. | ann. LX, Valeria | Festa coniunx pien|tissima coniugi dulcis|simo, et T. Trebius | Priscus fil. patri ka|rissimo b. m., fuit | natione Bessus, sibi et suis.

*Nuceriae Alfaternae, postea Pompeiis (X 1080 cf. p. 969 vidit A. Mau). — 1) Signifer ex classe alius nullus innotuit.*

---

**2898** d. m. | Iuliae Veneriae | M. Satrius Longin. | medic. dupl.[1] III Cupid., | et Iulia Veria liber. | her. ben. mer. | fecer.

*Baiis, nunc Dresdae (X 3442 Huebner vidit ectypum). — 1) Medicus, duplicarius.*

---

**2899** C. Octavius Fro[*n*]to | quondam medicus | duplicar. ex III Tigr.[1], | natione Cilix, C. Iuli|us Fabianus manip. | fratri suo b. m. fec.

*Parisiis, in agro Neapolitano repertum esse coniecit Mommsen (X 3443 vidit Henzen). — 1) Ex triere Tigride.*

---

**2900** d. m. | Valeriae | Isidorae | vern. Misen.[1] | vix. an. XVIII | mens. V d. VIII, | M. Iul. Casullin. | med. duplic. | coniugi b. m. f.

*Miseni rep., postea Baden Austriae (X 3444 Mommsen vidit ectypum). — 1) Vernae Misenensi, sc. nato in castris Misenatium.*

---

**2901** dis manib. | C. Ravonius Celer, qui et Bato Sce|nobarbi[1], nation. Dal[*m.*], manipl. ex III Isid[*e, mil. ann.*] | XI, vixit [*ann.*] . . . . | P. Aelius V . . . . . | Vener[*e*] . . .

*Neapoli (X 3618 vidit Mommsen). — 1) Nomina Dalmatica.*

---

**2902** d. m. | M. Ant. Sopater | mil. cl. pr. Raven., | III Apoll.[1] st.[2] XXVII, | nat. Libucus, | Ammo[3] Iaso er.[4] | et Babu[3] Tarsa sub.[5] | b. m. p.

*Cumis rep., est Neapoli (X 3527 vidit Mommsen).* — 1) *Triere Apolline.* — 2) *Stipendiorum.* — 3) *Nomina Libyca vel Aegyptiaca.* — 4) *Heres,* 5) *subheres.*

---

**2903** d. m., c. b. m. f.[1], | Memmiae Fortunate, | n. Picenesis, vix. ann. XLV, | Arrius Isidorus manu|plarius, n. Alexandrinus, | in qua expesavt *(sic)* X̶ CCC.[2]

*Neapoli (X 3608 vidit Mommsen).* — 1) *Coniugi bene merenti fecit.* — 2) *Denarios trecentos expendisse se in funus mulieris, videtur significare Isidorus. Ad eundem Isidorum pertinet X 469.*

---

**2904** M. Aureli Vita|lis militis cl. | praet. Antoni|niane Ravenn., | natione Pann. | III Providentia, | stip. XXVII, | Valeria Fausti|na focaria[1] | et heres eius | bene merenti | posuit.

*Ravennae (XI 39 vidit Bormann).* — 1) *Focaria concubina militis, cf. cod. Iust. 5, 16, 2. (Falsus videtur titulus Orell. 2672 = C. IX 156*).*

---

**2905** L. Trebius T. f. pater, — L. Trebius L. f. Ruso fieri iussit.

Natus sum summa in pauperie, merui post classicus miles
ad latus Augusti[1] annos septemque decemque,
nullo odio sine offensa, missus quoq. honeste.
L. p. q.[2] XVI.

*Prope Aquileiam (V 938 semel ut videtur descripta saec. XV).* — 1) *Scilicet Romae in castris Misenatium vel Ravennatium (Mo.).* — 2) *Locus pedes quadratos.*

---

**2906** Septimus | imp. Traiáni | Caesaris Aug. | Germ. Dácici | ser., disp. classis, | Fláviae Cárae | coniugi | sanctissimae.

*Prope Misenum, iam Neapoli (X 3346 vidit Mommsen).*

---

**2907** . . . | [*pro sal*]u[*t*]e imp. | Anton. Aug. | Pii, vex. cla. | Germ. p. f.[1], quae | est ad lapidem | citandum | forum[2] c. U. T.[3], | iussu Claudi | Iuliani leg. Aug. pro prae.[4], | curam agente | C. Sun[*i*]cio [*L. fil.?*] | Fausto tri[*e*]rarc., | Bradua et [*V*]a[*r*]o | cos.[5], v. s. l. m. *(In lateribus columna rostris navalibus ornata; urna).*

*Bonnae rep. a. 1885 (I. Klein ann. Rhen. 80 p. 151; Mommsen Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 5 p. 77).* — 1) *Vexillatio classis Germanicae piae fidelis.* — 2) *Haec non intelleguntur; Mommsenus coniecit culpa quadratarii nonnulla omissa esse, scribi debuisse* ad lapidem caedendum ad excitandum forum. — 3) *Coloniae Ulpiae Traianae (colonia Traiana prope Castra Vetera Germaniae inferioris).* — 4) *Fortasse, ut coniecit Klein, hic Ti. Claudius Iulianus qui fuit consul suffectus sub Pio non ante a. 145 (dipl. mil.), idem legatus legionis undecimae Claudiae (III S. 7474).* — 5) *A. 160.*

**2908** d. m.[1] | L. Domit. Domitiani | ex trierarch. class. Germ. | p. f., Cocceia Valentina | coniugi pientissim.

*Arelate (XII 681 descr. Villefosse).* — 1) d. m. *litterae a lateribus inscriptionis primariae positae sunt.*

---

**2909** Claud. Albinae | Tib. Cl. Albini, | navarc. clas. | Germ., filiae, | T.[1] Pompeius | Pr . . . . . . | coiug. optim.

*Romagnieux prope Aoste (XII 2412 vidit Hirschfeld).* — 1) *Praenomen non certum est.*

---

**2910** d. m. | Q. Arrenio | Verecundo | tr. cl. Br.[1] | heredes f. c.

*Prope Boulogne-sur-mer rep. (Desjardins Géographie de la Gaule romaine I p. 565).* — 1) *Trierarcho classis Britannicae.*

---

**2911** . . . ntius Saturninus ex [*trierarcho*] classis Brittannicae Phi-[*lippianae*, | *na*]tione Afer Bizacinus, o[*riundus* | *m*]unicipio Septimia libe[*ra* | *T*]hyÐritanus[1], te[*stamento*] . . .

*Arelate (XII 686 vidit Hirschfeld).* — 1) *Intellege: Thysdritanus (de Ð littera cf. supra ad N. 2626); ceterum expectaveris: Thysdro. De Thysdro civitate Byzacii cf. C. VIII p. 12. Inter oppida libera recensetur a Plinio h. n. 5, 30.*

---

**2912** I. o. m. | L. Iul. | Maximu[*s*, | *t*]rierarcha | cl. Fl. Pan|nonicae[1], | v. s. l. m.

*Poetovione (Pettau) (III 4025 vidit Mommsen).* — 1) *Alias inscriptiones ad classem Flaviam Pannonicam pertinentes composuit Ferrero armate romane p. 187 (praefectus eius est supra N. 1146).*

---

**2913** haec arca C. Iuli | Hilari trierarchi | clasis (*sic*) Syriacae[1], | liburna Grypi, | et Domitiae | Grap[*t*]ae uxoris | eius, coniugis | carissimae.

*Ephesi (III 434 bis descripta).* — 1) *Alias inscriptiones ad classem Syriacam pertinentes composuit Ferrero armate romane p. 171 (praefectus eius est supra N. 1400).*

---

**2914** Ti. Claudio Aug. lib. Eroti, | trierarcho liburnae Ni|li, exacto classis Aug. | Alexandrinae, L. Iuli|us C. f. Fab. Saturninus et M. | Antonius Heracla trier., | heredes eius fecerunt.

*Caesareae (Cherchel) Mauretaniae (Eph. ep. 5, 989 vidit I. Schmidt).*

# CAPVT X.

# TITVLI VIRORVM NONNVLLORVM IN LITTERIS CLARORVM.

---

**2915** Quintus Hortensius.

*Romae in villa Albania, sub protome marmorea (I p. 281, VI 1309; delineavit Iordan ann. inst. arch. 1882 tab. L cf. p. 63. 64).*

---

**2916** M. Cicero, an. LXIIII.[1]

*Sub protome marmorea, quae adservatur Matriti, (I p. 281 VI 1325 vidit Huebner; titulus fortasse Cicerone non multum recentior; ipsam protomen non antiquam sibi videri ait Aldenhoven arch. Zeitung 1885 p. 235). — 1) Cicero natus d. 3. Ian. a. u. c. 648, occisus d. 7. Dec. a. 711, anno aetatis sexagesimo quarto.*

---

**2917** Σωκ[ρ]άτης — Seneca.

*Romae, nunc Berolini in museo, herma duplex (VI 3838; Königl. Museen zu Berlin, Beschreibung der antiken Sculpturen p. 158 n. 391).*

---

**2918** [*Ap*]olonius Thyaneus.

*Romae, pictum in pariete cubiculi domus privatae, cuius rudera lucem viderunt in monte Esquilino (Bull. comunale 1884 p. 49 aegre legit Lancianius; aliae nscr cum imaginibus suis perierunt).*

---

**2919** T. Livius C. f. sibi et | suis, | T. Livio T. f. Prisco f., | T. Livio T. f. Longo f., | Cassiae Sex. f. Primae | uxori.

*Patavii (V 2975 vidit Mommsen). — Titulus temporum circiter Augusti, nam postea raro duobus nominibus contenti erant. Fieri potest ut hic habeamus Livii rerum scriptoris titulum sepulcralem. Hunc enim duobus tantum nominibus T. Livium appellatum esse constat. Eundem nullis publicis honoribus functum esse paene certum est; si quae patriae praestitit, non putandus est ea in lapide sepulcrali incidisse. Livium Patavii defunctum esse tradit Hieronymus (chron. ad an. Abr. 2033). Livii filius memoratur a Plinio inter auctores adhibitos (lib. 5. 6) et a Quintiliano 10, 1, 39. — Non recte a Patavinis per multum tempus pro Livii rerum scriptoris titulo sepulcrali habitus atque etiam cultus est hic titulus:* v. f. | T. Livius | Liviae T. f. | Quartae l. | Halys | Concordialis | Patavi | sibi et suis | omnibus *(V 2865 vidit Mommsen). Auctor huius erroris Patavinis videtur fuisse Franciscus Petrarcha, epistula scripta VIII kal. Martias a. 1350 (ep. de reb. fam. 24, 8 t. 3 p. 281 ed. Fracassetti).*

---

**2920** L. Cornelio C. f. | Boccho[1] | flam. provin[*c.*], tr. mil., | colonia Scal[*l*]abitana | o[*b*] merita in colon.

**2921** [*L. C*]ornelio [*C.*] f. | [*B*]occho[1] | [*flamin*]i provinc., | [*tr.*] mil. leg. III Aug.

*In Lusitania repertae duae inscriptiones locis non multum inter se distantibus, illa loco dicto Alcacer do Sal, ubi fuit Salacia, haec prope Setúbal, ubi fuit Caetobriga (II 35 ad apographum factum saec. XVIII, II S. 5184 ad apographum Soromenhi).* — 1) *Videtur esse Cornelius Bocchus, ex cuius libro aliquo Plinius complura hausit de Hispania (h. n. 16, 216) et potissimum de Lusitania (h. n. 37, 24. 97. 127). Bocchus citatus a Solino (cf. Mommsen praef. ad Solinum p. XVII) num idem sit, incertum.*

---

**2922** L. Sergio Regis f. | Arn. Plauto[1] q.[2], | salio Palatino, | patrono.

*Ursone (Osuna) in Baetica (II 1406 vidit Huebner).* — 1) *Eundem esse Sergium Plautum memoratum a Plinio inter auctores historiae naturalis lib. 2 et lib. 18 (ubi tamen Plauti cognomen in singulis tantum codicibus repertum est, cum illo loco plerumque scriptum sit Sergius Plato, hoc Sergius Paulus), Plautum memoratum a Quintiliano 2, 14, 2. 3, 6, 23. 10, 1, 124 coniecit Detlefsen über einige Quellenschriftsteller des Plinius (progr. Glückstadt. 1881 p. 5); eundem memorari ab eodem Quintiliano 8, 3, 33, ubi Sergius Flavius traditur.* — 2) *Quaestori.*

---

**2923** L. Iunio L. f. Gal. | Moderato | Columellae[1] | trib. mil. leg. VI Ferratae.[2]

*Tarenti (IX 235 semel descripta saec. XVII). Titulum contra suspiciones defendit Grotefendius Zeitschrift für Alterthumswiss. 1835 p. 179.* — 1) *Est is cuius extant libri de re rustica duodecim. Eius origini Gaditanae (de re r. 8, 16, 9. 10, 185) convenit tribus Galeria.* — 2) *Fortasse in hoc tribunatu Columella viderat 'Ciliciae Syriaeque regiones' (de rer. 2, 10, 8).*

---

**2924**

. . . itio[1] M . . . . . . . . .
. . . m comiII . . . . . . . .
. . . umina arus a . . . . .
. . . ovis et iustitiae et . . .
. . . erandum discipuli[*nae*] .
. . . i carminibus edidit . .
. . . ta annis ampliu[*s*] . . .

[*Pri*]scus trib. m[*il.*] . . . .
. . . Priscu[*s*] . . . . . . . .

*Tarquiniis (XI 3370 vidit Bormann).* — 1) *Significari coniecit Bormann (arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 11, 1887 p. 96) Tarquitium Priscum qui scripsit de Etrusca disciplina (Plin. h. n. 1, 2. 11, Macrob. sat. 3, 7, 2. 3, 20, 3 aliique; Prisci cognomen habet solus Macrobius 3, 20, 3); idem titulum in hunc modum supplevit (l. c. p. 103):* [*M. Tarq*]uitio M. [*f. Stell. Prisco, qui primus ritu*]m comiti[*alem et sacra, quibus placare n*]umina Arus *(i. e. Aruns)* a m[*agistro edoctus erat ex I*]ovis et Iustitiae e[*fatis, et reliquom ven*]erandum discipuli[*nae antiquae ritu*]m carminibus edidit, [*et in urbe Roma trigin*]ta annis ampliu[*s artem suam docuit, M. Tarquitius Pri*]scus trib. m[*il. leg . . . et . . Tarquitius*] Priscu[*s . . parenti carissimo posuerunt*].

*In his multa incerta esse apparet. Tarquitius Priscus ille quo tempore vixerit non constat. M. Tarquitius Priscus proconsul Bithyniae sub Nerone (Eckhel 2, 402; Tac. ann. 14, 46) fortasse idem est. (Apud Vergilium catal. 7, 3 neque Tarquitii nomen certum est, et multo minus, hunc Tarquitium significari.)*

---

**2925** C. Passenno | C. f. Serg. | Paullo | Propertio | Blaeso.[1]

*Asisii (Murat. 1723, 4 = XI 5405 vidit Bormann).* — 1) *Passennus Paulus memoratur a Plinio ep. (6, 15. 9. 22) ut elegorum scriptor, imitator Propertii, a quo etiam genus ducebat.*

---

**2926** C[*ere*]ri sacrum | [*D. Iu*]nius Iuvenalis | [*trib.*] coh. [*I*] Delmatarum[1], | II[*vir*] quinq., flamen | divi Vespasiani, | vovit dedicav[*itq*]ue | sua pec.

*Supra Aquinum, prope locum dictum Roccasecca ad fluvium Melfi (X 5382 ad exemplum factum saec. XVIII a Cayro Aquinate).* — 1) *Iuvenalem specie honoris Roma summotum, scilicet cohorti praepositum esse in provincia longinqua tendente, narratur in vita eius codicibus carminum eius tradita (Iuvenal ed. Iahn a. 1851, p. 386 seq.). Cohors prima Delmatarum tendebat in Britannia (cf. supra N. 2616 not. 2). Et legitur in aliquo codice, 'contra Scotos' Iuvenalem 'praefectum esse factum', cum plures codices de Aegypto loquantur.*

---

**2927**

C. Plinius L. f. Ouf. Caecilius [*Secundus*[1] *cos.*[2],]
augur[3], legat. pro pr. provinciae Pon[*ti et Bithyniae*]
consulari potesta[*t.*] in eam provinciam e[*x s. c. missus ab*]
imp. Caesar. Nerva Traiano Aug. German[*ico Dacico p. p.*[4],]
curator alvei Ti[*b*]eris et riparum e[*t cloacar. urb.*[5],]
praef. aerari Satu[*r*]ni[6], praef. aerari mil[*it.*[6], *pr.*[7], *trib. pl.*[7],]
quaestor imp.[8], sevir equitum [*Romanorum,*]
trib. milit. leg. [*III*] Gallica[*e*[9], *Xvir stli*]-
tib. iudicand., ther[*mas ex HS*] . . . . .[10] adiectis in
ornatum HS $\overline{\text{CCC}}$ . . . . [*et eo amp*]lius in tutela[*m*]
HS $\overline{\text{CC}}$, t. f. i.[11], [*item in alimenta*] libertor. suorum homin. C
HS $\overline{|\text{XVIII}|}$ $\overline{\text{LXVI}}$ DCLXVI[12] rei [*p. legavit, quorum in*]crement. postea ad [epulum
[*pl*]eb. urban. voluit pertin[*ere*] . . . . [*item vivu*]s dedit in aliment.[13] pueror.
et puellar. pleb. urban. HS [*D*[14], *item bybliothecam*[15] *et*] in tutelam bybliothecae[15] HS $\overline{\text{C}}$.

*Mediolani, quattuor fragmenta magni lapidis, medio aevo adhibita apud S. Ambrosii in arca mortuaria, nunc primum tantum (v. 1—8 dimid.) extat; Mediolanum adlata sunt sine dubio Como (V 5262 descr. Cyriacus et Alciatus, partem quae extat vidit Mommsen). Titulus pertinuit ad thermas testamento Plinii (cf. not. 11) Comi sine dubio, ubi natus fuit, constitutas. Titulos Plinio Comi vel prope Comum positos habemus complures (V 5263. 5667). Ex testamento Plinii positus est titulus Hispellas Eph. ep. 7 p. 444 cuius particula tantum extat (ad Plinium relatus a Bormanno arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 15 p. 37). De vita Plinii iunioris egit Mo. Herm. 3 p. 59 seq.* — 1) *Plinii nomen videtur accepisse ab*

*avunculo, testamento eius adoptatus; antea appellabatur P. Caecilius Secundus (V 5279 cf. Mommsen Herm. 3 p. 60).* — 2) *Consul suffectus fuit a. 100 (Plin. paneg. 60. 92; Mo. l. c. p. 91).* — 3) *Auguratum memorat Plinius ep. 3, 8 recens adeptus, anno 103 vel 104.* — 4) *In Bithyniam missus est a. ut videtur 111. De hac legatione, quae fuit extraordinaria, egit Mo. Herm. 3 p. 96 seq., Staatsr. II³ p. 245 not. 1 (= II² p. 234 not. 5). Ex titulo Hispellate huc pertinent verba:* ex s. c. pro . . . . . . . et Bithynia et legatus . . . . . .; *quae quomodo supplenda sint quaesivit Mommsen eph. ep. 7 p. 445.* — 5) *Curator riparum Tiberis videtur fuisse a. 105 et insequentibus; cf. Mo. Herm. 3 p. 47.* — 6) *Praefecturam aerarii ipse Plinius memorat ep. ad Trai. 3, paneg. 92. Praefectus aerarii Saturni videtur fuisse a. 98—101, praefectus aerarii militaris a. 94 vel 95 seq. cf. Mo. p. 89. Utraque praefectura iisdem fere temporibus functus est Atilius Rufinus (supra N. 1041).* — 7) *Praetor videtur fuisse Plinius a. 93, tribunus plebis a. 92, cf. Mo. Herm. 3 p. 86.* — 8) *Quaestorem imperatoris se fuisse Plinius ait ep. 7, 16, 2; fuit quaestor Domitiani anno ut videtur 89/90 (Mo. l. c.).* — 9) *Legio tertia Gallica in Syria tendebat. In Syria se tribunum militum fuisse Plinius ipse testatur ep. 1, 10, 3. 3, 11, 5.* — 10) *Numerus millium sestertiorum, ex quibus Plinius thermas exstrui iusserat, periit.* — 11) *Testamento fieri iussit.* — 12) *Decies octies centena et sexaginta sex millia cum sexcentis sexaginta sex (1,866,666); notam bessis (²/₃) periisse coniecit Mommsen (Herm. 3 p. 102); ita enim pecunia legata usuris semissibus reddere debebat annuos sestertios 112,000. De ipsa donatione cf. Mo. l. c.* — 13) *'Annuos sumptus in alimenta ingenuorum' municipibus suis Comensibus pollicitus erat Plinius iam a. 97 (ep. 1, 8, 10); eandem donationem memorat ep. 7, 18, 2.* — 14) *Summa quingentorum millium suppleta ex Plin. ep. 7, 18, 2.* — 15) *Bibliothecam municipibus suis dedicavit Plinius a. 97 vel paullo antea (Plin. ep. 1, 8, 2).*

---

**2928** M. Cornelio | T. f. Quir. | Frontoni[1] | IIIvir. capital., | q. provinc. | Sicil., aedil. pl., | praetori, | municipes | Calamensi|um patrono.

*Calamae (Guelma) in Numidia (VIII 5350 semel descripta).* — 1) *Notus orator origine Cirtensis. Idem memoratur supra N. 1129. Hic titulus dedicatus est ante mensem Iul. 143, quo Fronto consulatum iniit.*

---

**2929** [*M. Pos*]tumium Fest[*um*][1] | oratorem utraque facund. | maximum, procos. Asiae destinat., | VIIvirum, flam., venerabilis | memoriae virum, | T. Fl. Postumius Varus[2] cos., | pronepos, sectator | eius.

*Romae (VI 1416 vidit Bormann).* — 1) *Hic est Postumius Festus aequalis et conterraneus Frontonis, cuius eloquentiam laudat Fronto ep. ad amic. 2, 11 (p. 200 ed. Naber) et qui memoratur praeterea a Gellio 19, 13 (praenomen suppletum est ex N. 2941).* — 2) *Videtur esse Postumius Varus praefectus urbi a. 271 (chronogr. a. 354) Ad eundem pertinet titulus N. 2940. Etiam alius pronepos Postumii Festi dici voluit sectator eius (N. 2941).*

---

**2930** Ἀννία Ῥηγίλλα | Ἡρώδου γυνή τὸ φῶς | τῆς οἰκίας, τίνος ταῦ|τα τὰ χωρία γέγοναν. | Annia Regilla | Herodis uxor | lumen domus, | cuius haec | praedia | fuerunt.

*Romae, lapis, quo temporibus Maxentii usi sunt pro milliario viae alicuius suburbanae (X 6886), est in museo Capitolino (VI 1342; Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1391; Huelsen mus. Rhen. 45, 1890 p. 284 tab. delineavit).* — *Alias inscriptiones ab*

*Herode Attico, noto sophista, consule ordinario a. 143, Anniae Regillae coniugi dicatas vide C. I. Gr. 6185. 6280 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1389 (= Kaibel epigr. Gr. 1046). 1392.*

---

**2931** P. Alfio P. f. Gal. | Maximo Numer. | Liciniano Xviro stlitibus iudicand., | quaestori urbano, tribuno plebei | candidato, praetori | Parthicario[1], | P. Alfius Avitus Numer. | Maternus[2] filius, | patri dulcissim.

*Tarracone, nunc in Anglia (II 4110 vidit Huebner).* — 1) *Praetor Parthicarius is est, cui cura ludorum pro victoria Traiani Parthica ab Hadriano institutorum competebat (Mommsen Staatsr. II³ p. 237 not. 5).* — 2) *Fortasse hic est Alfius Avitus qui dimetris scripsit libros complures rerum excellentium, laudatus a Terentiano Mauro (v. 2448) et a Mario Victorino art. gramm. III (p. 137 Keil).*

---

**2932** d. m. | P. Livius Larensis[1] | pontif. minor, | hic situs est. | Cornelia Quinta | marito incomparabili | fecit.

*Romae (VI 2126 vidit Henzen).* — 1) *Hic est Λαρήνσιος apud quem dipnosophistas suos convivantes inducit Athenaeus. Cf. quae exposui Herm. vol. 25 p. 156.*

---

**2933** [*M. Ca*]ecilius[1] Q. f. Q.[2] Natalis aed., IIIvir., quaes|tor, q. q.[3], praef.[4] coloniarum Milevitanae et | Rusicadensis et Chullitanae, praeter HS | LX n.[5], quae ob honorem aedilitalis et IIIvir. | et qq. rei p. intulit, et statuam aeream Securi|tatis saeculi[6], et aediculam tetrastylam | cum statua aerea Indulgentiae do|mini nostri[6], quas in honore aedi|litatis et IIIviratus posuit, et ludos scae|nicos diebus septem, quos cum missi|lib. per IIII colonias[7] edidit, arcum tri|umphalem cum statua aerea Virtutis domini n. | Antonini Aug.[8], quem ob honorem quinquen|nalitatis pollicitus est, eodem anno sua | pecunia extruxit.

*Cirtae (Constantine) (VIII 7095 vidit Wilmanns). Eodem loco repertae sunt tres aliae inscriptiones plane iisdem verbis inscriptae sed minus integrae (VIII 7096—7098), praeterea una eadem verba exhibens sed in brevius contracta (VIII 7094). Quinque hae inscriptiones pertinuerunt ad arcum triumphalem a Caecilio Natale ob honorem quinquennalitatis imperante Caracalla (cf. not. 6. 8) exstructum. Caecilius Natalis is qui apud Minucium Felicem in dialogo qui inscribitur Octavius verba facit contra Christianos, Cirtensis fuit (cap. 9: 'Cirtensis nostri', cf. c. 31: 'tuus Fronto'), nec diversus fortasse ab hoc nostro.* — 1) *Tres primas litteras supplevi ex VIII 7097. 7098.* — 2) *Quirina.* — 3) *Quinquennalis.* — 4) *De praefectura trium coloniarum coniuncta cum triumviratu et quinquennalitate coloniae Cirtensis cf. C. VIII p. 619.* — 5) *Pro singulis honoribus, pro aedilitate, pro triumviratu, pro quinquennalitate, rei publicae intulerat sestertium vicena milia.* — 6) *Statuam Securitatis saeculi posuit aedilis, aediculam cum statua Indulgentiae imperatoris, dedicavit triumvir. Ad hanc aediculam pertinuit titulus VIII 6996, ex quo colligitur triumviratu functum esse Natalem anno 210.* — 7) *Significantur Cirta et tres coloniae cum ea contributae, Milev, Rusicade, Chullu.* — 8) *Significatur Caracalla.*

---

**2934** C. Sallio Aristaeneto[1] c. v., | septemviro epulonum, | sodali Augustali, iuridi|co per Picenum et Apuliam, | curatori viarum Aureliae | Corneliae triumphalis, | praetori k. tutelario, quaestori | designato et eodem

anno ad aedi|litatem promoto, Xviro | stlitibus iudicandis, oratori | maximo, | decuriones et plebs coloniae Ascula|norum propter humanitatem abstinentiam. *(In latere)* cura agentibus | Aetrilio Prisciano et | Tettieno Proculo.

*Romae (VI 1511 saepius descripta saec. XVI). Similis est VI 1512 eidem homini dedicata ab Anconitanis.* — 1) *Hunc nisi fallor Aristaenetum oratorem memorat Philostratus vit. soph. 2, 11. Cf. quae exposui Herm. 24 p. 158.*

---

**2935** L. Mario L. f. Quir. | Maximo Perpetuo | Aureliano[1] cos.[2], | sacerdoti fetiali, leg. Augg. pr. pr. | provinc. Syriae Coelae, leg. Augg. pr. pr. | provinc. Germaniae inferioris, item | provinc. Belgicae, duci exerciti *(sic)* Mysia|ci aput Byzantium et aput Lugudunum[3], | leg. leg. I Italic.[4], cur. viae Latinae, | item reip. Faventinorum, allecto in|ter praetorios, trib. pleb. candidato, | quaestori urbano, trib. laticl. leg. | XXII Primig., item III Italicae, | IIII *(sic)* viarum curandarum, | M. Iulius Artemidorus | leg. III Cyrenaicae.

**2936** L. Mario Maximo | Perpetuo Aureliano[1] | c. v., praef. urbis[5], | proconsuli provinc. | Asiae iterum[6], | proconsuli provinc. | Africae[7], | M. Iulius Cerialis | Maternus ex civitat. | Foroiuliensium, 𐆚, | patrono optimo.

*Romae, bases duae, quarum alteram constat repertam esse in monte Caelio (VI 1450. 1452 vidit Henzen).* — 1) *Eiusdem Marii Maximi praeterea habemus bases duas urbanas (VI 1451. 1453), et ipsas repertas in monte Caelio, ubi aedes Marii Maximi fuisse videntur, Ardeatinam (X 6764) positam a. 223, Veliternam (X 6567), mutilam. Marius Maximus qui vitas imperatorum scripsit idem esse videtur. Ad homines eiusdem stirpis pertinent tituli supra N. 1165. 1166. 1389. Eiusdem stirpis fuit Marius Perpetuus consul ord. a. 237 (Herm. 22 p. 511).* — 2) *Consul fuit suffectus sub Severo, non ante a. 197 (cf. Borghesi opp. 5, 464, item not. 5). Multo postea consul iterum factus est, ordinarius a. 223.* — 3) *Dux exercitus Moesiaci apud Byzantium fuit (ut vidit Borghesius opp. 5, 462), cum Byzantium a Nigrianis teneretur, dux eiusdem apud Lugdunum, cum Severus non longe ab illa urbe cum Clodio Albino confligeret (a. 197). Non multo postea videtur consul factus esse, certe antequam Germaniam regendam susciperet.* — 4) *Legio prima Italica pars fuit exercitus provinciae Moesiae; cum huius legionis legatus esset, videtur praepositus esse vexillationibus legionum Moesiae, cf. supra N. 1153 not. 4, 1147 not. 7.* — 5) *Praefectus urbi sub Macrino (Dio 78, 14. 36).* — 6) *Proconsul Asiae iterum, id est ut videtur per duos annos continuos, fuit Maximus Caracalla in Asia morante (a. circ. 214/5), teste titulo Thyatireno bull. de corr. hell. 10, 417.* — 7) *Tam Africae quam Asiae proconsulem Maximum fuisse ante annum 223 ostendit titulus Ardeatinus.*

---

**2937** Vocontio. | P. Fl. Pudenti Pompo|niano[1] c. v., erga | civeis patriamque | prolixe cultori, ex|ercitiis militaribus | effecto, multifari|am loquentes lit|teras amplianti, At|ticam facundiam ad|aequanti Romano | nitori, | ordo incola fontis | patrono oris uberis | et fluentis, nostr[o] | alteri fonti.

*Thamugadi in foro, basis litteris uncialibus (VIII 2391 vidit Wilmanns).* — 1) *Videtur scripsisse grammatica quaedam; nam vix diversus est Flavius Pomponianus citatus a Charisio p. 145 ed. Keil (monuit Buecheler mus. Rhen. 42 p. 473).*

**2938** Ti. Claudio Herodi|ano[1] c. v., leg. prov. Si|cil., iudici raris-si|mo, patrono col. | Panhormit. princi|pales viri ex aere col|lato d. d.

*Panormi (X 7286 vidit Mommsen).* — 1) *Hunc esse Herodianum, qui scripsit ab excessu divi Marci libros octo qui extant, olim coniecit Borghesius (opp. 3 p. 120, 5 p. 228). Id quamvis mihi non probetur, tamen titulum hoc loco proponere volui.*

---

**2939** M. Caecilio | Novatilliano | c. v., oratori et po|ëtae inlustri, al|lecto inter con|sulares, praesidi | prov. Moes. sup., iurid. His|pan. cit., iurid. Apul. et Ca|labr., praet., trib. pleb., | q. prov. Afric., | splendidiss. ordo | Beneventanorum, | privatim et public. | patrocinio eius | saepe de-fensi, p. d. d.

*Beneventi (IX 1572 viderunt Mommsen aliique). Eiusdem hominis Beneventi extabat titulus plane gemellus (IX 1571), Tarracone, ubi sedem habuerat cum iuridicus esset Hispaniae citerioris, extabat hic (II 4113):* M. Caecilio | Novatil[*l*]iano | v. c., leg. iur., | abstinentis|simo, iustis|simo, di[*s*]er|tissimo, splen|didissimus | ordo Tarra[*c*.] patrono.

---

**2940** d. m. | T. Fl. Postumius Varus[1] | v. c., cos., orator, aug., XVvir., praef. urb.,

Vixi beatus diis amicis literis.
Manes colamus, namque opertis manibus
divin[*a*] vis est ae[*vi*]terni temporis.

*Romae in monte Pincio (VI 1417 semel descripta saec. XVI).* — 1) *Cf. ad N. 2929 (not. 2).*

---

**2941** T. Fl. Postumio Titiano[1] v. cos.[2], | procos. prov. Africae, cos. aquarum et Miniciae, | corr. Campaniae, | corr. Italiae Transpadanae | cognoscenti vice sacra, | p. k.[3], q. k.[4], pontifici dei Solis, | auguri, oratori, pronepoti et sec|tatori M. Postumi Festi orat.[5], | T. Aelius Poemenius v. e.[6], suffragio eius | ad proc. aquarum promotus, | patrono praestantissimo.

*Romae ad montem Pincium rep. a. 1591 (VI 1418 aliquoties descripta).* — 1) *Fortasse Postumius Titianus praefectus urbi a. 305 (chronogr. a. 354); ut titulus positus sit ante eum annum. Postumii Titianus hic et Varus supra N. 2940, cum ambo fuerint pronepotes M. Postumii Festi, aut fratres fuerunt aut fratrum filii aut nepotes.* — 2) *Viro consulari.* — 3) *Praetori kandidato,* 4) *quaestori kandidato.* — 5) *Cf. N. 2929.* — 6) *Vir egregius.*

---

**2942** Tatiani. | C. Iulio Rufiniano | Ablabio Tatiano c. v., Rufi|niani oratoris[1] filio, fisci pa|trono rationum summarum, | adlecto inter consulares iudi|cio divi Constantini, legato pro|vinc. Asiae, correctori Tusciae | et Umbriae, consulari Ae|miliae et Liguriae, pontifici | Vestae matris et in colle|gio pontificum proma|gistro, sacerdoti Her|culis, consulari Cam|paniae. Huic ordo splen|didissimus et populus | Abellinatium ob insignem | erga se benevolentiam et | religionem et integrit. eius | statuam conlo-candam censuit.

*Abellini rep. (X 1125 aliquoties descripta saec. XVIII).* — 1) *Rufinianus hic orator fortasse, ut coniecit Mommsen, non diversus est a Iulio Rufiniano, cuius*

*extat liber de figuris sententiarum et elocutionis (ap. Halm rhet. min. p. 38 seq.); Tatianus filius eius potest esse is qui dicitur scripsisse de arte rhetorica (Halm l. c. p. 371).*

---

**2943** beatissimo sa[*eculo d. n.* | *C*]onstantini ma[*ximi*] | semper Aug. et [*Crispi*] | et Constantin[*i nobb. Caess.*][1], | plateam v[*e*]terem [*omni*] | lapid[*e*] spoliatam | Nonius Marcell[*us*][2] | Herculius so[*lide?*] | constravit [*et ther*]|mas et ce[*tera rui*]na dilap[*sa aedificia*] . . .

*Khamisae, ubi fuit Thubursium Numidarum (VIII 4878 ed. Masqueray).* — 1) *Si recte descriptus et suppletus, titulus positus est anno 324, antequam Constantius Caesar factus est (cf. supra N. 712).* — 2) *Videtur esse idem Nonius Marcellus peripateticus Tubursicensis', cuius extant libri 'de compendiosa doctrina' (monuit Mo. Herm. 13 p. 559).*

---

**2944**

R. Festus[1] v. c. de se ad deam Norti[*am*].[2]
Festus, Musoni[3] suboles prolesque Avieni,
unde tui latices traxerunt, Caesia, nomen[4],
Nortia, te veneror, Lari cretus Vulsiniensi[5],
Romam habitans, gemino proconsulis auctus honor[*e*][6],
carmina multa serens, vitam insons, integer aeum,
coniugio laetus Placidae numeroque frequenti
natorum exultans, vivax sit spiritus ollis!
Cetera composita fatorum lege trahentur.
Sancto patri filius Placidus.
Ibis in optatas sedes: nam Iuppiter aethram[7]
pandit, Feste, tibi, candidus ut venias.
Iamq. venis, tendit dextras chorus inde deorum,
et toto tibi iam plauditur ecce polo.

*Romae (VI 537 vidit Henzen).* — 1) *Videtur esse Rufus (vel potius Rufius) Festus Avienus qui scripsit phaenomena Arati aliaque (cf. v. 5: carmina multa serens); quamquam mirum est non ipsum dici Avienum, sed patrem eius. Num idem sit Rufius Festus qui dedicavit breviarium rerum Romanarum Valenti imperatori, incertum.* — 2) *Nortia dea Etruscorum, Vulsiniis, unde oriundus erat Festus, potissimum culta (XI 2686; Tertullian. apol. 24, cet.).* — 3) *Significatur C. Musonius Rufus philosophus stoicus, temporibus Neronis et Vespasiani clarus (Tac. ann. 14, 59 al.); is enim Volsiniis oriundus fuit, teste Suida (s. v.).* — 4) *Haec quo spectent ignoratur; videtur aqua aliqua Caesia nescio quod alterum nomen adsumpsisse ab Avieno.* — 5) *Volsiniis vel in regione Volsiniensi titulos reliquerunt complures Rufii Festi, ex eadem sine dubio stirpe ex qua hic (C. XI 2698. 2997).* — 6) *Rufio Festo proconsuli Achaiae positus est titulus Atticius C. I. Att. 3, 635.* — 7) *Wernsdorfius contulit principium Arateorum Festi (v. 2): 'celsam reserat dux Iuppiter aethram.'*

---

**2945** [*ve*]terum principum clementiam | [*sa*]nctitudinem munificentiam | supergresso, | d. n. Fl. Theodosio pio victori | semper Augusto[1], | Sex. Aur. Victor v. c., urbi praef.[2] | iudex sacrarum cognitionum, | d. n. m. q. e.

*Romae prope columnam Traiani (VI 1186 semel descripta saec. XVI).* — 1) *A. 378—395.* — 2) *Videtur Victor scriptor historicus, a. 361 Pannoniae secundae a Iuliano praepositus, 'multo post urbi praefectus' (Amm. Marc. 21, 10, 6).* — *Falsus est titulus eidem Victori attributus Orell. 3715 (= C. V 486*).*

---

**2946** Eusebii.[1] | Q. Aur. Symmacho v. c., | quaest., praet., pontifici | maiori[2], correctori Lucaniae et Brittiorum[3], | comiti ordinis tertii, | procons. Africae[4], praef. | urb.[5], cos. ordinario[6], | oratori disertissimo, | Q. Fab. Memm. Symmachus[7] | v. c. patri optimo.

*Romae in monte Caelio, ubi Symmachos habitavisse apparet ex Symmachi oratoris ep. 3, 12. 88. 7, 18, rep., ibi ubi hodie est villa Casali (VI 1699 vidit Henzen). Titulus positus Symmacho oratori a filio Q. Fabio Memmio Symmacho. De vita Symmachi egit Seeck praef. ad Symm. p. XXXIX seq. Patris eius titulum habuimus supra N. 1257.* — 1) *Agnomen Symmachi praeterea ignotum.* — 2) *Sacerdotium saepius memoratur ab ipso Symmacho (cf. Seeck p. XLVI not. 137).* — 3) *A. 365 (cod. Theod. 8, 5, 25).* — 4) *Proconsul Africae fuit a. 373—374 cf. Seeck p. XLVII/XLVIII not. 148 seq. (sed nota Constantium qui ei videtur successisse, non mense Sept. a. 375 proconsulem fuisse, ut legitur in cod. Theod., sed aliquanto antea, cf. supra ad N. 1287). In proconsulatu posuit Carthagine titulum hunc nuper repertum (Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1889 p. 428):* Q. Aurelius | Symmachus v. c. | proconsule p. A. | v. s. i. constitui iussit. *Praeterea huc pertinet VIII 5347.* — 5) *A. 384.* — 6) *A. 391. Titulum positum esse crediderim non multo postea, una cum N. 2947.* — 7) *Idem posuit titulum qui sequitur.*

---

**2947** Virio Nicomacho Flaviano[1] v. c. | quaest., praet., pontif. maiori, consulari Siciliae, | vicario Africae[2], | quaestori intra Palatium[3], | praef. praet. iterum[4], | cos. ord.[5], | historico disertissimo[6], | Q. Fab. Memmius Symmachus[7] v. c. | prosocero optimo.[8]

*Romae ibi ubi N. 2946 (VI 1782 vidit Henzen).* — 1) *De Nicomacho Flaviano egerunt de Rossi, cum primum titulum N. 2948 ederet, ann. inst. arch. 1849 p. 291 seq., item Seeck praef. ad Symmachum p. CXII seq. Ei positus est etiam titulus N. 2948. Ad eundem datae sunt epistulae Symmachi ep. 2, 1 seq. In eundem ut videtur, sed nomine non posito, invehitur auctor carminis e codice Parisiaco editi et ab aliis et a Mommseno Herm. 4 p. 354.* — 2) *A. 377 (cod. Theod. 16, 6, 2; Ammian. 28, 6, 28; Augustin. ep. 87, 8, nam hic quoque locus ad eundem videtur spectare, cf. de Rossi ann. inst. 1849 p. 294; Seeck Symm. praef. p. CXIV not. 556).* — 3) *Ad quaesturam sacri Palatii promotus est a Theodosio ('quaestor aulae divi Theodosi' dicitur N. 2948) paullo ante a. 383, cf. de Rossi p. 296, Seeck p. CXVI.* — 4) *Praefectus praetorio primum fuit a. 383 (cod. Theod. 7, 18, 8. 9, 29, 2), praefectus iterum a. 391 et 392 (cod. Theod. 1, 1, 2 cet.; ib. 10, 10, 20), fortasse iam a. 389 (cf. Seeck p. CXVII not. 579).* — 5) *Consul ordinarius factus est ab Eugenio tyranno, cuius partes secutus est et cuius caedi non supervixit, anno 394, unde in fastis legitimis nulla eius consulatus mentio cf. de Rossi p. 308. Titulus videtur positus eo ipso anno ante mortem Eugenii et ipsius Flaviani.* — 6) *Annales Nicomachi quos dedicavit Theodosio, memorantur infra N. 2948 (not. 12). Praeterea videtur scripsisse de Apollonio Tyanensi (Apoll. Sid. ep. 8, 3) et fortasse alia quoque (Seeck not. 562).* — 7) *Idem qui posuit titulum qui praecedit.* — 8) *Progener fuit Nicomachi Flaviani, ducta videlicet in matrimonium filia Flaviani iunioris, cui nomen videtur fuisse Galla (Seeck p. LII).*

**2948** Nicomacho Flaviano cons. Sicil., vicar. Afric., quaest. aulae | divi Theodosi, praef. praet. Ital. Illyr. et Afric. iterum[1], | virtutis auctoritatisq. senatoriae et iudiciariae ergo | reddita in honorem filii Nicomachi Flaviani[2] cons. Camp.[3], | procons. Asiae[4], praef. urbi saepius[5], nunc praef. praet. | Italiae Illyrici et Africae.[6] |

Imperatores Caess. Fl. Theodosius et Fl. Placidus Valentinianus | semper Augg.[7] senatui suo salutem.

Clarorum adq(ue) inlustrium in rep(ublica) virorum adversum casus condicionis | humanae[8] interpolatum aliquatenus adserere honorem, et memoriam | defuncti in lucem a[*etern*]a[*m*][9] revocare, emendatio quaedam eius sortis | videtur, quae praeiudic[*iu*]m [*sum*]mumq. [*detrim*]entum[9] virtutum exsistimatur. | Bono nobiscum, p(atres) c(onscripti), [*fausto*(*que*)][9] omin[*e*] intellegitis profecto, quidquid in resti|tutionem pr[*istini honor*]is[9] inlustrís et sanctissimae aput omnes recor|dationis Flaviani senio[*ri*]s adimus, divi avi nostri[10] venerationem esse, | si eum quem vivere nobis, servariq(ue) vobis — quae verba eius aput vos fuisse | pleriq(ue) meministis[11], — optavit, sic in monumenta virtutum suarum titulosq(ue) revo|cemus, ut quidquid in istum caeca insimulatione conmissum est, procul ab eius | principis voto fuisse iudicetis; cuius in eum effusa benivolentia, et usq(ue) ad an|nalium[12], quos consecrari sibi a quaestore et praefecto suo voluit[13], provecta, | excitavit livorem inproborum. — — *(Paullo post)* Ex quo quidem ipso non min[*us*] | memoriae illius quam nobis, p(atres) c(onscripti), supra omnia praestitistis, ut non inmerit[*o*] patientiae vestrae gratias agamus, ne quid erga restitutionem honoris eius | admoniti potius quam sponte fecisse videamur. — — *(Rursus post alia).* Gaudete ergo nob[*iscum*], | p(atres) c(onscripti), optimo imperii nostri opere, ut nobiscum recognoscitis, et redditam vobis e[*t*] | patriae senatoris eius memoriam et dignitatem probate, cuius consorti[*o*] | clariores fuistis, et in posteris eius eadem aput nos reverentia vigetis. |

Appius Nicomachus Dexter[14] v. c. ex praef. urb.[15], avo optim[*o*] | statuendam curavi.

*(In latere)* . . . . Septb. | [*Basso et Antioc*]ho vv. cc. conss.[16]

*Romae in foro Traiano rep. a. 1849 (VI 1783 primus descr. diligentissime de Rossi, recognovit Bormann). Titulus spectat ad eundem Flavianum cuius est N. 2947, sed positus est multo postea, anno 431 (not. 16); ipsi titulo subiuncta est epistula imperatorum, quo memoriam eius celebrari permiserunt.* — 1) *De honoribus Flaviani cf. ad N. 2947. Consulatus omissus, quippe a tyranno datus.* — 2) *Huius quoque Nicomachi Flaviani multa mentio in epistulis Symmachi.* — 3) *Consularis Campaniae.* — 4) *Proconsul Asiae fuit a. 383 (cod. Theod. 12, 6, 18; cf. Seeck Symm. p. CXVII).* — 5) III praefectus urbi *appellatur hic Nicomachus Flavianus in subscriptione librorum nonnullorum Livii a se emendatorum, quam servaverunt codices decadis primae Livianae antiquiores (excepto Veronensi).* — 6) *Praefectus praetorio fuit tunc cum titulus positus est, id est a. 431.* — 7) *A. 425—450 (cf. supra N. 804 seq.).* — 8) *Alludunt imperatores ad exitum Flaviani occisi vel mori coacti anno 394 (cf.*

*ad N. 2947 not. 5).* — 9) *Pleraque supplevit de Rossi, nonnulla Seeckius.* — 10) *Significatur Theodosius maior.* — 11) *Apparet Flavianum contra Theodosii voluntatem occisum esse.* — 12) *Propter hos sine dubio annales Flavianus in N. 2947 appellatur historicus disertissimus.* — 13) *Fortasse excidit: acceptionem, vel simile quid.* — 14) *Filius sine dubio Flaviani iunioris (cf. Seeck praef. ad Symmachum p. 4). Idem una cum patre partem decadis primae Livianae (cf. not. 5) emendavit.* — 15) *Praefectus urbi fuit inter annos 427 et 431.* — 16) *A. 431.*

---

**2949** [*Cl.*] Claudiani v. c. | [*Cla*]udio Claudiano v. c., tri|[*bu*]no et notario, inter ceteras | [*de*]centes[1] artes prae[*g*]loriosissimo | [*po*]etarum, licet ad memoriam sem|piternam carmina ab eodem | scripta sufficiant, adtamen | testimonii gratia ob iudicii sui | [*f*]idem, dd. nn. Arcadius et Honorius | [*fe*]licissimi ac doctissimi[2] | imperatores senatu petente | statuam[3] in foro divi Traiani | erigi collocarique iusserunt.

*Εἰν ἑνὶ Βιργιλίοιο νόον | καὶ μοῦσαν Ὁμήρου[4] |*
*Κλαυδιανὸν Ῥώμη καὶ | βασιλῆς ἔθεσαν.*

*Romae in foro Traiano, nunc Neapoli (VI 1710 vidit Mommsen).* — 1) *Supplevit Mommsen.* — 2) *Nota doctrinae laudem tributam imperatoribus in titulo qui positus est poetae.* — 3) *Hanc statuam memorat ipse Claudianus de bell. Poll. praef. 7 seq.* — 4) *Aequare dicitur Claudianus Homerum Vergiliumque, quia et Graeca et Latina carmina condidit (Wilamowitz ap. Kaibel ep. Gr. p. 535).*

---

**2950** [*Fl. Merob*]audi[1] v. s., com. s. c.[2] | Fl. Merobaudi aeque forti et docto viro, tam facere | laudanda quam aliorum facta laudare praecipuo, | castrensi experientia claro, facundia vel otiosorum | studia supergresso; cui a crepundiis par virtutis et elo|quentiae cura; ingenium ita fortitudini ut doctrinae | natum stilo et gladio pariter exercuit, nec in umbra | vel latebris mentis vigorem scholari tantum otio | torpere passus, inter arma litteris militabat | et in Alpibus acuebat eloquium: ideo illi cessit in praemium | non verbena vilis, | nec otiosa hedera, honor capitis | Heliconius, sed imago aere formata, quo rari exempli | viros seu in castris probatos seu optimos vatum | antiquitas honorabat: quod huic quoque cum | Augustissimis Roma principibus | Theodosio et Placido Valentiniano rerum dominis | in foro Ulpio detulerunt[3], remunerantes in viro | antiquae nobilitatis novae gloriae vel industriam | militarem vel carmen, cuius praeconio gloria | triumfali crevit imperio.[4] *(In latere)* dedicata III kal. Aug. conss. dd. nn. Theodosio XV et Valentiniano IIII.[5]

*Romae in foro Traiano rep. (VI 1724 descr. Bormann).* — 1) *Huic Merobaudi Niebuhrius tribuit reliquias carminum ex codice rescripto Sangallensi a se primum editorum.* — 2) *Viro spectabili, comiti sacri consistorii.* — 3) *Cf. quae de se praedicat auctor carminum Sangallensium (p. 9 ed. Nieb.), Aetium adloquens: 'pro his me laudibus tuis Roma cum principe victuro aere formavit.' (Roma cum principibus detulerunt, minus accurate dictum).* — 4) *Significatur, gloriam imperatorum auctam esse carminibus Merobaudis.* — 5) *A. 435.*

---

**2951** Fl. Magnus v. c. rhetor urbis aeternae, cui tantum ob meritum suum | detulit senatus amplissimus, ut sat idoneum iudicaret, a quo

lex | dignitatis inciperet[2], praeceptor fraudis ignarus et intra breve tem|pus universae patriciae soboli lectus, magister eloquentiae ita inimi|tabilis saeculo suo, ut tantum veterib. possit aequari.

*Romae, sarcophagus (VI 9858 delineavit de Rossi bull. crist. 1, 1863 p. 15).* — 1) *Extat epistula Hieronymi 'ad Magnum oratorem urbis Romae' (Hieron. ep. 70), hunc ipsum sine dubio. Magnum christianam fidem professum esse ex Hieronymo apparet.* — 2) *Videtur agi de dignitate quadam, a senatu in hunc rhetorem primum collata. Rossius accepit de comitiva primi ordinis, a Theodosio iuniore a. 425 professoribus in urbe Constantinopolitana docentibus tributa (cod. Theod. 6, 21).*

---

**2952** Ennodius vatis[1] lucis rediturus in ortu
hoc posuit tumulo corporis exubias.
Clarus prole quidem, generosior ipse propinquis,
quos functus[2] laudum iussit habere diem.
Reddedit hos caelo vivacibus ille figuris,
cum fecit famae vivere conloquiis.
Quid mirum si morte caret post busta superstis,
qui consanguineos restituit superis?
quantos[3] iste foret, mundi caelebrator[4] in hortu[5],
nec silet occidui cardinis oceanus.
Scismata[6] coniunxit dudum discordia legi
adque fidem Petri reddedit aeclesiis.
Pollens aeloquio, ductrinae *(sic)* nobilis arte,
restituit Cristo innumeros populos.
Largus vel sapiens dispensaturq. *(sic)* benignus,
divitias credens quas dedit esse suas,
templa deo faciens ymnis decoravit et auro[7],
et paries functi dogmata nunc loquitur.
Depositus sub d. XVI kal. Augustas. | Valerio v. c. consul.[8]

*Ticini (V 6464 vidit Mommsen).* — 1) *Episcopus (nam id puto significatur vatis vocabulo) Ticinensis factus est Ennodius circa annum 514 (cf. Vogel praef. ad Ennodium p. XXIV); antea fuerat diaconus ecclesiae Mediolanensis.* — 2) *Scr.* functos, 3) quantus, 4) celebratur. — 5) *Significantur legationes susceptae ab Ennodio iussu Hormisdae papae Constantinopolim ad Anastasium imperatorem (Vogel l. c. p. XXV seq.).* — 6) *Agitur de schismate exorso anno 498, cum simul Symmachus et Laurentius Romae episcopi creati essent (cf. Vogel l. c. p. IX seq.); ex scriptis Ennodii huc pertinet libellus pro synodo (p. 48 ed. Vogel).* — 7) *Significatur carmina Ennodii in parietibus ecclesiarum inscripta esse litteris aureis (nimirum in opere tesselato). Habemus carmina ab Ennodio in honorem episcoporum Mediolanensium inde ab Ambrosio facta (carm. 2, 77—89, p. 162 seq. ed. Vogel, p. 581 ed. Hartel), quae medio aevo prostitisse Mediolani inde apparet quod recepta sunt in syllogen quandam inscriptionum Mediolanensium medio aevo factam. (Cf. Mommsen C. V p. 618, de Rossi inscr. chr. urb. Romae II 1 p. XXXIX et p. 176).* — 8) *A. 521.*

---

**2953** d. m. | M. Pomponio M. f. M. n. M. pron. | M. abn.[1] Cor. Bassulo | IIvir. qq.[2]

Ne more pecoris otio transfungere[*r*][3],
Menandri paucas vorti scitas fabulas,
et ipsus etiam sedulo finxi novas.
Id quale qualest chartis ma[*n*]datum diu.
Verum vexatus animi curis anxiis,
nonnullis etiam corpo[*ris dol*]oribus,
utrumque ut esset taed[*i*]o[*sum ultr*]a modum,
optatam mortem sum pot[*itus; ea*] mihi
suo de more cuncta d[*at lev*]amina.
Vos in sepulchro[4] [*h*]oc [*elogium in*]cidite,
quod sit docimento post f[*uturis*[5] *omn*]ibus
inmodice ne quis vitae sco[*pulis hae*]reat,
cum sit paratus portus eiac[*ulant*]ibus,
qui nos excipiat ad quiet[*em perpet*]em.
Set iam valete, donec vi[*vere exped*]it.

Cant. Long.[6] marit. opt. b. m. f.

*Aeclani rep. (IX 1164 recognovit Dressel).* — 1) *Haec maiorum enumeratio Bassulum nobilem inter suos fuisse ostendit. Vixisse Bassulum saeculo p. Chr. primo exeunte videtur effici posse ex aliis quibusdam titulis Aeclanensibus (Mo. l. c.). Avus fortasse fuit C. Eggii Ambibuli Pomponii Longini supra N. 1054.* — 2) *Duoviro quinquennali.* — 3) *Versus mutilos et alii tractaverunt et nuper Buecheler.* — 4) *Hiatum tolerari posse ait Buecheler.* — 5) *Sic supplevit Haupt, retinuitque Bue., quamvis* O *post* F *agnoscere sibi visi sint nonnulli.* — 6) *Ad eandem Cantriam Longinam spectat titulus Aeclanensis IX 1153.*

---

**2954** Silvano caelesti | Q. Glitius Felix[1] | Vergilianus poeta | d. d.

*Romae (VI 638 vidit Henzen).* — 1) *Ab eodem ut videtur Glitio Felice positus est titulus VI 639.*

---

**2955** . . . . . . . | Ovidianus poeta | hic quiescit.

*Itri, qui locus est inter Formias et Fundos (X 6127 bis descripta saec. XV; initio defuisse aliquid non traditur).*

---

**2956** *(principium praeter paucas litteras periit)* [*pro*]pinquo[*rum*] . . . . . . | amator et patriae; [*l*]a[*esit ne*]minem; clarissimoru[*m virorum*] | et equit. R. propinqus; [*e*]mi[*nens*] | eloquentia . . . . . [*i*]ndustr[*ia et in dicen*]do orn[*atu*] m . . . is dictam[*ine*] | facilis extemporali . . [*dia*]|logorum et epistolarum e . . . . | edyliorum conscriptos . . . . quae ex . . *(reliqua nimis lacera).*

*Thibili in Numidia (VIII 5530 cf. eph. ep. 5, 850 viderunt Wilmanns et Schmidt). Tractavit Buecheler mus. Rhen. 45 (1890) p. 328, cuius pars est supplementorum supra propositorum.*

---

Lipsiae: typis I. B. Hirschfeldi.

CN 521 D4 v.1

Dessau, Hermann (ed.)
Inscriptiones latinae selectae

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

For use in
the Library
ONLY